Item Concordatum & concluſum eſt, quod, per præmiſſa ſcripta, nullis tractatibus vel appunctuamentis habitis aut tractatis ante tempora datæ harum Indenturarum inter Illuſtriſſimum *Dominum Regem Angliæ*, ſuosve Ambaſſiatores, ac *Magiſtrum Pruſſiæ ſeu Proconſules Communium Civitatum Hanſæ*, vel eorum Oratores aut Nuncios, ipſorum vel alterius eorundem Sigillis muniris, præjudicium aliquod generetur; ſed quod dicta Appunctuamenta in ſuis permaneant robore & virtute.

In quorum omnium & ſingulorum teſtimonium atque fidem huic parti literarum hujusmodi Indenturarum, penes præfatos honorabiles & egregios Viros, *Henricum Vorrat* Civitatis Danszigk *Proconſulem Magnifici Magiſtri Pruſſiæ Johannem Clyngenbergh*, *Vicekaem Van Hone*, Civitatum Lubick & Hamburgk Proconſules, *Franconem Keddekin* Decretorum Doctorem, & *Johannem Hertze*, Civitatis Lubicenſis Prothonotarium *Communium Civitatis Hanzæ* Oratores & Nuncios antedictos, pro parte Pruciæ & Hanzæ remanenti,

Nos *Williehmus*, Permiſſione Divina, *Lincolnienſis Epiſcopus*, *Johannes Dominus de Tiptot*, *Wilhelmus Lyndewode* Cuſtos Privati Sigilli Regii, *Henricus Frowyk* Aldermannus Civitatis Londoniæ, *Johannes Stokes*, & *Willielmus Spryver*, Legum Doctores, Chriſtianiſſimi & invictiſſimi Principis, ac Domini noſtri ſuppremi, Henrici, Dei gratia, *Regis Angliæ & Franciæ, ac Domini Hiberniæ* Commiſſarii antefati, ſigilla noſtra appoſuimus.

Dat. Londoniæ viceſimo ſecundo die Menſis Martii, Anno Domini ſupradicto & anno ejusdem Domini noſtri Regis Quinto Decimo.

Nos itaque *Henricus*, Dei gratia, Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ, habentes certam & indubitatam notitiam de omnibus & ſingulis tractatis, communicatis, appunctuatis & concluſis inter præfatos Comiſſarios & Deputatos noſtros ex una parte, & nobiles & egregios Viros, Ambaſſiatores, Commiſſarios, & Nuncios, dicti Magnifici Viri, *Magiſtri Pruciæ, & Communium Civitatum Hanzæ Teutonicæ* memoratos, ex altera; Quorum Tractatus, communicatorumque appunctuatorum & concluſorum in eodem, Articuli, ſub forma inter ipſos conventa & concordata, de verbo in verbum ſuperius ſunt inſerti;

Eaque omnia & ſingula, Nomine noſtro facta atque geſta, de certa ſcientia noſtra, nullo Juris ſeu facti errore ducti, gratanter acceptantes, approbamus, ratificamus & confirmamus, volentes & decernentes eadem per Nos, Hæredes & quoscunque ſucceſſores noſtros Reges Angliæ, quantum in nobis eſt, nec non per Vaſallos, Ligeos & ſubditos noſtros, perpetuis futuris temporibus, inviolabiliter obſervare debere.

In quorum omnium & ſingulorum fidem & Teſtimonium has Literas noſtras Patentes Sigilli noſtri fecimus appenſione muniri.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium* ſeptimo die Junii.

Per Breve de Privato Sigillo.

VI.

14. Avril. CONCILII BASILEENSIS *Decretum, confirmans & ratificans ea, quæ inter* IMPERATOREM GRÆCORUM, *& Patriarcham Conſtantinopolitanum ab una, atque* AMBASIATORES *Concilii ab altera parte, de modo Univerſalis Concilii celebrandi acta fuere. Datum Baſileæ* 8. *Kal. Maji* 1436. *Cum* SALVIS CONDUCTIBUS *Eidem Imperatori & Patriarchæ à Concilio datis. Item cum* AUREA BULLA *Imperatoris Græcorum, quâ promittit ſe, ſi Concilium ex ſua parte Capitula ſecum conventa impleverit, ſe quoque haud defuturum fore, quò minus ad Locum Celebrationis Concilii Univerſalis deſtinatum accedat. Datum die* 26 *Novembris* 1435. *Et* BULLA PLUMBEA *Patriarchæ præfati, ejusdem, cujus Imperatoris erat, tenoris ſub eodem Dato.* [Collectio Regia Conciliorum, Tom. XXX. pag. 189.

PHILIPPI LABBEI Conciliorum Collectio, Tom. XII. col. 567.]

ANNO 1436.

Sacroſancta generalis Synodus Baſileenſis, in Spiritu Sancto legitime congregata, univerſalem Eccleſiam repræſentans.

QUIA Ambaſiatores noſtri ad Conſtantinopolim transmiſſi, vice & nomine ejuſdem ſanctæ Synodi Sereniſſimo Imperatori Romanorum, & Reverendiſſimo Domino Patriarchæ Conſtantinopolitano, propter nonnullas cauſas promiſerunt, Capitula alias in hac ſancta Synodo ſuper modo univerſalis & œcumenici & utriuſque Eccleſiæ Concilii celebrandi hinc & inde concluſa & firmata dare, & cum effectu exhibere, ſub conſueta hujus ſanctæ Synodi Bulla plumbea, data præſenti, & ſub tenore de verbo ad verbum ſubſequenti, nolens hæc ſancta Synodus obmittere aliquid eorum quæ pro unione Eccleſiarum Chriſti fieri poſſunt, dictam ſuorum Ambaſiatorum promiſſionem præſenti decreto acceptat, approbat, ratificat & confirmat, & præfata Capitula de verbo ad verbum, prout per præfatos Ambaſiatores promiſſum eſt, præſentibus inſerit, ſub tenore qui ſequitur:

Sacroſancta generalis Synodus Baſileenſis, in Spiritu Sancto legitime congregata, univerſalem Eccleſiam repræſentans, ad perpetuam rei memoriam.

Cum inter cetera toti populo Chriſtiano neceſſaria opera, propter quæ hoc præſens ſanctum Concilium extitit congregatum, unio occidentalis & orientalis Eccleſiarum Chriſti præcipuum & maximum ſit, merito pro hac perficienda ab initio ſuæ Congregationis omni conatu laboravit. Etenim quamprimum potuit ad Sereniſſimum Imperatorem Græcorum & Reverendiſſimum Patriarcham Conſtantinopolitanum cum Literis ſuos transmiſit Ambaſiatores, ad ipſos cum omni caritate & inſtantia exhortandum, quatenus & ipſi cum plena poteſtate mitterent aliquos qui nobiscum tractarent de modo dictam ſanctam unionem conſequendi; qui mox ut requiſiti fuerunt, tres inſignes viros de his qui apud eos magnæ videntur auctoritatis, quorum primus ipſum Imperatorem conſanguinitate attinet, ad hanc ſanctam Synodum deſtinarunt, ſufficienti ipſius Imperatoris mandato, cum Bulla aurea & ejus propria manu ſubſcripto, ac Patriarchæ Literis munitos, qui tam in generali Congregatione, quam coram Commiſſariis noſtris ferventiſſimum ipſius Imperatoris & Patriarchæ totiusque Eccleſiæ orientalis ad hanc unionem deſiderium exponentes, nos mirum in modum ad tam ſancti operis proſecutionem pulſant, ac quotidie excitant, duo inter alia firmiter conſtanterque aſſerentes, unionem ipſam niſi in Synodo univerſali, in qua tam Eccleſia occidentalis quam orientalis conveniat, fieri nullatenus poſſe, & in ea Synodo (ſi fiat, ut infra conventum eſt) ipſam unionem ſecuturam ſperari. His auditis, ſumma nobis lætitia & jucunditas nimirum acceſſit. Quamobrem omnem cogitatum noſtrum jactantes in Deum, qui facit mirabilia magna ſolus, venerabiles ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales præſidenter Sedis Apoſtolicæ, Patriarcham Antiochenum, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates, Magiſtrosque & Doctores in numero competenti deputavimus, ut una cum ipſis Græcorum Ambaſiatoribus rem iſtam tractare, & quo ordine ad executionem deducenda eſſet proſpicere deberent: qui tam inter ſe quam cum ipſis (a) Ambaſiatoribus ſæpenumero convenientes, habito inter ſe maturo & digeſto Conſilio, ad infra ſcripta cum ipſis devenerunt Capitula, quæ poſtea ſecundum morem hujus ſacri Concilii per ſacras deputationes mature deliberata, ac deinde per generalem Congregationem concluſa firmataque ſolenniter extiterunt: quorum tenor una cum mandato ipſius Domini Imperatoris ſub Bulla aurea ſequitur, & eſt talis: Ambaſiatores Sereniſſimi Domini Imperatoris, &c. ut decreto Concilii ſuperius inſerto latius continetur. Et quia tempus ſuperius expreſſum, infra quod prædicta debebant adimpleri, effluxit, non propter defectum alicujus partium, ſed quia ita contigit variis intervenientibus tractatibus, hæc ſancta Synodus tempus per præfatos Sereniſſimum Imperatorem Græcorum & Reverendiſſimum Patriarcham Conſtantinopolitanum parte ex una, & Ambaſiatores hujus ſacræ Synodi parte ex altera, ſtatutum & firmatum, quod eſt a menſe Majo immediate ſequenti ad annum, ita quoque per totum menſem Maii ad annum ſequentem utraque partium ſit parata ad exequendum ſupradicta, quantum ad quamliber

(a) Oratoribus.

ANNO 1436. partium attinet, acceptat & promittit se impleturam, quantum ad ipsum pertinet, intra dictum tempus quidquid in supradictis expitulis continetur.

Datum Basileæ in Sessione publica hujus sanctæ Synodi, solenniter celebrata decimo octavo Kalendas Maii, Anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo trigesimo sexto.

SALVUS CONDUCTUS *Græcorum datus Domino Imperatori Græcorum & Patriarchæ Constantinopolitano a Sacro Concilio Basilecnsi.*

Sacrosancta generalis Synodus Basilecnsis, in Spiritu Sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam repræsentans.

Quia auctore Deo in regione nostra occidentali & obedientia Ecclesiæ Romanæ est universalis & œcumenica Synodus celebranda, in qua juxta concordata in hac sancta Synodo, & in Constantinopoli denuo ratificata, tam occidentalis quam orientalis Ecclesia conveniet, ut cunctis erga eamdem Ecclesiam orientalem nostræ intentionis sinceritas pateat, & omnis suspicio quæ circa securitatem ac libertatem veuientium oriri posset de medio auferatur, tenore præsentis decreti hæc sancta Synodus Basilecnsis, nomine & vice totius Ecclesiæ occidentalis, & omnium de eadem Ecclesia cujuscumque status, etiamsi Papali, Imperiali, Regali, Pontificali vel quacumque alia inferiori spirituali vel seculari præfulgeant dignitate, potestate vel officio, decernit, dat & concedit Serenissimo Imperatori Græcorum, Reverendissimis Patriarchis Constantinopolitano, Alexandrino, Antiocheno, & Hierosolymitano, ceterisque usque ad numerum septuagentarum personarum, etiamsi Imperiali, Regali, Archiepiscopali, Episcopali, & cujuscumque alterius status, dignitatis aut conditionis fuerint, ad prædictum universale & œcumenicum Concilium in regione occidentali (ut præmittitur) celebrandum, venientibus aut venturis plenum & liberum salvum conductum, omnesque prædictos & quemlibet ipsorum, tam in personis quam in honoribus & rebus quibuscumque, ipsorum nominibus, regnis, provinciis, dominiis, territoriis, communitatibus, civitatibus, castris, oppidis, villis, & omnibus locis obedientiæ nostræ Ecclesiæ occidentalis, per quæ sive eundo, sive stando, sive etiam redeundo, transituri sunt, aut eos transire contigerit: In suam tutam securamque salviguardiam recepit & recipit per præsentes, promittens & concedens omnibus & singulis ex ipsis hoc præsenti edicto Synodali, tutam & liberam facultatem accedendi & veniendi in & ad civitatem seu locum, in qua vel in quo erit dictum sacrosanctum universale Concilium celebrandum: ibique stando, morandi, residendi, habitandi, cum omnibus immunitatibus, libertatibus & securitatibus, quibus illi qui erunt de obedientia Ecclesiæ Romanæ habitabunt; disputandi etiam & ratiocinandi, jura & auctoritates allegandi, & omnia alia libere & sine cujuscumque impedimento dicendi, faciendi, & tractandi, quæ pro unione Ecclesiarum Christi eis expedire videbitur & opportuuum. Inde etiam semel & plures, & toties quoties eis & cuilibet eorum videbitur, & placebit, simul & separatim, & cum eorum bonis, rebus & pecuniis & sine, pro libitu recedendi & redeundi tute, libere & impune, omni impedimento reali & personali cessante, penitusque remoto, etiamsi talis unio (quod absit) non sequeretur, nec effectum haberet: quo casu, & in omnem alium eventum, præfati Serenissimus Imperator, Domini Patriarchæ, & alii supra nominati, nostris duntaxat expensis & galeis, absque aliqua dilatione temporis, omnique remoto impedimento, cum eisdem honoribus, benevolentia & amicitia, quibus ad præfatum universale celebrandum Concilium deducentur, etiam in & ad Constantinopolim reducentur, sive unio sequatur in dicta celebranda Synodo œcumenica, sive non. Non obstantibus in prædictis vel aliquo prædictorum quibuscumque differentiis, discordiis & dissensionibus ad præsens vigentibus, & quæ in futurum oriri & vigere possent inter dictas Ecclesias Occidentalem & Orientalem, seu inter ipsam Ecclesiam Romanam & ei subjectos & aggregatos, & præfatum Serenissimum Imperatorem, & alios Ecclesiæ Constantinopolitanæ aggregatos, & non obstantibus aliquibus Sententiis, Decretis, Condemnationibus, Juribus & Decretalibus, quomodocumque & qualitercumque factis & prolatis seu faciendis: Et etiam non obstantibus aliquibus criminibus, excessibus, culpis & delictis, si quæ per prædictos vel alterum eorum quomodocumque & qualitercumque commissa & perpetrata forent: & generaliter non obstantibus quibuscumque aliis, etiamsi talia forent, de quibus necessarium esset specialem in præsentibus facere mentionem. Et si contingat aliquem vel aliquos ex nostris eis vel alicui ipsorum injuriari (quod absit) vel aliquam molestiam inferre in persona, honore, rebus & aliis quibuscumque, taliter excedens judicabitur per nos aut nostros, usque ad condignam & rationabilem satisfactionem parti lesæ. Et e converso, si aliquis ipsorum alicui ex nostris aliquam (ut præmittitur) injuriam inferat, judicabitur per eos usque ad condignam & rationabilem satisfactionem ei qui injuriam passus est, secundum morem & consuetudinem utriusque partis. De aliis autem criminibus, excessibus & culpis quibuscumque quælibet partium cognoscet & judicabit de suis. ANNO 1436.

Hortatur autem hæc sacrosancta Synodus universos Christi fideles, & nihilominus auctoriate universalis Ecclesiæ in virtute Spiritus Sancti & sanctæ obedientiæ mandat & præcipit omnibus & singulis Prælatis, Regibus, Ducibus, Principibus, Officialibus, Communitatibus & aliis singularibus personis, cujusvis status, conditionis & dignitatis existant, nostræ Occidentali Ecclesiæ aggregatis, quatenus prædicta omnia & singula inviolabiliter observent, &, quantum in eis est, observari faciant: dictosque Serenissimum Imperatorem, Patriarchas, & alios omnes & singulos antedictos, ad dictum sacrum celebrandum Concilium accedentes, & inde recedentes, simul & divisim favorabiliter & reverenter honorent & tractent, ac honorari & tractari faciant. Si qua vero dubitatio circa dictum salvum conductum & contenta in eo oriri contigerit, stabitur declarationi præfatæ universalis Synodi celebrandæ. Vult autem hæc sancta Synodus præsentem salvum conductum valere, & in suo robore permanere, quousque ad ultimum, dicti Serenissimus Imperator, Patriarchæ, & alii supradicti, cum suis nobilibus & famulis, usque ad numerum (ut præmittitur) septuagentarum personarum, aliisque rebus & bonis, sint reversi in & ad civitatem Constantinopolitanam. Si quis autem contra prædicta aut aliquod ipsorum aliquid facere quoquo modo tentaverit, indignationem omnipotentis Dei & dictæ sanctæ Synodi se noverit incursurum.

Datum Basileæ in Sessione publica hujus sanctæ Synodi, solenniter celebrata decimo octavo Kalendas Maii, Anno a nativitate Domini millesimo quadragentesimo trigesimo sexto.

AUREA BULLA *Domini Imperatoris Græcorum lecta in Sessione publica & Congregatione generali.*

Quoniam destinatæ fuerunt ab imperio (*a*) nostro & (*a*) mto. Sanctissimo Domino œcumenico Patriarcha Ambasiatæ ad sacrosanctam Ecclesiam Romanam, videlicet ad Beatissimum Papam Dominum Martinum quintum, & ad modernum similiter Sanctissimum Papam Dominum Eugenium quartum, similiter & ab ipsis transmissæ fuerunt multories ad nos pro unione Ecclesiarum Christi, & multis laboribus cum multa diligentia utrimque factis, tamen propter aliquas circumstantias temporancas non pervenit ad finem tale bonum & sanctum opus unionis. Post hæc autem destinavit ad nos de hac ipsa re Ambasiatores suos sacra Synodus in Basilea congregata, sacrosanctam Ecclesiam Romanam repræsentans, propter quod & nos nostros ad eam destinavimus, videlicet familiarem imperii nostri Demetrium Palæologum Mæotidem, & honorandissimum in sacris monachiis Abbatem sacri monasterii Sancti Demetrii Isidorum, & familiarem imperii (*b*) nostri Joannem Lascari Dispatum, qui illuc accedentes ostenderunt, in ipsam quædam necessario ab eo tractari in præparationem & constitutionem universalis & œcumenici Concilii, in quo necesse est tractari & celebrari & perfici (Deo duce) prædictam sanctam unionem, quæ quidem hæc ipsa Synodus Basilecnsis acceptavit, & promisit illa adimplere. Unde & Ambasiatores suos ad nos destinavit, fratrem Joannem de Raguso, Ordinis Prædicatorum Professorem, & in sacra pagina Magistrum, Henricum Menger Decretorum Doctorem, Canonicum Constantiensem, & Simonem (*c*) Fraron Sacræ Theologiæ Baccalaureum, Canonicum Aurelianensem, cum Decreto ipsius generali, in quo de his continebatur particulatiter in Capitulis. Perlecto itaque tali Decreto apud nos, quædam ex his quæ continebantur in eo non placuerunt nobis, ut in ipso jacebant, prooemium videlicet talis Decreti, & Capitulum in quo scribebatur de modo reversionis nostræ a loco celebrandi Concilii ad Constantinopolim, si, permittente Deo (quod absit) non fieret unio Ecclesiarum (*b*) noi. (*c*) Fieron.

Christi

ANNO 1436. Christi in tali Synodo, quia non exprimebatur in eo de hoc determinate & manifeste, prædicti autem Ambasiatores videntes displicentiam & resistentiam nostram, nec aliter rem ipsam posse habere progressum, concesserunt & promiserunt curare in prædictis, videlicet quod dicta sancta Synodus dabit & exhibebit nobis Capitula in dicto Decreto contenta, cum proœmio, modo & forma, quibus in Literis ipsorum promissoriis continetur. Et circa reversionem nostram de Synodo in Constantinopolim, in casu quo non sequeretur dicta unio, (quod absit) facere & adimplere, prout habetur in forma salvi conductus prædicti. His itaque sic progressis, & inter nos concordatis, petierunt & ipsi Ambasiatores, ut promittamus & nos absque contradictione, ire & accedere ad locum, in quo celebrabitur (Deo concedente) utrimque catholica & œcumenica Synodus. Qui quidem locus esse debet unus ex (a) nominatis in (a) Decretis, quicumque ordinabitur per dictum sacrum Concilium Basileense, sicut in supradicto decreto ipsius sacri Concilii (b) continentur. Etiam quod exire debeamus hinc a Constantinopoli, in accedendo versus locum celebrandi œcumenici Concilii, a principio sequentis Junii, Indictionis decimæ quintæ, sicut conventum est inter nos & ipsos Ambasiatores sacri Concilii. Et quia etiam ad majorem cautelam & firmitatem horum omnium, petierunt fieri literam Chrysobuli (c) nostri, impetium (d) nostrum grato animo rationabili petitioni eorum annuens, præsens Chrysobulum largitur & concedit: per quod acceptat, determinat, & promittit, quod si dicta sacra Synodus Basileensis remedium apposuerit in prædictis, videlicet si prædicta Capitula in supradicto Decreto contenta, cum proœmio in forma, sicut hic per Ambasiatores ipsius Synodi concordatum est, nobis direxerit, & compleverit omnia in eisdem Capitulis scripta opportune, similiter & fecerit salvum conductum cum Capitulis de modo reversionis nostræ ad Constantinopolim, ut prædictur, reliqua etiam, ut Ambasiatores ipsius nobis promiserunt, & nobiscum convenerunt: exibit & imperium (e) nostrum cum Deo sine contradictione Constantinopoli secundum prædictum tempus, cum præstantissimo Domino œcumenico Patriarcha Constantinopolitano, & cæteris debentibus interesse, ad accedendum ad locum ubi celebrabitur sanctum catholicum & œcumenicum Concilium, absque impedimento rationabili, vero & manifesto etiamsi bellum (quod absit) ab infidelibus foret & iustaret civitati nostræ Constantinopolitanæ. Et in robur & confirmationem & conservationem inviolabilem suprascriptorum, jurat impetium (f) nostrum per debitum (g) nobis juramentum tamquam Christiano & fideli Imperatori, & per orationem Sancti mei Domini & Imperatoris Patris imperii mei famosissimi & felicis memoriæ, & per animam meam: factumque est super illis præsens Chrysobulum imperii (h) nostri, in anno sexmillesimo nongentesimo quadragesimo quarto, in mense Novembris, Indictione decima quarta, a nativitate vero Domini nostri Jesu Christi millesimo quadringentesimo trigesimo quinto, die vigesimo sexto mensis Novembris.

(a) Decreto.
(b) continetur.
(c) mei.
(d) meum.
(e) meum.
(f) meum.
(g) mihi.
(h) mei.

BULLA PLUMBEA *Domini Patriarchæ Constantinopolitani missa sacro Concilio Basileensi.*

Quoniam destinatæ fuerunt ab humilitate nostra & potentissimo & Sancto meo Imperatore Ambasiatæ ad sacrosanctam Ecclesiam Romanam, videlicet ad Beatissimum Papam Dominum Martinum quintum, & ad modernum similiter Sanctissimum Papam Dominum Eugenium quartum, similiter & ab ipsis transmissæ fuerunt multoties ad nos pro unione Ecclesiarum Christi, & multis laboribus cum multa diligentia utrimque factis, tamen propter aliquas circumstantias temporaneas non pervenit ad finem tale bonum & sanctum opus unionis. Post hæc autem destinavit ad nos de hac ipsa re Ambasiatores suos sacra Synodus in Basilea congregata, Sacrosanctam Ecclesiam Romanam repræsentans; propter quod & nos nostros ad eam destinavimus, videlicet familiares potentissimi & sancti mei Imperatoris, in Spiritu Sancto dilectos filios nostræ humilitatis, videlicet Demetriam Palæologum Mæotidem, & honorandissimum in sacris monachiis Abbatem sacri monasterii Sancti Demetrii Isidorum, & Joannem Lascari Disiparum, qui illuc accedentes, ostenderunt in ipsam quædam necessario ab ea tractari in præparationem & constitutionem universalis & œcumenici Concilii, in quo necesse est tractari & celebrari & perfici (Deo duce) prædictam sanctam unionem. Quæ quidem hæc ipsa Synodus Basileensis acceptavit, & illa promisit adimplere. Unde & Ambasiatores suos ad nos destinavit, fratrem Joannem de Ragulio, Ordinis Prædicatorum Professorem, in sacra pagina Magistrum, Henricum Menger Decretorum Doctorem Canonicum Constantiensem, & Simonem Freron Sacræ Theologiæ Baccalaureum Canonicum Aurelianensem, cum Decreto ipsius generali, in quo de his continebantur particulariter in Capitulis. Perfecto itaque tali Decreto apud nos, quadam ex his quæ continebantur in eo non placuerunt nobis, ut in ipso jacebant, proœmium videlicet talis Decreti, & capitulum in quo scribebatur de modo reversionis nostræ a loco celebrandi Concilii ad Constantinopolim, si permittente Deo (quod absit) non fieret unio Ecclesiarum Christi in tali Synodo, quia non exprimebatur in eo de hoc determinate & manifeste. Prædicti autem Ambasiatores videntes displicentiam & resistentiam nostram, nec aliter rem ipsam posse habere progressum, concesserunt, & promiserunt curare in prædictis; videlicet quod dicta sancta Synodus dabit & exhibebit nobis Capitula in dicto Decreto contenta, cum proœmio, modo & forma, quibus in Literis ipsorum promissoriis continetur. Et circa reversionem nostram de Synodo in Constantinopolim, in casu quo non sequeretur dicta unio, (quod absit) facere & adimplere, prout habetur in forma salvi conductus prædicti. His itaque sic progressis, & inter nos concordatis, petierunt & ipsi Ambasiatores, ut & promittamus & nos absque contradictione ire & accedere ad locum, in quo celebrabitur (Deo concedente) utrimque catholica & œcumenica Synodus. Qui quidem locus esse debet unus ex nominatis in Decreto, quicumque nominabitur per dictum sacrum Concilium Basileense, sicut in supradicto Decreto ipsius sacri Concilii continetur. Etiam quod exire debeamus hinc a Constantinopoli, in accedendo versus locum celebrandi œcumenici Concilii, a principio sequentis Junii, Indictionis decimæ quintæ, sicut conventum est inter nos & ipsos Ambasiatores sacri Concilii. Et quia etiam ad majorem cautelam & firmitatem horum omnium petierunt fieri Sigillum nostræ humilitatis, humilitas nostra grato animo rationabili petitioni eorum annuens, præsens Sigillum largitur & concedit, per quod in Spiritu Sancto disponit: quod si dicta sacra Synodus Basileensis remedium apposuerit in prædictis, videlicet, si Capitula in prædicto Decreto contenta cum proœmio, in forma sicut hic per Ambasiatores ipsius Synodi concordatum est, nobis direxerit, & compleverit omnia in eisdem Capitulis scripta opportune, similiter & fecerit salvum conductum cum Capitulo de modo reversionis nostræ ad Constantinopolim, ut prædicitur: reliqua etiam, ut Ambasiatores ipsius nobis promiserunt & nobiscum convenerunt, exibit humilitas nostra cum potentissimo & sancto meo Imperatore cum Deo sine contradictione a Constantinopoli secundum prædictum tempus, & cum cæteris debentibus interesse, ad accedendum ad locum ubi celebrabitur sanctum, catholicum & œcumenicum Concilium, absque impedimento rationabili, vero & manifesto, etiamsi bellum (quod absit) ab infidelibus foret & instaret civitati nostræ Constantinopolitanæ. Et in robur & confirmationem suprædictorum factum est præsens Sigillum nostræ humilitatis in mense Novembris, Indictionis decimæ quartæ, anno ab Adam seu Mundi constitutione (i) sexmillesimo, nongentesimo, quadragesimo quarto, a nativitate vero Domini millesimo, quadringentesimo, trigesimo quinto.

(i) Scalig.

ANNO 1436.

VII.

BUND zwischen denen eilff in Instrument benennten GERICHTEN in RHÄTIA/ wodurch sie sich eydlich obligiren einander zu helffen; einem Erbhexen zu thun/ worzu er Recht hat; kein Bündnus ohne der sämtlichen Gerichten wissen und willen zu machen; ihre Landtage zu Davos zu halten/ und den Bund in 12. Jahren zu erneuren. Geben am nächsten Freytag nach Unsers Herrn Frohnleichnamstag 1436. [Deduction des 10. Gerichten-Bundes in der Schweitz/ wohl hergebrachter Rechten und Freyheiten &c. LUNIG in Grundveste Europäischer Potenzen Gerechtsamen. Part. II. pag. 761.]

8. Juin.

C'est-à-dire,

CONFEDERATION *entre les onze Juridictions de*

ANNO 1436. *de la* RHETIE *ou des* GRISONS *y denommées, portant obligation avec ſerment de s'entr'aider fidellement dans leurs neceſſitez; de rendre au Seigneur héréditaire tous les Devoirs qui lui appartiennent, de ne contracter aucune autre Alliance, ſans le ſû & la volonté de tous enſemble; de tenir leurs Aſſemblées Comitiales à Davos, & de renouveller la préſente Confédération au bout de douze ans. Fait le Vendredi après la Fête du Corps de Chriſt.* 1436.

ANNO 1436.

Allen denen / ſo dieſen Brieff ſehen oder hören leſen / thun kund und verjehen mengklichen mit dieſem Brieff / daß wir das hienach benamten emſſig Gericht / des erſten das Land und Gericht im Prettigöw zu dem Kloſter / das Land und Gericht zu Caſtels / das Land und Gericht zu Schwers und Sewis und auch der Chor-Herren Gericht zu Schwers / mit allen ihren Rechten / und auch das Gerichte zu Maſans / und das Gerichte zu Merenfeld und was darzu gehöret / und auch das Land und Gericht zu Belfort / und das Land und Gericht zu Churwalden / und das vorder Land und Gericht in Schanfiken / und das Land und Gericht an der Lugen Brieff / das wir allgemeinlich zu einander ſchuldet und geſchworen habend / alsdann hernach geſchrieben ſtat.

1. Item des erſten / daß wir ein anderen beholffen ſeyd ſin / bey geſchworner Eyden / wer zu imnand Recht habe.

2. Item / daß wer obgemelten Ländern und Gericht wollen auch einen Erbherren thun / worzu er denn Recht hat / ſo ſie ihn vernemmend / daß er ein Erb-Herr iſt.

3. Item es iſt auch beredt und bedinget / ob wir obgemeldten Länder und Gericht einen Erb-Herren gewunnend / daß wir doch ſond bey einander bleiben by den Eyden wie obgeſchrieben ſtat / und ein andern beholffen ſen / worzu keinand Recht hätte mit guten Treuen ohne Geverd / nun und hienach / und das davon nicht laſſen trengen.

4. Item es iſt auch beredt und bedingt / daß wir obgemeldten Länder und Gericht / an kein unter uns nicht / fürbas hin kein Thäding noch Bündniß ſuchen noch machen ſond / ohne dero obgemelten Länder und Gerichten Wiſſen und Willen.

5. Item welches Land und Gericht des ſich überſehe / daß ſie anderſtwo Bündniß aufnehmend / dieſelben werden denn meinend / und ſollen denn die anderen Gerichte und Länder / daſſelb Gericht das ſich überſehen hatte ſtroffen nach ihren Gnaden.

6. Item es iſt auch beredt und bedingt / ob die obgemelten Länder oder Gericht beſſtaſſen gewunnen / daß ſie zuſammen kommen wollen zu Tagen / ſo ſond ſie uff Davos kommen / und den Tag laſſen.

7. Item es iſt auch beredt ob unter uns Länder und Gerichten / von denen obgemelten Gerichten hüth bedorften zu dem Rechten / ſo ſoll ein Richter dem andern Mann um ein / zween / drey / vier oder fünff / die ſoll denn derſelbe Richter / der genannt wurd / dem andern als viel ſchicken als er in genennet. Und denſelben Erbaren Leuten ſoll man geben alle Tag achtzehen Pfenning / und die Koſt ungefährlich / und des ſond ſich die zween partygen laſſen benügen / und dieſelben die dar geſand ſind / ſollen ſitzen und das gemein Recht ſprechen / und weder Theil dannt den Rechten unrechtlegt / der ſoll des Gerichts Schaden dem andern Theil abthun.

8. Item iſt auch beredt und bedingt / daß wir obgemelteten Länder und Gericht uns nicht unter einandern in fremde Gerichte treiben noch führen ſollen / entweder mit Geiſtlichen / noch Weltlichen Gerichten. Wie ſond das Recht von einander nemmen / da denn ein jeglicher ſeßhafft iſt / ausgenommen ewig Zinß und ligende Güter und Erbſtucke / die ſoll man berechten an denen Städten und Gerichten / da denn dieſelben Zinß und Güter gelegen ſind / ausgenommen Ehe-Sachen / die ſoll man berechten an denen Städten das billig iſt. Wer auch daß ein Gericht rechtloß würde / ſo ſond denn die andern obgemelteten Gerichte / darzu kehren und thun / daß daſſelbige Gericht beſſet werde / daß ſich niemand klage noch rechtloß werde.

9. Item were auch / daß einer oder mehr uns dieſen obgemelteten Ländern und Gerichten zuge / ſo iſt derſelbe / der denn uns unſern Landen zeucht / ſeines Eydes und Gelübds ledig und loß / den er denn in die emſſig Gerichte gethan angejahrlich.

10. Item es iſt auch beredt und bedingt in dieſer Bündnuß / daß man widerumen ſoll laſſen bleiben by ſinen Rechten und Freyheiten mit gutem Trüwen ohne alle Gefährde.

11. Item wer auch Sach / daß die obgemelteten Gerichte fürbas wolten Bünden und Bündniß ſuchen / ob man ſie nothdürfftig würde / was denn das mehr werd unter dieſen obgeſchriebenen Gerichten und Landen / dem ſoll das mindter Theil erwolgen.

12. Item es iſt auch beredt und bedinget / wo eine Schuld beſtehe / oder begangen würde / in dieſen obgeſchriebenen emſſ Gerichten und Landen / die ſoll berichtet werden in denſelben Gerichte / dem daſelbe Schuld begangen wird.

13. Item es iſt auch beredt und bedingt / ob üß vergeſſen würde an dieſem Briefe / daß es zelichel und zevil gemacht wäre / daß wer das mit gemeinem Rath mindern und mehren mochten / daß es und an den Eyd nicht binden ſoll ſin.

14. Item es iſt auch beredt / was hievor geſchrieben und gemacht iſt / daß es iſt alles geſchehen mit guten Treuen ohn alle Geſchrde.

ANNO 1436.

15. Item es iſt auch beredt und bedingt / daß wir dieſe Bündniß erneuweren in 12. Jahren einſt. Und das alles zu Uhrkund und gantzer / feſter / ſtetter ewiger Sicherheit war und ſtet ſchalten / was hievor von uns obgemelten emdlich Gerichten geſchrieben ſtat an dieſem Brieff / ſo haben wir das obgemeldt Land und Gericht auf Davos gemeinlich ernſtlich erbetten / dieweil dieſe Bündniß und dieſer Bunds-Brieff erneuert iſt / nach laut und Inhalt des alten Bunds-Brieff von Wort zu Wort / und derſelbe doch auch in allen Kräfften bliben ſoll / das Datum meyſt an dem nechſten Freytag nach unſers Herrn Fronleichnams-Tag Anno Domini 1436.

VIII.

Declaratio SIGISMUNDI *Romanorum Imperatoris & Alberti Ducis Auſtriæ de Promiſſione per Legatos Concilii Baſileenſis ſibi facta, quod Bohemis & Moravis Bullas Liberationis ſuper Communione utriusque ſpeciei Concilium Sacrum dabit. Iglaviæ die 3. Julii* 1436. [LEIBNITZ, Mantiſſa Cod. Juris Gentium Diplomat. Part. II. pag. 153.] 3. Juillet.

NOs Sigismundus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus ac Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex. Et Albertus eadem gratia Dux Auſtriæ & Marchio Moraviæ &c. recognoſcimus tenore præſentium univerſis, quod orta ad præſens in Tractatibus, habitis inter Reverendos in Chriſto patres, ſacri generalis Concilii Baſilienſis legatos, ac nobiles Barones, terrigenas, Sacerdotes ac Civitates inclyti regni Bohemiæ, quadam differentia ſuper forma libertationis communionis venerandiſſimi Sacramenti ſub utraque ſpecie, quæ tempore ſuo Oratoribus Bohemorum, hoc in ſacro Concilio indicantibus, debet dari, prout in Compactatis continetur; & interponentibus nobis apud præfatos Patres legatos omni ſtudio partes noſtras, ut tam bona, tamque ſancta res, propter talem difficultatem non fruſtraretur felici exitu. Tandem ipſi reverendi Patres legati, affectionati multum ad votivam conſummationem hujus negotii, in præſentia Bohemorum nobis promiſerunt, nuſque certificarunt in hunc modum.

2. Nos legati Baſilienſis Concilii promittimus veſtræ Majeſtati, & certificamus eandem, quod tempore illo, quo ſacrum Concilium debebit regno Bohemiæ & Marchionatui Moraviæ dare Bullam libertationis ſuper Communione utriuſque ſpecici, quod ex tunc ipſum ſacrum Concilium dabit eandem Bullam honeſtam, in forma & verbis Compactatorum, illis nihil addendo vel auferendo, dabit etiam mandata ſive executorias ad Prælatos Regni & Marchionatus Moraviæ, ſub forma honeſta, quæ non erit derogativa ſeu detractiva honoris nec famæ Bohemorum, nec deviabit à Compactatis. In cujus rei teſtimonium & fidem Nos Sigismundus Imperator, & Dux Albertus præfati Sigilla noſtra huic Literæ appendi juſſimus, promittentes Bohemis & Moravis præfatis, quod omni diligentia, ſtudio & opera apud ſacrum Concilium eos adjuvabimus, ut omnino juxta præfatorum legatorum promiſſionem à ſacro Concilio votivum conſequantur effectum. Datum Iglaviæ Anno Domini M. CCCC. XXXVI. die tertia menſis Julii Regnorum noſtri Sigismundi anno Hungariæ quinquageſimo; Romanorum vigeſimo ſexto; Bohemiæ XVI; Imperii quarto.

IX.

EXECUTORIA *Legatorum Concilii Baſileenſis ſuper Compactatis Pragenſibus, data Bohemis. Iglaviæ die* (1) *5. Julii* 1436. [LUNIG, Teutſches Reichs-Archiv. Part. Special. Contin. I. Fortſetz. I. abſatz. I. von Böhmen. pag. 79. LEIBNITZ, Mantiſſa Cod. Juris Gentium Diplom. Part. II. pag. 151.] 5. Juillet.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui eſt amator pacis & veritatis, & pro unitate Chriſtiani populi

(1) La Date de cette Piece eſt fort variée dans *Lolkuvic*. Elle eſt marquée dans le Tirge du 5. *Mars (al. 4. Mart.)* & dans le texte *die 4. a. 5 menſis Julii*. Et Copie eſt d'ailleurs fort defectueuſe; ce qui l'obligé d'y ſoindre, par maniere de Notes, des ſupplemens qu'il a tirez d'une autre Copie. On emprunte celle-ci de Mr. *Lunig*. Elle contient tous les *Supplemens de Lolkuvic*, &c. ſans quelques autres petites differences qui s'y trouvent, en jugeant que c'eſt la même teſtimoin ſur ſes propres Notes. (DUM.)

ANNO 1436. puli preces porrexit ad Patrem. Nos Philibertus, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Conſtantienſis Provinciæ Rothomagenſis: Johannes de Polomar, Archidiaconus Barchinonenſis, Apoſtolici Palatii cauſarum Auditor, Decretorum Doctor: Martinus Bemerii, Decanus Turonenſis: Tilmannus Præpoſitus Sancti Florini de Confluentia, Decretorum Doctor: Ægidius Carlerii Decanus Cameracenſis, & Thomas Haſelbach, ſacræ Theologiæ Profeſſor Vienenſis: Sacri Generalis Concilii Baſilienſis ad Regnum Bohemiæ & Marchionatum Moraviæ, Legati deſtinati, authoritate ſacri Concilii recipimus & acceptamus unitatem & pacem, per dictos Regnum Bohemiæ & Marchionatum Moraviæ acceptas tactas & firmatas, ſecundum quod utrique parti conſtat, per literas inde confectas, cum univerſo populo Chriſtiano. Tollimus omnes ſententias cenſuræ, & plenariam abolitionem facimus. Item auctoritate DEI omnipotentis & Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & dicti ſacri Generalis Concilii, pronunciamus veram, perpetuam, firmam, bonam & Chriſtianam pacem dictorum Regni & Marchionatus, cum reliquo univerſo populo Chriſtiano, mandantes autoritate prædicta, univerſis Chriſtiani orbis Principibus, & aliis Chriſti fidelibus univerſis, cujuscunque ſtatus, gradus & præeminentiæ aut dignitatis exiſtant. Quatenus dictis Regno & Marchionatui, bonam, firmam & Chriſtianam pacem obſervent. Neque pro cauſis diſſentionum, pro difficultatibus aliquibus circa materias fidei, & quatuor articulorum dudum exortas & agitatas (cum jam ſint per dicta Capitula complanatæ) aut pro eo, quod communicarunt, communicant & communicabunt ſub utraque ſpecie, juxta formam dictorum capitulorum, eos invadere, offendere, infamare aut injuriari præſumant. Sed ipſos Bohemos & Moravos, tanquam fratres, bonos & Catholicos Eccleſiæ orthodoxæ filios, reverentes & obedientes eidem, habeant & firma dilectione contractem. Hoc declarato expreſſe, quod ſi aliquis contrafaceret, non intelligatur pax ipſa violata, ſed debeat fieri de illo emenda condigna. Cumque (prout in dictis Capitulis continetur) circa materiam Communionis ſub utraque ſpecie, ſi hoc modo concordatum, quod dictis Bohemis & Moravis, ſuſcipientibus Eccleſiaſticam unitatem & pacem, realiter & cum effectu & in omnibus aliis, quam in uſu Communionis utriusque ſpeciei, fidei & ritui univerſalis Eccleſiæ conformibus, illi & illæ, qui talem uſum habent, communicabunt ſub duplici ſpecie, cum autoritate Domini noſtri Jeſu Chriſti & Eccleſiæ veræ ſponſæ ejus. Et articulus ille in ſacro Concilio diſcutietur ad plenum, quoad materiam de præcepto. Et videbitur, quid circa illum articulum pro veritate Catholica ſit tenendum & agendum, pro utilitate & ſalute populi Chriſtiani. Et omnibus maturè & digeſtè pertractatis, nihilominus ſi in deſiderio habendi dictam Communionem ſub duplici ſpecie perſeveraverint, hoc eorum Ambaſiatoribus indicantibus, ſacrum Concilium Sacerdotibus dictorum Regni & Marchionatus, communicandi ſub utraque ſpecie populum, eas videlicet perſonas, quæ in annis diſcretionis reverenter & devote poſtulaverint, facultatem pro eorum utilitate & ſalute, in domino largitur; Hoc ſemper obſervato, quod Sacerdotes ſic communicantibus ſemper dicant, quod ipſi debent firmiter credere, quod non ſub ſpecie panis caro tantum, nec ſub ſpecie vini ſanguis tantum, ſed ſub qualibet ſpecie eſt integer & totus Chriſtus. Et juxta dictorum Compactatorum formam, dictis Bohemis & Moravis, ſuſcipientibus Eccleſiaſticam unitatem & pacem realiter & cum effectu & in omnibus aliis, quam in uſu Communionis utriusque ſpeciei, fidei & ritui univerſalis Eccleſiæ conformibus, illi & illæ, qui talem uſum habent, valeant communicare ſub duplici ſpecie cum autoritate Domini noſtri Jeſu Chriſti, & Eccleſiæ veræ ſponſæ ejus. Hoc expreſſe declarato, quod per verbum fidei, ſupra & infra poſitum, intelligunt & intelligi volunt veritatem primam, & omnes alias credendas veritates, ſecundum quod manifeſtantur in Scripturis ſacris, & doctrina Eccleſiæ ſane intelectis. Item cum dicitur de ritibus univerſalis Eccleſiæ, intelligunt & intelligi volunt, non de ritibus ſpecialibus, de quibus in diverſis provinciis diverſa ſervantur. Sed de ritibus, qui communiter & generaliter circa divina ſervantur. Et quod poſtquam nomine Regni & Marchionatus in univerſitate hoc ſuscipietur, ſi aliqui in divinis celebrandis non ſtarim ſuſcipiant ritus, qui generaliter obſervantur, propterea non fiat impedimentum pacis nec unitatis.

Idcirco Reverendis in Chriſto Patribus, Archiepiſcopo Pragenſi & Olomucenſi & Luthomiſlenſi Epiſcopis, qui ſunt vel qui pro tempore erunt, univerſis & ſingulis Eccleſiarum Prælatis, curam habentibus animarum, in virtute ſanctæ obedientiæ diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus illis perſonis, quæ uſum habent communicandi ſub duplici ſpecie juxta formam in dicto Capituło contentam, ſacrum Euchariſtiæ Sacramentum ſub duplici ſpecie, requiſiti, prout ad unumquemque pertinet aut pertinebit in futurum, miniſtrent, & pro neceſſitate plebis, ut non negligatur, faciant miniſtrari, & his nullatenus reſiſtere aut contraire præſumant. Scholares quoque, qui communicaverunt & deinceps juxta dictorum Capitulorum formam communicare volent. Et etiam cum promoti fuerint, & ad eos ex officio pertinebit aliis miniſtrare ſub duplici ſpecie, propterea à promotione ad ſacros Ordines non prohibeant, ſed ſi aliud Canonicum non obſiſtat, eos rite promoveant eorum Epiſcopi. Quod ſi quisquam contra hoc facere præſumſerit, per ejus Superiorem debitè puniatur, ut pœna docente cognoſcat, quam grave ſit, autoritatem ſacri Concilii generalis habere contemptam. Univerſis quoque & ſingulis cujuscunque ſtatus, præeminentiæ aut conditionis exiſtant præſentium tenore diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus dictis Bohemis & Moravis, ſervantibus Eccleſiaſticam unitatem & utentibus Communione ſub duplici ſpecie, modo & forma prædictis, nemo audeat improperare, aut eorum famæ vel honori detrahere. Item, quod Ambaſiatores dicti Regni & Marchionatus, ad ſacrum Concilium, Deo propitio, fæliciter dirigendi, & nmnes, qui de eodem Regno vel Marchionatu, dictum ſacrum Concilium adire voluerint, ſecurè poterunt, ordinato & honeſto modo proponere, quicquid difficultatis occurrat, circa materias fidei, Sacramentorum, vel rituum Eccleſiæ vel etiam pro reformatione Eccleſiæ in capite & in membris. Et Spiritu Sancto dirigente fiet, ſecundum quod juſte & rationabiliter, ad DEI gloriam, & Eccleſiaſtici ſtatus debitam honeſtatem fuerit faciendum. Item, recognoſcimus in geſtis apud Pragam in ſcedula, quæ incipit: Hæc ſunt reſponſa acta per Reverendum in Chriſto Patrem Dominum Philibertum, &c. Hanc reſponſionem ſcriptam. Primo dixerunt, quod non eſt intentionis ſacri Concilii permittere Communionem ſub duplici ſpecie permiſſione tolerantiæ, vel ſicut Judæis permiſſus fuit libellus repudii. Quia cum ſacrum Concilium viſcera maternæ pietatis exhibere dictis Bohemis & Moravis intendat, non eſt intentionis Concilii, permittere tali promiſſione, quæ peccatum non excludat. Sed taliter elargitur, quod autoritate Domini noſtri Jeſu Chriſti & Eccleſiæ veræ ſponſæ ſuæ in licita, & dignè ſumentibus utilis & ſalutaris. Quoniam ita concordati ſumus cum Gubernatore, Baronibus & aliis, quod per illas formas in hac & in alia litera conceptas & ſcriptas, dicta Compactata ad executionem deducantur, & in illis formis ambæ partes teſtedimus. Item, in literis ab utraque parte ad invicem apponantur in teſtimonium ad partium petitionem ſigilla Sereniſſimi Domini Imperatoris & Illuſtriſſimi Domini Ducis Auſtriæ Alberti; Ambaſiatoribus Regni Bohemiæ ad ſacrum Concilium deſtinandis, dabimus ſalvum Conductum eo modo, quo dedimus Dominis Mathiæ Procopio & Martino Dubimus Bullam ſacri Concilii, in qua inſerentur Compactata & confirmabuntur, item aliam Bullam, in qua inſeretur litera pro executione Compactatorum, per nos facta cum ratificatione. Quando datæ fuerint nobis literæ Regni & facta fuerit obedientia; nos dabimus literam, per quam promittemus, quod quàm citò commodè poterimus, procurabimus habere à Sacro Concilio, dictas duas Bullas. Et hæc litera erit munita ſigillis Regni, & Sereniſſimi Domini Imperatoris, & Illuſtriſſimi Domini Ducis in teſtimonium. Simili modo petimus ſalvum Conductum, ſi nos vel aliqui ex nobis, vellnt tranſire ad Regnum. In quorum fidem & teſtimonium, Nos Philibertus Epiſcopus Conſtantienſis præfatus: Joannes de Polomar Auditor: & Tilmannus Præpoſitus S. Florini, vice & nomine omnium aliorum Collegarum noſtrorum, in abſentia ſuorum ſigillorum, præſentes has literas dedimus, ſigillorum noſtrorum munimine roboratas. *In alio autem Codice ſic habetur.* In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium, has noſtras literas ſigillis noſtris fecimus communiri. Et ad majorem evidentiam, robur & firmitatem, Sigilla Sereniſſimi Domini Sigismundi Romanorum Imperatoris, & Illuſtriſſimi Principis Domini Alberti Ducis Auſtriæ & Marchionis Moraviæ, ad inſtantes preces noſtras ſunt præſentibus appenſa. Datum Iglaviæ Olomucenſis Diœceſis, die quinta Menſis Julii, Anno Domini M. CCCC. XXXVI.

ANNO 1436.

ANNO 1436. 12. Juill.

X.

Mandatum nomine Ordinum Regni BOHEMIÆ *& Marchionatus* MORAVIÆ *ad Subditos, pro ſervandis Compactatis inter ipſos & Legatos Concilii Baſileenſis initis. Dat. Iglaviæ die* 12. *Julii* 1436. [LUNIG Teutſches Reichs-Archiv. Part. Special. Continuat. I. Fortſetzung I. abſatz I. von Böhmen. pag. 81.]

NOs Alſſo de Ryſemburg, alias de Wrzeſtiow, Gubernator Regni Bohemiæ, Barones, Nobiles, Milites, Clientes, Praga Civitas & cæteræ Civitates, Generalem Congregationem inclyti Regni Bohemiæ & Marchionatus Moraviæ facientes & repræſentantes. Univerſis & ſingulis ſubditis & incolis præfatorum Regni & Marchionatus, cujuscunque ſtatus & Conditionis exiſtant, qui ſunt de parte noſtra affectus omnis boni, vario cum genere complacendi præporrectis.

Cum propter aliquas difficultates circa materias fidei, & *quatuor articulorum* exortas, inter nos & convicinos noſtros, tam extra quam intra *Regnum & Marchionatum* conſiſtentes, bella dintius fuerint agitata, & jam per Dei gratiam inter legatos *ſacri generalis Concilii* & generalem *Congregationem dicti Regni*, ſit facta concordia, & nos pacem, qui promiſimus pro dictis cauſis & articulis ſuſcipere, & inire volentes cum univerſo *populo Chriſtiano*, ſive intra *Regnum* ſive extra ſiſtente, per fidem & honorem noſtrum, omni dolo & fraude ceſſante, ſuscepimus. Ideireo vobis omnibus & ſingulis per præſentes præcipiendo mandamus, quatenus bonam, Chriſtianam, firmam, & perpetuam pacem ſervetis & teneatis. Et ipſis ſupra dictis & vicinis, tam intra quam extra *Regnum* illam nullatenus violetis, ſeu violari permittatis: ſed faciatis à veſtris omnibus firmiter obſervari. In horum fidem & teſtimonium has literas noſtras *ſigillo Regni Bohemiæ* fecimus communiri. Datum in *Iglavia* XII. die Menſis Julii, Anno Domini M. CCCC. XXXVI. Data eſt autem hujus mandati Copia Dominis Legatis, præſente Imperatore, XV. die Auguſti, Iglaviæ eodem anno.

XI.

16. Août. FRANCE ET SAVOIE.

Contract de Mariage entre Madame YOLAND DE FRANCE, *Fille de Charles VII. Roi de France, avec le Prince* AMÉ DE SAVOIE, *qui fut depuis Duc, dit* Amé IX. *A Tours, le* 16. *Août* 1436. [FREDERIC LEONARD, Tom. I. pag. 451. *&* SAMUEL GUICHENON, Hiſtoire Généalogique de la Maiſon de Savoye, Preuves. pag. 416.]

(1) AU nom de Dieu le Pere, du Fils, & du Benoiſt Saint Eſprit, Amen. Par ce public inſtrument à tous preſens & à venir aparoiſſe évidemment, que aujourdui perſonnellement, & ſpecialement étant commis & conſtituez pour faire & accomplir les choſes ci après écrites és preſences des Seigneurs témoins, & nous Notaires & Secretaires deſſous écrits; c'eſt à ſavoir, Tres-Chrétien, tres-excellent & triomphant Roi de France, Charles VII. de ce nom, d'une part; & Reverends Peres en Dieu les Evêques de Geneve & (2) de Valais; & auſſi ſpectables, Nobles, & Puiſſans Seigneurs, Meſſeigneurs Jean de Seyſſel, Seigneur de Barat, Maréchal de Savoie; Amé de Challand, Seigneur de Varoy; Jean du Saix, Seigneur de Bannens; Jâques Criol, Chevalier, Docteur en Loix & en Decret; & Guillaume Rigaud, Maître-d'hôtel; Conſeillers, Ambaſſadeurs, & Procureurs de tres-excellent & puiſſant Prince, Monſeigneur (3) AMÉ, Duc de Savoie, de Chablais, & d'Aouſte, Prince Marquis en Italie, Comte de Piémont, de Genevois, de Valentinois, & de Diois, ainſi que plus pleinement apert par les Lettres patentes données à Ripaille, le quatrieme jour du mois de Juillet dernierement paſſé, faites & ſignées par la main de François Fevre Secretaire, & ſcellées en cire vermeille au ſcel pendant de Monditſeigneur le Duc de Savoie, en deû & grand honneur ont dit & expoſé audit tres-excellent Roi, que Monditſieur le Duc de Savoie, attendu la grande proximité de lignage, & autres amitiez & bienveillances, par leſquelles lui & Meſſeigneurs ſes predeceſſeurs de tres-bonne memoire ont été & ſont liez & conjoints avec ledit tres-excellent Roi, & ſes tres-nobles & dignes predeceſſeurs; auſſi que ſes Terres & Seigneuries de Savoie, & autres ſont prochaines & contigues ſans moien du Roiaume de France, & Païs du Dauſiné. Leſquelles proximité de lignage, amitié & bienveillance, ledit Seigneur Duc eſt toûjours deſirant d'entretenir, affermir & continuer, & encore plus aprocher à ce que ſes Seigneuries, Païs, & Sujets, ſoient & demeurent en bonne Paix, concorde, & union avec le Roi, ſes Roiaume, Païs, & Sujets, ainſi qu'ils ont toûjours accoûtumé; iceux Seigneurs Ambaſſadeurs & Procureurs Monditſieur de Savoie avoit envoié pardevers ledit tres-excellent Roi, expreſſément & ſpecialement pour le requerir, pratiquer, & entendre, s'il étoit de ſon bon plaiſir de faire & contraire mariage entre tres-noble Madame YOLAND DE FRANCE ſa fille; & moult Noble AMÉ Monſieur de Savoie, aîné-fils de haut & puiſſant Monſieur Louis de Savoie, Prince de Piémont, fils-aîné, & Lieutenant General dudit tres-excellent & puiſſant Prince Monditſeigneur de Savoie, ainſi que paravant avoit été parlé entre aucuns Seigneurs, parens & amis de mesdits Seigneurs de Savoie & Prince, avec aucuns autres Parens & Serviteurs dudit tres-excellent Roi. De laquelle choſe ledit tres-excellent Roi, pour la ſinguliere amour & dilection qu'il a, & ſesdits predeceſſeurs de moult longtems ont eû à mondit Sieur de Savoie & ſon Hôtel, leſquelles pareillement deſire continuer, & toûjours entretenir, & par plus grande proximité de ſang & lignage encore plus affermir, pour les cauſes deſſusdites, & pluſieurs autres julles & raiſonnables, par l'avis & deliberation d'aucuns des Seigneurs de ſon ſang, & autres de ſon Conſeil, a voulu, veut & conſent ledit mariage être fait, promis, traité, & convenancé par & ſous les convenances, promeſſes, & pactions faites, paſſées, accordées, & conſenties entre lui en ſa perſonne, d'une part, pour lui & ladite Madame Yoland ſa fille, & lesdits Ambaſſadeurs & Procureurs, aians à ce pouvoir & procuration ſpeciale pour lesdits Seigneurs Due de Savoie, aieul; & Prince, Pere d'icelui Monſieur Amé, pour eux, & pour lui, d'autre part, en la maniere qui s'enſuit.

Item omnes Apoſtatæ Ordinis prædicti in Regno noſtro & terris Lithuaviæ, Samagittarum, Mazoviæ, Ruſſiæ & Stolpenn. & aliis dominiis Regni noſtri & terrarum prædictarum commorantes, ne diutius in ſuis peccatis tollcrentur de Regno noſtro & dominiis noſtris prædictis per nos & officiales noſtros prædictos exire compellantur, & deineeps hi & alii in eisdem nullatenus foveantur. ANNO 1436.

Item quod nullus Mercator, ſeu alius homo cujuscunque conditionis exiſtat, aut bona ipſius propter delictum ſeu debitum alterius arreſtetur, moleſtetur, vel turbetur, nec etiam captivetur.

Item ſi vectores & Aurigæ bona ſeu merces mercatorum pro pretio ducentes Theolonea ſeu loca datiarum præterierint, ipſi duntaxat in rebus propriis & equis ſuis puniantur: Et quod propria bona mercatorum non debeut occupari nec detineri.

Item ſilva Babsko circa Fredelant, in diſtrictu Naklienn. impignorata Ordini pro certa ſumma redimi poterit per impignorantem, vel per Regnum, ſoluta ſumma Ordini, pro qua extat obligata. Et in literis deſuper confectis cunninetur.

Item datia ſive exactio dicta Funthaowtzol ſuper qua priscis temporibus & hactenus controverſia inter Magiſtrum & Ordinem, ac mercatores terrarum Regni Poloniæ, Ducatus Magni Lithuaviæ, & Ducatuum prædictorum vertebatur & pendebat ex certis cauſis indecisa, Talem ponimus ordinem, quod mercatores regni, Ducatus Magni & Ducatuum prædictorum, præter alia quæcunque gravamina & ſolutiones impoſterum imponendas, quibuscunque nominibus nuncupentur, respondeant Ordini de eadem duntaxat. Si quando contigerit ipſos cum bonis ſuis in navibus propriis navigare ultra mare, Ita tamen, quod ſi Civitates maritimæ liberatæ & abſolutæ via Juris fuerim ab eadem, quod cives Mercatores & indigenæ Regni & terrarum Poloniæ, Lithuaviæ, Mazoviæ, Ruſſiæ, a ſolutione hujusmodi ſint ſimulitet liberi & exempti.

Et omnia illa quæ ab eis a tempore quo præſens pax perpetua eſt firmata, ratione hujusmodi exactionis, ſunt recepta, integralitet reſtituantur per Ordinem prædictum mercatoribus Regni, Ducatus magni, & Ducatuum prædictorum vice verſa, absque recuſatione & renitentia, qualicunque interruptione, conſuetudine, præſcriptione non obſtante.

Si vero per concordiam extincta fuerit ad reſtitutionem receptorum minime teneantur. Aliæ autem omnes & ſingulæ exactiones, quibuscunque nominibus vocitentur, a Mercatoribus terrarum Regno Poloniæ, Ducatui magnn Lithuaviæ, & Ducatibus prædictis ſubjectarum in præfertur, Indigenis in terris Magiſtri & Ordinis ſubjectis, Et ſpecialiter exactio quædam dicta Lobegald & Fyrken nullatenus de cætero exigantur. Nec nos Rex, Dux magnns Lithuaviæ, Duces Mazoviæ & Stolpenn. Imponemus aliquod novum Theoloneum, in gravamen & præjudicinm ſubditorum duntaxat Ordinis prædicti, Et ſi quod novum eſt impoſitum in terris noſtris & Ducatibus prædictis, a tempore concordiæ, circa Lacum Melno factæ, omnino deponatur, Theoloneis & depoſitis antiquis ſemper ſalvis.

Item cum medietas Navigii circa Thorn ſupradicti, cum medietate pecuniarum de ipſo provenientium, nobis vigore prius habitæ & præſentis concordiæ in perpetuum hæredibus & ſucceſſoribus noſtris debeatur, de collectore pecuniarum, ex ipſo fic inter nos exiſtit conventum ordinatum & eonelufum, Quod is qui per nos & ſucceſſores noſtros ad ea fuerit deputatus, conveniet cum Commendatore Thorunenſi pro tempore exiſtente uno anno in oppido Thorun. Et alio in Nieſchowa, & ſic ſemper vicibus alternatis collectorem hujusmodi ſingulis annis ſimul conſtituant, qui ſub præſtito juramento pecunias, quas collegerit, diebus dominicis in manus utriusque præſentet, æquali portione dividendas, ſolutis pretiis famulorum & reparatione Navium de communi, Et ſi parti alteri ille collector pecuniarum non placuerit, Anno elapſo, tam Capitaneus, ſive ad ea deputatus, quam Commendator convenientes, ut ſupra, alium eligant, quotjes fuerit oportunum, Servitia vero per famulos Navigii prædictique Scharwerk appellantur fieri conſueta partibus prædictis ſimiliter alternatis ſeptimanis & paribus vicibus impendantur, Et tunc pars quælibet in ſua ſeptimana ipſis provideat de expenſis modo & forma ſicut hactenus eſt eis proviſum.

Item ſi aliquis de Regni noſtri Ducatus Magni & Ducatuum prædictorum, ſubditis Ordinis injuriam intulerit, & ſuper eo Capitaneus vel alius Officialis noſter requiſitus juſtitiam non fecerit, Ex tunc pro negligentia hujusmodi ab officio eſt deponendus; Niſi de innocentia ſua juramento proprio & corporali ſe purgaverit, ſimilitet ex alia parte, ſi Commendator, vel Officialis Ordinis prænominati in reddenda juſtitia, in præmiſſis negligens fnerit, pari modo deſtituatur. Et nihilominus Succeſſor juſtitiam tenetur facere expeditam

ANNO 1436. tam requirenti. Si vero is, qui pro justitia ratione delicti vel alius requiritur, simplex fuerit terrigena, & justitiam facere recusaret aut negligeret, Et tunc damna justitiam requirenti per Capitaneum seu Commendatorem de bonis terrigenæ prædicti compensentur, & solvantur, nisi simili se purgaverit juramento.

Item si pet aliquem subditum, indigenam, vel advenam alicujus nostrum casu & eventu inscriptioni seu pacti hujusmodi perpetuæ fuerit in aliquo derogatum & contraventum, utpote Rapinæ, spolia, incendia, vastationes, prædæ vel homicidia, aut aliqua maleficiorum genera, in terris & dominiis nostris alterutrum perpetrata fuerint & commissa. Propterea pax prædicta cassari & irritari non debebit, sed in suo robore & firmitate permanebit, Nec propter hoc pars cujus subditus maleficium hujusmodi commiserit, censebitur sore dejerans seu perjurans, prædicti autem delinquentes, & malefactores, pro ipsorum excessibus, per Capitaneos seu Officiales utriusque nostrum judicialiter puniantur, Et ad satisfactionem plenam & debitam arcebuntur & compellentur.

Item ut Capitanei, Palatini, Commendatores, Officiales seu Judices partis utriusque, ad administrationem justitiæ fortius inducantur, Et ne aliqua gravis displicentia inter nos Regem, Ducem Magnum, & Duces prædictos ex una, Magistrum & Ordinem & terras sibi subjectas prænominatos & subditos eorundem parte ex altera, in posterum valeat exoriri, singulis annis nos Rex præfatus, duos ex Commendatoribus viros boni testimonii & conscientiæ in festo Pentecostes, & similiter Magister & Ordo, duos Palatinos aut alios paris conditionis in præfato festo de terris nostris prædictis eligent, Et sibi quanto otius poterint hujusmodi electiones personarum scriptis insinuent. Qui in festo Sancti Michaelis convenientes anno unn in Nyeschowa, alio in Thorun, & tactis sacrosanctis Evangeliis, favore, timore, & odio exclusis, de justitia facienda punient, Judices ac Officiales in administratione justitiæ remissos & negligentes, Et secundum jura Municipalia loci delicti partibus læsis facient, nihilominus justitiam congruentem, vel partes secundum æquitatem & bonam conscientiam component, & omnia facient, quæ pro conservatione hujusmodi juratæ pacis perpetuæ viderint expedire.

Pari modo inter Samogithiam & Prussiam uno anuo in Weluna, & alio in Regnith.

Inter Lithuaviam & Livoniam uuo Anno in Hufpole & alio in Dymborgo alias in Nouvyna.

Inter novam Marchiam & majorem Poloniam, uno anno in Synakouvo, alias Czyrck, alio in Dereslino.

Inter terras Dobrinenses & Prussiam uno anno in Ruppin & alio in Brodnitza.

Inter terras Mazoviæ Ducis Wladislai & Prussiam uno anno in Dzoldow & alio in Mlauva.

Inter Wissiam & Prussiam uno anno in Wissna, & alio in Jannspurg.

Inter terras Ducis Bolkonis & Prussiam, uno anno in Czethonow, & alio in Nydborg per omnia volumus & decernimus observare.

Inter Ducatum Stolpensem & Prussiam, uno anno in Stolp & alio anno in Bythaw.

Inter Novam Marchiam & terram Stolpenn. uno anno in Retz & alio in Suthan, nisi partes de aliis locis fuerint concordes.

Item ne circa limites displicentiæ seu controversiæ suscitari valeant, volumus limites de quinquennio in quinquennium, ubi opus fuerit, innovari.

Item liber sit transitus & via omnibus mercatoribus ac incolis terrarum & Dominiorum Ordinis, eum suis Mercantilis, frumentis cujuscunque grani, Et rebus quibuscunque & cujuscunque conditionis vel maneriei existant, sine Impedimento vel Angaria, per terras & maria, Aquas & flumina quæcunque, Ascendendo in & ad Regnum Poloniæ, terras Lithuaviæ, Samagittarum, Mazoviæ & Russiæ, Et descendendo per ipsum Regnum atque terras prædictas, ac per ipsa flumina seu aquas usque ad maria, Et trans mare in navibus parvis sive utaguis, vacuis sive oneratis, in perpetuum quocunque & quotiescunque voluerint, absque alio arresto vel impedimento cujuscunque, Et specialiter oppidanorum in Thorun. Quas quidem merces frumenta & res, ut præscripsum est, si præfati mercatores seu incolæ Ordinis ducentes vendere aut stare in aliquo locorum seu civitatum, ad portum seu ripam prædictarum aquarum sive maris situatarum voluerint. Est & debet esse in ipsorum arbitrio & voluntate, si vero vendere noluerint, possint absque omni impedimento ire seu ascendere vel descendere quo iis placuerit, cum rebus prædictis ut superius est expressum Theolonels & antiquis depositis, prout supra, salvis.

ANNO 1436.

Item omnia damna, injuriæ, displicentiæ, impensæ & expensæ, Prælatis eorumque Ecclesiis & Capitulis ac Abbatibus, Prioribus, Conventibus, Monasteriis, personis Ecclesiasticis, secularibus & aliis quibuscunque, per nos, Subditos, Coadjutores, ac adhærentes nostros in terris Prussiæ & extra allata quomodolibet & facta in omnibus guerris præteritis, & è contra per sæpe dictum Magistrum & Ordinem, & exercitus ipsorum Prælatis in dominiis Regni nostri constitutis, sint sopita auctoritate præsentium penitus & extincta, ita quod prætextu eorundem per Prælatos ipsos aut eorum aliquem, suis, aut Ecclesiarum Capitulorum Conventuum sive Monasteriorum suorum nominibus Magistro & Ordini prædicto vel aliis supradictis, quæstio, causa, actio vel impeditio de jure vel de facto nullo unquam tempore moveatur.

Item Magister & Ordo prædicti tenebuntur nobis ratione concordiæ præsentis dare & solvere Novem millia florenorum, cum quingentis Hungaricalibus, justi & boni ponderis, aut eorum valorem, in moneta Prutenicali bona nova, medietatem in Dominica Lætare, & aliam medietatem in Festo sancti Martini Episcopi in Thorun proxime affuturo, & pro rata cujuslibet solutionis, literas quitatorias tenebuntur assignare.

Item circa Judices, Judicia, mercantias emendas vel vendendas, & circa victualia comparanda & Theolonea antiqua solvenda, Rationabilis consuetudo tempore bonæ memoriæ Witowdi Magni Ducis Lithuaviæ, tenta in Lithuavia, Samogithia & Russia inconcusse servetur, & quantum fieri poterit juxta ritum Catholicorum in melius reformetur.

Item, ne circa hanc concordiam perpetuam aliquid in posterum relinquatur, quod possit mentes & subditos partium prædictarum tam spirituales quam seculares, ad lites & odia quæcunque provocare in futurum causam Ecclesiæ Wladislavien sis & ipsius Episcoporum super demolitione domus Episcopalis ante oppidum Gdansk in præteritis guerris per oppidanos Gdanenses attemptatam, quæ in Curia Romana & Constantiensis & Basilien sis concilio per annos plurimos pendebat indecisa, divinus de consensu partium & venerabilis Capituli Wladislavien. per modum concordiæ sopiendam, Ita videlicet, quod Magister & Ordo & oppidanis Gdanenfibus, Reverendo in Christo patri, Domino Wladislao Moderno Ecclesiæ Wladislavien sis Episcopo Mille ducentos florenos Hungaricales, boni & justi ponderis, pro media parte hujusmodi summæ in Festo Carnis privii cum uno flamine Bruffienn. boni operis in oppido Thorun, & pro alia parte media, in festo sancti Michaelis ibidem proxime affuturum, ratione demolitionis domus prædictæ, solvent & expedient, cum effectu, & absque excusatione aliquali, Dominus vero Episcopus prædictus & Capitulum ejus eosdem oppidanos Gdanenses & Ordinem ab impeditione sua debet dimittere absolutos, & causam hujusmodi extinguere, nunquam ipsis de cætero per se & successores suos intentandam, Quam ordinationem præfati dominus Episcopus & Oppidani, publice & solenniter emologarunt, solutione facta, dominus Episcopus præfatus eum Capitulo suo super qualibet solutione quitabit sufficientibus literis Magistrum, Ordinem & Oppidanos antedictos.

Item Magister generalis & Ordo omnem exactam & extremam diligentiam facient, Quod Magister Alemanniæ infra unum Annum majus suum Sigillum huic Concordiæ perpetuæ appendet. Quodsi facere nollet, sed cum aliquo domino spirituali vel temporali ratione bonorum ab eodem domino obtentorum, Regi, Regno Poloniæ & Ducatibus præmissis, aut eorum subditis bella moveret, ex tunc Magister generalis Prussiæ, & Magister seu Præceptor Livoniæ, & Fratres Ordinis per Prussiam & Livoniam absque dolo & fraude sub fide & honore, ac onere præstiti juramenti, eidem Magistro Alemanniæ, nec non illis dominis sub quibus consistunt, nec aliis quibuscunque hominibus per se vel per alios publice vel occulte, directe vel indirecte, cum gentibus armorum, pecuniis, armis, aut aliis auxilis quibuscunque consilio & favore, non debent, neque possint subvenire, aliquo excogitato ingenio vel colore. Quodsi contrarium fecerit, & id legitimis documentis probatum fuent. quod tunc subditi eorum ab omnibus homagiis, juramentis & subjectionibus liberi & soluti esse debent in hoc casu, donec ad observationem pacis perpetuæ reverterentur.

Item nos Wladislaus Rex prædictus oppidum Arnswald, alias Tnoschtcno, quod exercitus patris nostri

ANNO 1436. bonæ memoriæ Domini Wladislai acquiſivit, & cujus poſſeſſionem hucusque habuimus pacificam, Magiſtro & Ordini infra hunc & Dominicam Lætare proxime venturam cum Curiis, villis & aliis omnibus coherentiis ad prædictum oppidum ſpectantibus, reſtituere tenebimur & debemus, Nobiles inſuper de Navawedel & Tckeenburg cum oppidis, caſtris & omnibus bonis ſuis in Novamarchia conſiſtentibus: qui Patri noſtro prædicto fidelitatem & Omagium, exercitu noſtro in Novamarchia exiſtente, præſtiterant ad Magiſtrum & Ordinem abſoluti primo a noſtris Omagiis & juramentis ratione bonorum prædictorum duntaxat nobis factis infra hinc & prædictum terminum Dominicæ Lætare revertantur, Qualitercunque autem ipſi nobiles & oppidum Arnswalde ad poſſeſſionem Magiſtri & Ordinis acceſſerint, ſive de manibus noſtris aut noſtrorum, ſive etiam aliis modis quibuscunque, quod per hoc huic articulo ſatisfeciſſe cenſeamur, Proviſo tamen, quod Magiſter & Ordo eosdem favorabiliter & benigne recipiant, & de vita & bonis aſſecurent. Quemadmodum de hujusmodi ſecuritate per Magiſtrum & Ordinem in Feſto Purificationis Mariæ proximo, debet eisdem provideri, & in Caſtro Rantzans hujusmodi literæ aſſecurationis præſentari.

Item Caſtrum Niſchowa cum diſtrictu & medietate Navigii, ut ſuperius eſt expreſſum, Magiſter & Ordo infra hinc & Dominicam Lætare proximam ad manus Reverendi in Chriſto Patris, Domini Wladislai Epiſcopi Wladislavienſis nomine noſtro, debent tradere, reſtituere & aſſignare cum effectu.

Item ut hæc concordia cum tanta maturitate concepta, habundantiori cautela, valeat ab utraque parte fortius & attentius cuſtodiri, promittimus bona fide, attente & fideliter in verbo noſtro Regio absque dolo & fraude corporali præſtito juramento, hujusmodi Concordiam, in omnibus ipſius articulis atque punctis obſervare, Et ut propenſiori vigilantia ipſius Capitula attendantur, decrevimus formam juramenti ſub verbis & tenore infra ſcriptis.

Ego N. juro quod hanc Concordiam obſervabo, nec contraveniam ei facto, auxilio vel favore, ſic me Deus adjuvet, & hæc ſancta, & quod omnes Reges ſucceſſores noſtri & hæredes infra annum Coronationis ſuæ, ſeu ſuscepti reguminis, ſimiliter Magnus Dux Lithuaviæ modernus, ad requiſitionem alterius partis per nuntios ſpeciale Mandatum habentes, hujusmodi pacem perpetuam juramentis firmare: & ſtabilire teneantur, Quoque de decennio in decennium per Prælatos, Duces, Palatinos, Commendatores, Terrigenas atque Cives, tam noſtrarum quam Ordinis partium, Et prius non juratos debet novis juramentis ſolidari.

Item pars contra partem metu animadverſionis præſentis, ad bella & prælia non conſurget, ſtatuimus decernentes, quod noſtri Prælati, milites nobiles, Cives & tota Communitas debeant & teneantur terrarum Magiſtri & Ordinis Prælatis, Baronibus, militibus nobilibus, Civibus & toti Communitati, dare certas noſtras literas & paces ſive reverſales, ab ipſis, ſub eadem forma recipere. Quas tam nos quam præfatus Magiſter & Ordo, ſubditis utrisque noſtris dare promittimus & debemus, Ipſique ſubditi noſtri ſubditis Magiſtri & Ordinis, & è converſo, ſubditi Ordinis ſubditis Regni noſtri dare & præſentare tenebuntur, in Dominica Lætare proxime ventura, ſub his vel ſimilibus verbis.

Quod ſi nos, vel ſucceſſores noſtri ſtante hujusmodi pace perpetua Magiſtro, aut terris Ordinis vellemus aut conaremur hujusmodi guerras aut bella, non debent nobis ſubditi noſtri conſentire, nec in hoc obedire aut parere, quinimo erunt ab omnibus Omagiis noſtris, juramentis & ſubjectionibus liberi & ſoluti, donec in hoc caſu nos & ſucceſſores noſtri ad obſervationem pacis perpetuæ revertemur.

Item omnes Violationes Treugarum ac pacis veterum ſtipulationum & contractuum, ſi quæ inter partes prædictas in guerris præteritis accidiſſent vigore præſentis concordiæ annullamus & caſſamus.

In cujus rei teſtimonium, Sigillum noſtrum quoad præſens utimur, cum infraſcriptorum illuſtrium, & præclarorum dominorum, fratrum noſtrorum chariſſimorum Magni Ducis Lithuaviæ, Prælatorum, Ducum, Baronum, Militum, procerum & civitatum, Sigillis eſt appenſum.

Videlicet Sigismundi Magni Ducis Lithuaviæ prædicti, Semouithi, Cazimiri, Wladislai, Boleslai, Mazoviæ, Bugulſai, Stolpenſis, Michaelis præfati Domini Sigismundi Magni Ducis nati, Ducum, Nec non Reverendiſſimorum & Reverendorum in Chriſto Patrum Dominorum Alberti ſanctæ Gneznenn. Eccleſiæ Primatis, & Johannis Leopolicenſis Archiepiſcoporum, Sbignei Cracovienſis, Stanislai Pornavienſis, Wladislai Wladislavienn. Stanislai Plocenn: Matthiæ Wilnenſis, Johannis Tholmenn. Pauli Cornecenſis & Andreæ Wladimiricnſis, Epiſcoporum, Andreæ Wlodimirowirz. Chleb, Dogaldowitz Jurgii Semionobitz Ruſſiæ Ducum, ac magnificorum Nicolai de Michalou Cracovienſis Caſtelani, Sandivogii de Oſtrorg Boznavienſis, Petri de Pieſchiowaſcala Cracoviensis, Johannis de Czilou Sandominenſis, Martini de Kalinowa Siradienſis, Johannis de Lichin Greſtenſis, Jarandi de Brudzewo Juniwladislavienn. Oſtick Caſtellani Wilnenn. Dolgerth Wilnenſis, Leluſch Troccnſis, Johannis Maliick de Dambrowa Leopolicnſis, Petri Odrowanſch Podoliæ, Stanislai Grath de Zirzensko Plocenſis, Johannis Glowatz de Lantzemirza Czirnenſis, Pauli de Badzwowa Belczenſis Palatinorum, Martini de Slawsko Poznavienn. Dabeslai de Scnno Sandomirienſis, Petri de Zirniki Caliſienn. Laurentii Zaramba Siradienſis, Petri de Bnin Gnetznen. Alberti Maliski Lanticienſis, Floriani de Corſthnitza Wiſlicienſis, Domarachi de Cobilani Lublinenſis, Nicolai de Warznow Breſtenſis, Chriſtini de Kozeglowii Sandecenſis, Johannis de Tantzin Woinicenſis, Przedbori de Conetzpole Rosbergenſis, Nicolai de Wirtzbirzsko Dobrinenſis, Johannis de Balitze Rodonnenſis, Barthoſſii de Goſlin Naklienſis, Martini de Wirtziſchka Juniwladislavienſis, Clementis Wautropka Strzelitze Bettenſis, Vincentii de Schamotuli Medzirzecenſis, Dobrogoſti de Colno Camenenn. Przedipeloi de Copidlowo Landenſis, Przibiſlai Dzik. Zarnouvienſis, Warſii de Oſtrow Zawichoſtenſis, Pauli de Biskwpitze Malogoſtienſis, Alberti de Pakoſtz Szczemenſis, Matthiæ de Bielawi Vrzeſnienſis, Johannis de Calinowa Santhocenſis, Petri de Chelm Polanecenſis, Nicolai de Lubilow Cruswicienſis, Stanislai de Starſchewo Bielowienſis, Jacobi Przeknra Czechowienſis, Prizibislai Cowalenſis, Nicolai Kelbaſſa Bidgaſtienſis, Jacuſſii de Strzygi Ripnenſis, Paskonis de Goslawitze Conarienſis, Johannis Vlanowo Rogoſznenſis, Hritzkonis Kerdiowitz Leopolienſis, Nicolai de Wisnitze Premislienſis, Petri de Schmolitze Sanocenſis, Michaelis de Bktzarz Halicienſis, Johannis de Oleſchnitza Marſcalci, Andreæ de Lubino Theſaurarii Regni Poloniæ, Andreæ de Czechomirze Plocenſis, Wigandi de Oſtralanka Cziernenſis, Dobrogoſti de Nowidwoe Marſchovienſis, Pauli de Leſchtzno Sochatzowienſis, Ade de Zitzsko Goſtinenſis, Marcuſii de Popiens Rabenſis, Nicolai Maldrzik de Starogrothis Belſenſis; Caſtellanorum, Petri de Pieſthewaſcala Cracovienſis, Petri Crodebach Poznavienſis, Andreæ de Zelcohowo Sandomicicnſis, Dobrogaſtii de Sthamotullii Caliſienſis, Thome Scheliga de Jonowitze Siradienſis, Stanislai Bielajoski Lanticienſis, Andreæ Dionin Breſtenſis, Stanislai Juniwladislavienſis, Woltzkonis Pokuthowitz Leopolienſis, Senkonis de Scnnow Præmiſſienſis, Czubilonis de Stoianize Halicienſis, Januſii Kerdliowitz Camenecenn. Nicolai Grzimalka Sanocenſis, & Stanislai Kanimir Chelmenſis, ac Petri de Campa Plocenſis, Andreæ de Radzeiowitze Sothatzovienſis, Nicolai de Brzozewo Goſtinenſis, Johannis Chabaſcha de Zaluski Ravenſis; Subcamerariorum, Marcuſſii de Brotzimowitze Cracovienſis, Theoderici de Medrichod Poznavienſis, Johannis Slanka de Labzowo Sandomizienſis, Nicolai de Pleſchowo Caliſienſis, Czegothe de Moikou Siradienn. Petri de Opporou Lanticienn. Waſikonis de Sluſzewo Breſtenſis, Nicolai de Coſczeletz Juniwladiſlavienſis, Derſſai de Wiſoke Lublinenſis, Georgii de Laſſorki Dobrinenſis, Johannis de Winnitza Leopolienſis, Jacobi de Zackowitze Halicienſis, Andreæ Witzga Plocenſis, Johannis de Boglowitze Czirnenſis, Johannis Regale de Wangrzinowo Wiſchegrodenn. Derſſai de Potſte Zaktorzinienſis; Vczilliferorum, Pauli de Bogumilowitze Cracovienſis, Abrahe de Dzbanſchin Poznavienſis, Johannis de Sprowa Sandomirienſis, Trojani de Lekno Caliſienſis, Petri de Widawa Siradienſis, Ade de Thur Lanticienſis, Andreæ de Lubranietz Breſtenſis, Matthiæ Figa Juniwladislavienſis, Alexii de Ploniki Dobrinienſis, Johannis Lublinenſis, Stanislai de Dawidawo Leopolienſis, Petri de Grothowitz Premislienſis, Johannis Cola de Dalew Halicienſis, Stanislai de Strzegowo Plocenſis, Alberti de Chebdznio Czirinenſis, Silanii de Winnitza Wiſchogrodenſis, Zemakonis de Smogorzewo Czechonowienſis, Saſſinii de Scawino Goſtinenſis, Jacobi de Glowno

ANNO 1436.

ANNO 1436. Glowno Ravenſis, Saſſini de Vrinowo Beiſenſis; Judicum, Johannis Farurcü Cracovienſis, Bieniakonis de Bandlewo Potznavienſis, Johannis Powala Sandomirienſis, Sigismundi de Margonino Caliſienſis, Stephani de Opporon Lanticienſis, Chriſtini de Coſczol Breſtenſis, Johannis Rojowski Juniwladislavienſis, Demetrii de Chodorow Leopolienſis, Johannis Mſurowski Premiſlienſis; Dapiferorum, Janüſii de Cobilani Cracovienſis, Sambori de Malothow Poſnavienſis, Petri de Krzizanowitze Sandomirienſis, Thomikonis de Mirtzin Siradienſis, Stanislai Starſthowski Caliſienſis, Johannis Parzinczowski Lanticienſis, Nicolai Boniewski Breſtenſis, Petri Latzkowski Juniwladislavienſis, Nicolai de Felſten Leopolienſis; Venatorum, Jacobi Cliza Pincernæ Siradienſis, Petri Stona Potznavienſis, Boguſſii de Cruthowo Caliſienſis, Andreæ de Brzeſte Breſtenſis, Johannis de Simnawoda Leopolienſis; Subjudicum, Nicolai de Brzeſze Cracovienſis, Raphaelis de Goluthowo Poznavienſis, Jacobi de Baranou Sandomirienſis, Stanislai de Oſtrorog Caliſienſis, Nicolai Colutzski Juniwladislavienſis, Clemensis de Backeiztze Lanticienſis, Nicolai de Scharlei Breſtenſis; Subdapiferorum, Jacobi Lublinenſis, Keltzonis Siradienſis, Johannis de Laſſothki Dobrinenſis, Jacobi de Malitze Tribunorum, Stanislai Liganszitz, Spithonis de Melſten, Petri de Curow, Nicolai de Crolikowo, Przedpelconis de Coſmin, Milai de Miloslau, Jamiſſi de Tholiſchcowo, Nicolai de Grandi, Petri de Zawadi, Mſczni de Bartzow, Jacuſſii de Wroniawi, Johannis de Zithlino, Nicolai de Sleſſino, Vincentii de Phiewa, Thomkonis de Sobotha, Raphaelis de Tamow, Johannis de Piltza, Scarpzonis de Gori, Muſziionis de Butzarz, Nicolai Miethowski, Jacuſſii de Witari, Petri Thulcowski, & Jacobi de Czirnikowo; nobilium & procerum, Cracovienſis, Poznavienſis, Caliſienſis, Leopolienſis, Plocenſis, Warſchovienſis, Stolpenſis, & Stargarthenſis Civitatum.

* Poſtquam autem Deo favente annos diſcretionis attigerimus, promittimus & ſpondemus Juramentum præſtare, renovare & appendere, ſeu appendi facere præſentibus ſigillum noſtræ Majeſtatis, Actum in Brzeſcze Wladislavienſis Diœceſis, ſabbatho die in vigilia Circumciſionis Domini anno ejusdem milleſimo, quadringenteſimo triceſimo ſexto. Datum per manus magnifici & venerabilis Johannis de Conietzpole Cancellarii, & Vincentii Kotla de dambno Cuſtodis Gnetznenſis, & Cantoris Cracovienſis Eccleſiarum, vice Cancellarii; Regni Poloniæ ſincere nobis dilectorum.

Quietantia Prima.

NOs Wladislaus Dei gratia Rex Poloniæ, Lithuaniæque Princeps & hæres Ruſſiæ &c. Recognoſcimus tenore præſentium quibus expedit: univerſis præſentibus & futuris nos quatuor millia florenorum Hungaricalium cum ſeptingentis & quinquaginta in valore Prutennicalis monetæ novæ, bonæ, a venerabili & magnifico viro fratre Paulo de Ruſdorff, Ordinis beatæ Mariæ Theutonicorum Magiſtri generalis per manus fidelium nobis ſincere dilectorum, videlicet magnifici Barandi de Grabic Palatini Juniwladislavienſis, & magnifici Nicolai de Warzimowo Caſtellani Birſtenſis, nec non Nicolai de Eztenbotze Sub-dapiferi Birſtenſis & circumſpecti Wietziink Civis Cracovienſis, quibus in hoc noſtrum plenum contulimus mandatum feria quarta ipſo die beati Petri Apoſtoli ad vincula, de manibus honorabilium & religioſorum virorum ejusdem Ordinis, videlicet Tamme de Spanheim magni Commendatoris, Conradi de Erlingshauſen Marſcalci ſupremi, Henrici de Plaven Hoſpitalarii ſupremi & in Elbing, Henrici Marſchalck in Reden Commendatoris, Nicolai de Geildorff Magiſtri monetarum, ac circumſpectorum virorum proconſulum & conſulum Thorunenſis, videlicet Johannis uxor Hermanni Reuſon, Arnoldi Menſing, Petri Holtze, Nicolai Czchenmarck prædicti domini Magiſtri, & Ordinis in hac cauſa Commiſſariorum in Thorn percepiſſe & levaſſe eum effectu de ſumma novem millium florenorum Hungaricalium & quingentorum, ad quam videlicet ſummam præfatus Dominus Magiſter & Ordo ſuus vigore concordiæ perpetuæ pacis de eodem anno Domini ut ſupra, in oppido noſtro Breſt, Wladislavienſis Diœceſis, in vigilia Circumciſionis Domini, inter nos, Regnum noſtrum, & terras ex una, ac præfatum Dominum Magiſtrum generalem, ſummque Ordinem & terras partibus ex altera, per Conſiliarios utriusque noſtrum, factæ & celebratæ, ac juramentis corporalibus ab utraque parte firmatæ, nobis extitit obligatus, de quibus quidem quatuor millibus florenorum Hungaricalium, cum ſeptingentis & quinquaginta, ſæpe dictum Dominum Magiſtrum, & ſuum Ordinem abſolvimus, dimittimus & quittamus, perpetuisque temporibus dolo & fraude quibuslibet ceſſantibus quittos & abſolutos pronunciamus tenore præſentium mediante. promittentes in verbo noſtro Regio, quod nec nos, nec ſucceſſores noſtri, eundem Dominum Magiſtrum & ſuum Ordinem, occaſione hujusmodi Summæ, videlicet quatuor milium florenorum Hungaricalium cum ſeptuagentis & quinquaginta, unquam futuris temporibus perpetuis impetemus, nec exigere debebimus quovismodo ab eisdem, Nihilominus tamen Dominus Magiſter & Ordo prædicti, quatuor millia florenorum Hungaricalium cum ſeptingentis & quinquaginta, vel valorem eorundem, in bona moneta Prutenicali nova, ad feſtum Sancti Martini Confeſſoris proxime venturi tenebuntur nobis ſolvere & cum effectu, in cujus rei teſtimonium Sigillum noſtrum præſentibus eſt ſubappenſum. Datum in Thoru feria quarta, ipſa die beati Petri ad Vincula Apoſtoli glorioſi. Anno Domini milleſimo quadringenteſimo triceſimo ſexto.

ANNO 1436.

Quietantia Secunda.

NOs Wladislaus Dei gratia Rex Poloniæ, nec non terrarum Cracoviæ, Sandomiriæ, Siradiæ, Lantzitziæ, Cujaviæ, Lithuaniæque Princeps ſupremus, Pomeraniæ, Ruſſiæque dominus & hæres. Recognoſcimus tenore præſentium quibus expedit univerſis præſentibus & futuris nos reliquam niedietatem, videlicet quatuor millia florenorum cum ſeptingentis & quinquaginta, partim in auro Hungaricali, & partim in moneta Prutenicali, bona, nova, a venerabili & magnifico Domino, fratre Paulo de Ruſdorff, Ordinis beatæ Mariæ Teutonicorum Magiſtro generali, ſuo & nomine Ordinis ſui, per manus fidelium ſincere nobis dilectorum ſcilicet Jordani de Ginibiæ Palatini Juniwladislavienſis, Nicolai de Wartzimowo Caſtellani Præſtenſis, & Nicolai de Eztinburzæ Subdapiferi Breſtenſis & Capitanei Juniwladislavienſis, quos in hoc noſtro pleno fulcivimus mandato, Anno Domini milleſimo quadringenteſimo triceſimo ſexto, Sabbatho proxino poſt feſtum beatæ Luciæ Virginis de manibus honorabilium & religioſorum virorum ejusdem Ordinis, videlicet Johannis de Trachenow Commendatoris in Grudentz, Nicolai de Gilsdorff Magiſtri monetæ in Thorn, ac circumſpectorum virorum proconſulum & conſulum ſecundum Patriæ conſuetudinem Civitatis Thorn, prædicti Domini Magiſtri, & ſui Ordinis in hac cauſa Commiſſariorum in prædicta Civitate Thorn habuiſſe, percepiſſe & levaſſe cum effectu, de ſumma novem millium florenorum & quingentorum Hungaricalium, in qua Dominus Magiſter & Ordo ſuus vigore concordiæ pacis perpetuæ de eodem anno Domini ut ſupra in Civitate noſtra Bretſch: in vigilia Circumciſionis Domini inter nos, Regnum, ſubditos & adhærentes noſtros ab una, & præfatum Dominum Magiſtrum generalem, Ordinem, terras & adhærentes ſuos partibus ex altera, per Conſiliarios utrorumque noſtrorum factæ & celebratæ, ac juramentis corporalibus firmatæ nobis exirit obligatus, de qua quidem medietate reſidua, videlicet quatuor millium florenorum, cum ſeptingentis & quinquaginta Hungaricalium, ſæpe dictum Dominum Magiſtrum & ſuum Ordinem abſolvimus, dimittimus, & quittamus, perpetuis temporibus, omnibus occaſionibus aut adinventionibus contra præſentem literam facere volentibus remotis, quittos & abſolutos fatemur tenore præſentium mediante, proteſtando quod non ſtetit per Magiſtrum ac ſhum Ordinem, quin ipſo die ſancti Martini Confeſſoris dicta pecunia fuiſſet nobis integre ſoluta, ſed per nos promittentes in verbo noſtro Regio, quod nec nos, nec ſucceſſores noſtri eundem Dominum Magiſtrum & ſuum Ordinem occaſione hujusmodi ſummæ, videlicet quatuor millium florenorum, cum ſeptingentis & quinquaginta Hungaricalium, unquam perpetuis futuris temporibus impetemus, neque exigere debebimus quovis modo ab eisdem, in cujus rei teſtimonium Sigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum. Actum & Datum in Thorn, Sabbatho poſt Luciæ Virginis & Martyris. Anno Domini milleſimo quadringenteſimo triceſimo ſexto.

ANNO 1437. 24. Sept. ROMÆ.

XIV.

Traité & Accord entre L'ABBÉ *&* le SEIGNEUR TEMPOREL *de la Ville* D'EGMOND *conclu par* PHILIPPE le Bon *Duc de Bourgogne, ſelon la Commiſſion, qu'il en avoit reçue du Pape* EUGENE *IV. fait le 24. Septembre*, 1437. [AUBERT LE MIRE, Donationum Belgicarum, Tom. I. Cap. CXXXVI. pag. 292.]

EUGENIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.... Sanè pro parte dilectorum filiorum ABBATIS & Conventus monaſterii S. Adalberti, loci ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis, Ordinis S. Benedicti, ac nobilis viri JOANNIS DE EGMONDA, militis Trajectenſis Dioceſis, nobis nuper exhibita petitio continebat, quòd olim ipſi frequenti libramine recenſentes, quòd inter Abbatem & Conventum prædictos, ac ſuos inibi prædeceſſores ex una, nec non militem præfatum & ejus progenitores ex altera partibus, ſuper DOMINIO TEMPORALI ac territorio dicti loci, nec non quibusdam aliis terris, bonis, libertatibus, ſuperioritatibus, ſubjectionibus, ſervitutibus, juribus atque rebus, & illorum occaſione, multis annorum curriculis, graviſſimæ diſſenſiones & diſcordiæ viguerunt: & propterea partes ipſæ, dictumque monaſterium (quòd à dilecti filii nobilis viri Philippi Ducis Burgundiæ progenitoribus, Hollandiæ Comitibus, ſolemniter dotatum fuerat) damna plurima pertolerant, & niſi deſuper celeris acceptaretur via proviſionis, ipſum monaſterium magnæ deſolationis periculo ſubjaceret.

Ac cupientes Abbas & Conventus, nec non miles, prædicti, diſſenſionibus & diſcordiis ejusmodi finem quantotius imponi, ſuper præmiſſis omnibus in eumdem Ducem, ſub certa forma compromittere curarunt, ei per ſe vel alium deſuper, ubicumque locorum, de alto & baſſo, nec non in toto & parte ſtando vel ſedendo, etiam juris ordine prætermiſſo, ſententiandi, arbitrandi, & laudandi concedentes poteſtatem....

Poſtmodum verò prædictus Dux, ipſo compromiſſo in ſe ſponte ſuſcepto, arbitratem ſuper his, in earumdem tunc præſentia partium, ſententiam promulgavit: quam Abbas, Conventus & miles, prædicti, ſuis hinc inde ſigillis appenſis, efficaciter approbarunt, ut in utilitatem dicti monaſterii cedere dignoſcitur evidentem.

Quare pro parte Abbatis & Conventus ac militis eorumdem nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ejusmodi ſententiæ, pro illius ſubſiſtentia firmiore, robur Apoſtolicæ confirmationis adjicere, & aliàs ſuper his oportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur.....

Datum Ferrariæ anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo tricesimo ſeptimo, XV. Kalendas Aprilis, Pontificatus noſtri anno octavo.

PHILIPPI Boni *Burg. Ducis Sententia.*

PHELSPPUS Dei gratia Dux Burgundiæ... notum facimus univerſis, quòd multis annis diſcordia & inimicitiæ fuerunt inter R. in Chriſto Patrem Abbatem, & Conventum Egmondenſem ex una parte, & Dominum Egmondenſem, & ſuos vicinos Egmondenſes ex altera parte. Tandem ad hoc deductum eſt, quòd dictæ partes venerunt Hagam Comitis, in Cameram Concilii, in præſentia fidelis noſtri Domini de Santes, & aliorum Conſiliariorum Hollandiæ, & integraliter ſubmiſerunt ſe nobis & Conſiliariis noſtris, ſeu in abſentia noſtra, fideli noſtro Domino de Santes, cum prædictis noſtris Conſiliariis....

De qua compromiſſione confectæ ſunt litteræ ſigillatæ ex utraque parte: & per dictum Dominum de Santes, & alios noſtros Conſiliarios, omnes cauſſæ benè fuerunt perſpectæ & viſitatæ, & partes ad longum auditæ: & eorum arbitratio eſt talis.

In primis quòd Dominus Egmondenſis bona ſua & Dominium ſuum de Egmonda in feudum accipiet à monaſterio Egmondenſi in omni forma ſua, ſicut à Comitatu noſtro Hollandienſi obtinuit, ſecundum tenorem ſuarum litterarum, cum Advocatia ejusdem monaſterii, ſcilicet quòd ipſe defenſor & protector erit, ſecundum ſuam poſſibilitatem, in omnibus, in quibus requiſitus fuerit, & non aliter. Et idcirco pro augmentatione ſui feudi tenebit & habebit à jam dicto monaſterio in feudum miniſteria curruum in *Rynegom*, & omnia alia miniſteria, quæ villani de Rynegom monaſterio ſæpè dicto exhibere conſueverunt..... & in recompenſam Dominus Egmondenſis reſignabit monaſterio decimas in Hillegom.... In Eccleſia Parochiali Abbas & Conventus de nullis rebus habebunt ſe intromittere, excepta collatione..... ANNO 1437.

Et quia volumus hoc noſtrum arbitrium in omnibus articulis obſervari, ideo in hujus rei teſtimonium Sigillum noſtrum appendimus, & nos Wilhelmus de Mathenes Dei gratia Abbas, Prior & omnes Conventuales monaſterii Egmondenſis ex una parte, & nos Joannes Dominus de Egmonda, pro me & vicinis noſtris de Egmonda ex altera parte, volentes illud arbitrium in omnibus ſuis articulis, pro nobis & noſtris ſucceſſoribus, in perpetuum obſervari, ideo in hujus rei teſtimonium, Sigilla noſtra appendimus, die 24. Septembris, anno Domini milleſimo quadringenteſimo triceſimo ſeptimo.

Per Dominum & Ducem noſtrum, in præſentia Guidonis Domini de Anthinie, Cancellarii Epiſcopi Ultrajectenſis, Magiſtri Joannis Bont, Cancellarii Brabantiæ, Magiſtri Philippi de Morviller, Domini de Santes, Prælidis Hollandiæ, Domini de Tricuceux, Magiſtri Wilhelmi Bont, Magiſtri Petri de Renes, Doctorum, Magiſtri Henrici Utenhout, Magiſtri Bartholomæi Alatruye, & aliorum plurimorum de Conſilio.

XV.

KÄYSERS SIGISMUNDI Transſumpt.. über den von Balthaſar / Wilhelm / und Chriſtoph / Gebrüdern von Wenden / und Herren von Werle / Chur fürſt Fridrich dem I von Brandenburg / gegebenen ... Brief. Geben zu Eger am Donnerstag nach St. Margarethen 1437.

C'eſt-à-dire,

Vidimus de l'Empereur SIGISMOND *ſur le Reverſal, donné à* FRIDERIC I. *Electeur de Brandebourg, par les Freres* BALTHASAR, GUILLAUME *&* CHRISTOPHLE DE VANDRLIR, *& les Seigneurs de* WERLE. *A Egra le Jeudi après la Ste. Marguerite* 1437. [Voyez cette Pièce ſous le 24. Octobre 1415.]

XVI.

Vergleich zwiſchen Graff Ditrich und Gerhard zu Sayn / warinn Jener diſſem verſpricht / daß er die ihme zugelaſſene Vater- und Mütterliche Erb-güter keines wegs verenſern wolle / ſondern dieſelbe hinwiderumb / da er Graff Ditrich ohne Leibs-Erben abgehen ſolte / an Graff Gerhard verfallen ſollen. Geſchehen auf dem nechſten Montag nach Fabiani und Sebaſtians 1437. [LUNIG, Teutſch Reichs-Archiv. Part. Special. Continuat. 2. Abtheilung 6. Abſatz 27. pag. 406.] 22. Janv.

C'eſt-à-dire,

Convention entre DITHURIC *&* GERARD *Comtes de Sayn, portant que les Biens paternels & maternels qui ſont échus à* DITHERIC *ne ſeront point alienez par lui, & que s'il vient à decéder ſans enfans mâles, ils devront tous paſſer au Comte* GERARD, *& à ſes enfans. Fait le Lundi après la Fête St.* FABIAN *&* SEBASTIEN 1437.

WIr Diderich Grafe zu Sayne / thun kund und bekennen vor uns und unſere Erben / alſo daß der Edle unſe lieve Bruder / Gerhard Graffe zu Sayn / Probſt zu Aachen / und wir einer gütlichen Theilungen übertragen ſeyn / alle unſers Väterlichen und Mütterlichen Erbs / ſo wir uns beyde anerſterben iſt / überall davon nicht ausgeſchieden / auch unſer beyder Erfinden alß die Briefe darüber ſprechende uſwiſſend / wann dann unſere Brüder vorgenandte uns mit guten Willen / die Grafſchafft von Sayne / und die Grafſchafft und Herrſchafft von Falckenſtein und Münzenberg / und alle Väterliche und

ANNO 1437. und Mündtliche Erbe / nicht davon unbeſchieden / ohn alleine Bredewalde und Aſſenheym / mit ihren Angehörungen uns zu unſern Händen geſtalt hat / um ſolchem Unterſtehende / mehres Sache / daß wir Diderich Grafe zu Sayn vorgenannt von Dotz wegen abgegangen / ohn ehelich Leibs-Erben / da GOTT der Allmechtige verhüten wolle / worzu dann unſe liebe Bruder vorgemeld geboren were / darzu ſoll he kommen und darauf mit verziegen han / ehe he das erlebt / daß ehelichoh unſer lieber Heuſs-Frauen und Geſchlimme / Margarethen von Naſſau / Gräffinne zu Sayn / ihres Wedums / ſonder arge Liſt / euch iſt bereit / daß wir Diderich Grafe zu Sayn ꝛc. die vorgenannte Grafſchafft und Herrſchafft / unſere Widerlinge und Widerliche Erben / wat oder wie dan gelegen / benannt oder unbenannt iſt / überall davon nit ausgeſetzen / in keine Weiſe nit verſetzen / verpfänden / verkaufen / vergiftigen noch beſchweren en ſollen / an eine Deill / oder zumahln groß oder klein / dunſſen Beiburt / Wiſſ / Conſent / und guten Willen unſers lieven Bruder vorgenannt / wir en ſollen auch keine mähe dehn machen / verſchreiven noch vergiftigen / fürter dann die vor Dato diß Briefs verſchrieven und vergiftiget ſeyn von unſern alden / wer auch Sache / daß ende dehn an uns oder unſe Grafſchafft von Sayne / Grafſchafft und Herrſchafft von Falkenſtein und Myntzenberg erſtürben / verwelen oder erledige worden / na Dato diß Briefs / ſo ſeyn gross oder kleine / die en ſollen / nach erwellen wir an Wiſſ und Willen unſers lieben Bruders vorgemelt / niemands weder beleihen noch vergiftigen in keine Weiſe / ſondern wir ſollen und wollen die uns und unſern Erben behalten / und bienen laſſen an em unſer Schloß / das ſolchem verfallen dehn allerdeyt und nebeſt gelegen wer / dieſe vorgenelte Punte und Artienle alle und wer beſonders geredt und geleben wir Diderich Grave zu Sayn / vorgemelden unſern lieven Bruder / obgenande veſtigich / mit Krafft und Macht dieſes Briefs in guden waaren Treuen und an reiven Eyds ſtan / ſtede / veſte und ohnbrüchlich zu halten / und darunder nicht zu thun / in keine Weiſe / und dedel wir darwider, yet mit Worten / Werken oder Verſchreivungen / wie ſich dat erfunde / und wel oder um wenig / dat ſolle alles unmechtig / und nicht von Werde ſeyn / ſunder alle arge Liſt / des zu Gruge der Wahrheit han wir Diderich Grave zu Sayn obengenande / unſer eigen Ingeſegel mit unſer Wiſſ und guden Willen vor uns und alle unſer Erben an dieſen Brief doin hangen / der gegeven iſt in den Jahren unſers HERRN / Duſent / vier hundert / und ſeven und dreyßig Jahr / uf den negſten Montag nach dann Fabians und Sebaſtians Tag der heiligen Martyrer.

(Locus Sigilli.)

XVII.

22. Janv. **Fernerer Vergleich Graff Dietrichs zu Sayn / mit ſeinem Herrn Brudern Graff Gerhaerden / über einigen forderungen / ſo dieſer an jenen von wegen des ihnen ungefallenen Väterlichen Erbguts zu haben vermeinet / krafft deſſen bemelter Graff Dietrich hierumben auf ſein Erbtag das Schloß Bredewald / und darzu Jährlich vier hundert gulden auf gewiſſe Ohrter verſchrieben. Geben den Montag nach Fabiani und Sebaſtiani 1437.** [LUNIG, Teutſch Reichs-Archiv. Part. Special. Continuat. 2. Abtheilung 6. Abſatz 27. pag. 407.]

C'eſt-à-dire,

Convention ultérieure entre DITHERIC *&* GERARD *Comtes de Sayn, ſur quelques prétentions que ledit* GERARD *avoit ſur* DITHERIC *touchant l'héritage paternel, & auxquelles il renonce, en conſidération de ce que le même* DITHERIC *lui cede, ſa vie durant, le Château de* VREDEWALD, *avec une Rente annuelle de* 400 *Florins, aſſignée ſur certains lieux. Fait le Lundi après la Fête de St.* FABIAN *&* SEBASTIEN. 1437.

WIr Diderich Grafe zu Sayn / don kont und bekennen in dieſem offen Brere vor uns / unſer Erben und Nachkommen / umbe ſolche anerſterbende Erben / ſo da dem Edlen Herrn Gerharden / Grafen zu Sayn / Dechent und Proyſt zu Aden / unſern lieben Bruder / und uns von dem Edlen Gerhardte Grafen / und Annen von Solmſ / Gräfinne zu Sayne / unſern lieben Herrn Vatter / Frauen und Mutter ſeligen / den GOtt gnädig ſy / an und von der Grafſchafft von Sayne / der Grafſchafft und Herrſchafft Falckenſtein und Müntzenbergk / in der Wederaue / Drey Eichen und anderswo gelegen / vom Väterlichen und Mütterlichen Erbe und Lehn / und ſuſt uſſerſtorben / und angefallen ſyn / darzo demſ unſer vorgenandte Bruder / an uns Forderunge meynte zu haben / alſo hen wyr uns des mit ihme darum gutlichen geſoinet und übertragen / alſo daß er darauf einen Verzicht gethan hat / nach Lude ſeines Verzeichnuß-Brieff uns darumber gegeben / darum wir ihne dann frei ledertag lang das Schloß Bredewald mit ſeinem zugehörungen / als das itzuſt gerede liben / und darzo vier hundert Gulden Gelts Franckforter Währung jährlichs uf unſer Kellnerien zo Aſſenheym / Burg und Stadt / under Wolmſtadt das Dorff / und imt andern allen und ygliche Dorfern / in die Kellnerie zo Aſſenheim gehorig / und imt allen ihren Zugehörungen ſyn lebentag verwiſt / und die verſchrieven han / verſchrieven und verwiſen.

Doch iſt bereit / daß unſer lever Bruder Bredewalde das Schloß mit Zugehörungen / die vorgenanten vier hundert Gulden Gelts in der Kellnerie zo Aſſenheim und die Underpande darzo gehorig / vorus manland verſetzen / verkaufen / vergiftigen / vergeben oder verwenden en ſoll in keinerley Weyſ / ſonder ihm die in ſeinen Händen behalten ſoll / dann ſo beide er van Dode afgangen yſt / das GOtt lange verhalde / ſo ſollen uns und unſern Erben Bredewalde das Schloß mit Zobehoru wyn / die vier hundert Gulden Gelts und Underpand vorgenante gänzlichen weder gutollen und werden / ſunder Zuntrag / und ohn alle Geverde / were es auch Sache daß wir Diderich ꝛc. von Dode afgangen / dann ir ſy Bruder / und ihr Diderich / mit ehelicher Leibs-Erben en lieffen oder hätten / wurde dann unſer Broder geboren yſt / darzo ſoll er kommen / und das mit übergeben hain. Dat zu Urkund geeben / nach Chriſti Geburth Dusent dreyhundert und ſeben und dreyßig Jahre / auf den negſten Montag nach Sanct Fabiani und Sebaſtiani, der heiligen Märtyrer Tage.

Sigillum Sayncuſe. Sigillum uxoris Naſſovicæ.

Sigillum Frätelens von Gondburgk. Sigillum der Stadt Aſſenheym.

XVIII.

CONCILII BASILEENSIS (1) *Decretum, quo ad proximum Concilium Oecumenicum celebrandum, & in eo de* UNIONE CUM GRÆCIS *tractandum,* Baſilea *denominatur; quæ ſi minus illis placeat,* Civitas Avinionenſis; *quòd, ſi etiam hæc minus allubeſcat, tunc in* Sabaudia *Concilium celebrari debeat. Datum Baſileæ in Seſſione publica Nonis Maii* 1437. [Collectio Regia Conciliorum Tom. XXX. pag. 206. PHIL. LABBEI Conciliorum Collectio. Tom. XII. col. 578.] 7. Mai.

Sacroſancta generalis Synodus Baſileenſis, in Spiritu Sancto legitime congregata, univerſalem Eccleſiam repræſentans, ad perpetuam rei memoriam.

NUPER hæc Sacroſancta Synodus inter varias ſollicitudines, quibus inſcrutabilis divinæ altitudinis providentia eam, invocatione ſui Spiritus paracleti, ad excolendum Dominici gregis agrum adunati operarique dignata eſt, internæ mentis oculos more agricolæ pervigilis revolvens, & attente proſpiciens, quam deflenda diutina occidentalis & orientalis Eccleſiarum in ejusdem fidei profeſſione diviſio in Dei perſtitit & duravit Eccleſia, de clementiſſima ejus bonitate, apud quem nihil eſt impoſſibile, quique digne poſtulantibus affluenter dat & large, ſpem ſuſcipiens & fiduciam, ad procurandam inter ipſas Eccleſias Catholicæ fidei unitatem, ſuæ diligentiæ curas tanto accuratius, non parcendo laboribus vel impenſæ, adhibere decrevit, quanto ex hoc, ad omnipotentis Dei laudem & gloriam, uberiorem animarum ſalutem, majusque ipſius fidei incrementum provenire cognovit. Cupiensque propterea, ſuffragante Spiritus ſancti gratia, tam ſalubrimum unionis negotium aggredi & amplecti, ad illud Sereniſſimum Romanorum Imperatorem & venerabilem Patriarcham Conſtantinopolitanum, ceteroſque Prælatos & alium Græcorum populum per diverſos oratores & literas duxit invitandos pariter & exhortandos. Qui quidem Imperator & Patriarcha & alii Græci, volente & eorum corda Altiſſimo inflammante, exhortationes hujusmodi alacribus animis ſuſcipientes, ipſumque unionis negotium aggredi ſinceris affectibus perhibentes, ſuos ſolennes Oratores & Nuntios ſufficienti Mandato Bulla aurea & propriæ manus ſubſcriptione Imperatorii, Bullaque plumbea Patriarchæ prædictorum munito ſuffultos, fervenſiſſimum eorumdem ad hanc fidei unitatem zelum devotiſſime explicantes, ad eamdem ſacroſanctam Synodum duxerunt

(1) C'eſt-à-dire, par cette du Pape oppoſé au Pape. [DUM.]

WIr die Burgermeister/ Rätt und all burger gemainlich/ Rych und arm dieser nachbenempten/ deß heiligen Römischen Richs Stett/ mit Namen/ Eßlingen/ Rüthingen und Wile/ verjehen und bekennen offenlich an disem brief/ und thun kunt allermenglich. Wann wir augenlich mercken und gar kuntlich befunden haben/ daß uß der vereynung die wir vorher miteinander gehebt und gehotten heben/ und die anfieng und gemacht word/ an Sant Katherinen tag/ der heiligen Junckfrauwen; da man zelt von unsers Herren Christi geburt Tusend/ vierhundert und im Dry und Dryssigosten Jor/ und die ußgieng huwer uß den nechst vergangen Sant Gergen tag/ uns und unsern gemainen land zu nutz/ frieden und gemach gewandlen und gegangen ist/ wande daß so haben Jetzunt gar beraitenlich wir uns wolbedachten mit/ Gott und unser lieben frowen zu lob/ dem heiligen Römischen Rich zu werdin und zu eren/ uns und gemainem land zu nutz/ frieden und gemach/ und auch umb daß/ das wir uns selb by dem heiligen Römischen Riche dester baß beheben mügen und daß mynder davon getrungen werden/ dieselben verberten vereynungen amander willenlich erlengert/ alßo/ daß die zwischent uns dryen vorgenanten Richsstetten/ nun für und von datum dis briefs unß uf Sant Gergen tag je nechste/ und dernach fünff gantze Jar/ die nächsten nachenander werten und beliben und beston sol/ aber mit allen stucken/ punckten und artickeln/ alß der vorderig Ainungs-brief zwischent uns deyen Stetten begriffen und gemacht und versigelt/ das gantz Jare helt und beslagt/ wes wir uns gegen amander schuldig jeat zu halten und je tund: und dabp sol es auch für daß die egeschriben zite und Fünff Jor uß bliben/ zu gluter mas/ alß ob die egeschriben zite und Fünff Jar die denn nach Sant Gergen tag aller schierost nachenander komend/ an denselben vorderigen Ainungs brieff begriffen were/ an all geferde. Und alßo haben wir vorgenanten Burgermaister/ Rätt/ und alle Burger gemainlich/ Rych und arme/ der vorgenanten Dryer Richsstette underzeunemlich gefwrn gelert ende zu Gott und den heiligen/ uns ingeworten vingern: daß alles wer und stätt zehalten/ gelansten und je vollfüren/ nach deß vorgedachtem vorderigen Ainungs briefs und auch nach diß briefs lute und sag/ gerulichen und an all geferde. Und deß alles je warem und offem urkunde und stäter sicherheit/ so haben wir alle und unser Jglicher besunder Jrer Stett gemain Jusigel offenlich gehenkt an disen brief/ der geben ist an Sant Ulrichs Auber deß heiligen Bischoffs/ da man zalt von Christs geburt vierzehenhundert Jor und im Sieben und dryssigosten Jor.

XXIV.

4. Juillet. *Conventio inter Ambassiatores* EUGENII *Papæ IV. &* CONCILII BASILEENSIS *ab una, & Ambassiatores* IMPERATORIS GRÆCORUM *a parte altera de prorogatione Termini, priori Pacto, ad discessum Galearum Constantinopolim velificandarum præfixi, nec non de Dilatione Nominationis Loci Concilii futuri, usque ad præfati Imperatoris in Italiam adventum. Actum Bononiæ die* 4. *Mensis Julii* 1437. [RAYNALDI Continuatio Annalium Cæs. BARONII Tom. XVIII. Anno 1437. pag. 172.]

In Christi Nomine Amen.

NOVERINT universi præsens publicum Instrumentum inspecturi, qualiter anno, die, loco & mense infrascriptis constituti in præsentia Reverendissimi in Christo Patris & Domini, Domini Francisci Cardinalis Venetiarum Camerarii Apostolici spectabiles Viri Dominus Joannes Bissipatus magnus Adriacus, & Emmanuel Tracagnoti Wlotis Oratores Serenissimi Domini Imperatoris Græcorum, & Reverendissimi in Christo Patris & Domini, Domini Patriarchæ Constantinopolitani, adstantibus ibidem & attentè audientibus Reverendis in Christo patribus Dominis Petro Dignensi, Antonio Portugalensi Episcopis, & Nicolao de Cusa præposito Monasterii Meruel Treverensis Diœcesis Decretorum Doctore, sacri Basileensis Concilii Oratoribus, in nostra Notariorum ac Testium infrascriptorum ad hoc vocatorum præsentia, idem Reverendus Dominus Cardinalis Camerarius nomine & vice Sanctissimi Domini nostri Papæ ac Ambassiatorum præfatorum sacri Basileensis Concilii adstantium prosuit & dixit ad præfatos Oratores Imperatoris & Patriarchæ Constantinopolitani, quomodo Decreto sacri Basileensis Concilii conventionali inter Ecclesiam nostram Occidentalem, & ipsos Dominos Græcos inter alia duo continerentur, primò quod Galeæ cum ausque præmissis de mense Maji præterito de portu discessisse debuissent pro eundo in Constantinopolim: secundò quod Ambassiatores unum ex locis comprehensis in Decreto in Constantinopoli Domino Imperatori & Patriarchæ in Basilea primo continuatus esset usque ad finem mensis præterhi, & deinde per eosdem in Bononia in præsentia Sanctissimi Domini nostri Papæ continuatus usque ad XV. diem præsentis mensis, ita quod Ambassiatores infra illum diem portum exeant versus Constantinopolim, interrogavit ipse præfatus Dominus Cardinalis nomine & vice, ut supra, ipsos præfatos Ambassiatores Imperatoris & Patriarchæ, an ita foret, & de ipsa prorogatione contenti essent usque ad XV. diem Julii præsenti in forma præfata.

Secundò diem Dominus Cardinalis proposuit & dixit ad eosdem nominibus quibus supra: *Quoniam vobis Ambassiatoribus satis constat, quoad nominationem Loci faciendam in Constantinopoli de intentione Reverendissimi Domini Juliani Cardinalis Legati nunc ex præsentibus in Concilio Basileensi, ac etiam quid expediat juxta occurrentia vobis notissima, à vobis scire optamus, an contenti esse velitis, quod Dominus Imperator & Patriarcha cum aliis ad unum ex tribus portubus, scilicet Venetiarum, Ravennæ, vel Arimini conducantur, & tunc cum in portu fuerint, locus unus ex comprehensis nominetur, & sic de vestro consensu pro hoc Decreto conventionis per nos quoad præmissa satisfiat.* Ad quas quidem interrogationes facta eis interpretatione dictorum & propositorum per Reverendum Patrem Dominum Christophorum Coronensem: ac statim præfati Ambassiatores, quoad primam interrogationem, termini usque ad XV. præsentis mensis, respondederunt ita esse quemadmodum Reverendissimus Dominus Cardinalis proposuisset, eosque adhuc in ipsam prorogationem forma præmissa consentire. Ad secundam verò interrogationem nominationis Loci pro Oecumenico Concilio præfati Domini Juliani Legati & præsidentis, ac de occurrentibus ad plenum essent informati, ita quod eis clarè constet plus ad negotii salutarem finem expedire differre nominationem Loci quousque Imperator & Patriarcha ad ultimum portum pervenerint, quam eam Constantinopoli facere. Ideò cum ipsi promptissimi semper fuerint, & sint ad omnia illa consentire, quæ expeditioni faciliori servire possent, deliberati sunt consentire, quod ipsa nominatio loci pro Oecumenico Concilio fiat in ultimo portu, servato tamen Decreto Electionis loci nuper in sacro Basileensi Concilio per ipsum Dominum Julianum & alios præsidentes Apostolicum, ac Concilium super hoc edito, per Sanctissimum Dominum Eugenium Papam consistorialiter approbato, Sacro Collegio Cardinalium consentiente.

Super quibus omnibus interrogationibus Reverendissimi Domini Cardinalis Camerarii nominibus, quibus supra responsionibus Dominorum Ambassiatorum Imperatoris & Patriarchæ, ut præfertur factis, nos infrascripti Notarii publici ad hoc singulariter vocati requisiti fuimus per præfatum Reverendissimum Dominum Cardinalem Camerarium, nomine & vice Sanctissimi Domini nostri Papæ Eugenii, & per præfatos Reverendissimos patres Ambassiatores sacri Concilii Basileensis nomine & vice ejusdem Concilii, quatenus nos præfata omnia in publicam formam in fidei robur redigeremus, adstantibus, audientibus, & intelligentibus Ambassiatoribus Imperatoris & Patriarchæ Constantinopolitani, & expetesse hoc idem annuentibus & fieri similiter postulantibus. Acta fuerunt hæc Bononiæ in palatio, qui dicitur Notariorum, habitationis supradicti reverendissimi Domini Cardinalis Venetiarum Camerarii Apostolici, & in Camera ipsius Domini supra plateam, die quarto mensis Julii M. CCCC. XXXVII. Pontificatus Sanctissimi Domini nostri Anno VII. &c.

XXV.

4 Ju

Verlängerte Vereinung des Landfridens zwischen Ludwig und Ulrichen/ Grafen zu Würtemberg/ Gebrüdere/ und des Heiligen Richs-Stätten Eßlingen/ Ruetlingen und Wyle auf 5. Jahr/ gemeinem Lande zu Nutz und Gemach beschehen zu Stutgardt an St. Ulrichs-

ANNO 1437. tag Anno 1437. [JOH. PHIL. DATT. Volumen Rerum German. Novum Libr. I. Cap. XII. pag. 87. §. 6. LUNIG, Teutſch. Reichs-Archiv. Part. Special. Continuat. 2. Abtheilung 4. abſatz 7. vom Haus Wirtenberg. pag. 689.]

C'eſt-à-dire,

Union prolongée, ou Convention de Paix publique, entre LOUIS *&* ULRICH *Comtes de* WIRTEMBERO *d'une part, & les Villes* D'ESLINGEN, *de* REUTLINGEN *&* WEIL *d'autre part, pour cinq ans, par laquelle ils ſe promettent une reciproque Aſſiſtance, pour la commune ſureté de leurs Terres & Sujets, à Stutgardt le Jour de St. Ulrich* 1437.

WIr Ludewig und wir Ulrich / Graven zu Wirtemberg ꝛc. gebrüder bekennen und tun kunt / offenbor / mit diſem brief / allen den die en anſehend oder horend leſen / wanne wir eigentlich merckten und gar kunthch befunden haben / daß uß der vereynung die wir biſhar mit den Erſamen Wyſen Burgermeiſtern und Räten und allen burgern gemeinlich / richen und armen diſer nachbenempten deß heiligen Römiſchen Richs Stätten mit namen / Eßlingen / Rütlingen und Wyle gehebt und gehalten haben / und die anvieng und gemacht werd an Sant Jacobs aubend deß heiligen zwelff botten Anno Domini Milleſimo, quadringenteſimo, trieeſimo quarto und die auch noch fürbaß weren ſoll / und wir halten ſollen und wollen biß uf Sant Matys tag deß heiligen zwelff botten / der allerſchierſt kompt / uns und gemeinem lande zu nutz / frideu / und gemach gewachſen und gegangen iſt / und deß / ſo haben wir Jetzo gar beratenlich / mit wolbedachtem mut / Gott und unſer lieben frowen zu lobe / dem heiligen Römiſchen Riche zu wirden und zu Eren / uns ſelbs und gemeinem lande zu nutz frideu und gemach / diſelben vereinungen den egenanten Richs Stetten wollenklich erlengert: alſo daß die zwiſchen Jn und uns nu fürbaß nach Sant Mathys tag deß heiligen zwelff botten / der allerſt kompt / weren / beliben / und deſſen ſoll Fünff gantze Jare / die dann allernechſte nacheinander komend und volgende ſind / mit allen ſtucken / punckten und artickeln / alß der vorderig Einungsbrief des beſaget / den wir denſelben Richsſtetten / als vorbegriffen iſt / darüber beſigelt gegeben haben: darumb eigentlich begriffen iſt und geſchriben ſtet / wes wir und die unſern Jn und den Jren ſchuldig ſyen zu halten / und zu tund / dahy ſol es auch fürbaß die obgenante zit und Jaure uß beliben / zu gelicher wiſe / alß ob die obgeſchribne fünff Jaure / die denn nach Sant Mathys tag allerſchierſt nacheinander komend / in denſelben briefe begriffen weren / one alle Geverde. Und alſo geloben wir vorgenant Ludewig und Ulrich gebrüdere / Graven zu Wirtenberg / uf die eyde die wir darumb gefroen haben / das alles war und ſtät zu halten / nach des egenanten vordrigen einungs briefs / und och nach diſs briefs lut unfälig / geverde und argliſt hierinne gentlich uſgeſchloſſen. Und deß zu warem urkunde / ſo haben wir vorgenanter Ludewig und Ulrich / gebrüdere / Graven zu Wirtemberg / unſre eigne Jngeſigele offenlich geton hencken an diſen brief / der geben iſt zu Stutgarten an Sant Ulrichs tag / nach Chriſti geburt / alß man zelt vierzehen hundert dryßig und Syben Jare.

XXVI.

17. Juill. *Declaratio nomine Imperatoris & Patriarchæ Græcorum facta de eorum adherentiâ ad* EUGENIUM *Papam IV. contra* BASILEENSES *adverſantes, nec non Obligatio quod ad requiſitionem ejus ipſi debeant intrare Galeas & venire ad unum ex tribus Portubus in ſecundo Decreto nominatis, nonobſtantibus requiſitionibus, & proteſtationibus dictorum adverſantium. Actum Bononiæ die* 17. *Julii* 1437. [Conciliorum Collectio Regia. Tom. XXXIII. pag. 40. RAYNALDI Continuatio Annalium Cæs. BARONII Tom. XVIII. Anno 1437.]

In Chriſti nomine Amen.

ANNO ab ejusdem Nativitate 1437. die XVII. menſis Julii tempore Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini Eugenii IV. divina providentia ſummi Pontificis, conſtitutus coram præfato Sanctiſſimo Domino noſtro & ſacro Collegio reverendiſſimorum Dominorum Cardinalium ſpectabilis miles Dominus Joannes Biſſipatus Magnus Adriacus Sereniſſimi Domini Joannis Paleologi Romæorum Imperatoris & Reverendiſſimi Patris & Domini Joſephi Patriarchæ Conſtantinopolitani Orator, conſiderans affectionem maximam tam ipſius Domini noſtri, & ſacri Collegii, quam Dominorum Imperatoris & Patriarchæ præfatorum ad ſanctiſſimam unionem orientalis cum occidentali Eccleſia, ita ut Deo propitio indubie ſperetur, meditantibus ipſis unionem prædictam ad magnam Dei gloriam & Catholicæ fidei exaltationem, optatum finem habituram; attendensque per nonnullos, qui videntur aſſerere, ſe facere Concilium generale, & aliquos alios eorum nomine, quædam facere attentata, quæ potius ad diviſionem quam unionem manifeſte conſpiciantur tendere: ac timens ne inimico homine ſuperſeminante zizania, ex iis in futurum aliquid dubietatis vel difficultatis ſuboriri poſſit, quod contra mentem ipſius Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ, & ſacri Collegii ac prædictorum Dominorum Imperatoris & Patriarchæ ejus ſanctiſſimæ unionis effectum haberet aliquatenus perturbare.

Idcirco ad omnia talia ſubmovenda, ac ad confirmandos animos omnium quærentium pacem & unitatem Eccleſiæ Dei, omnia & ſingula per eum & Collegam ſuum ſpectabilem virum Dominum Emmanuelem Tarcagnoti Wlotis communiter & diviſim nomine prædictorum Dominorum Imperatoris & Patriarchæ in præteritum facta ad robur infraſcriptorum competentium quomodolibet confirmando ex facultatibus ſibi conceſſis per prædictos Dominos Imperatorem & Patriarcham, quæ infra ſubjiciuntur, dixit & aſſeruit, ac publice recognovit & firmavit, prout in quadam cedula tunc exhibita & lecta, cujus tenor de verbo ad verbum ſequitur, & eſt talis, videlicet

Ego Joannes Biſſipatus, Orator Sereniſſimi Domini Imperatoris Romæorum & Reverendiſſimi Domini Patriarchæ Conſtantinopolitani, fateor præſenti Litera propria manu ſubſcripta Reverendiſſimos Dominos Sanctæ Petri ad vincula & Sanctæ Sabinæ Presbyteros Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, aliosque pro Sanctiſſimo Domino noſtro Papa & Sede Apoſtolica in Baſileenſi Concilio præſidentes cum præſentibus eis adhærentibus, qui ultimum Decretum per ſanctiſſimum Dominum noſtrum Papam ad meum & Collegæ mei requiſitionem confirmatum ediderunt, & qui reverendum patrem Dominum Petrum Digneuſem Dominum & Portugallenſem, Epiſcopos & Dominum Nicolaum de Cuſa Decretorum Doctorem, Oratores Conſtantinopolim miſerunt, Concilium Baſileenſe facere, cui Sereniſſimus Dominus meus Imperator Romæorum & Reverendiſſimus Dominus meus Patriarcha Conſtantinopolitanus obligantur, poſtquam Patres ipſi de Concilio præfati, aut Sanctiſſimus Dominus noſter Papa Caput Concilii præfati, adimpleverint promiſſa in primo Decreto Conventionali, prout in eodem Decreto Conventionali de ipſo Domino Imperatore Romanorum & Patriarcha ſcripta reperiuntur, & quemadmodum etiam ipſe Imperator per auream ſuam Bullam, & Patriarcha per plumbeam ibidem ſcripta approbarunt & ratificarunt.

Et ad hoc ut omnis tollatur ambiguitas, dico quod in caſu quo alii Patres qui Avenionem elegerunt, & ſe Concilium Baſileenſe facere putant, ad Conſtantinopolim cum galeis & pecuniis acceſſerint, & præfatos meos Dominos Imperatorem & Patriarcham nomine Concilii Baſileenſis per Bullas auream & plumbeam inquiſiverint, quatenus finaliter Sabaudiam veniant, qui locus nominatus eſt in primo Decreto, & proteſtati fuerint Concilium Baſileenſe ad alium locum non conſentire, vel transferri velle, & alia fecerint, quæ quomodolibet etiam movere poſſent Imperatorem & Patriarcham, aut ad veniendum cum ipſis, aut penitus non veniendum hoc tempore ad terras Latinorum, attento quod in caſu quo etiam illa pars Concilium faceret, jamdudum in promiſſionibus defecit quoad electionem loci & lapſum temporis in quo Galeæ mitti, & alia fieri debebant. Ita quod Imperator & Patriarcha abſoluti ſunt ab omni promiſſione illis facta. Quod tunc illis requiſitionibus & proteſtationibus non obſtantibus ipſe Imperator & Patriarcha ad requiſitionem Ambaſiatorum Domini noſtri & Concilii Baſileenſis prænominatorum ſecundum vim, formam & continentiam primi Decreti, & aureæ Bullæ Imperatoris, & plumbeæ Patriarchæ, omnino venient: & in caſu quo præfati Domini præſidentes una cum patribus eis adhærentibus, Concilium Baſileenſe non facerent, adhuc pro bono negotii, & ad finem, ut ſanctiſſima & deſideratiſſima unio non pereat per mihi traditam proteſtatem Sereniſſimum Dominum meum Imperatorem, & Reverendiſſimum Dominum Patriarcham, & alios Patres Eccleſiæ Orientalis per præſentem paginam obligo & obli-

ANNO 1437.

A.VNO 1437.

ANNO 1437. & obligatos esse ostendo ad veniendum ad requisitionem Ambasiatorum Sanctissimi Domini nostri Papæ & Concilii prænominatorum, ita tamen quod ipsi Ambasiatores iter arripiant versus Constantinopolim infra quinque diem Augusti immediate sequentis & secum omnia promissa in primo Decreto deferant. Quod si hoc fecerint, Imperatorem & Patriarcham cum aliis Patribus Ecclesiæ Orientalis ad intrandum galeas causa veniendi ad unum ex tribus portubus in secundo Decreto nominatis infra trigesimum diem, à die quo Constantinopolim applicaverint, obligo & obligatos esse ostendo per præsentes literas manu mea subscriptas.

Qua Cedula, ut præmittitur, lecta, Sanctissimus Dominus noster, & Reverendissimi Domini Cardinales prædicti acceptaverunt, approbaverunt, & grata habuerunt omnia in eadem contenta & ipsius Domini Joannis nomine quo supra factas promissiones, petentes, mandantes & rogantes, ut de præmissis unum & plura conficerem instrumenta. Similiterque statim petiit idem Dominus Joannes, ut de Cedula ut præfertur, lecta de promissionibus per eum factis, & de petitione illorum facta per Sanctissimum Dominum nostrum & Reverendissimos Dominos Cardinales, unum & plura conficerem Instrumenta.

Tenores vero Mandatorum, de quibus supra fit mentio, sequuntur, & sunt tales.

Imperium nostrum commisit vobis familiaribus suis Joanni Bissipato, & Emanueli Tarcagnoti Wlotis abeuntibus ad sacram Synodum Basileensem circa materiam futuri Concilii pro unione Ecclesiarum Christi, quod si reperiatis dictam sacram Synodum non valentem facere & adimplere suum Decretum, de loco & tempore & expensis, & aliis, quemadmodum continetur in Decreto, & sicut vobis commissum est, debeatis ire ad beatissimum Papam: & si ille velit suscipere tale opus in se, & facere ut fiat Concilium Oecumenicum, Canonicum, inviolatum, liberum, dando omnes expensas & omnia necessaria, secundum formam Decreti dictæ Syodi & quemadmodum diffuse ibi continetur etiam facere nobis salvum conductum & salvos conductos juxta formam similiter illorum quæ nobis per dictam Synodum facta sunt, si ista omnia prompte velit facere, & effectualiter adimplere beatissimus Papa, quod & vos habeatis potestatem assentiri & suscipere ex parte nostra, & promittere, quod istis effectis & nos cum omni orientali Ecclesia accedemus justa tuendo ad locum unum ex locis Italiæ, qui in Decreto nominati sunt, omnino & sine ulla dilatione, sicut & dicto Synodo promisimus, & ista conclusione facta in scriptis & juramento confirmata per beatissimum Papam & Reverendissimos Cardinales illic existentes ex una parte, & per vos ex altera quod venire hic debeat Orator beatissimi Papæ cum talibus literis, tuque Wlotis cum illo venire debeas, Bissipatus autem remaneat ibi, ut veniat cum effectu eorum: & ad manifestationem istorum & robur factum est potens Imperii mei prostagma anno 1436.

Sequitur Mandatum Patriarchæ.

Humilitas nostra commisit vobis potentissimi & sancti mei Imperatoris in Spiritu Sancto dilectis filiis suis, videlicet Megalo & Hierarcho, Joanni Bissipato, & Emanueli Tracagnoti Wlotis abeuntibus Deo auctore ad sanctam Synodum Basileensem, circa materiam futuri Concilii pro unione Ecclesiarum Christi, quod si reperientes dictam sacram Synodum non potentem facere & adimplere suum Decretum de loco & tempore & expensis & aliis prout continetur in Decreto, & quemadmodum vobis commissum est, ire debeatis ad beatissimum Papam: & si ille velit suscipere opus in se, & facere, ut fiat Concilium œcumenicum, canonicum, inviolatum, liberum, dando omnes expensas & omnia necessaria secundum formam Decreti dictæ Synodi, & sicut ibidem diffuse declaratur, etiam facere vobis salvum conductum & salva conducta juxta formam illorum quæ nobis facta sunt per dictam Synodum. Si hæc omnia prompte velit facere & effectualiter adimplere, beatissimus Papa, quod & vos habeatis potestatem assentire ex parte nostra, & promittere, quod istis effectis, & nos cum omni sancta orientali Ecclesia veniemus illuc in statuendo loco uno ex locis Italis, qui nominati sunt in Decreto, omnino & sine aliqua dilatione, quemadmodum dictæ Synodo promisimus, & ista conclusione facta in scriptis & juramentis roborata per beatissimum Papam, & reverendissimos Cardinales, omnes qui ibidem existunt ex una parte & per vos ex altera, quod veniat hic Orator beatissimi Papæ cum talibus literis, & tu Wlotis cum ipso; Bissipatus autem remaneat ibi ut veniat cum fine & complemento rerum: & ad manifestationem istorum & confirmationem, facta est præsens Commissio nostræ humiliratis 1436. die XX. Novembris.

Acta fuerunt hæc Bononiæ in palatio Sanctissimi Domini nostri Papæ in logia inferiori prope hortum, die, mense, anno & Pontificatu suprædictis, præsentibus reverendissimis in Christo Patribus & Dominis, Dominis Bartholomæo de Cornero Protonotario Apostolico, C. Episcopo Ariminensi, Ludovico Episcopo Tragusiensi, Nicolao de Cusa Decretorum Doctore, & nobili milite, Domino Paulo Barbo honorabili cive Venetiarum, testibus ad præmissa habitis, vocatis & rogatis, & me Blondo Antonii Blondi Forlivienſi publica Imperiali auctoritate Notario & nunc supradicti sanctissimi Domini nostri Papæ Secretario, qui prædicta rogatus notavi, & in hanc publicam formam aliena manu propter occupationes redigi feci, nomine meo & signo consueto ad fidem & robur præmissorum manu propria appolita.

XXVII.

EUGENII *Papæ IV. Literæ quibus acceptando obligationem Imperatoris & Patriarchæ Græcorum præmissam, ipse vicissim se obligat pro expensis aliisque promissis in Concilio Basileensi. Datum Bononiæ* 13. *Kalendas Augusti Anno VII.* [Concilior. Collectio Regia. Tom. XXXIII. pag. 45.]

EUGENIUS *Episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.*

OPTATAM summisque hactenus à nobis quæsitam laboribus Ecclesiarum Christi occidentalis & orientalis unionem perfici, & ad debitum finem perduci intentissimis deideriis affectantes & possibilibus diligentia, solicitudine & vigilantia satagentes, omnia facere, præcavere & prævidere intendimus, quæ ipsam prædictæ unionis conclusionem confirmationemque quomodolibet concernere videantur. Sane cum dilectus filius Joannes Bissipatus miles Constantinopolitanus Magnus Adriacus carissimi in Christo filii nostri Joannis Imperatoris Romæorum illustris, & venerabilis fratris Josephi Patriarchæ Constantinopolitani Orator, Nuntius & Procurator coram nobis & venerabilibus fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus infra scriptis comparens exhibitis Mandatorum suorum quæ habet in plena forma, instrumentis vice & nomine prædictorum Imperatoris & Patriarchæ certam per instrumentum publicum manu propria subscriptum obligationem fecerit, cujus tenore sequitur & est talis.

In Christi nomine Amen &c. (*Omittitur tenor, quia habetur supra hic immediate*) nos cupientes in hac re finceram intentionem nostram omnibus & præsertim præfatis Imperatori & Patriarchæ, aliisque Græcis notam & manifestam esse, de venerabilium fratrum nostrorum Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio & assensu, tenore præsentium ex certa scientia promittimus & una cum prædictis venerabilibus fratribus nostris ac eorum singulis coram Deo & Sanctis ejus attestamur, & nos obligamus omnia contenta in prædicto Conventionali Decreto Basileæ celebrato observare, & firmiter adimplere, & in nullo deficere, contrafacere, vel venire: cujus rei causa omnia nostra bona præsentia ac futura, ac Cameram Apostolicam obligamus. Et insuper si casu, cui universa caro subjacet singulis momentis, noster obitus interim accideret priusquam tanta tamque laudabilis res perfici potuisset, de prædictorum venerabilium fratrum nostrorum consilio & assensu nostram mentem fore declaramus, & præsentium tenore disponimus, volumus & ordinamus quod quæcunque ex contentis in prædicto Decreto, casu prædicto adveniente, perfici & adimpleri forte restarent, adimpleant, atque perficiant prædicti venerabiles fratres nostri Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales. Nulli ergo Hominum liceat hanc paginam nostræ promissionis, attestationis, obligationis, declarationis, dispositionis, voluntatis & ordinationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Bononiæ XIII. Kalendas Augusti Anno VII. Hæc Eugenius.

ANNO 1437. 29. Juill.

XXVIII.

Diploma Romanorum Imperatoris SIGISMUNDI, *quò Privilegium Anno* 1349. *à* CAROLO IV. *Romanorum Rege, Civitati Spirensi de non extruendis Caſtellis intrà tertium dictæ Urbis Lapidem, collatum, confirmat, Eidem ſimul concedendo, ut, quotieſcunque præ nimio frigore vel Cataclysmo ſuis Molis commodè uti non poſſit, unam aut plures Molas in libero Rheni flumine ædificet & ſuſpendat. Datum Egræ die Lunæ poſt feſtum S. Jacobi Apoſtoli anno* 1437. [Julii belli Laurea Auſtriaca Libr. II. pag. 88.]

NOs Sigismundus, Dei Gratia, Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Hungariæ, Boemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex, teſtamur, & hiſce palam omnibus notum facimus, quod cum Cæſ. Majeſtatis poteſtas requirat, & Imperatorem deceat, ut laudabilia majorum facta immittetur, & quæ illi jure, ac legitime contulerunt beneficia, ac privilegia, eadem ſarta tecta tueatur: quemadmodum ille cupit, & vult, ut quæ ille fecit, & contulit, à ſuis quoque Succeſſoribus ſiant & ſarta tecta conſerventur: in memoriam nobis revocavimus privilegium, & beneficium, quod benedictæ memoriæ Imperator Carolus, charus noſter Dominus, & Pater, cui Deus ſit propitius, ſpectabilibus viris nobis & Imperio dilectis, ac fidis Conſulibus, & Senatoribus Urbis Spirenſis contulit eo tempore, quo Rex Romanorum erat, anno à nativitate Domini M. CCC. XLIX. proxima die Veneris ante feſtum Palmarum, quodque inter alia continet, ut nemo intra tertium ab Urbe Spirenſi lapidem ullo unquam tempore Caſtellum abſque venia, conſenſu, & permiſſu Urbis, & Civium Spirenſium ædificet, extruat, erigat: qua in re ipſum non tantum Urbi Spirenſi, ſed etiam toti Imperio multis modis bene, & prudenter conſuluiſſe animadvertimus: Quamvis Spirenſes, ut à fide dignis accepimus, interdum omnis generis ædificiorum cauſa interpellentur ac rogentur, quæ prima fronte, minora Caſtellis apparent, ſed ſucceſſu temporis, niſi id prohibeatur, ita crescere, atque augeri poſſent, ut iis paria evaderent: adeo ut tandem Imperium, Urbs, Cives, & incolæ, tam Eccleſiaſtici quàm Politici, gravibus inde damnis affici poſſint. Quoniam igitur, Divinæ benignitatis favore, ad Imperii faſtigium evecti ſumus, & noſtri officii eſt, ut pro ea, qua pollemus auctoritate, malis, & incommodis, quæ animadvertimus, & perſpicimus, medeamur, & verò cognitum, atque exploratum habemus, ſupradictos Spirenſes majoribus noſtris Imperatoribus, & Regibus Romanorum, ac nobis, & S. Rom. Imperio fidelem operam conſtanter, ſedulo ac prompte præſtitiſſe, & eti unum præſtare, non immeriro erga ipſos viciſſim præclarè affecti ſumus, & illos optima fide tueri, protegere, promovere, ac non tantum iisdem beneficiis, quæ jam ante à noſtris majoribus, nobis, &. S. Rom. Imperio acceperunt, ornare, ſed etiam novis privilegiis, quibus ſuam Urbem, Cives, & incolas, tam Eccleſiaſticos quàm Politicos, melius conſervare, & defendere, & in poſterum majores Imperio utilitates afferre poſſint, cumulare cupimus. Itaque, exemplo ſupradicti noſtri dilecti Patris Caroli Imperatoris, ex Cæſarea poteſtate his litteris ſtatuimus & ſancimus, ut ſupradicti Spirenſes, & omnes ipſorum poſteri iis beneficiis, & privilegiis, quæ ab ipſo acceperunt, prorſus, ut verba ſonant, & ſupra indicatum fuit, ſine cujusquam impedimento utantur, fruantur.

Præterea intelleximus Urbem interdum à rigore, interdum à Cataclysmo, & effuſo undarum agmine multum damni accipere, adeo ut ſuis molis non commode uti, & neceſſaria inſtrumenta apparare poſſint, unde evenire poſſet, ut peregrini, & indigenæ, juvenes, & ſenes, penuria laborarent. Quocirca ex poteſtate Cæſarea ipſis concedimus, & permittimus quotieſcunque aliqua ejusmodi neceſſitas ingruet, aut ipſis, & Urbi ipſorum conſultum videbitur, ut unam, aut plures molas in noſtro & S. Rom. Imperii libero Rheni flumine, juxta Urbem, ubi maximè opportunum erit, ædificent, & ſuſpendant ea circumſpectione adhibita, ne commercia in flumine, & via per quam naves trahuntur, impediantur. Quas hoc modo ædificabunt, & ſuſpendent molas, eas liberas, & ab omnibus oneribus, & moleſtiis immunes eſſe volumus, ſalvo tamen uniuscujusque, & molarum ipſius jure.

Quamobrem omnibus & ſingulis Principibus, Eccleſiaſticis & Politicis, Comitibus, Baronibus, Equitibus, Nobilibus, Civitatibus, aliiſque cujuscunque ordinis, dignitatis aut conditionis fuerint, his litteris ſerio, & diſtricte mandamus, ne ſupradictis Spirenſibus, ipſorum poſteris, Domeſticis, & ſervis contra ſupraſcriptum noſtrum privilegium, aut ullum eorum, quæ antehac à noſtris Majoribus Rom. Imperatoribus, Regibus, & nobis, ac S. Rom. Imperio acceperunt, ullam vim, moleſtiam, noxam, aut detrimentum faciant, ſub pœna noſtræ, & Imperii indignationis, & centum librarum auri puri mulcta quam unusquisque, qui contra fecerit, perſolvere tenebitur: cujus dimidia pars fiſco noſtro Imperiali, altera Spirenſibus cedet. In cujus rei fidem noſtræ Cæſ. Majeſtatis ſigillum his litteris apponi curavimus. Dat. Egræ, anno à nato Chriſto M. CCCC. XXXVII. die Lunæ poſt feſtum S. Jacobi Apoſtoli, Regnorum noſtrorum, Hungarici quinquageſimo primo, Romani vigeſimo ſeptimo, Boemici decimo ſeptimo, & Imperii quinto Anno.

ANNO 1437.

XXIX.

CONCILII BASILEENSIS *Decretum, quò Papam* EUGENIUM IV. *intrà 60. dies, à die ſeſſionis & affixionis, coram ſe comparendum citat. Datum Baſileæ pridie Kalend. Auguſti.* 1437. [Collectio Regia Conciliorum Tom. XXX. pag. 212. PHIL. LABBEI Concilior. Collectio. Tom. XII. pag. 581.] 31. Juill.

Sacroſancta generalis Synodus Baſileenſis, in Spiritu Sancto legitimè congregata, univerſalem Eccleſiam repræſentans, ad perpetuam rei memoriam.

CUm Chriſti Eccleſia variis & acerrimis languoribus ſubjaceret, hominumque peccata & prævaricationes divinæ legis magis ac magis indies pernicioſo creſcerent augmento, dignatus eſt omnipotens Deus fidelium inſpirare cordibus, ut in Baſileam Civitatem, profectò undique integerrimam, Sacroſancta generalis Synodus conveniret, quæ præſertim in reformandis moribus tam in capite quam in membris, & excitandis cordibus in obſervatione legis Dei, vigilantem impenderet operam, ut & divinus honor reflooreret in terris, & repreſſis enormitatibus peccatorum ad procurandam animarum Salutem efficacius converteretur hominum ſolicitudo. Jam vero pluribus annis in ea re per ipſam Synodum exhibiti ſunt indefeſſi labores: Commemorata frequentius extitit regnantium ſcelerum multitudo, quæ univerſam Chriſtianitatem in multas clades multaque diſcrimina adducere conſpicitur. Eccleſia in Chriſti nomine congregata, cunctis palam curavit ingerere monita ſalutis, die ac nocte clamitans ut redirent prævaricatores ad cor, & obſervarent legem Domini Dei ſui. Denique ſalubria Decreta & ſacros Canones inſtituit, quibus peſtis Avaritiæ, Simoniæ, Ambitionis, & aliorum vitiorum, quæ multorum corda nimium incendebant, arcerentur a grege Domini, & juxta præcepta Chriſti atque Sanctorum Patrum inſtituta, dignitates eccleſiaſticæ atque beneficia dignis & idoneis Paſtoribus ac Miniſtris gratuita collatione, juſtiſque & Canonicis electionibus ac inſtitutionibus diſtribuerentur, quorum medio univerſus Clerus & populus ſalubriter regeretur ac perduceretur in ſalutem. Sed, quod heu dolentiſſime referimus, ille qui primus hæc exequi debuerat, quemque & Chriſti præcepta & Canones Sacrorum Conciliorum præ ceteris ſervare oportuerat, imo & ceteros ad horum obſervantiam efficaciter inducere, nulla unquam monitione, nulla exhortatione induci jam longo tempore potuit, ut aliquam morum emendationem Chriſto placentem, aut notiſſimorum abuſuum correctionem in Eccleſia ſancta Dei efficere ſatageret. Quin potius conſpicit univerſus Orbis, ſub ejus regimine majora ſemper ſcandala gravioraque exoriri, (Sanctiſſimum Dominum Eugenium Papam IV. loquimur) quem frequentibus monitis hæc ſancta Synodus cum plurima caritate & benignitate, tum per ipſius Synodi oratores, tum per literas, tum etiam per ejusdem Domini Eugenii nuntios, inducere curavit, atque etiam per aliquorum Regum & Principum ambaſiatores hortata eſt, ut pro Chriſti reverentia & animarum ſalute, ſalutari animarum gubernationi operam daret, electiones proborum Paſtorum fieri aſſentiret, Beneficia a Chriſto gratis acceptа gratis diſtribueret, ceteraque in ædificationem Eccleſiæ ageret, quæ juxta Canones Sanctorum Patrum eadem Synodus pro animarum Salute & univerſalis Eccleſiæ ordinaverat, & quemadmodum ſacroſanctum Ge-

ANNO 1437. Generale Conſtantienſe Concilium irrefragabili Catholicæ veritatis Declaratione diffinivit, in his rebus quæ ad Reformationem univerſalis Eccleſiæ in capite & in membris pertinent obediret. Pariter quoque notum ſit quod Sacra generalia Concilia jutidictione ſuper Papam uti poſſint, cum clamorofa inſinuatione, vel alias ipſe ut ſcandalifator Eccleſiæ Sacro Concilio defertur. Monuit quoque hæc Sancta Synodus ipſum Dominum Eugenium, quatenus dignaretur ambulare unanimiter cum conſenſu ejusdem in Domo Dei, & adhæſionem, quam literarum ſuarum Teſtimonio ſolenniter huic eidem Synodo exhibuit, factis & operibus adimpleret, ut pax & tranquillitas ſalutaris per univerſum vigeret Eccleſiam. Sed in adverſum, proh dolor, Electiones Pontificum & Paſtorum ſedulo perturbare vitus eſt, tranſlationis Prælatorum, eis invitis, contra Sanctorum Patrum & facrorum Canonum atque ſacri Concilii Conſtantienſis Statutorum formam & tenorem facere, diviſiones, ſcandala & ſchismata per ſingulas fere vacantes Eccleſias ingerere: ut plurimum enim unus eligitur, alteri vero per ipſum, ſuis reſervationibus jam ſublatis, inuitentem providetur, ipſa electione rejecta; imo & adverſus filios obedientiæ, qui decretis hujus ſanctæ Synodi obedire voluerunt, graves compertus eſt fulminare ſententias, ipſos pro libito voluntatis a Beneficiis & Dignitatibus mandando privari, inhabilitari, & excommunicari. In collatione præterea ſeu expeditione Dignitatum & Beneficiorum, & aliarum rerum diſpenſatione, etiam more inconſueto graves ſummas pecuniarum exigere, abuſus peſſimos deteſtabili & horrenda ſpecie ſimoniacæ labis reſperſos, adverſus jura divina & humana in animarum perniciem & Eccleſiarum Orbis non mediocre præjudicium, ac Provinciarum, Regnorum & ſingularum Patriarum depauperationem & exinanitionem, cum pluribus fovere incrementis, Dignitatibus etiam ſeu vacantibus Beneficiis providendo carnalitatis affectu, non judicio rationis, nec eos erigendo qui in Eccleſiis proficere poſſunt, ſed quorum vel precibus delinitus extitit, vel pro quibus quispiam Majorum togaſſe compertus eſt, aut, quod deterius eſt, qui ut Beneficiati fierent muneribus impetrarunt, non advertens nihil eſſe quod Eccleſiæ Dei magis officiat, quam quod indigni aſſumantur Prælati ad regimen animarum. Sententiis inſuper Synodalibus ſpretis, quas olim Summi Pontifices maxima cum veneratione proſequebantur, prætenſus appellationes ab eisdem interpolitas admittit, ſententias hujusmodi expreſſe revocando. Ipſe inſuper illos, quos hæc ſancta Synodus pro cauſis juſtiſſimis alligavit, ſolvere de facto conatus eſt, nulla ſatisfactione peracta. Ceterum eum deceat Romanum Pontificem juxta Sacrorum Canonum & Summorum Pontificum inſtituta per fratres ſuos Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, qui ſibi in executione ſui officii Coadjutores exiſtunt, ſua exercere conſilia, ut ipſorum ſalubribus & prodentibus conſultis ſtatus Eccleſiæ tam in ſpiritualibus quam temporalibus rationabiliter dirigatur, ipſe Dominus Eugenius etiam in rebus graviſſimis minime eorumdem conſilia requirere fertur, qui ſunt pars corporis ſui, ſed aliorum extraneorum Conſultationem ſectatur, quod non ex rationis judicio, ſed ex carnali affectu nonnunquam provenire videtur. Diſpenſatione quoque ſibi credita abutitur, eam in diſſipationem convertendo, & poteſtatem, ſibi datam in ædificationem, vertendo in deſtructionem. Plura vero gravia nobis obmittentibus, noviſſima occurrunt conſideratione miſeranda. Audivimus quidem nuper Civitatem Prænestinam, cujus Epiſcopali titulo unus ex Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus conſuevit inſigniri, per tolerantiam ejus & ſuorum Domeſticorum ac ſtipendiis Romanæ Eccleſiæ militantium opera, in ruinam mirabiliter decidiſſe. Opida inſuper plurima, in ejusdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ patrimonio conſiſtentia, aliquando prædæ expoſita, ut opidum Butrii Bononiæ proximum, aliquando ſolo æquata. Et qui augmentum effiecre debuerat, operatus eſt diminutionem, cum tamen ex Dignitate ſummi Pontificatus non peccandi licentiam, ſed bene vivendi neceſſitatem aſſecutus eſſe noscatur. In operibus præterea fidem concernentibus, cum hoc tempore pro Oecumenico Concilio cum Græcis celebrando Eccleſia indigeret, prout & de præſenti indiget, ſubventionibus fidelium populorum, ipſe ſubſtantiam eorum aliorſum divertere fatagens, & ſubſidia fidei Catholicæ multipliciter impediens, Indulgentias plenarias, per loca diverſa multiplicaſſe dicitur, abſque cauſis urgentibus eas diſſeminando, in gravem perturbationem ſanctiſſimi operis pro ipſa fide orthodoxa per hanc Synodum inchoati; aliaque plurima hucuſque peregiſſe atque procuraſſe dicitur, quæ proſecutioni rerum ad bonum fidei orthodoxæ & ejus promotionem pertinentium magnum impedimentum & multam retardationem attulerunt. Illud quoque multa reprehenſione in tanto Paſtore dignum eſt, quod juramentum in aſſumptione ſui ad Apoſtolatus apicem, ſuper certis ordinationibus præſtitum, ac deinde poſt ipſius aſſumptionem ſub Bulla ſua ſolenniter confirmatum, nimirum ſervaſſe dicitur, ſed; quod dolenter referimus, (ut a plurimis allatum, & fama publica laborat) ipſum notorie transgreſſus eſt. Denique eum ita agere conſpicit univerſis Orbis, (nam hæc quæ notoria eſſe dicuntur, Eccleſiam univerſalem ſcandaliſantia, tecenſemus) ut occaſione ſui univerſa Eccleſia graviſſimis turbationibus ſubjaceat: quibus niſi divina miſerario provideat, ruina prioribus inaudita ſæculis Chriſtiano populo proſpiciatur imminere. Non autem ſolum in rerum ſpiritualium regimine hanc ipſam ruinam conſideramus, ſed & in gubernatione temporalium Dominiorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ notorios defectus attendimus, quorum alienatores honorem perdere ſeliciis recordationis Symmachus Papa decrevit. Quantas enim terras ipſe Dominus Eugenius alienaverit, quantæque ejus jucuria & inſolerti regimine deperditæ & occupatæ ſint, quantas ſtrages ſubditorum Romanæ Eccleſiæ, quos etiam, ut Bononienſis Civitas in ſuis ſuppoſitis attestari poteſt, peremptos audivimus, ſine Pœnitentiæ & Euchariſtiæ Sacramentis, quam etiam miſeranda vaſtatio ſuo tempore ſubſecuta fuerit, notoria facta teſtari videntur. Expectavit autem jam plurimis annis hæc ſancta Synodus cum multa patientia, ut hæc omnia ipſe Dominus Eugenius corrigeret, atque in melius emendaret, ac, veluti vices gerentem Chriſti & Petri Succeſſorem decet, totum Orbem exemplo bonarum actionum in viam ſalutis dirigere ſtuderet. Dum vero videmus cuncta jugiter in pejus ruere, & omnia magis contorbari, plurimus anxiamur doloribus, ac vehementer gregi Dominico computamur, quem in totalem fere deſolationem per incrementa ſcandalorum, diviſionum ac violatarum deformitatem decidere formidamus, nili debito regimini Eccleſiæ Dei conveniens provitio apponatur, & conſulatur publicæ ſalutı. Videns itaque hæc ſancta Synodus, quæ per ſummariam informationem ex abundanti factam ipſum Dominum Eugenium in prædictis publice & notorie diffamatum comperit, neceſſitatem providendi debito regimini Eccleſiæ immincre, ut, ſi Concilium congregatum non eſſet, ſumme neceſſarium foret pro his rebus ipſum congregari: attendens præterea in judicio Dei oportere reddere rationem ſuper tantorum diſſimulatione malorum & ſcandalorum, quibus corrigendis pro ſalute totius Chriſtianæ plebis ex officio ſuo totis viribus incumbere tenetur, & ex poteſtate quam ſuper cunctos fideles cujuscumque auctoritatis, etiamſi Papalis, exiſtant, a Chriſto accepit, juxta ſupradictam declarationem in Concilio Conſtantienſi habitam, & in hoc præſenti dudum renovatam, cum etiam coram Deo & hominibus graviſſime reprehendenda veniret, ſi in hac urgentiſſima Eccleſiæ neceſſitate ſuum officium (prout tenetur) etiam nemine poſtulante exequi negligeret: decernit, ut intra ſexaginta dies a die præſentis ſeſſionis & affixionis numerandos, quem terminum præfato Domino Eugenio peremptorie præfigit, ut ſi qua inuerim coram hac ſancta Synodo ſuper præmiſſis & aliis proponendis, pro ſui defenſione aut excuſatione, alleganda vel proponenda duxerit, per ſe vel alium ad hoc legitime deputatum coram eadem Synodo Baſileæ compareat. Dicto autem elapſo termino, ſive dictus Dominus Eugenius per ſe vel alium comparuerit, ſive non, hæc ſancta Synodus ad ulteriora procedet, cognoscendo & terminando prout Eccleſiæ ſanctæ Dei, Spiritu Sancto dictante, conſpexerit expedire, univerſis inſuper Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœna alias præſtiti hnic Sacrn Concilio per ſe vel alium nomine ſuo juramenti, & quoad eos qui juramentum non præſtiterunt, ſub pœna privationis fructuum ſuorum Beneficiorum, mandat & præcipit, ut infra eumdem terminum in hac Civitate Baſileenſi compareant, ſaluti Sanctæ Matris Eccleſiæ cum exteris in Synodo congregatis conſulturi & opportune proviſuri, prout Spiritus Sanctus dictaverit. Hoc ipſum quoque univerſis Principibus & Populis Chriſtianis innotescere volumus, ut videntes Sanctæ Matris Eccleſiæ & univerſæ Chriſtianitatis anguſtias, in unam ſententiam pro honore Dei Creatoris noſtri & animarum ſalute pariter conveniant, & quod toti Orbi ſalutare fnerit communi conſenſu amplexentur. Decernit tandem hæc ſancta Synodus, hujus Decreti publicationem in præſi nti ſeſſione factam, ejusque affixionem in valvis majoris Eccleſiæ Baſileenſis, vim habere monitionis & citationis, quoad omnes & ſin-

ANNO 1437. singulos actus in hac re fieri necessarios, usque ad finalem terminationem, etiam ad sententiam diffinitivam, audiendum, & ejus executionem faciendum inclusive, & ita universos arctare, ac si personaliter apprehensi, & eis intimatum fuisset.

Datum Basileæ in nostra Sessione publica, solenniter in Ecclesia Majori Basilecnsi celebrata, pridie Kalendas Augusti, anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo trigesimo septimo.

XXX.

17. Sept. EUGENII IV. *Papæ Edictum Translationis* Basileensis, *& Indictionis Concilii* Ferrarensis. *Omnia hactenus* Basileæ *in causa Electionis loci ad Concilium agendum peracta narrat. Invehitur in Patres* Basileenses *se Concilium generale facere putantes. Arguit eos contumacia & contumeliis contra sanctam Sedem Apostolicam. Prohibet denique & inhibet sub excommunicationis & privationis Dignitatum, Beneficiorum & Officiorum pœnâ, ne in* Basileensi *Civitate aut alibi, quam in Civitate* Ferrariensi *Concilium teneatur &c. Datum Bononiæ 15. Kalendas Octobris* 1437. [Conciliorum Collectio Regia, Tom. XXXIII. pag. 47. PHIL. LABBEI Conciliorum Collectio, Tom. XIII. col. 858.]

EUGENIUS *Episcopus Servus Servorum Dei ad futuram rei memoriam.*

DOCTORIS gentium admoniti saluberrima suavissimaque doctrina, hortantis, ut solicii simus servare unitatem Spiritus in vinculo Pacis, ad eo maxime convertimus aciem mentis nostræ, & indefessa solicitudine, cura & cogitatione conatus omnes intendimus, per quæ in corpore mystico, sanctæ videlicet Ecclesiæ, perpetua caritas & pax inviolata perduret; ac si qua membra dissentiant eis commode corpori reinseruntur fuo: ut dum per Sancti Spiritus Gratiam, qui est Patris & Filii amor atque connexio, membra omnia sub Christo Capite unum in Ecclesia corpus efficimur, unica etiam per Spiritum unitate in Christo societas firmus & pax quæ est perfectum unitatis vinculum, sincera caritate & concordi animorum conjunctione servetur, omnisque discordiæ & scissuræ fomes extinguatur.

Sane dudum in minoribus constituti, divisionem Orientalis, & Occidentalis Ecclesiæ, quippe ex qua mala innumera & Christianæ Religioni detrimenta provenire videbamus, ferentes ægerrime semper, ac molestissime, agentes quæ pro virili nostra, ut tolleretur, institimus multum in Constantiensi Concilio primum, tum etiam apud felicis recordationis Martinum Papam V. prædecessorem nostrum fatisque laboravimus, ut sublato pariete de medio utriusque Ecclesiæ unu proveniret.

Ubi vero ad Apostolatus apicem assumpti, honesto huic & pio desiderio nostro debitum ex injuncto nobis desuper curæ Pastoralis officio accessisse conspeximus eam rem ardenti animo & tota alacritate suscepimus. Ac primum quidem adierunt nos per nostrum studium & diligentiam Oratores carissimi in Christo filii Joannis Græcorum Imperatoris & venerabilis Fratris Josephi Constantinopolitani Patriarchæ.

Tum veto missis è vestigio Constantinopolim nuntiis nostris habitoque tractatu diligenti, id tandem, communicato sensu omnium, placuit, ut ex antiquo instituto, pro celeriori, ac faciliori executione tantæ rei, Legatus de Latere cum Prælatis etiam & Theologis ac Doctoribus tam dignæ materiæ tractandæ necessariis Constantinopolim à nobis mitterentur. In eam Conclusionem Imperator Trapezuntius & Armenius Patriarcha & alii quam plures pari voto venerunt: nec dum ad nos hujusmodi deliberationis Conclusiones pervenerant, cum altum longe diversum Unionis modum in Basileensi Concilio jam decreto firmatum missis ab ipso Concilio Oratoribus, ut approbaretur requisivit à nobis.

Displicuit quidem jam tunc, quod Sedi Apostolicæ parum deferri videretur, & de re tam gravi & ardua tot mensibus agitata, contra honestæ & antiquæ consuetudinis normas, nihil autea nobis per ipsum Concilium fuisset nuntiatum: avidi tamen prædictæ unionis, simulque veritati, ne si, dissensio ulla intercederet, optatissimæ nobis rei ruptura sequeretur, licet deliberationem aliam longe diversam & multo expeditiorem ex Constantinopoli in dies adfuturam verisimiliter expectarenius, sicuti & factum est postea, Conclusioni ipsius Concilii præbuimus assensum. ANNO 1437.

Subsecuti Græcorum Oratores cum instantissime postularent ea Capitula nobis confirmari, in quibus Imperator & Patriarcha prædicti cum Oratore nostro convenerant exhortati à nobis fuit, & attentius admoniti, ne Conclusionum varietatem ægre ferrent, neve diffiderent, auspice Deo, prospere & pro votis successura omnia: nobis gratam esse viam omnem, per quam ea res tam sancta tam necessaria optatum effectum esset habitura, neque opem & operam nostram ullo tempore unquam defuturam missi postmodum ab ipso Concilio nuntii ad ipsos Imperatorem & Patriarcham, ut Decretum illud ratificarent, postularunt. Comperto autem ex Oratore nostro, nos Decreto illi consensisse & ipsi consensum præbuerunt, alias, ut profitebantur, id nulla ratione facturi.

Iis ita peractis, ejusdem unionis desiderio nos magis ac magis incensi, de venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio & assensu dilectos filios nostros Nicolaum tituli Sanctæ Crucis in Jerusalem & Joannem tituli Sancti Petri ad vincula Presbyteros Cardinales nostros & Apostolicæ Sedis legatos, Basileam misimus, eis inter cetera facultatem dantes, ea omnia tractandi & agendi, quæ dictæ unioni quomodolibet profutura viderentur.

Institerunt illi, ut locus eligeretur nobis & Græcis accommodus, quo ad optatum unionis finem mature possit perveniri. Ac licet ob plurimas difficultates quas gignebant inordinati quorumdam motus & compugnantiæ voluntatum, parum spei de conficiendo dictæ unionis negotio tribuerent nobis: expectavimus tamen, neque à spe & intentione nostra decidimus, quousque nonnullos ex ipso Concilio ad eam nominationem loci processisse cognovimus, quam justis & rationabilibus causis gratam habere nec potuimus, neque ullis rationibus possumus. Civitatem enim nostram Avenionensem in Decreto non nominatam, nec comprehensam, & à Græcis ipsis expresse & sæpenumero repudiatam, nobis etiam irrequisitis, quantum in se fuit elegerunt, non satis advertentes quantum ea res importet mali, quantumve prædictæ unioni afferat detrimenti, contra Concilii Decretum, contra Græcorum instantiam, contra denique ipsum nostrum desiderium tanta facilitate præsumpta. Est quippe locus ille nobis parum commodus, & Provinciis multis ac Regnis Regibusque & Principibus non modo ignoratus, verum & situ suo ipso non satis tutus. Quibus ex rebus illa loci nominatio nullo pacto fuit admittenda, cui nisi, auctore Domino, obviassemus, ut ex certis auctoribus & gravibus de ipso etiam Concilio viris certiores facti sumus, actum esset de Ecclesiastica pace, & optatissima illa unione.

Denique ex Græcorum Oratoribus, quorum alter ad nos, alter ad Basileense Concilium profectus est, mandatis patiter inscriptis utrobique traditis, cunctis palam fuit, ipsos Imperatorem & Patriarcham petere ut tertia sententia locum scilicet esse eligendum qui nobis & illis esset accommodus, aperte protestantibus, nisi nos in loco adessemus, Imperatorem ipsum & Patriarcham nequaquam accessuros. Questus est graviter Orator ipse, quod ad eum revocaretur locum qui esset remotissimus, & præter navigationis longinquæ pericula, mare ipsum piratis quoque infestum, ac per id ceteris suspectum, inprimis illis esset suspectissimum: protestatus (nisi conditiones in Decreto appositæ servarentur, locusque, ut præfertur, idoneus eligeretur) Ecclesiæ Latinorum (si optata, tantoque studio & labore quæsita unio non sequeretur) imputandum fore.

Iis omnibus intenta meditatione & diligenti deliberatione pensatis, providendum omnino visum est, ne Græci à proposito jure desisterent. Ea fuit ferme omnium sententia, non modo unionem istam, ni aliter provideretur, non secuturam, verum in ipsa quoque occidentali Ecclesia novitates noxias & scandala plura emersura necessario.

Nos itaque tanto constricti articulo, tam variis casibus tam multis omni ex parte se apetentibus periculis pro viribus occurrere cupientes de prædictorum venerabilium fratrum consilio & assensu Venerabili Fratre Joanne Archiepiscopo Tarentino ad ipsum Basileense Concilium destinato, dilectis filiis Joanni tituli Sancti Petri ad vincula & Juliano tituli Sanctæ Sabinæ, Presbyteris Cardinalibus Apostolicæ Sedis Legatis & ipsi Archiepiscopo per literas nostras commisimus atque mandavimus, ut per passionem Jesu Christi ad evitandas omnes dissensionum materias, exhortarentur venerabiles fratres

ANNO 1437. fratres & dilectos filios in ipso Concilio exillentes, vellent ad laudem & reverentiam Dei ac Salvatoris nostri Jesu Christi & per aspersionem sui sacratissimi Sanguinis ut pro pace & felici tantarum rerum consummatione locus eligeretur pro hujusmodi transferendo Concilio, qui gratus eller nobis & Græcis aptus atque accessu facilis, disceptationibus ac dissensionibus omnibus subductis de medio, ambulantes in rectitudine & simplicitate cordis jactarent in Deum cogitatus suos, ac de Deo confidentes, in suis consiliis caritatis legibus obsequerentur, quæ juxta Apollolum non irritatur, non cogitat malum, non quærit quæ sua sunt, non gaudet super iniquitate, sed è contra patiens & benigna est: debere eos qui Ecclesiæ Dei negotiis tractandis insisterent, superiores esse mundo, non quæ sua sunt quærere, sed quæ Jesu Christi: nullam cujusvis loci electionem debere esse impedimento, quominus tam salutaris rei consequatur effectus. Ista nos & similia pro affectione nostra ipsis in Concilio exillentibus tranquille proponendam mandavimus.

Injunximus præterea Legatis ipsis & præsidentibus nostris, ut nihil omitterent ex iis quæ ad hunc finem conducere posse viderentur; requirerent, hortarentur, rogarent omnes & singulos Regum & Principam, Prælatorumque Oratores, Procuratores ibi præsentes, vicinosque itidem Prælatos & Principes, sibi ut socii accederent, secumque hortarentur omnes ad locum ipsum aptum concorditer eligendum, tentarentque omnia, per quæ ad optatum tantæ rei finem posset pacifice perveniri.

Nec tunc quidem tam pia, tam sancta, adeoque salutaria tam modeste postulantes auditi sunt, quin potius spretis adhortationibus nostris, Avenionis Civitatis electionem ipso jure nullam decretare tentarunt, Legatis & præsidentibus nostris, & aliis plurimis & gravibus religiosisque personis renitentibus, atque ad novam loci electionem alterius procedendum esse decernentibus. Tum vero se dandi tumultus causa ad id tandem deventum est, approbantibus cunctis, ut secundæ inducie darentur ea conditione, ut nisi infra præscriptum & præpositum diem Avenionenses promissas pecunias numeratas persolvissent, integrum jam esset, & liberum, debitum Concilio locum alium eligere. Cum vero intra conditum terminum pecunias illi nequaquam exolvissent, Legati ac præsidentes prædicti, aliique ex Prælatis plurimi, & omnes ferme Regum Principumque Oratores, Procuratores Prælatorum, Theologique ac Doctores habendam rationem honoris ac dignitatis occidentalis Ecclesiæ, ea studiose servando, quæ Græcis fuerant promissa, censentes, Ecclesiasticæque pacis ac unitatis cupientissimi, & saniorem ipsius Concilii partem facientes, ad quos etiam esset jus eligendi devolutum cum partem aliam nihilominus ante sæpe requisissent, ut ad alterius loci electionem intenderet: alioquin protestantes se ista amplius sine gravi offensa Dei & ipsius Ecclesiæ insigni nota dissimulare non posse: postquam minime exauditi erant, ad electionem loci Florentiæ scilicet, aut Utini, sive alterius cujuslibet in Decreto comprehensi, qui Galeas & necessaria alia maturius pararet, Canonice legitimeque processerunt, prout in Decreto inde confecto clarius constat.

Eam electionem memorati Imperatoris & Patriarchæ Oratores ut consequendæ unioni summe necessariam gratissime amplexi sunt: profectione inde ad nos ut electionem prædictam confirmare vellemus, precibus humilibus petiverunt: similiter nos impensius orantes, atque requirentes, ne rem hanc sanctissimam desertam esse pateremur, protestati publice in Consistorio Generali quod per eos nequaquam staret, si sancta ista unio non sequeretur.

Nos autem hæc omnia attentius considerantes conspicientesque rem eo devenisse, ut prædictos Oratores necessario exaudire cogeremur, nec superesse modum alium prosequendi operis tam pii, & servandi Latinæ Ecclesiæ honoris, de prædictorum venerabilium fratrum nostrorum consilio & assensu, ipsorum petitis annuimus, nominationemque factam de Florentia aut Utino vel alio ex locis in Decreto comprehensis in alio generali Consistorio admisimus, & confirmavimus; ac demum cum ipsis Oratoribus mandatum ad hoc habentibus, nonnullis prius tractatis, conclusis atque firmatis, quæ de memoratorum Imperatoris & Patriarchæ adventu ad has partes nobis spem indubiam pollicentur, multisque eum laboribus ingentique sumptu operam dedimus ut Galeæ quatuor & alia mitterentur pro ipsorum adventu necessaria: sicque Deo largiente factum est.

Hæc ubi didicere, qui Avenionem prætulerant, semper pro inordinatis, quibus agitabantur, affectibus turbati, quia, juxta beatæ memoriæ prædecessoris nostri Leonis I. sententiam, dum privata cau æ religionis exercentur obtentu, communitur impietate paucorum quod universalem Ecclesiam vulneret, multa ad perturbanda prædicta machinati sunt. Nam primum quidem in venerabilem fratrem nostrum Joannem Archiepiscopum supra nominatum, qui Decretum in ea totum minebat ad nos, qua fuerat in publica Sessione promulgatum, nonnulla configentes irruerunt; omnique prætermisso Juris ordine, ipsum, polleaquam primo, secundo ac tertio ea pro sua justitia petierat, quæ jure nulli deberent denegari, primum in domo suo sub cautione jurisjurandi detinere conati sunt; deinde Deputationem & Congregationem generalem per judices datos suspectissimos illi interdicere tentarunt; ac postremo contra gravamen utrumque se tueri de jure fatagentem, suamque justitiam asserentem, sub excommunicationis, privationis & inhabilitationis pœnis in domo propria tumultuario multitudinis impetu detinere, & quodammodo carcerare moliti sunt. Gravamen præterea gravamini adjicientes, dilectum filium Arnoldum de Reckenhusen dicti Archiepiscopi Procuratorem pro justitia illius in Congregatione generali & Majori Ecclesia loqui volentem, manibus injectis perensserunt, ac per capillos ad carcerem trahere conati sunt, adeo violenter ac inhoneste, ut Cardinalis sanctæ Sabinæ Legatus antedictus de violentia illata, & de sublata libertate Concilii necessario sit publice protestatus. Per hanc itaque illatam violentiam justo meru constrictus Archiepiscopus ipse in defensionem sui quosdam nobiles armatos domi habere compulsus est. Tandem justissima quadam petitione in generali Congregatione porrecta, cui adjecta erat protestatio, quod nisi in sua justitia audieretur, & à gravaminibus & oppressionibus quæ in dies augebantur, cessaretur, ipse ob justum metum inde decedere cogeretur, cum non modo non fuisset admissa ipsa petitio, verum contra exhibitorem potius ut ad carcerem traheretur, esset acclamatum; coactus est & injunctum sibi Oratoris ac præsidentis officium deserere, & adjunctis sibi, seque ducentibus dilectis filiis nobilibus viris Wilhelmo Marchione de Roithingh, & Rudulpho de Ravistein, & aliis plerisque illorum nobilibus, à prædicto loco omnino discedere. Omittimus alia plura gravamina, ut Cursores nostros primum, tum dilectum filium Priorem Furnensem Ordinis Præmonstratensis ad nos specialiter missum in itinere, interceptis literis nostris, pecuniisque & bonis aliis nudaverint, ut ex nostris sit nemo qui sine justo metu vel illuc ire, vel inde redire possit.

Quantum Generali Concilio ista conveniant, cunctis ratione utentibus liquet. In secunda Ephesina Synodo, perniciosissima illa quidem, Apostolicæ Sedis Legatos violatos legimus; quod acquiescere subscriptioni netarias noluerunt.

Verum hæc inferiora non sunt, sed omittimus, ista referre quidem piget ob Ecclesiæ matris injuriam atque jacturam; sed dicendum est tamen illi ipsi qui pro tractandis Ecclesiæ negotiis, pro pace & unitate in Ecclesia Catholica servanda, pro Reformatione utili & honesta inducenda se convenisse profitentur, quique sextum jam annum in hujusmodi Tractatibus minimo cum fructu exegerunt; cum universus Christianus Orbis esset prædictæ illius sanctissimæ unionis jam modo imminentis expectatione suspensus, ex qua dici non potest quantum lætioris spei humanis rebus & Christianæ religioni accederet, eos ad eversionem potius tam pii operis confusionemque nominis Christiani, & universalis Ecclesiæ scissuram, & totius religionis exeidium moliri manifeste deprehenditur.

Et quid mium si in Oratores nostros sæviant, qui in nos quoque adeo effrenate feruntur? præsertim quippe quoddam Monitorium, sive, ut ipsi appellant, Citatorium, convitiis, contumeliis atque injuriis plenum adversus nos, & in gravamen venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium conflare ausi sunt, novo plane exemplo, & quod priora omnia sæcula ignoraverunt. Et quod uti ne fieret, cum Joannes & Julianus Cardinales prædicti Sedis Apostolicæ Legati variis modis obsisterent, & validissimis & gravissimis, vetitissimisque rationibus improbitatem facti coarguerent, demonstrarentque apertis documentis, id caritati, bono publico, paci Ecclesiæ, justitiæ, sacrisque Canonibus ita adversari ut ipsi abhorrerent illic adesse, ubi de tali tractaretur Monitorio, audiri non sunt. Et cum instanter orarent, & expresse postularent, ut à re tam monstruosa desisterent, conscientiasque exonerando suas, excusarent coram Deo & hominibus innocentiam suam, quod Monitorium illud pro viribus &

ANNO 1437. supra vires impugnarent, plurima quæ ex illo sequi poterant scandala & mala memorantes, maximaque instantia utentes, veluti ex protestationibus suis publice & solenniter factis apertissime constat; sanis tamen, tam piis, tam justis postulationibus tutor ille non cessit.

Cum vero memorati Joannes & Julianus Legati octo primum, deinde trium dierum inducias peterent, intra quos rationes in scriptis redigerent, quibuscum nullo modo ad dictum prætensum Monitorium, seu Citatorium esset procedendum, evidentissime demonstrarent; non solum auditi non sunt, verum contra ipsius ordinationes Concilii, ea die & generalis Congregatio & Sessio repente & præcipitanter est habita, quod nunquam antea, vel in minimis privatisque negotiis fuerat factum.

In ea sane prætensi præcipitique Sessione etsi Prælatos sub pœna præstiti juramenti cogere, & pene violenter attrahere conarentur, Legati tamen ipsi, & plures ex Oratoribus Regum & Principum, Prælatique plurimi justitiæ potius & veritati deferentes, quam illorum cedentes comminationibus, nulla ratione huic tam inhonestæ ac monstruosæ rei interesse passi sunt, sed magis ac magis insisterunt, ut à dicto Monitorio abstinerent, nihil innovari debere ibidem aperte protestantes: iis profecto nostrorum Legatorum rationibus, justissimisque petitionibus ac protestationibus necessariis acquiescissent, nisi pauci ex primoribus, quos sequitur inferiorum turba, partim ambitionis corrupti peste, partim potentium quorumdam seculatium seu furori obsequentes, seu delniiti obsequiis seu minis ac terroribus adacti sub speciosa Reformationis nomine esse duces atque auctores harum novitatum præbuissent, inque tempus imminentis jam Concilii œcumenici, si quid adversus nos conceperant animo, distulissent.

Ea vero cum comperisset carissimus filius noster Sigismundus Romanorum Imperator, obstupuit, præcipitemque sententiam Schismatis metu quod subolatum temporibus proximis illi inferre tentarent vehementer exhorruit, ac potius per venerabilem fratrem Petrum Augustensem Episcopum Oratorem suum ad præfatum Concilium destinatum ut abstinerent ab hujusmodi novitatibus & scandalis, omni instantia requisivit, & si quid adversum nos promulgassent, revocarent. Quod quidem ut ex certissimis nuntiis accepimus, facere omnino neglexerunt.

Et quid mirum, si illi minus obtemperent honesta postulanti, contra Sanctorum Canonum statuta, qui excusso de sub jugo divini timoris collo, tam libere, tam licenter cunt in Pastorem Pontificem suum? Quorum conatibus, nisi opportunius providearur, rem hanc sanctæ unionis Orientalis & Occidentalis Ecclesiæ, ex qua diebus nostris propagari Christianitatis terminos speramus, & sub hujus specie & expectatione Christianorum multitudo ab infidelibus oppressa respirat, intercipi & destitui, Ecclesiæque Reformationem & pacem Christiani populi, quam jam annis sex mundus præstolatur, in deformationem potius intestinumque bellum converti, quis adeo rationis & judicii ignarus est quin videat & intelligat? Subortentur, ut timendum est, insuper alia incommoda, & mala necessario, scandalaque & divisiones non modo in re Ecclesiastica, verum in Regnis quoque, Principatibus, Dominiisque temporalibus pullulabunt ex infausto hoc germine: quæ sine maxima Dei offensa nos amplius dissimulare non posse, nemo sanæ mentis ignorat.

Cum igitur ad hujusmodi pericula scandalaque & detrimenta ab universali Ecclesia & à populo Christiano, sicuti ex debito adstringuntur pastoralis officii, propulsanda, & longius arcenda, nihil æque expediens occurrat, quàm si unum conveniamus omnes, caritatis, pacis & concordiæ vinculo astricti, & semotis privatis affectionibus, ad memoratæ unionis Ecclesiæ utriusque, sanctorumque reliquorum operum prosecutionem, quorum gratia Concilium Basileense ab initio fuerat institutum, studia & vota nostra conferamus. Omnibus itaque & singulis, quæ supra digesta sum & aliis justis & rationabilibus causis ad hoc animam nostrum moventibus, atque eo inprimis, quia quod factum est sine consideratione justitiæ, & contra omnem Canonum disciplinam, ratum haberi nulla permitur ratio; & quod dissensionis scandalum non auferret Basileensis Synodus, sed ii qui in illa se duces & Principes novarum rerum facium, potius augerent: iis, inquam, omnibus accuratissima meditatione pensatis, quorum gratia neque nobis, neque nostris tutum aut liberum sit in eo Concilio quod sub ditione est & quasi tyrannide quadam æmulorum nostrorum redactum quidquam proponere aut tractare; habitaque super iis omnibus & singulis cum præfatis venerabilibus fratribus nostris matura deliberatione de ipsorum omnium communi consilio & assensu, plurimis etiam adhibitis venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopis, Episcopis, & dilectis filiis electis Abbatibus aliisque Prælatis in Curia nostra existentibus, id idem consulentibus, æque laudantibus, volentes tam pernicioris & imminentibus turbationum, scandalorum & confusionum periculis in Dei Ecclesia, ut præmittitur, obviare, si & inquantum supradicti in ipso Concilio Basileensi existentes in obstinato proposito suo perseveravetint, vigore & occasione dicti prætensi Monitorii seu Citatorii, in aliquo procedendo, aut aliquam novitatem contra nos aut venerabiles fratres nostros Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, vel præsidentes & Oratores nostros qui in dicto Concilio fuerunt, vel aliquem ex eis imponerum inferendo, vel etiam à die prærati asserti Monitorii forsitan factum continuando, vel quovis modo servando, tenore præsentium auctoritate Apostolica & ex certa scientia & ex plenitudine potestatis, Civitatem Ferrariensem, quam & pro futuro œcumenico Concilio ex nunc assumimus, ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc, pro loco dicti Concilii transferendi nominamus, assignamus, & etiam deputamus; locum quidem gratum Græcis, rebus gerendis utilem, idoneum ac commodum omnibus Regibus & mundi Principibus, & Prælatis tutum & liberum, in Decreto Græcorum compreheusum; & pro quo omnia Græcis promissa, expedita & parata sunt, ad eumque locum præfatum Basileense Concilium ad omnes & singulos effectus inchoatos & inchoandos, & pro eisdem causis pro quibus fuerat Basileæ congregatum, consilio, assensu, auctoritate & potestate similibus, ex nunc prout ex tunc & ex tunc prout ex nunc transferimus, & transtarum tuisse & esse declaramus.

Causa Bohemorum quoad Articulum Communionis sub utraque specie, quem solum articulum volumus in dicta Civitate Basileensi à data præsentium intra triginta dies continuari posse, dumtaxat excepta: quas etiam Bohemos, si pro dicta causa ad dictam Civitatem Ferrariensem & Concilium sic translatum eis magis venire placuerit, in cum casum benigne suscipiemus, tractabimusque cum omni humanitate & caritate possibili, & ab aliis tractari faciemus.

Hanc autem translationem, in quantum prædicti Basileæ existentes non respuerint, ut præmittitur, locum habere intelligimus & declaramus ante ipsorum Græcorum adventum: ipsis autem Græcis venientibus in dicto loco Ferrariæ pro Oecumenico Concilio celebrando, ut certi reddimur, consentientibus ex nunc prout ex tunc & ex tunc prout ex nunc ipsum Basileense Concilium ad præfatam Civitatem Ferrariensem pure, libere & simpliciter transferimus & decernimus inchoandum.

In quo etiam sic translato talia, auctore Deo, proponere & agere intendimus, ex quibus nostram innocentiam Orbis totus agnoscere poterit, & quæ sunt adversum nos quorumdam malevolentia & malignitate conficta, falsa, & omni veritatis fundamento destituta intelligere, ac nostram bonam voluntatem ad ea pro quibus dictum Basileense Concilium, ut præmittitur, fuerat congregatum evidentius poterit intueri.

Decernentes, ac etiam declarantes omnem aliam nominationem, declarationem, electionem vel translationem quavis auctoritate, aut quocumque prætextu factam, vel etiam imponerum faciendam, præterquam auctoritate nostra, de qua constet per authenticas literas nostras super hoc conficiendas, nullius esse, prout est, roboris vel momenti.

Mandantes insuper & præcipientes venerabilibus fratribus & dilectis filiis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, electis, Abbatibus, & aliis, qui de jure & antiqua consuetudine Generalibus Conciliis interesse tenentur, quatenus ad præfatum Concilium, ut præmittitur, translatum se transferant, ad ea tractanda & peragenda, quæ ad eumdem Dei & gloriam sanctorumque operum profectum, pro quibus ipsum Basileense Concilium fuerat congregatum, necessaria & utilia videbuntur. Et inquanter liquid in materia Bohemorum in contrarium restaret peragendum, & specialiter ad materiam unionis Orientalis & Occidentalis Ecclesiæ, ut supradictum est, quam quanta possumus industria & diligentia ad felicem usque exitum prosequi intendimus.

Quos omnes & singulos ad omnia & singula præmissa ex nunc citamus, requirimus & cohortamur, hortamurque & requirimus, & nihilominus per præsentes, ac per edictum publicum in valvis Ecclesiæ Basileensis affigendum, & per alia opportuna mandamus & citamus, ut infra tres menses à data præsentium intra triginta dies continuari posse, dumtaxat excepta: quas etiam Bohemos, si pro dicta causa ad dictam Civitatem Ferrariensem & Concilium sic translatum eis magis venire placuerit, in cum casum benigne suscipiemus, tractabimusque cum omni humanitate & caritate possibili, & ab aliis tractari faciemus.

Hanc autem translationem, in quantum prædicti Basileæ existentes non respuerint, ut præmittitur, locum habere intelligimus & declaramus ante ipsorum Græcorum adventum: ipsis autem Græcis venientibus in dicto loco Ferrariæ pro Oecumenico Concilio celebrando, ut certi reddimur, consentientibus ex nunc prout ex tunc & ex tunc prout ex nunc ipsum Basileense Concilium ad præfatam Civitatem Ferrariensem pure, libere & simpliciter transferimus & decernimus inchoandum.

In quo etiam sic translato talia, auctore Deo, proponere & agere intendimus, ex quibus nostram innocentiam Orbis totus agnoscere poterit, & quæ sunt adversum nos quorumdam malevolentia & malignitate conficta, falsa, & omni veritatis fundamento destituta intelligere, ac nostram bonam voluntatem ad ea pro quibus dictum Basileense Concilium, ut præmittitur, fuerat congregatum evidentius poterit intueri.

Decernentes, ac etiam declarantes omnem aliam nominationem, declarationem, electionem vel translationem quavis auctoritate, aut quocumque prætextu factam, vel etiam imponerum faciendam, præterquam auctoritate nostra, de qua constet per authenticas literas nostras super hoc conficiendas, nullius esse, prout est, roboris vel momenti.

Mandantes insuper & præcipientes venerabilibus fratribus & dilectis filiis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, electis, Abbatibus, & aliis, qui de jure & antiqua consuetudine Generalibus Conciliis interesse tenentur, quatenus ad præfatum Concilium, ut præmittitur, translatum se transferant, ad ea tractanda & peragenda, quæ ad eumdem Dei & gloriam sanctorumque operum profectum, pro quibus ipsum Basileense Concilium fuerat congregatum, necessaria & utilia videbuntur. Et inquanter liquid in materia Bohemorum in contrarium restaret peragendum, & specialiter ad materiam unionis Orientalis & Occidentalis Ecclesiæ, ut supradictum est, quam quanta possumus industria & diligentia ad felicem usque exitum prosequi intendimus.

Quos omnes & singulos ad omnia & singula præmissa ex nunc citamus, requirimus & cohortamur, hortamurque & requirimus, & nihilominus per præsentes, ac per edictum publicum in valvis Ecclesiæ Basileensis affigendum, & per alia opportuna mandamus & citamus, ut infra tres menses

ANNO 1437.

Insuper auctoritate, potestate, consilio & assensu prædictis, sub excommunicationis, privationis diquitatum,

ANNO 1437. tarum, beneficiorum & officiorum, ac inhabilitationis pœnis, quas contra facientes incurrere volumus ipſo facto, adverſus quas pœnas reſtitui, vel rehabilitari præterquam à nobis non poſſint, ſed nec ab excommunicatione abſolvi niſi in articulo mortis conſtituti, diſtrictius inhibemus, ne in prætata Baſileenſi Civitate, aut alibi quam in Civitate Ferrarienſi ſupradicta, deinceps, ut præmittitur, Concilium, aut aliquis Conciliaris actus teneatur, ſeu aliquod officium ad ea ſubordinatum de cetero exerceatur, neque etiam aliquis in dicta Civitate Baſileenſi remanere, præterquam ad Articulum Bohemorum, ut dictum eſt, & ad alium locum quam Ferrariæ, ſub nomine aut prætextu Concilii, audeat accedere.

Decernentes etiam ex nunc irritum & inane, ac nullius auctoritatis vel momenti, ſi ſecus quavis auctoritate, etiam ſub nomine & auctoritate Concilii, præterquam noſtra, de qua per literas noſtras, ut ſupra præmittitur, ſuper hoc conficiendas conſtet, à quibus communiter vel diviſim, cujuſcunque ſtatus, gradus præeminentiæ & conditionis exiſtant, etiamſi Cardinalatus, Patriarchali, Archiepiſcopali, & Epiſcopali dignitate præfulgeant, ſcienter, vel ignoranter fortitan contigerit attentari. Ordinationibus, Statutis, Conſtitutionibus, Declarationibus quavis auctoritate, etiam ſub nomine Generalis Concilii factis & aliis in contrarium facientibus, etiam ſi talia forent, de quibus eſſet habenda eriam de verbo ad verbum mentio ſpecialis; quibus omnibus auctoritate, proteſtatis, plenitudine, conſilio & aſſenſu ſimilibus & præmiſſis neceſſariis, & urgentibus cauſis ſupradictis derogamus, & derogatum eſſe Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium declaramus, ceteriſque in contrarium quomodolibet facientibus, non obſtantibus quibuſcumque.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ aſſumptionis, Nominationis, Aſſignationis, Deputationis, Tranſlationis, Declarationis, Voluntatis, Conſtitutionis, Mandati, Præcepti, Citationis, Requiſitionis, Monitionis, Darionis, Conceſſionis, Inhibitionis & Derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Datum Bononiæ anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringentéſimo trigeſimo ſeptimo, quarto decimo Kalendas Octobris, Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

SUBSCRIPTIONES.

Ego EUGENIUS *Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.*

Adjutor & Protector meus es tu Domine, ne derelinquas me, Deus meus.

Ego BRANDA *Epiſcopus Portuenſis ſubſcripſi.*

Ego JORDANUS *Epiſcopus Sabinenſis ſubſcripſi.*

Ego ANGELUS *Tituli Sancti Marci Presbyter Cardinalis ſubſcripſi.*

Ego FRANCISCUS *tituli Sancti Clementis Presbyter Cardinalis ſubſcripſi.*

Ego ANTONIUS *tituli Sancti Marcelli Presbyter Cardinalis ſubſcripſi.*

Ego NICOLAUS *tituli Sanctæ Crucis Presbyter Cardinalis ſubſcripſi.*

Ego PROSPER *Sancti Georgii ad Velum aureum Diaconus Cardinalis ſubſcripſi.*

Ego DOMINICUS *Sanctæ Mariæ in Via Lata Diaconus Cardinalis ſubſcripſi.*

XXXI.

26. Sept. *Concilii Baſileenſis Decretum, quò, ne Civitas* AVINSONIS *& Comitatus* VENAYSINI *à Romanæ Eccleſiæ Dominio alienetur, ſub Pœna Excommunicationis prohibet, infimulque eamdem Civitatem contra quoscunque turbatores in ſpecialem ſuam Protectionem & ſalvanguardiam, ati &* PETRUM *Epiſcopum Albanenſem,* DE FUXO *vulgò nuncupatum, deputatum Avinionis Gubernatorem, recipit. Dat. in Eccleſia Majore Baſileenſi ſexto Calend. Octobr.* 1437. [Collect. Concilior. Regia, Tom. XXX. pag. 222. PHIL. LABBEI Conciliorum Collectio Tom. XII. col. 588.]

Sacroſancta generalis Synodus Baſileenſis, in Spiritu Sancto legitime congregata, univerſalem Eccleſiam repræſentans, ad futuram rei memoriam. ANNO 1437.

CUM noſtra ſolicitudo ad hæc inter alia jugiter aſpiret, ut Sancta præſertim Romana Eccleſia feliciter in ſpiritualibus gubernetur, ſimul quoque cum virtutum ornatu, temporalium rerum obtineat ubertatem, ſine quibus Spiritualium adminiſtratio diu ſubſiſtere non valeret; priſci quoque Patres hac conſideratione permoti, largam prædiorum, dominiorum & poſſeſſionum amplitudinem ipſi Eccleſiæ acquirere curaverunt, quorum alienationem ſub gravibus pœnis cenſuerunt prohibendam, adeo ut Symmachus Papa Spiritu Dei repletus in ſuo Canone decreverit, etiam Papa non liecre prædia Eccleſiæ alienare aliquo modo pro aliqua neceſſitate, nec in uſumfructum rura tradere, niſi tantummodo domus, quæ in quibusdam Urbibus non modica impenſa ſuſtentantur, qua lege omnes Cuſtodes & Prælatos adſtringi voluit, ut donator, alienator, venditor, honorem perderent, & qui ſubſcriberet cum eo qui reciperet, niſi reſtitueret, anathema foret. Licere etiam voluit quibuslibet Eccleſiaſticis perſonis contradicere, & cum fructibus alienata repoſcere, quod non tantum in Apoſtolica Eccleſia ſervandum eſſe dixit, verum etiam univerſis Eccleſiis per provincias arbitratus eſt convenire. Nos eorum veſtigia imitando vigilanter curare convenit, ne quidquam terrarum & poſſeſſionum quæ jam Deo & ipſi Romanæ Eccleſiæ in ſuſtentationem ſummi Pontificis & Miniſtrorum ſuorum dedicatæ ſunt, diſtrahi a quoquam vel alienari patiamur; illa præſertim loca inſignia, in quibus neceſſitatis tempore libere valeat Romanus Pontifex cum ſua Curia commorari, ubi nullus ſæcularis poteſtatis metus exterreat, nullus temporalis favor abſorbeat, nullus terror immineat, ni ſi ſuam Sanctitatem & venerabiles Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales a vero & veri conſilii ſoliditate removeat, cum non abſque proviſione divina ipſa loca Apoſtolicæ Sedi proventiſſe creduntur. Ex his autem cauſis & aliis nos juſte & merito moventibus proviſione congrua occurrere duximus, ne inclyta Civitas Avinionis, quæ ſe ſemper devotiſſimam & fideliſſimam Eccleſiæ exhibuit, & noviſſime in fide Catholicæ obſequium de ſuis facultatibus copioſiſſimam ſubventionem pro unione Græcorum cum Latinis proſequenda miniſtravit, quoquo pacto ab ipſius Romanæ Eccleſiæ Dominio alienetur, aut ad manus alienas transferatur, cum ex his & aliis Eccleſiæ univerſali per ipſam inclytam Civitatem impenſis obſequiis non irreti, non damnificari, non in alios uſus alienari, ſed beneficiis attolli merito debeat. Eccleſiaſticis enim utilitatibus inſudantes Eccleſiaſtica dignum eſt remuneratione gaudere. Decernit igitur hæc Sancta Synodus ut nullus cujuscunque dignitatis vel præeminentiæ fuerit, etiamſi Papalis, Civitatem prædictam & etiam Comitatum Venaſſini cum terris & dominiis ſibi adjacentibus audeat vel præſumat quovis modo ſeu juris colore quæſito vendere ſeu pignori obligare, aut in feudum vel cenſum dare, aut quovis modo alienare. Quod ſi ſecus per Romanum Pontificem vel alium quemvis ſæcum fit de præſenti, vel in futurum agi contingat, hæc Sancta Synodus totum id, & quidquid inde ſequatur, ex nunc prout ex tunc caſſat, irritat & annullat, & omni carere decernit robore firmitatis. Atque etiam ſtatuit, quod ipſe Romanus Pontifex, vel alius quivis, ſi quidquam contra hujusmodi Decretum attentaverit, ſacro Generali Concilio deferatur. Recipientes quoque, etiamſi Cardinalatus, Patriarchali, Pontificali, Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quavis Eccleſiaſtica vel Sæculari præfulgeant dignitate, vel etiamſi Communitas fuerit, decernit hæc Sancta Synodus pœnas excommunicationis, privationis cujuscumque dignitatis Eccleſiaſticæ vel Sæcularis, etiam omnium feudorum, ſpecialiter quæ a Romana vel alia tenent Eccleſia, ſubjacere, nec non perpetuæ inhabilitationis ad quascumque dignitates Eccleſiaſticas vel Sæculares & quæcumque Beneficia & Officia in poſterum obtinenda. Communitas vero Eccleſiaſtico interdicto, ultra pœnas ſupra expreſſas ſibi convenientes, eo ipſo ſubjacest: quas pœnas ſingulariter ſinguli, qui aliquid prædictorum attentaverint, ipſo facto incurrant. Inſuper Civitatem prædictam Avinionenſem, quæ magnam mercedem ab univerſali promereretur Eccleſia, cuique indigniſſimum eſſet pro ejus optimis meritis mala quævis per aliquem irrogari, præſertim cum multa contra ipſius Civitatis ſtatum in enervationem, diſturbium & diſſolutionem hujus Sanctæ Synodi & ſuorum ſanctorum operum, attentari & machinari poſſent, quibus hæc Sancta Synodus non valeret ex poſt facto ſaltem commode & ſine gravi damno providere, cum-

ANNO 1437. que jam ipſi Civitati & Civibus gravia comminata ſint, veluti ex informatione ſummaria comperimus, eadem Sancta Synodus Civitatem ipſam & ſuppoſita ejusdem in ſuam & Eccleſiæ univerſalis, quam repræſentat, ſpecialem protectionem & ſalvamguardiam ſuſcipit, ac reponit; prohibens ſub pœnis prædictis omnibus & ſingulis, quacumque dignitate vel præeminentia Eccleſiaſtica vel Sæculari, etiamſi Cardinalatus, Patriarchali, Pomificali, Imperiali, Regali, Ducali vel alia qualibet prætulgeant dignitate, vel etiamſi Communitas fuerit, ne ipſi, aut ipſorum aliquis, directe vel indirecte Civitatem prædictam diffidare, perturbare, invadere, vel inquietare temporaliter vel ſpiritualiter, aut ejus habitatores violenter capere, aut in perſonis vel bonis eorum dampnificare atque moleſtare præſumant. Quod ſi quis fecerit, pœnas ſuperius expreſſas ipſo facto incurrat. Romanus vero Pontifex, ſi aliquid prædictorum attentaverit, ſacra Concilio deferatur, & ipſa attentata nullitati ipſo facto ſubjaceant. Et quoniam id quoque pariter indignum eſſet, ut venerabilis Petrus Epiſcopus Albanenſis, ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, de Fuxo vulgariter nuncupatus, & Apoſtolicæ Sedis Legatus, qui ad ipſius Civitatis Avioionenſis & Comitatus Venayſini prædicti gubernationem deputatus eſt, quique pro expeditione ſubſidiorum Sanctæ Matri Eccleſiæ præſtitorum in eadem Civitate Aviuionenſi ad proſequendam unionem Græcorum fideliter & efficaciter laboravit, huic ſanctæ Synodo ſe obſequentiſſimum exhibendo, per quempiam vexaretur, inquietaretur, aut moleſtaretur, cujus etiam perturbatio & moleſtatio in magnum diſpendium & in gravem calamitatem ipſius Civitatis Avinionenſis verisimiliter proveniret, ideirco ſub eadem protectione ex præmiſſis cauſis recipit hæc ſancta Synodus eumdem venerabilem Petrum Epiſcopum Albanenſem, & ſuos familiares domeſticos & continuos Commenſales, Decretoque pariter prohibet eadem ſancta Synodus ſub pœnis antedictis ne quisquam cujuscumque dignitatis, etiamſi Cardinalatus, Patriarchalis, Pontificalis, Imperialis, Regalis, Ducalis, aut alterius, vel etiam Communitas, ipſum & ſuos prædictos invadere, diffidare, moleſtare, aut de facto in ſuis Beneficiis, bonis & rebus quibuscumque perturbare præſumat, vel ſpiritualiter, vel temporaliter quoquo modo contra eumdem & eosdem procedere. Si vero Romanus Pontifex aliquid prædictorum attentaverit, ſacro Concilio deferatur, ſimilique nullitatis vitio in contrarium attentata eo ipſo ſubjaceant. Quodque abſolutio & relaxatio à prædictarum Excommunicationum (præterquam in monis articulo) ac interdicti & inhabilitationis & ceterarum pœnarum ſententiis ſacro Generali Concilio reſervata inteligatur.

Datum in Seſſione noſtra publica, in Eccleſia Majori Baſileenſi ſolenniter celebrata ſextu Kalendas Octobris, anno à nativitate Domini M CCCC XXXVII.

XXXII.

26. Sept. *Concilii Baſileenſis Decretum, quo* CARDINALES *à Papa* EUGENIO IV. *contra duo alia Decreta à Concilio edita, creatos, caſſat & annullat. Dat.* VI. *Kalend. Octobr.* 1437. *cum Inſertis dictis Duobus Decretis, in quorum primo ſtatuitur quod durante Concilio Baſileenſi nullus Cardinalis debeat creari, in altera vero numerus & qualitates Cardinalium definiuntur* [Collect. Regia Concil. Tom XXX pag. 218. PHIL. LABBEI Conciliorum Collectio. Tom. XII. col. 585.]

Sacroſancta generalis Synodus Baſileenſis, in Spiritu Sancto legitime congregata, univerſalem Eccleſiam repræſentans, ad perpetuam rei memoriam.

TANTAM reverentiam ſacris Canonibus generalium Conciliorum Sancti Patres cenſuerunt adhibendam, ut violatores eorum voluntarios graviſſime vindicarent, & unumquemque in ſui ipſius deſtructione agere arbitrarentur ea deſtruere conantem quæ univerſali conſenſo fuerunt inſtituta. Gravis quoque exinde jactura toti Eccleſiaſtico immineret Ordini, ſi Decreta Synodalia Conciliorum generalium, quibus nervus regulæ Eccleſiaſticæ ac diſciplinæ ſalutaris innititur, per cujospiam voluntatem, & maxime ſedente adhuc ipſa univerſali Synodo, abrumpi linerentur. Dudum autem hæc ſancta Synodus ſuper Cardinalibus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ aſſumendis, inter cetera duo ſalubria edidit Decreta, quorum tenores ad lucidiorem univerſorum informationem de verbo ad verbum hic inſerere & innovare decrevimus. ANNO 1437.

Tenor primi Decreti.

Item, cum multiplicatio Cardinalium ſit Eccleſiæ diſpendioſa & oneroſa, propterea & ex aliis rationabilibus & legitimis cauſis eamdem Sanctam Synodum moventibus, ſtatuit, ordinat, atque ex certa ſcientia hoc irretragabili Decreto decernit ipſa Sancta Synodus, quod, durante hoc ſacro Concilio, Romanus Pontifex, a loco iſtius ſacri Concilio abſens perſonaliter, non debeat neque poſſit aliquem vel aliquos, cujuscumque dignitatis, conditionis, gradus ſeu ſtatus exiſtant, in Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem vel Cardinales, quovis modo, aut quocumque quæſito colore vel cauſa, aſſumere, pronuntiare ſecrete aut publice, aut pronuntiatos ſeu aſſumptos ſecrete publicare. Et ſi ſecus attentatum fuerit, ex nunc inantea irritum ſit & inane, nulliusque roboris vel momenti. Quod ſi forſan taliter de facto aſſumpti aut pronuntiati ſe pro Cardinalibus gerere, aut nominare præſumpſerint, quibuscumque dignitatibus privati, & ad omnes & ſingulas futuras inhabiles. Et quicumque eos pro Cardinalibus gerentes & reputantes, ex nunc prout ex tunc ſententia excommunicationis innodati ſint ipſo facto, a qua, præterquam mortis articulo, niſi a præfata Synodo abſolutionis ſive habilitationis beneficium obtinere non poſſint.

Tenor ſecundi Decreti.

Cum ſummo Pontifici Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales in dirigenda Chriſtiana Republica collaterales aſſiſtant, neceſſe eſt ut tales inſtituantur, qui ſicut nomine ita re ipſa cardines ſint, ſuper quos oltia univerſalis verſentur & ſuſtententur Eccleſiæ. Statuit igitur ſancta Synodus, ut deinceps eorum numerus adeo ſit moderatus, quod nec ſit gravis Eccleſiæ, nec ſuperflua numeroſitate vileſcat. Qui de omnibus Chriſtianitatis regiouibus, quantum fieri poterit commode, aſſumantur, ut notitia rerum in Eccleſia emergentium facilius haberi, & ſuper his maturius deliberari poſſit: ſic tamen, quod numerum viginti quatuor inter hos qui nunc ſunt, & aſſumendos, non excedat: ita quod de una natione ultra tertiam partem reſpectu Cardinalium pro tempore exiſtentium, ac de una Civitate & Diœceſi ultra unum inde oriundum, & de ea natione quæ nunc ultra tertiam partem habet, uſque ad ipſius tertiæ partis reductionem eſſe nequeant. Sint viri in ſcientia moribusque ac rerum experientia excellentes, non minores triginta annis, Magiſtri, Doctores, ſeu Licentiati, cum rigore examinois in jure divino vel humano. Sit ſaltem tertia vel quarta pars de Magiſtris aut Licentiatis in ſacra Scriptura. Inter hos autem viginti quatuor eſſe aliqui poterunt admodum pauci, filii, fratres, aut nepotes Regum ſeu magnorum Principum, in quibus cum circumſpectioue & maturitate morum comperens literatura ſufficiat. Non fiant Cardinales nepotes ex fratre vel ſorore Romani Pontificis, aut alicujus Cardinalis viventis, non illegitime nati, non corpore vitiati, nec alicujus Criminis aut infamiæ nota reſperſi. Prædicto autem numero viginti quatuor, pro magna Eccleſiæ neceſſitate vel utilitate duo alii, in quibus vitæ ſanctitas vel eximiæ virtutes refulgeant, quamquam memoratos gradus non habeant, ac de Græcis, cum Romanæ Eccleſiæ uniti fuerint, inſigues aliqui viri adjici poterunt. Non fiat Cardinalium electio ſolum per auricularia vota, ſed illi ſoli aſſumi poſſint, in quos, facto vero ſcrutinio ac publicato, majorem partem Cardinalium per ſubſcriptionem manus propriæ conſtiterit collegialiter conſenſiſſe. Deſuper etiam Apoſtolicæ Literæ cum ſubſcriptione Cardinalium conficiantur, Decreto hujus ſacri Concilii in quarta Seſſione ſolenniter publicato, quod incipit: Item, cum multiplicatio Cardinalium, &c. in ſuo robore inviolabiliter permanſuru.

Adverſus autem præmiſſorum Decretorum mentem & tenorem, nuper, non ſine gravi dolore, comperimus venerabilem Joannem Patriarcham Alexandrinum, in ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem (licet de facto & nulliter) per Dominum Eugenium Papam fuiſſe aſſumptum, cum nec ſummus Pontifex abſens a loco hujus ſacri Concilii ipſum in Cardinalem crearu debuerat, contra primum Decretum in ſua adhæſione ſolenniter approbatum, neque proportionem ſingulis Nationibus convenientem, & qualitates in ſecundo Decreto deſcriptas ominere, ſicut in promotione dicti Patriarchæ factum eſſe comperitur. Et cum fruſtra

hac

Anno 1437.

Anno 1437. hæc ſancta Synodus jura conderet, niſi ſua antecedenter auctoritate, quam ex Chriſti dono immediate ſuscepit, eadem tueretur: utque Gelaſius Papa profitetur, & nullum jam veraciter Chriſtianum ignorare credit, uniuscujuscumque Synodi cōſtitutum, quod universalis Eccleſiæ probavit aſſenſus, nullam magis exequi ſedem, ac præ ceteris oportere, quam primam: neceſſitasque urgeat illis transgreſſoribus junum occurrere, ex quibus complures illaqueationes animarum & gravia in futurum ſchismata provenire valerent, (nam & qui talem Cardinalem reputant, juxta ſupradicti Decreti tenorem, vinculo excommunicationis eo ipſo innodantur) & in futuris electionibus Romanorum Pontificum varia ſchismata poterunt exoriri, ſi prætenſi Cardinales, quorum irrita & inanis promotio decreta extiterit, hujusmodi electionibus ſe voluerint immiſcere, ad obviandum itaque tantis diſcriminibus, admoneт & exhortatur hæc ſancta Synodus præfatum Dominum Eugenium, ſub obteſtatione divini judicii, & per viſcera miſericordiæ Domini noſtri Jeſu Chriſti, & eidem ex parte Dei omnipotentis præcipit atque mandat, ut pro futurorum ſchismatum & ſcandalorum evitatione, prædictam & alias quascumque vocationes per eum factas ad Cardinalatus honorem contra prædictorum Decretorum formam & tenorem, ſicut de facto proceſſerunt, eas revocet, caſſet publice & annullet, nullasque fuiſſe & eſſe decernat, prout hæc ſancta Synodus hoc Synodali Decreto, ſicut de facto proceſſerunt, eas caſſat, irritat & annullat, nullasque, caſſas & irritas decernit atque declarat, ulteriusque a talibus vocationibus abſtineat: alias providebit hæc ſancta Synodus, prout Spiritu Sancto dictante militanti Eccleſiæ viderit expedire. Declarat inſuper hæc ſancta Synodus, univerſos, qui prætatum Joannem Patriarcham, aut alios taliter de facto promoros, pro Cardinalibus geſſerint & reputaverint, pœnas in præfatis Decretis annotatas eo ipſo incurrere.

Datum in Seſſione noſtra publica, in majori Eccleſia Baſileenſi ſolenniter celebrata, ſexto Kalendas Octobris, anno a nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimo ſeptimo.

XXXIII.

1. Octob. *Decretum Concilii Baſileenſis, quō Papa* Eugenius IV. *legitime citatus, & ſufficienter expectatus ob contumaciam in non parendo Citatorio contumax ſolemniter declaratur, cum Recenſione omnis ſolemnitatis in & circā hanc Declarationem obſervatæ. Actum in Eccleſia Majore Baſileenſi die* 1. *Octobris* 1437. [Conciliorum Collectio Regia Tom. XXX. pag. 226. Phil. Labbei Conciliorum Collectio Tom. XII. col. 590.]

Sacroſancta generalis Synodus Baſileenſis, in Spiritu Sancto legitime congregata, univerſalem Eccleſiam repræſentans, ad perpetuam rei memoriam.

Die Martis prima menſis Octobris, Anno a nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimo ſeptimo, in Eccleſia majori Baſileenſi, in qua Seſſiones præſentis Sacroſanctæ generalis Synodi Baſileenſis celebrari ſolent, vigeſima octava ipſius ſanctæ Synodi Seſſio hoc modo exorta celebrata, videlicet Miſſa ſolenni de Spiritu Sancto per reverendum Patrem Dominum Georgium Epiſcopum Viſenſem nationis inclytæ Hiſpanicæ celebrata, & demum ſuffragiis, antiphona *Exaudi*, &c. Litaniis, Evangelio ſecundum Matthæum, *Acceſſerunt Diſcipuli ad Jeſum, dicentes: quis putas major eſt in regno Cœlorum? Et advocans Jeſus parvulum, &c.* ac Hymno, *Veni, Creator Spiritus*, cum verſiculo & collecta, & oratione, *Deus qui corda*, decantatis, præſidente in eadem Seſſione præfato reverendo Patre Domino Epiſcopo Viſenſi ante majus altare, ubi dicta Miſſa celebrata extitit, in pontificalibus, cum mitra aurifabrata & pluviali, in cathedra & ſede eminentiori, pluribusque aliis Dominis Prælatis cum mitris planis & pluvialibus, ut in talibus in eadem Synodo fieri ſolitum eſt, ſuperioribus & eminentioribus ſedibus ſuis locis tam a dextris quam a ſiniſtris conſidentibus in multitudine copioſa; compluribusque Dominis Eccleſiaſticis, divini & humani juris Magiſtris, Doctoribus & ſcientificis viris, Principum, Spiritualium & temporalium, ac almarum Univerſitatum ſtudiorum generalium, Nunciis & Ambaſiatoribus, ac aliis de diverſis Mundi partibus ibidem adſtantibus in magno numero & multitudine copioſa, eandem ſanctam Synodum univerſalem Eccleſiam repræſentantem celebrantibus, conſtituti in jure coram eadem Synodo pro tribunali ſedente, venerabiles viri Domini Promotores & Procurator Fiſcalis ejusdem ſanctæ Synodi, per organum dicti Procuratoris Fiſcalis ſua verba eidem Synodo in perſonam dicti Domini Epiſcopi Viſenſis præſidentis dirigentes, audientiam publicam ibidem tunc ſibi dari & concedi ad hanc horam humillime & inſtanter petierunt, ſupplicarunt & poſtulârunt, cui ſupplicationi eadem ſancta Synodus per organum ipſius Domini præſidentis annuit. Tunc iidem Domini Promotores & Procurator Fiſcalis Decretum originale Monitorii ſive Citatorii ab eadem ſancta Synodo emanatum contra ſanctiſſimum Dominum noſtrum Papam Eugenium quartum, ejus Synodi vera Bulla plumbea impendenti bullatum, de quo in Schedula infra ſcripta fit mentio, nec non Inſtrumentum publicum executionis ejusdem per affixionem in valvis prædictæ Eccleſiæ Baſileenſis die datæ ipſius Decreti factæ, una cum Schedula accuſationis contumaciæ ipſius Domini noſtri Papæ, quam accuſarunt, atque petierunt ut in eadem per ipſum Procuratorem alta & intelligibili voce lecta continetur, cujus ſchedulæ tenor ſequitur in hæc verba:

Reverendiſſimi reverendique in Chriſto Patres ac metuendi Domini, ac ceteri univerſi Domini noſtri præſtantiſſimi, hanc Sacroſanctam generalem Synodum Baſileenſem, univerſalem Eccleſiam repræſentantem, conſtituentes & celebrantes, cum jam dudum, videlicet pridie Kalendas Auguſti anni præſentis milleſimi quadringentelimi trigeſimi ſeptimi, hæc ſancta Synodus conſiderans malа, deformitates, & ſcandala ac pericula quæ in Eccleſia Dei hactenus viguerunt, prout adhuc vigent, quibus corrigendis pro ſalute totius Chriſtianæ plebis ex officio ſuo totis viribus ſuis incumbere tenetur, etiam ex poteſtate quam ſuper cunctos fideles cujuscumque auctoritatis, etiamſi Papalis, exiſtant, a Chriſto accepit, contra ſanctiſſimum Dominum noſtrum Eugenium Papam quartum, quoddam Citatorium per edictum, quatenus per ſe, vel alium ad hoc legitime deputatum, coram eadem ſancta Synodo de & ſuper contentis in dicto Citatorii Decreto & aliis proponendis, infra ſexaginta dierum ſpatium pro ſui defenſione aut excuſatione alleganda vel propounenda compareret, terminum peremptorium eidem ſtatuendo (ut in eo latius continetur) decreverit: quod quidem Citatorium in præſenti Civitate & in valvis hujus majoris Eccleſiæ Baſileenſis, juxta illius formam & tenorem, per edictum executum fuerit, & debitæ executioni demandatum, nos Bartholomæus de Fraxino, & Joannes (a) Slitzenrode Promotores, & ego Joannes (b) Spatlerii Procurator Fiſcalis, ac Officiatii hujus Sacroſanctæ Synodi, Bullam Citatorii dictæ ſanctæ Synodi vera Bulla plumbea bullatam, una cum inſtrumento executionis ejusdem Citatorii (ut præmittitur) factæ realiter, facto & in ſcriptis offerimus, repræſentamus, & producimus, ac præfati ſanctiſſimi Domini Eugenii per ſe aut alium cum ſufficienti Mandato infra dictos ſexaginta dies in ipſo Citatorio ſibi præfixos, per ſe aut alium non comparentis, neque comparere curantis, licet ſæpiſſime ipſa ſancta Synodus quamplures celebraverit Congregationes, in quibus aut ipſarum aliqua ipſe Dominus Eugenius comparere infra dictum terminum potuiſſet, contumaciam accuſamus, ipſumque contumacem reputari, ac in contumacia & defectu poni & declarari per hanc ſanctam Synodum, primus cum inſtantia, atque poſtulamus. Nec non eumdem Dominum Eugenium alta voce ad valvas hujus majoris Eccleſiæ Baſileenſis per duos reverendos in Chriſto Patres Dominos Epiſcopos, una cum Notariis hujus ſacri Concilii, juxta mores antiquos vocari, & relationem vocationis fieri inſtanter requirimus, de quibus omnibus per nos Promotores & Procuratorem Fiſcalem antedictos, propoſitis & requiſitis, nomine quo ſupra, a vobis reverendis Patribus Dominis Protonotariis, ac etiam hujus ſacri Concilii Notariis & Scribis, petimus ad futuram rei memoriam unum vel plura, publicum vel publica confici Inſtrumenta. Ad quorum petitionem & mandatum ipſius ſanctæ Synodi, lecto prius prædicto executionis Inſtrumento, & dicto Monitorii ſeu Citatorii Decreto, eum in eodem loco dum editum fuit emanatum, alias lectum fuiſſet, habito pro lecto, reverendi in Chriſto Patres & Domini Domini Matthæus Albinganenſis, & Aymo Gratianopolitanus Epiſcopi, de Mandato dictæ ſanctæ Synodi, per organum dicti Domini præſidentis eis facto, prædictum Dominum noſtrum Papam primo ſuper gradus ante

(a) Slitzenrode.
(b) Spatlerii.

ANNO 1437. dictum majus altare alta & intelligibili voce per organum ipſius Domini Epiſcopi Albinganenſis vocarunt, & proclamarunt clamoroſa inſinuatione, ſub his verbis:

Ex parte Sacroſanctæ Synodi publice & ſolenniter requiritur ſanctiſſimus Dominus Eugenius Papa IV. quatenus ſi vigore citationis contra eum noviſſime per eamdem ſanctam Synodum decretæ duxerit ſe conſpectui hujus ſanctæ Synodi præſentandum, ad ſe defendendum & exequendum ſuper his, de quibus huic ſanctæ Synodo delatus eſt, compareat coram hac ſancta Synodo, ad hunc actum pro tribunali ſedente, quæ eidem pollicetur gratam & debitam audientiam. Similiter ex parte ejusdem ſanctæ Synodi omnibus intimatur, quatenus ſi quis ſit, qui Mandatum habeat ſufficiens ad comparendum pro eodem Domino Eugenio, compareat coram eadem ſedente, ut ſupra. Hæc autem ſancta Synodus pollicetur cuilibet, exigente juſtitia, audiendam gratam, &c. Qui Dominus noſter Papa ſic vocatus & proclamatus, nec aliquis pro eo comparuit nec reſpondit. Unde ipſi duo Domini Epiſcopi ante valvas ſeu portas ipſius Eccleſiæ accellerunt, & iterum & cum pauſata intermedia inſtantia, trina vice alta & intelligibili voce & clamoroſa inſinuatione præfatum Dominum noſtrum Papam vocarunt & proclamarunt per organum cujus ſupra, ſub eisdem verbis ſupraſcriptis, prout etiam providi viri Arnoldus Amici, Joannes Kempener, & Gottifridus Dorſten, ipſius ſanctæ Synodi Curſores, vocibus elevatis, reiteratis vicibus, vocarunt & proclamarunt. Qui Dominus noſter Papa Eugenius nec aliquis pro eodem ibidem comparuit neque reſpondit. Quibus ſic factis, ipſi duo Domini Epiſcopi ante conſpectum ipſius ſanctæ Synodi & in medium reverſi, ſe prædictum Dominum noſtrum Papam (ut ſupra ſcriptum eſt) vocaſſe & proclamaſſe, & per dictos Curſores vocatum & proclamatum fuiſſe, quodque ipſe nec aliquis pro eo comparuerat, neque reſponderat, eidem Sanctæ Synodo retulerunt. Præterea præfati Promotores & Procurator Fiscalis, per organum ipſius Procuratoris contumaciam prænominati Domini noſtri Papæ iterato accuſarunt, ipſumque ſuper omnibus & ſingulis in dicto Citatorii Decreto contentis contumacem reputari, & ad ulteriora procedi, & alias decerni & fieri, ut in quadam alia Schedula per ipſum Procuratorem etiam alta & intelligibili voce ibidem lecta continetur, cujus tenor talis eſt: Nos Promotores & Procurator Fiscalis antedicti, quo ſupra nomine iſtam vocationem & relationem (ut præmittur) factas, inter acta hujus cauſæ, & Sacri Concilii petimus regiſtrari: dictamque Citatorii Bullam & Inſtrumentum executionis (prout ſuperius producta ſunt) iterato repetimus, & reproducimus, & apud acta ſacri Concilii, & cauſæ hujusmodi inſeri & regiſtrari petimus. Et quia præfatus Dominus Eugenius de & ſuper contentis in dicto Citatorii Decreto legitime citatus, ſufficienterque expectatus, nec per ſe nec per alium infra dictos ſexaginta dies curavit atque curat comparere, ipſius contumaciam accuſamus: ipſumque ſuper omnibus & ſingulis in (a) dicti Citatorii Decreto contentis, prout juſtitia ſuadet, & juris ordo poſtulat atque rationis, contumacem reputari, in cauſaque hujusmodi in ejus contumaciam, ejus abſentia divina repleta præſentia, ut ipſi Sanctæ Synodo videbitur expedire, & univerſali Eccleſiæ Sanctæ Dei neceſſarium fuerit & utile, ad ulteriora procedi, ac proceſſum per audientiam contradictarum, aut alias (prout videbitur) decerni per ipſam ſanctam Synodum inſtantiſſime poſtulamus: requirentes Dominos Protonotarios & Notarios hujus ſanctæ Synodi, ut omnia in cauſa hujusmodi acta & producta ac ordinata, apud acta ſacri Concilii & cauſa hujusmodi regiſtretis: nec non quo ſupra nomine a vobis Dominis Protonotariis & Notariis petimus, ad futuram rei memoriam, unum vel plura, publicum, vel publica conſici Inſtrumenta. Hujusmodique Schedula ſic lecta, & per eamdem ſanctam Synodum audita, ipſa ſancta Synodus per organum prædicti Domini præſidentis præcepit & injunxit præfato Domino Epiſcopo Albinganenſi, ut ambonem, in quo Decreta ipſius ſanctæ Synodi per eamdem ſanctam Synodum pronuntiari & legi ſolent, dum eduntur, aſcenderet, declarationemque contumaciæ præmissæ Domini noſtri Papæ alta & intelligibili voce, nomine ipſius Sacroſanctæ Synodi legeret & pronuntiaret, prout infra. Qui quidem Dominus Epiſcopus Albinganenſis, Mandatis ipſius Synodi obediens, dictum ambonem aſcendit, dictamque ipſius Domini noſtri Papæ contumaciam, & proceſſus ad ulteriora declarationem, in ſcriptis alta & intelligibili voce nomine ipſius Sacroſanctæ Synodi legit & pronuntiavit, ut in eadem Schedula per eum lecta continetur. Cujus tenor ſequitur ſub his verbis: Hæc ſancta Synodus Baſileenſis, in Spiritu Sancto legitime congregata, univerſalem Eccleſiam repræſentans, & ad hujusmodi actum legitime congregata, & pro tribunali ſedens, audita petitione Promoturum & Procuratoris Fiscalis ejusdem ſanctæ Synodi, & ex eorum relatione & productione Inſtrumentorum viſa ejusdem Domini Eugenii Papæ contumacia in non parendo Citatorio ejusdem ſacri Concilii, recepta etiam ſuper hoc ad majorem cautelam per Deputatos ejusdem Synodi informatione tam de prædictis, quam de notitia ejusdem Citatorii in Romana Curia, decernit, declarat, & reputat dictum Dominum Eugenium legitime citatum, ſufficienterque expectatum, fuiſſe & eſſe contumacem, & ejus abſentia non obſtante, divina eamdem replente præſentia, contra eumdem Dominum Eugenium Papam ad ulteriora tore procedendum, prout ſacro Concilio videbitur, conſideratis neceſſitatibus & utilitatibus univerſalis Eccleſiæ. Qua ſi quidem contumaciæ declaratione & proceſſus Decreto ſic lecto, præfatus Dominus Epiſcopus Albinganenſis petiit eidem Sacroſanctæ Synodo, an hujusmodi declarationis & Decreti pronuntiatio per eum de Mandato ſanctæ Synodi (ut præmittur) facta & lecta ipſi ſanctæ Synodo placeat. Quæ Sacroſancta Synodus alta voce reſpondit per verbum, Placet. De quibus omnibus & ſingulis præmiſſis præfati Domini Promotores nomine Promororio ejusdem petierunt a Dominis Sanctæ Sedis Apoſtolicæ Protonotariis & nobis Notariis & Scriois ipſius Synodi ad perpetuam rei memoriam fieri unum vel plura, publicum vel publica, Inſtrumentum vel Inſtrumenta. (a) Celebrata ſiquidem ſolenniter exſtit prædicta Seſſio, & acta fuerunt hæc omnia ſupradicta, ubi & prout ſupra ſcripta ſunt. Et interfuerunt teſtes præſentes, venerabiles & circumſpecti viri Domini & Magiſtri Ægidius Camineti in Medicina Pariſienſis, & Joannes de Segobia in Theologia Magiſtri Salamanticenſis almarum Univerſitatum ſtudiorum generalium in dicta ſancta Synodo Ambaſiatores, Guilielmus Kircher dictus de Conſtantia, & Joannes de Comitibus Archipresbyter Papienſis Decretorum, & Stephanus de Novaria Legum Doctores, & Robertus Avelon Licemiatus in Decretis Canonicus Cameracenſis, eum pluribus aliis rogatis & requiſitis.

(a) Acta ſunt hæc Baſileæ in Eccleſia majori Baſileenſi, in Seſſione publica ejusdem Synodi ſolenniter celebrata Kalendis Octobris, anno à nativitate Domini 1417.

ANNO 1437.

XXXIV.

12. Oct. *Concilii Baſileenſis Decretum, quò refutata prius Papæ* EUGENII *IV. contrà Concilium edita Bulla, inter alia declarat præfatam in dicta Bulla diſſolutionem & Tranſlationem hujus Concilii in Civitatem* Ferrarienſem *cum omnibus cenſuris & panis irritas eſſe & inanes; proinde Eidem Pontifici inhibet, ne deinceps adversùs Concilium quidquam innovet, ſeu jam attentata continuet. Datum 4. Idus Octobris* 1437. [Collectio Regia Conciliorum Tom. XXX. pag. 232. PHIL. LABBEI Conciliorum Collectio Tom. XII. col. 594.]

Sacroſancta Generalis Synodus Baſileenſis, in Spiritu Sancto legitime congregata, Univerſalem Eccleſiam repræſentans, ad perpetuam rei memoriam.

COMPATIENS hæc Sancta Synodus miſerabilibus Eccleſiæ ruinis, & languoribus Capitis atque Membrorum ex intimis condoleus visceribus, poſt editionem ſaluberrimorum Decretorum in obſervationem legis Domini & antiquorum Canonum, poſt benignas & caritativas admoniriones ſummo Pontifici per Oratores plurimos directas, poſt annorum plurium expectationem cum multa patientia deductam, eum & Decreta contemni, & admoniriones parvipendi, & inde ſcandala, diviſiones & ſchismata creſcere videret, vitiaque & peccata majoribus adoleſcere incrementis, compulſa eſt tandem Synodus ipſa regimin Eccleſiaſtico proviſionem quærere ſalutarem, & ſummum Pontificem ad hoc vehementius excitare, ut ea quæ ad ipſius & univerſæ Eccleſiæ ſalutem erant efficaciter agere curaret, cujus exemplum ſubditi facile imitantur. Et quoniam (ut Sapiens loquitur) melior eſt manifeſta correctio, quam amor abſconditus: meliora ſunt vulnera diligentis, quam fraudulenta blandientis oscula, defectus aliquos debiti regiminis (qui Eccleſiæ dicti fue-

(a) dicta.

ANNO 1437. fuerunt) flebili querela commemoravit, ut in melius emendarentur, nec ipsius summi Pontificis aut aliorum valerent diutius obesse saluti. Et ut omnis patientia exhiberetur, nulla posita est pœnarum adjectio, sed tantum terminus conveniens præfixus extitit, ut intra illum aut per se aut per alium ipse in hac sancta Synodo compareret, atque sic debito regimini Ecclesiæ (prout publica necessitas maxime impellebat) opportune provideretur veluti forma citationis editæ apertius indicavit, quod & maxime hæc sancta Synodus agere urgebatur, dum potestatem habet immediate a Christo super universos Christi fideles, cujuscumque status, etiamsi Papalis, existant, in his præsertim quæ ad reformationem pertinent. Dumque ob ipsam causam reformationis congregata est quæ nullatenus perhiberi potest, nisi summus Pontifex ad eam reformationem cum effectu capessendam suum inclinaverit animum, cum etiam experientia docuerit ex editione Decretorum, (a) ex qua salus effici debuerat, in locis pluribus turbationem fuisse subsecutam, dum ea per summum Pontificem infringuntur, cujus auctoritate se tuentur qui hujusmodi Decretis adversari volunt. Difficile quoque ecteri corriguntur, si regimen ipsius ac Curiæ suæ non viderint emendarum, quod ab ipsis trahitur in exemplum. Verum summus ipse Pontifex præfatam citationem pro tanta necessitate publicæ salutis emanatam, quæ etsi non placentia, tamen salubria continebat, aliquantulum molestius primo aspectu ferens quamdam ordinationis suæ paginam in adversum promulgasse dicitur. In qua primum de prosecutione (b) reductionis Græcorum varia recitans, ad impugnationem electionis loci pro Oecumenico Concilio per hanc Sanctam Synodum factæ, se convertit, solam Avinionensem Civitatem commemorans, quæ rebus utique gerendis commodissima esse dignoscitur, omnique pace & securitate gaudere, tacita veritate de Basilea & Sabaudia in eadem electione conjunctis. Verum cum nostram illam electionem (c) & Decreto cum Græcis edito plene satisfacere constet, atque loca rebus agendis commodissima, omni quoque nationi opportuna manifeste continere, non necesse est ut de hac re longiorem sermonem protrahamus: nec summus ipse Pontifex laborem declinandi in alterum locorum illorum recusare debet, si bonum rei hujus tanto affectu desiderat, sicut in suis literis prædicavit. Refert præterea divisionem in hujus electionis locorum negotio, proh dolor, fuscitatam, quam & se confirmasse offendit: quam utinam potius extinguere curasset. Nam & postquam Galeæ & pecuniæ in Avinione pro locis per hanc Sanctam Synodum electis expeditæ fuerant, ipse alias Galeas in Constantinopolim mittere curavit, divisionem Latinæ Ecclesiæ coram Græcis ex duplici legationis missione demonstraturus, quæ quantum honori Ecclesiæ Latinæ, quantum unioni Græcorum prosequendæ disconveniant, nemo est qui non videat. Insuper justificare nititur, quod per venerabilem Joannem Archiepiscopum Tarentinum Oratorem suum, in missione certarum literarum super hujusmodi divisione electionis transmissarum factum est, quod subticere honestius fuisset, ne nos pro tuenda nostra justitia rem illam magis aperire cogeremur. Nam & literas illas clandestine & falso bullatas fuisse jam notorium est. Et si summus Pontifex de confessione ipsius Archiepiscopi & aliis circumstantiis veram informationem acceperit, non impinget in hujus sacri Concilii libertatem, quod ipse Archiepiscopus in causam propter eam rem tractus sit, aut in domo propria arrestatus. Sed ad impugnandam eamdem libertatem, cujusdam Procuratoris ipsius Archiepiscopi captionem nobis objicit, quam justu nostro constat nullatenus fuisse peractam, imo Procuratorem ipsum justu cujusdam Prælati scandalosæ turbationi obviare volentis, quam Procurator ipse per appellationem emittendam ab hoc sacro Concilio, verisimiliter videbatur esse facturus, per publicum Officialem captum hæc sancta Synodus pro sua mansuetudine illico justit expediri, qui & Procurator adhuc nobiscum in plena libertate versetur. Nec præterea verum est per hoc sacrum Concilium aut jussionem ipsius, aliquod spolium Priori Furnensi (velut memoratæ literæ prætendunt) fuisse irrogatum, licet literæ aliquæ plurima scandalosa adversus hanc sanctam Synodum & supposita ejusdem continentes, absque tamen nostro scitu, longe ab hac Civitate eidem dicantur ereptæ. Nec tam leves colores ad impugnationem libertatis hujus sacri Concilii quærere oportuit, cum & jam toti mundo constare possit tantæ libertatis & securitatis plenitudinem hic adesse, ut nullum locum uberiorem aut securiorem quam ipsam Civitatem Basileensem sub Imperiali protectione constitutam, & optima policia gubernatam, ereda mus invenire. Ceterum adversus citationem emanatam plurima proferre conatur, quæ omnia ex superioribus rationibus evidentissime confutantur. Et superandum est, ubi re ipsa plenius digesta summus Pontifex erectum citationis hujusmodi animadverterit, in quærenda ipsius & aliorum salute versari, ut languor acerrimus a corpore mystico Ecclesiæ depellatur, non adeo adversus citationem ipsam succensebit: quæ etsi aliquid amaritudinis more salubris medicinæ in primo gustu terre videatur, eam tamen in novissimis jucundam & saluriferam etie (Deo aspirante) perfruet, nec eam bono publico aut caritati adversam imo potius suæ saluti ac Ecclesiæ necessitati accomodam fuisse cognoscet. Quod vero tale aliquid priora ignoratæ secula commemorat, si rerum gestarum percurrat Historias, non tantum summos Pontifices de corrigendis defectibus fuisse admonitos comperiet, sed etiam depositos a Papatu, ac etiam nonnullis obedientiam ex multis causis fuisse subtractam. Sed si abusuum incrementa nunc vigentia, si longam & fortem adversus sanctam Synodum & reformationem Ecclesiæ resistentiam perseverantem, quæ priora sæcula ignorarunt, animadvertat, nihil admirabitur hujus citationis nunc repertum fuisse antidotum. Omittimus verba, quæ adversum nos gravia proferuntur, recchlere, omnia manifactis & mitibus animis sustinentes, dum salutem Ecclesiæ prosequamur. Sed denique summus Pontifex talibus qualibus supradictis colonibus suffultus, dum huic sanctæ Synodo, in his præsertim quæ ad reformationem pertinent obedire tenetur, & ad eamdem evocatus, aut super rebus propositis in eam exauditionem afferre, aut curetis in melius emendatis, regimini Ecclesiastico donare laborem, ipse hanc sanctam Synodum dissolvere ac in Civitatem Fertarien sem transferre conatur, cum pluriem adjectione cenfurarum, si virtute prælati Citatorii in aliquo processum fuerit aut adversus eum, seu Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, aut præsidentes Oratores suos, qui in hoc Concilio fuerunt, vel alioucm ipsorum, aliqua novitas illata fuerit, vel etiam quidquam a die Citatorii factum, continuatum vel servatum extiterit. Estne hæc obedientia quam Conciliis generalibus per summos Pontifices & alios quoscumque sacra Constantiensis Synodus, in his præsertim quæ ad reformationem pertinent, declaravit exhibendam? memor verborum Christi, qui postquam Simoni Petro dixerat: *Si te non audierit, die Ecclesiæ: Si Ecclesiam non audierit, sit tibi tamquam Ethnicus & Publicanus*, continuo subjecit: *Amen dico vobis: Quæcumque ligaveritis super terram erunt ligata & in Cælo*: quam & Ecclesiæ auctoritatem a Christo donatam, esse etiam supra Papam, si quis prius ambigeret, jam hoc ipsius magnæ Synodi Constantiensis auctoritas aperte declaravit, cujus hæc verba sunt: Ipsa Synodus in Spiritu Sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam repræsentans, potestatem a Christo immediate habet, cui quilibet cujuscumque status vel dignitatis, etiamsi Papalis, exiliat, obedire tenetur in his quæ pertinent ad fidem & extirpationem prædicti schismatis, ac generalem reformationem Ecclesiæ Dei in capite & in membris. Item declarat, quod quicumque cujuscumque status, etiamsi Papalis, exiliat, qui Mandatis, Statutis, seu Ordinationibus hujus sanctæ Synodi, & cujuslibet alterius legitime congregatæ, seu pertinentibus ad ea, factis & faciendis, contumaciter obedire contempserit, nisi resipuerit, condignæ pœnitentiæ subjiciatur, & debite puniatur, etiam ad alia juris subsidia recurrendo. Quorum virtute Decretorum subsecuta fuit felicis recordationis Papæ Martini electio, cui ipse Dominus Eugenius succedit, qui etiam ipsi Constantiensi Concilio, eum esset in tribulationibus, præsens interfuit. Jam vero ipse non solum non obedit Synodo generali, sed & super illam in reformationis proprio negotio se judicem constituere molitur, eam propria voluntate dissolvere volens, atque in alium locum suæ origini propinquum evocare, ubi (licet verisimiliter creditur) ita dominari sperat, ut resisti suæ non possit voluntati. Sed nec eum decuit oblivisci quod jam altera vice dissolutionem Synodi facere attentaverit, quam delinquens revocare & ursnem atque irritam fateri opportuit. Scire insuper debuit, jamdudum in hac sancta Synodo fuisse solenniter decretatum, assentientibus plurimis sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, quorum aliqui adhuc de præsenti cum eo sunt, ut hoc Concilium per Papam sine expresso consensu duarum partium ejusdem Concilii, vous singulorum per deputationes in generali Congregatione scrutatis, postea solemni Sessione subtracta,

(a) quæ salutem affecit.

(b) unionis.

(c) de.

ANNO 1437.

ANNO 1437. cuta, diſſolvi non poſſit, aut de loco ad locum transmutari, pœnis omnibus atque cenſuris ferendis in adverſum extunc caſſatis & irritatis. Formidare prætetea debuit aliud Concilium in Ferraria erigere, cum alio Decreto perantea edito declaratum ſit, omne Concilium quod iſto durante alibi contigerit eligi, non fore Concilium, ſed Schismaticorum Conventiculum. Intelligitur autem durare hoc Concilium juxta præmiſſi Decreti ſeriem, donec ex conſenſu duarum ejus partium fuerit diſſolutum: quæ Decreta ipſius Domini Eugenii ſubſequenti adhæſione corroborata ſunt, ac per ſuos Oratores præſidentes ſaltem nominibus propriis jurata. Sed & autea in Decreto Concilii Conſtantienſis quod incipit, *Frequens*, fuerat ordinatum, ut locus futuri Concilii cum conſenſu ipſius Concilii congregati eligi deberet: & ſi Concilio diſſoluto locum illum mutari opporteret ex cauſis legitimis, tunc alius locus ejusdem nationis eligi deberet. Si vero cauſæ illæ totam nationem concernerent, locus vicinior aſſumeretur. Quod ſi locum futuri Concilii alio tempore celebrandi ſine conſenſu Concilii actu congregati aſſignare, & nili ad loca ibidem declarata mutare non poteſt, multo minus Conciliam congregatum incontinenti ſine ipſius conſenſu ad locum alium ſua voluntate transferre. Denique non deboit obliviſci Decreti ſuper conventione Græcorum per ipſum approbati, quo cavetur, Concilium in Baſilea firmiter eſſe permanſurum, donec Græci ad portum per hanc Sanctam Synodum eis nominandum pervenerint. Quo pacto igitur, quove conſilio nunc hujus Concilii diſſolutionem aut tranſlationem efficere fruſtra conatur? Sed quis ille uſus eſt plenitudinis ſuæ poteſtatis, dum ſi contra aliquem Oratorum ſuorum, utpote Archiepiſcopum Tarentinum, (de quo mentionem fecerat) quidquam agatur pro debito juſtitiæ, ob eam cauſam vult etiam Concilium diſſolvi? Denique unionem Bohemorum, quam tantis laboribus hæc ſancta Synodus perquiſivit, dum pro ultimato ejus complemento inſtamus, conturbare nititur hujus prætenſæ ordinationis ſeries, quæ ultra triginta dies hanc ſanctam Synodum huic negotio prohibet intendere. O admiranda Conſilia, quæ ad enervationem auctoritatis Eccleſiæ, & ſui ipſius deſtructionem ſummo Pontifici ſuggeruntur! quæ ſi conniventibus oculis pertranſiret hæc ſancta Synodus, tota confundi timeretur Eccleſiæ auctoritas: & quis in Papatum aſſumptus poſſet univerſum Chriſtianitatem pro ſua voluntate decolorare, nec ulla eſſet reſiſtentia. Quinimo & accuſatus de hæreſi aut quovis crimine, confeſtim Synodum accuſantem & corripientem diſſolvere tentaret, ne ſubiret judicium? Nunc quoque dolentiſſime ferendum eſt tale exemplum a Domino Eugenio donari poſteris, ut judicium ſubterfugiendo, ad deteſtabile refugium prætenſæ diſſolutionis Concilii ſe convertat. Qui & non recte de auctoritate Eccleſiæ ſentire videtur, dum ipſius Eccleſiæ congregatæ, cui (ut declaratum eſt) obedire tenetur, ipſe ſe judicem conſtituit, & adverſus tot Decreta, tot Sanctiones Concilionum, eam conatur diſſolvere, qui tamen dudum in adhæſione ſua, cum de revocatione literarum incipientium, Deus novit, mentio haberetur, ipſe quidquid per eum aut ſuo nomine in præjudicium aut derogationem hujus Baſileenſis Concilii, ſeu contra ejus auctoritatem factum, attentatum ſeu aſſertum erat, caſſavit, irritavit & annullavit, nullaque & irrita fuiſſe & eſſe declaravit, & ſe deinceps a novitatibus & gravaminibus ſeu præjudiciis inferendis huic ſacro Concilio, aut ſuppoſitis ejus & adhærentibus eidem, realiter & cum effectu deſiſtere polliceris eſt. Cum igitur talia in adverſum perpetrata, quæ univerſis fidelibus deteſtanda & abhorrenda ſunt, nullatenus ſub diſſimulatione pertranſire valeamus, volens hæc ſancta Synodus (ſicut tenetur) de opportunis remediis providere, declarat hujusmodi prætenſam diſſolutionem hujus Concilii ac tranſlationem in Civitatem Ferrarienſem per Dominum Eugenium Papam quarum factas, eum omnibus cenſuris, pœnis & aliis inde ſecutis, nullas eſſe, penitusque irritas & inanes, mandans, obſecrans & præcipiens eidem, ut hæc (ſicut de facto proceſſerunt) revocare habeat, & adverſat ipſe pœnas quæ dudum in Decreto hujus ſanctæ Synodi, quod incipit, *Quoniam frequens*, etiam ante ipſius adhæſionem in undecima Seſſione promulgato, contra Romanum Pontificem ad Concilium generale quoquo modo diſſolvendum, mutandum, prorogandum operam dantem, prolatæ fuerunt: ubi expreſſe cavetur, quod ſi Romanus Pontifex talia agens infra quatuor menſes cum reali ſatisfactione non reſipuerit, ex tunc a Papali adminiſtratione ſit ipſo facto ſuſpenſus, quæ quidem Papalis adminiſtratio ad ſacrum generale Concilium ipſo jure devolvatur. Quod ſi pœnam ipſam per duos menſes poſt prædictos quatuor menſes ſuſtinuerit animo indurato, contra ipſum usque ad privationem inclusive per Concilium generale procedatur: quas quidem pœnas hæc ſancta Synodus ipſum Dominum Eugenium, nili reſipuerit, decernit & declarat incurſuram, juxta terminos in prædicto Decreto undecimæ Seſſionis præfixos, ad quarum pœnarum executionem, niti reſipuerit, (ut præſumitur eſt) merito procedemus. ANNO 1437.

Inſuper hæc ſancta Synodus omnem nominationem, electionem, aſſumptionem loci Ferrarienſis factam, tamquam Decretis ipſius Synodi repugnantem, ut locus de facto proceſſit, caſſat & irritat, imo verius caſſam & irritam eſſe declarat. Et caſu, quo in eadem Civitate aut alibi adverſus præfatorum Decretorum noſtrorum tenorem ſummus ipſe Pontifex Concilium erigere inceperit vel incipiet in futurum, mandat & præcipit hæc ſancta Synodus univerſis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis quibuscumque in Curia dicti Domini Eugenii exiſtentibus, qui Synodis generalibus de jure vel conſuetudine intereſſe tenentur, ut ad hoc ſacrum Concilium Baſileenſe, ceteri vero ad loca ſuorum beneficiorum vel alibi extra Curiam ſe tranſferant, ſub pœnis excommunicationis, privationis omnium beneficiorum, dignitatum & officiorum, & inhabilitationis perpetuæ, quas, ſi contra fecerint, ipſo facto incurrant.

Inhibet præterea ſub eisdem pœnis hæc ſancta Synodus, ne quisquam, cujusvis ſtatus & dignitatis, etiamſi Cardinalis, Patriarcha, Archiepiſcopus, vel Epiſcopus fuerit, ab hac ſancta Synodo, vigore ſeu prætextu diſſolutionis aut tranſlationis per ipſum Dominum Eugenium factæ, recedere audeat, vel ab actibus conciliaribus ullo pacto deſiſtere, ſeu hujusmodi tranſlationi vel diſſolutioni quomodolibet obedire. Decernit quoque hæc ſancta Synodus, ut omnes & ſinguli ad hoc Concilium libere accedere poſſint, ac ſi præfatæ diſſolutio & translatio prætenſæ nullatenus emanaſſent, nec quisquam venientes ad hoc ſacrum Concilium quovis modo habeat impedire. Univerſis quoque Chriſti fidelibus ſub pœnis excommunicationis inhibet, quacumque dignitate Eccleſiaſtica vel Sæculari, etiamſi Cardinalatus, Patriarchali, Archiepiſcopali, Pontificali, Imperiali, Regali vel alia quacumque præfulgeant, ne ad tale prætenſum Concilium, per ipſum Dominum Eugenium (ut præmititur) erectum vel erigendum, accedere vel mittere præſumant, neque etiam Univerſitates, Collegia, Capitula, Communitates ad tale prætenſum Concilium mittant. Quod ſi fecerint, ipſo facto Eccleſiaſtico ſubjaceant interdicto.

Denique, ne ipſe Dominus Eugenius jugiter graviora gravioribus addere præſumat, nova ſchiſmata & ſcandala ſuscitando, auctoritatemque univerſalis Eccleſiæ vehementius impugnando, inhibet eidem hæc ſancta Synodus ne deinceps adverſus ipſum quidquam innovet, eumdem vel ejus ſuppoſita & eidem adhærentes perturbando, vel moleſtando, ſeu jam attentata continuet, ac etiam univerſos qui Beneficia, Dignitates, Perſonatus & Officia ſuppoſitorum hujus ſacri Concilii, ſeu eidem Concilio adhærentium impetraverint, ſeu obtinuerint, ſeu impetrare tentaverint vel obtinere, etiamſi motu proprio conceſſa fuerint, & omnes qui hujusmodi impetrationi vel proviſioni Beneficiorum, Dignitatum, Perſonatuum & Officiorum quorumcumque, aſſenſum, favorem, vel (*a*) auxilium dederint, quacumque præfulgeant dignitate (ut præmititur) Eccleſiaſtica vel Sæculari, etiamſi Univerſitates, Communitates, Collegia, vel Capitula fuerint, aliquod ſeu aliqua ſuppoſitorum hujus Concilii & eidem adhærentium, vigore ſeu prætextu prætenſæ ordinationis per ipſum Dominum Eugenium factæ, in ſuis beneficiis ac aliis rebus moleſtaverint vel perturbaverint, quacumque auctoritate ordinaria vel delegata. Decernit eadem ſancta Synodus, pœnis excommunicationis, privationis ab omnibus Beneficiis, Officiis & Dignitatibus, ac inhabilitationis ad eadem, quantum ad ſingulares perſonas, etſi Univerſitates, Communitates, vel Collegia, aut Capitula fuerint, interdicto Eccleſiaſtico ipſo facto ſubjacere, Decretis hujus ſanctæ Synodi quæ incipiunt, *Ambitioſorum*, &, *ut fiuri*, &, *cum Chriſti Eccleſia*, & aliis quibuscumque ipſius Decretis & Ordinationibus in ſuo robore duraturis. Inſuper univerſis Prælatis, etiam Pontificali dignitate præfulgentibus, Capitulis, Univerſitatibus, Communitatibus & Collegiis, ac aliis quibuscumque perſonis Eccleſiaſticis, ſub pœnis prædictis quoad ſingulares perſonas, & quoad Communitates, Univerſitates, Collegia, Capitula, ſub

(*a*) conſilium.

ANNO 1437.

sub pœnis cessationis a divinis & interdicti, quas, si contra fecerint, incurrant ipso facto. Prohibet hæc sancta Synodus, ne aliquem qui præfata Beneficia, Dignitates, Personatus, & Officia suppositorum hujus sacri Concilii & eidem adhærentium (sicut præmittitur) obtinuerit, recipere seu admittere ad possessionem vel investire quovis modo audeant: literis quoque, (a) provisionibus, & Mandatis Papalibus, vel aliis quibuscumque, quacumque auctoritate ordinaria vel delegata, sub quibuscumque censuris, vel pœnis emanatis, super hujusmodi privationibus ac præfatorum Beneficiorum, Dignitatum, Personatuum, & Officiorum collationibus, hæc sancta Synodus decernit nullatenus fore obediendum, quodque adversus pœnas superius præmissas nullus restitui, etiam ad divinorum celebrationem rehabilitari, reintegrari, sed nec a sententia excommunicationis (excepto dumtaxat in mortis articulo) absolvi, vel etiam quoad Communitates & Capitula ac Universitates & Collegia interdicta relaxari, nisi per hanc sanctam Synodum, possint. Ut autem nullus hujus nostræ ordinationis & Decreti possit quovis modo prætendere ignorantiam, volumus & mandamus hanc præsentem paginam valvis hujus Ecclesiæ Cathedralis Basileensis sub nostra Bulla affigi atque publicari, & per affixionem ipsam eidem Domino Eugenio, ac universis & singulis intimari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ voluntatis, Decreti, Mandati, cassationis, irritationis, inhibitionis, inhabilitationis, privationis, excommunicationis, interdicti, a divinis cessationis, declarationis, affixionis & intimationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & universalis Ecclesiæ se noverit incursurum.

(a) provisionum.

Datum in Sessione nostra publica, in Ecclesia Majori Basileensi quarto Idus Octobris celebrata, anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo trigesimo septimo.

XXXV.

KAYSERS ALBERTI II^di. Constitution, wodurch Er alle Fehde im H. Römischen Reich abschaffet / zu abthuung der Stände Spenne / gewiße Ußträge verordnet / das Reich / doch Böhmen und Österreich darvon außgenommen / in 4. Creyße eintheilet / auch wegen Verbesserung der Westphälischen Gerichten verordnung thut / de Anno 1437. [LUNIG, Teutsch Reichs-Archiv. Part. General. Contin. pag. 48. unter Käyser Alberto.]

C'est-à-dire,

(1) *Constitution de l'Empereur* ALBERT II. *par laquelle il défend & abolit toutes sortes de Défis, dans l'Empire; établit la Justice des* Austregues *pour les Differents qui surviendroient entre les Etats, divise tout l'Empire, la* Boheme *&* l'Autriche *exceptées, en quatre Cercles, & pourvoit à la meilleure Expedition des Affaires dans la Cour des Jugemens secrets ou de* Westphalie: *Faite en* 1437.

WIr Albrecht von Gots Gnaden Römischer Künig / rc. Enbiten allen und yeglichen unsern und des Heil. Richs Fürsten / Graven / Freyen / Herren / Rittern / Knechten / Stetten / Merckten und Dörfferen / und sunderlich allen und yglichen des Heiligen Reichs Undertanen / unser Gnad und alles Gut.

Sit dem mal wir von Miltekeit des almehtigen Gots zu unser hohen Künigklichen Gewalt und Maht geordnet und gesatzt sind / ist es wol billich / daß wir unser Pflicht völlicklich erstrecken / und gegen menglich in dem Heil. Rich gesessen erschinen lossent / Und wie möchten wir das yemer mit bessern Wegen getun und vollbringen / dann so wir ein yglichen geistlich und weltlichs Stats by sinen Rechten durch Gnade und Friden / der allermenglich in dem Heil. Riche yetzunt notdurfft und nütze ist / behalten / schüren und schirmen / Darumb mit gutem Rate unser und des Heil. Richs Kurfürsten / ander Fürsten / geistlicher und weltlicher / Graven / Herren / Freyen / Ritter / Knecht und Stette / die wir darumb insunderheit vorbott und geheischen haben / Und von Röm. Künigklicher Crafft / Macht und Gewalt setzen und wollent wir / daß ein yglicher in unsern und dem Heil. Riche gesessen und wonhafft / geistlich und weltlich / welchs Stats und Würdikeit oder Wesens die sint / nyemann ußgenomen / sicher sint / Friden und Gemache haben / und alle Vehde zu rücken stellen und gantz abtun sollent uff Recht oder redlichen Ußtrag rc. Es sollent auch sollich Ursache und Ansprach / darumb man vormals zu Vehden kommen ist oder were / ußgetragen werden mit Rechte / und nit mit der Vehde / und umb deß willen daß fürbaß ein yglicher gewissen möge / wie er von sin Ansproch wegen zu Rechte möge kommen / Setzen und wöllent wir / wer es ob ein Fürst zu einen andern Fürsten / sy umb geistlich oder weltlich / zu sprechen hette oder gewynne / umb was Sachen das wer / So sollent beide Fürsten so ich ire Spenne durch sich oder ire Fründe zu gelegen Tagen kommen an ein Statt / die den beden Fürsten gefüglich und gelegen ist / und möchten sie sich sollicher irer Spenne teintlich nicht vereinen / So sollent sie der zu Ußtrag komen uff ein Zal ir beder Rete / die mit Sachwalter sint / mit eim glichen Zusatze / und uff einen gemeinen / des sie dann bedersit überkommen und eins werden: wer aber / daß bede Herren durch sich oder ire Rete eines gemeinen sich nit vereinen und überkomen möchten / So sollent sie bedersit das an uns bringen / daß wir sollich Sache selbs verhören / und mit Rechte entscheiden / oder inen einen glichen gemeinen in den Sachen gebent / und wenn wir inen also zu eim Gemeinen gebent / zu dem sollent sie ir Rete zu bedersit setzen und sich mit Rechte entscheiden lassen / also / daß ein solchs mit Rechte nit verzogen werde / rc.

Item wer ob ein Grave / Frye / Ritter oder Knecht / eine Stadt gemeinlich / oder ein Burg insunderheit mit einen Fürsten zu schaffen hette oder gewynne / wer das umb Schulden oder umb einen schlechten Spruch / nicht antreffend Lehn / Herrlichkeit / Fryheit / Ere / Lib oder ligend Gut / so sol sich der Cleger von demselben Fürsten an Rechte vor sinen erbarn Reten bringen lassen / die dem Cleger unverdechtlich sint / Es sol auch der Herre ungeverlich sollich sine Rete darzu vermögen und schicken / und dem Cleger unverzogelich in ein viertel Jors / noch dem er das fordert und begehrt / des Rechten stat tun und wiedersaren lossen on alle Geverde. Wer aber der Zuspruch umb Erbe und Eigen / so sol sollich Sache mit Rechte ußgetragen werden in den Gerichten / da sollich Erbe und Eigen inn gelegen sint / da auch der Herre / des dasselbig Gericht ist / dem Cleger des Rechten fürderlich behelffen sin und gon lassen sol. Wer aber sollich Ansprach umb Lehn oder Herrlichkeit / so sol der Ußtrag sin vor dem Lehnherren / von dem sollich Lehn oder Herrlichkeit herkomen were / one Geverde.

Item desglich wer es / ob ein Fürst mit eim Graven / Freyen / Ritter oder Knecht zu schaffen hette / oder gewynn / wer die Vorderung umb Sprüche oder Schulde / als vorgeschrieben stot / so soll der Grave / Frye / Ritter oder Knecht den Fürsten des Rechten gehorsam sin vor sinem Herrn und sinen Reten / des Man / Rot oder Diener er ist / ungeverlich / wer aber die Vorderung umb Erb / Eigen oder Lehn / so sol es damit gehalten werden als in dem nechsten Articul begriffen ist / ohne Geverde.

Item wer es ob Grave / Fry / Ritter oder Knecht oder ein gemein Mann / in welcher Herrschafft die gesessen sint / von ir selbs oder der iren wegen mit einander zu schaffen hetten oder gewynneten / darumb sie sich nit gütlich vereinen und übertragen möchten / so sollen sie sich underston eines gemeinen mit eim glichen Zusatz zu vereinen / Möchte deß aber nit gesin / so sol sich deß ein yglicher und besunder der Cleger gegen dem / der angesprochen wirt / mit Rechte gnügen lassen vor dem Herrn / deß Rot und Diener der angeklaget wirt / one Geverde / Weren aber Zusprüche umb Erbe / Eigen oder Lehn / das sol ußgetragen werden / immasse vorgeschrieben stot ungeverlich.

Item wer es ob ein Fürst / Grave / Fry / Herre oder Ritter oder Knecht mit einer Richsstat Vordrung und Ansprach hette oder gewynn / sollent sie durch sich selbs oder ire Rete und Fründen zu gelegen Tagen komen an ein Maltstatt / die inen dann von beden Siten gefüglich und gelegen ist / daselbs sie alsdann versuchen sollent / ob sollich Spenn gütlich hingelegt und übertragen werden mögent / möcht das nit gesin / so sollen sie bedersit ein Zale irer Rete oder Fründen / nemlich vier oder darunder so vil sie wöllent / und nicht darüber / mit ein glichen Zusatz / die nicht Sachwalten sint / darzu geben / uff einen gemeinen / des sie sich bedersit vereinen sollen / möchten sie sich aber keines gemeinen vereinen / so sollent sie das bedersit auch an uns bringen / die Vorderung und Ansprach zu verhören / und mit Rehte zu entscheiden / oder inen einen glichen Gemeinen zu geben / und wan wir inen also zu eim Gemeinen gebent / zu dem sollent sie ir Ret oder Fründen bedersit setzen / yglich Theil dry / und nicht darüber / und dem nochkommen als vorgeschrieben stot. Wer es aber ob ein Fürst / Grave / Fry / Ritter oder Knecht zu einen Bürger in einer Statt oder die in iren Dörffern oder Gerichten gesessen werent / zu sprechen hetten oder gewynnen umb Schulden oder Sprüche / der soll durch sich oder seinen Gewalt demselben Bürger nochvolgen für Bürgermeister und Rat derselben Statt / die im auch unverzogelich des Rechten helffen und widersayren lassen sollent one Geverde / Wer es aber umb Erb / Eigen oder Lehn / damit soll es gehalten werden als vorgeschrieben stot.

Item hette yemand zu eim Bürger oder Gebur in Stetten / Merckten oder Dörffern / wo die gesessen sint / Ansproch oder Vorderung / da soll sich der Cleger / gegen dem er anspricht / mit Rehte gnügen lassen / in dem Gerichte / da der Angesprochene gesessen ist / oder vor sinem Herrn / dem er von Rechts wegen zu versprechen stet / oder da die Güter / die da angeklaget werden / gelegen sint / ungeverlich

Item der oder die jene / die zu Ußtrag oder Rehte kommen sol-

(1) Cette Pièce paroît bonne, mais la Date en est fausse. *Albert* II. ne fut élû Empereur que le 20. de Mars 1438 & *Sigismond* son Prédecesseur vécut & regna jusqu'au 9. Decembre 1437. [DUM.]

ANNO 1437.

ten/ ſollent ein ungeverlich ſieber gut Gelt haben/ zu dem Rechten oder an die Stett/ da der Uſtrag ſin ſoll/ und wider von dannen zu komen/ von allen den ihnen/ da das zu ſchicken haben/ on Zornig und on all Geverde.

Und der worten daß dieſe gegenwertige unſer Ordnung und Meynung gentzlich vollefüret/ und dabey auch die gefreyheite Recht vor uns oder unſere Erben gericht/ oder anderswo/ wie dann davon auch oben und nochgeſchrieben ſtot/ deſt ſtetiglicher und veſtlicher gehantzhabet werden mogent/ angeſehen daß wir zu Zeiten durch grop merckliche antigende Sache und zu Zeiten daß ſich gebüren würde uns an den Enden dannoch zu fugen/ die wir oder zu vil/ abenteurlich und unbequemlich ſin möchte/ darzu ſelber oder in eigener Perſon nicht genug kunden oder mochten/ ſo haben wir die Lant Unſers Rats/ uſgenommen unſer Crone zu Behem und was dazu gehört/ und unſer Vettern von Oſterrichc/ und in vier Theil und Kreiſſe geſundert und geteilet/ und yeglichen Theile ein Hantzhaben mit Namen einen unſer Fürſten zu einem Handhaber geſetzt und gegeben/ und des ſint daß die Kreiſſe und Teile/ mit den Begriffen als hernoch volgt und geſchriben ſtot:

I. Circulus Franconicus.

Der erſte/ der Marggrave von Brandenburg und Burggraf zu Nürnberg/
der Eitzbiſchoff zu Saltzburg/
alle Fürſten zu Peyern/
die Biſchoffe von Bamberg/
Würtzburg/
Eyſtet/
Regenſpurg und
Paſſau/
Mit den Stetten
Regenſpurg/
Nürnberg/
Wiſſenburg/
Rotenburg/
Winßheim/
Mit allen Graven/ Herren/ Rittern/ Knechten/ Stetten und allen den iren/ die in irem Begriff gelegen ſint/ geiſtlich und weltlich/ nemand uſgeſundert/ und des Kreis ſol ein Hauptman ſin der hochgeborne unſer lieber Oeheim.

II. Rhenanus. Alemannicus.

Item der ander Kreis ſol ſin die Ertzbiſchove zu Ment/ zu Trier/
der Pfaltzgrave by Rin/
Hertzog Ott und Steffan von Peyern/
Apt von Fulden/
der Landgraff zu Heſſen/
der Marggraff zu Baden/
die Biſchoffe von Worms/
Baſel/
Straßburg/
Eyter und
Coſtantz/
der von Würtenberg/
die Ritterſchafft Sant Jergenſchilt/
mit der Richsſtetten Trier/
Wurms/
Straßburg/
Speyr/
Augſpurg/
Ulm/
Allen andern Richsſtetten in Schwaben/ die Landvogtey und gantz Elſaß mit allen andern iren Graven/ Herren/ Rittern/ Knechten und allen iren angehörigen Stetten/ Dorffern/ Merckten und Gebieten/ und des Kreis ſol ein Hauptman ſin.

III. Weſtphalicus. Burgundus.

Item der dritte Kreis ſol ſin der Erzbiſchoff zu Collen/ mit den Biſchoffen
Utrecht und
Lütich/
Padenborn und
Münſter/ die Hertzogen
von Berg/
Cleve/
Gülich und
Gelre/ mit den
Richsſtetten Collen/
Ach/ mit den
Fürſtenthumen Brabant/
Holland/
Mit allen Stetten darinnen begriffen/ Iren Graven/ Herren/ Rittern/ Knechten/ Stetten/ Merckten und Dorffern. Und des Kreis ſol ein Hauptman ſin.

IV. Saxonicus.

Item der vierde Kreis ſol begreiffen den Hertzogen von Saſſen/ die Erzbiſchoffe von Magdoburg und
Bremen/
Biſchoffe von Morſeburg/
Mynnenburg/
Miſſen/
Hildesheim/
Halberſtatt/
Brandenburg/
Hackelburg/ (Havelberg)
Alle Hertzogen von Brunſchwig/
Die Landgraven von Duringen/
Mit allen andern Biſchoffen/ Graven/ Herren/ Frey en/ Rittern/ Knechten/ Richſtetten und allen andern Stetten/ Merckten und Dörffern in ſolchen irem Begriff beſloſſen/ die in die obere Kreiſſe nicht gehoren. Und des Kreiſſes ſol ein Hauptman und Hantzhaber ſin.

ANNO 1437.

Sechen/ ordenen und wöllen ernſtlich und veſtiglich gehabt haben by unſern Hulden/ daß ein yeglicher Hauptman in ſinem Kraſſe dieſe Frideu-Ordenung gerichtet und geſprochen Recht hanthaben/ ſchirmen/ ſchetzen/ ſchirmen/ und alles das tun ſol und den Iheuen die er zu beſcheiden ſint/ das vor und noch geſchriben ſtot.

Wir gebieten auch ernſtlich und veſtenlich allen unſern und des Heil. Richs Kurfürſten/ Fürſten geiſtlich und weltlich/ Graven/ Herren/ Geſellenſchafften/ Rittern/ Knechten und Stätten in Duitſchen Landen/ daß er alle und ein yeglicher beſunders in Gerichte und Rechte/ die ſie hant in iren Landen/ Schloſſen/ Stetten und Gebieten/ uffrichtenlich und redlich halten und ſchaffen gehalten und mit keinen Geverden vergeyen werden/ und würde auch yemant in ſolchen Gerichten beſwert/ der mag ſich beruffen an den nechſten Ober-Richter deſſelben Gerichts: wer aber daß anders kein Ober-Richter wer dann wir/ der mag ſich alsdann an den Hauptman beruffen/ den wir in den Kreiſſe/ als obgeſchriben ſtot/ geordnet und geſetzt haben/ der alsdann nach Gelegenheit der Beruffung Recht geben und tun ſol an unſer Stat. Wer es auch daß ſich yemands/ was Stats/ Würdigkeit oder Weſens der wer/ ſich wider ſolliche Ordenung und Rechtlichen Spruch/ die in Crafft diſer unſer Ordnung geſprochen wurden/ ſetzen und den nit nachkommen oder gehorſam ſin wolt/ inmaſſen vorgeſchrieben ſtot/ den oder die ſol der Herre/ unter dem der oder die wonhafft und geſeſſen ſint/ noch dehein ander Herr oder Stat nit zu Dienſt oder ſuſt uffnemen noch in ires Landes/ Schloſſen/ Stetten oder Gebiet gönnen ſie enthalten/ hüſen oder hofen/ noch in dehenerley Zuleginng tun noch Hülff Rat oder Getot durch ſich ſelbes oder yemand anders von iren wegen in kein Wise/ ſunder ſie ſollent die Ungehorſamen darzu halten/ wiſen und auch zwingen noch allen irem Vermögen/ das ſie ſolchen Uffträger Ordnungen oder geſprochenen Rechten gehorſam ſeint/ und würden ſolche ungehorſame Pfenning (Pfänig) ſo ſollent ſie an keinen Enden weder by Fürſten/ Graven/ Freyen/ Rittern oder Stetten dehenen Frideu noch Gelait haben/ ſunder der Cleger ſoll Macht haben durch ſich oder andere von ſinen wegen zu dem oder den Ungehorſamen und Flüchtigen zu griffen und noch zu volgen/ und die on alle Gericht und Recht anfallen und mit dem oder den geſaren und tun/ als im Dann über in oder ſie mit Rechte erkannt iſt und würt/ da unsn nu auch an allen Stetten und Enden zu einer yeglichen Zit in vorgeſchribener maſſen/ oder an des Ungehorſamen Gütern/ ob die vorhanden werent/ ſol volgen laſſen one Vertzug und Geverde. Und wer der were/ der ſich darwider ſetzen würde/ von Fürſten/ Herren/ Ritter/ Knechten/ Gemeinſchafft oder Stett/ Merckten oder Dörffern/ der ſol als einer der mit einr Ungehorſamen Gemeinſchafft hat/ in unſer und des Heil. Richs Ohte ſin/ und dafür gehalten werden von aller mennigklich one Stroffung und one Geverde. Und darumb daß dem in allen Dingen deſto uffrichtiger nachgangen werd/ ſo wöllent wir unſer Obergerichte mit wiſen verſtändigen/ fürſichtigen Rittern und Gelehrten beſtellt behalten/ jeden Rechte geben und zu ihnn noch gemeinen Rechten guter Gewohnheit/ und anders mit notdürfftiger Erfolgung und wie ſich das gebürt.

Und darauff ſo wöllent ſetzen und orden wir/ daß alle Vehde/ wie vorgeſchriben ſtot/ abgetan werden/ und daß allemenglich dieſen unſern geordenten Frideu halten fürder einer den andern bede geiſtlich und weltlichs Stats/ und ſünderlich unherfordert one Gerichte und uffrichtig Gerichte und Rechte mit angriffen/ rauben/ pfenden oder anders beſchedigen ſolle/ uff des heilige Richs Straſſe zu Waſſer/ zu Land/ oder an einicherley andern Stetten oder Enden/ dann die in des heiligen Reichs Ohte oder erfolget weren/ in der maſſe alß vorgeſchriben ſtet/ und welcher den andern darüber vehde/ rauben oder in anicherley Wiſe beſchedigen wurde/ welchs Stat oder Weſens der wer/ niemant uſgenommen/ derſelbe ſol umb ſollich genommen Habe ein vierfeltig Widerkerunge tun/ erloſt/ rechtloß und friedloß und über andere pene/ in deß Heil. Richs Achte und Ungnoden ſin/ von meniam gehuſet/ geſchützet/ geſchürmet/ geredingen oder gehalten/ oder mit einicherley Zuleginng oder Fürderung ergetzet werden bey allen obgeſchriebenen Penen.

Und wann wer in unſerm Gemüte gewogen und gemercket haben/ daß von unſern Vorfaren Römiſchen Kaiſern und Künig etwie viel Freiheit und Privilegia uſgeben ſint/ und wo die wider dieſe unſer Ordnung und gebürlich Gerichte und Rechten weren/ Setzent/ wöllent und orden wir/ daß alle und yeglich ſolich Freiheit und Privilegia an den Enden da ſie wider ſolich unſer Ordenung gebürlich Gericht und Recht ſint oder werent/ nit Crafft oder Macht haben oder iren ſollent/ ſunder ſolich unſer Ordnung ſol an das by iren Treffen und Rechten bleiben gentzlich und one alle Geverde.

Fügete es ſich auch/ daß yemant diſer unſer Ordenung ungehorſam ſin und ſich mit ſinen Slöſſen/ Veſten und Stetten dawider ſetzen/ und ſich des mit ſolicher oder ander Gewalt uff halten wolt/ So wöllent und gepieten wir einen yeglichen Hauptman des Kreiſſes/ darinne der Ungehorſam geſeſſen wer/ einer oder mer/ daß ſich derſelbe Hauptman mit allen den ſeinen Fürſten/ geiſtlich und weltlich/ Graven/ Herren/ Freyen/ Rittern/ Knechten und Stetten/ die in den obgenannten Kreiſſen begriffen ſint/ und mit gantzer Gewalt ſtellen einen yeglichen uff zu ſetzen noch ſiner Gelegenheit und mit den darzu gedenckent tun und dannen nit laſſen ſollent/ der Ungehorſame einer oder mehr ſo

dann

ANNO 1437.

dann vor zu Gehorſamy brohte und gemacht / als ſich das noch Gelegenheit der Sachen heiſchet und gebürt. Es ſoll auch der oder die alſo nit er oder ſie / in ſolcher Ungehorſamy verharret bleiben / in unſer und des Heiligen Richs Unfrieden und Ungnade ſin / von meinan krin Geleit haben / ſunder an lib und Gut an allen Enden und Stetten überallen und yglich des Richs Undertanen verfallen und verechtet ſin / als wer er vor uns oder unſern Obergerichte erreichet / erfolget und erlanget / Es ſol und mag auch der vorgenannt Hauptmann des Kreiſſes / do der Ungehorſam beſeſſen iſt / wo er mit den ihenen / die in ſinem Kreiſſe wie vorgeſchrieben ſtet mit ſtarck und mechtig gnug wer / den Hauptman des andern Kreiſſes einen oder mer anrufen mit ganzer Mocht zu raten und beſtendig zu ſin / dem dann der angerufen alſo tun / volgen / beſtendig helffen und raten ſol / wie vorgeſchrieben ſtet / als lib dem ſy unſer Gnad zu behalten / und die hiernach geſchriben Pene zu verunden.

Wir gebent auch denſelben Hauptman gantz Gewalt und Macht / mochte er ſolch ungehorſamy oder mer mit zu recht oder Gehorſamy bringen durch ſolich oder ander Wege / uns anzukuſſen nie bitſtendig zu ſin wider den oder dieſelben zu raten und zu helffen / das ſollent und wollent wer auch / wann wir des alſo erſucht werden / durch Geſchrifft oder mündlich / zu Stund und ohne verzogen tun mit allen und yglich andern unſern und des Richs Kurfürſten / Fürſten / Graven / Herren / Rittern / Knechten und Stetten mit ganzer Mocht und anders / wie deſt ein Nodturfft wäre / und dannen in deheur Wiſe auszoſſen / es ſey dan alles das geſchech mit den Ungehorſamen das nodturfft / billich oder recht iſt / und darumm nicht anſehen / der Worten daß unſer Riche in Frid und Gnad verbliben möge / Freintſchafft oder ander einicherley untreglich Sache / unverzogen und one alle Geverde. Und ob yemant alſo umb Hülff oder Biſtand angeruffen von uns oder dem Hauptmann / nemlich in ſinem Kreiſſe / darzu nit tun helffen oder raten woll noch ſiner Gelegenheit / der oder dieſelben ſollent in unſer ſiner Ungnad und des Heiligen Richs Acht auch verfallen und alles des ſchuldig ſin / des der Ungehorſam ſchuldig wer / zu dem ſollen wer auch wie des ein Nodturfft würde / fürder und mer tun und gedencken wollen / daß ſolich Widerwertigkeit abgetan und unſtrydig Gehorſam gehalten würde.

Und umb des willen daß ſich niemans mit Unwiſſenheit wider diſe unſer Ordenung und Geſetzde behelffen möge / ſo ernamen wir alle und yglich Prälaten / Verweſer und Fürſicher der Pfarrkirchen / als wir als unſer Amt iſt / und gebieten das auch allen und yglichen unſer und des Richs Stetten ernſtlich und veſtiglich by Verunbung unſer ſwerer Ungnaden / daß ir uff alle Quatember und nemlichen uff den Fritag in der Quatemper oder Goltfaſten / alle Jar jerlich in Gegenwertigkeit irer Pfarrlit und deß gemeinen Volcks ſolich unſere geſtriben Ordnung offentlich von Wort zu Wort verkünden laſſen / ſo kan und mag ſich ein yglicher darnoch gerichten / unſers Frids als billich iſt geneſſen / und dadurch wider die Ungehorſamen deſt williclicher tun und gefaren in Wiſe und Form oben geſchriben.

PRIDEM in Decreto vigeſimæ nonæ Seſſionis hujus ſanctæ Synodi, quod incipit, *Compatiens*, lucide exitit declaratum, diſſolutionem hujus Sanctæ Synodi & tranſlationem ejus in Civitatem Ferrarienſem per Dominum Eugenium Papam quartum de facto attentatas, tam in eo caſu quo contra ipſum virtute Citatorii in noſtra vigeſima ſexta Seſſione promulgati, aut contra quempiam præſidentium in Concilio Oratorum ſuorum in aliquo procederetur, quam in eo caſu quo Græcos contingeret advenire, nullas eſſe, penitusque irritas & inanes, hujusmodique diſſolutionem ac tranſlationem repugnare veritati declaratæ per ſacram Synodum Conſtantienſem, dicenti quod generale Concilium univerſalem Eccleſiam militantem repræſentans, poteſtatem a Chriſto immediate habet, cui quilibet, cujuscumque ſtatus & dignitatis fuerit, etiamſi Papalis, obedire tenetur in his quæ pertinent ad fidem, extirpationem Schismatis, & generalem Reformationem Eccleſiæ in capite & in membris: quodque ſi in his & pertinentibus ad ea obedire contumaciter contempſerit, condignæ penitentiæ ſubjiciatur. Quæ veritas in verbis Chriſti fundata eſt dicentis Simoni Petro; *Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus. Quæcumque alligaveritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo: & quæcumque ſolveritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlo.* Et poſt pauca ſubdit: *Ubi ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.* Eademque ſacrorum Conciliorum auctoritas ſuper Romanum Pontificem & quemlibet alterum, in Actibus Apoſtolorum, declarationibus univerſalium Conciliorum, Doctrinis Sanctorum, multipliciter invenitur patefacta. Repugnabat quoque talis diſſolutio & tranſlatio veritati in hac Sancta Synodo dudum multipliciter declaratæ, quod Papa Concilium univerſale ſine conſenſu ipſius diſſolvere non poteſt, aut de loco ad locum transferre. Cui Dominus Eugenius poſt longam reſiſtentiam, quam eidem veritati in prima prætenſa diſſolutione hujus Concilii, & tranſlatione in Bononiam olim factis, & per univerſum Orbem publicatis, ſub colore reductionis Græcorum, quam etiam veluti cauſam neceſſariam protune allegabat, tandem aſſenſit, revocans hujusmodi diſſolutionem & tranſlationem, & dicens, ea non obſtante, Concilium a tempore ſuæ inchoationis legitime continuatum fuiſſe, & decernens ac declarans irritam & inanem, ac etiam revocans, quidquid per eum aut ſuo nomine factum, attentatum ſeu aſſertum erat contra ipſum Baſileenſe Concilium ſeu ejus auctoritatem: & deinceps a gravaminibus eidem inferendis abſtinere polliceitus eſt, prout per quartam decimam Seſſionem hujus ſanctæ Synodi, præſente Sedis Apoſtolicæ Legato, & pluribus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis aſſentientibus, etiam inclytæ memoriæ Sigismundo Romanorum Imperatore, ſibi fuerat indictum. In qua Seſſione forma præfatæ revocationis & confeſſionis veritatis per ipſum Dominum Eugenium faciendæ decreta fuerat. In hac quoque veritate conquievit univerſa Catholica Eccleſia, reputans ipſum diſſolutionem per eum ſine conſenſu Concilii minime fieri potuiſſe. Nec ullatenus adverſus veritatem repugnandi, & ad errorem ſemel dimiſſum redeundi cauſam aſſumere potuit ipſe Dominus Eugenius ex prædicto Citatorio. In quo poſt plurimas admoniones ſibi factas, ut aliquam emendationem poneret

ANNO 1438. neret efficacem in Eccleſiaſtico regimine miſerabiliter defluente, & Decreta ſalubria per hanc Sanctam Synodum edita luſciperet, aliisque exempla bonorum operum præſtaret, ſeipſum & ceteros dirigendo in viam ſalutis, eum ipſe ex adverſo in contemptum hujus Sanctæ Synodi & totius Eccleſiæ deſolationem, plurimarumque divitionum ſuſcitarionem, ſaluberrimæ Reformationi ipſius corporis Eccleſiæ longo tempore reſiſteret: univerſalis Eccleſia congregata ipſum Dominum Eugenium, ſicut mater filium delinquentem, in viam ſalutis dirigere ſatagens; & ſicut Paulus reprehendit Petrum coram omnibus, cum non ambularet ad veritatem Evangelii, eumdem Dominum Eugenium arguens, atque ex auctoritate a Chriſto eidem Eccleſiæ data corripiens, defectus notorios, in quibus animam ſuam & univerſum Rempublicam nimium gravabat, commemoravit, vocans ipſum & alios convocans, ut in regimine Eccleſiæ ſalutaris apponeretur provitio. Quod poſt longam tolerantiam tandem id agere (*a*) impulſa fuit hanc Sancta Synodus, dum poſt contemptum Reformationis ſalutaris, ad ſuſcitationem graviſſimi Schiſmatis & læſionem veritatis, ipſius Matris Eccleſiæ vulnerationem graviſſimum idem Dominus Eugenius realiter procedebat, cui per prædictum Cratorum ſummæ neceſſarium erat obviare, dum ſub coloribus exquiſitis eamdem Sanctam Synodum & ejus opera diſſipare, atque quoddam Conventiculum in loco ſuæ voluntati dedito nulliter ac de facto erigere in ſciſſuram Eccleſiæ diſpoſuerat, cujus rei perficiendæ gratia jam triremes & Oratores in Græciam transmittebat, ad impediendum adventum Græcorum in locum per hanc Sanctam Synodum nominatum, & perturbandum effectum noſtræ Legationis in Conſtantinopolim transmiſſæ, atque rumpendum ea quæ inter ipſam Synodum & Græcos concordata erant. In quibus etiam ipſe Dominus Eugenius expreſſe conſenſerat. Sed nec ullum colorem diſſolvendi hoc Sacrum Baſileenſe Concilium, & ipſum in Ferrariam transferendi, in caſu adventus Græcorum præfatus Dominus Eugenius potuit aſſumere ex ſchedula per quamdam prætentam ſeſſionem Conventiculi Ferrarienſis (ut dicitur) commemoratâ, quam ſchedulam illi conventionalem dixerunt ſuper termino Avinionenſibus præfixo in expeditione pecuniarum facienda, quam ſi non facerent, alium locum nominare ſeu eligere poſſemus, & teneremur, atque aliunde univerſali Eccleſiæ providere. Vel ex quadam alia ſchedula, quam temerarie Decretum appellant, incipiente, *Hæc Sacroſancta Synodus inter ſuæ Congregationis exordia*, quod in vigeſima quinta hujus Sanctæ Synodi (*b*) promulgarum allegarunt, cum ex rationabilibus & neceſſariis cauſis in ipſa noſtra Seſſione vigeſima quinta nominationem trium locorum, Baſileæ, Avinionis, & Sabaudiæ, pro œcumenico Concilio celebrando, ſolemni Decreto noſtro incipiente, *Nuper hac ſacroſancta Synodus*, publicaverimus, volentes eam inconcuſſam & inviolatam permanere, omnemque aliam nominationem ſeu electionem cujuscumque alterius loci decernentes irritam & inanem: univerſique facile conſpiciunt Dominum Eugenium ex his rebus nullum fundamentum erectionis præfati Conventiculi aſſumere potuiſſe, qui veritatem geſtorum conſiderant. Quamquam enim inter Deputatos quosdam noſtræ Congregationis actum fuerit, ut niſi per Avinionenſes infra præfixum terminum fieret pecuniæ expeditio, ad aliam nominationem procedendum foret, atque in noſtra generali Congregatione concluſum, non tamen dici poteſt hanc Synodum per viam contractus cum aliquo convenille: nullus enim tunc aderat cum quo contractum hujusmodi celebraret. Nec venit in dubium, quemquam cum ſeipſo non poſſe contrahere, cum inter ſpondentem recipientemque ſponſionem debeat eſſe diſtinctio perſonarum. Ipſius autem noſtræ Concluſionis interpretatio, declaratio, moderatio, mutatio, juxta cauſas occurrentes, atque omnimoda diſpoſitio ad ipſum Concilium pertinebat, maxime cum non ageretur de facto privato cujuscumque perſonæ, ſed de rebus ſtatum univerſalis Eccleſiæ concernentibus, quarum diſpoſitio ab univerſali Concilio ſub directione Spiritus Paracleti conſtituto, per cujuscumque aut quarumcumque perſonarum arbitrium non tollitur. Supervenit autem proteſtatio Legatorum Sedis Apoſtolicæ adverſus decretationem loci Avinionenſis, qui pariter cum Baſilea & Sabaudia in ipſa Concluſione concorditer capta junctus erat. Quæ proteſtatio non modicam occaſionem retrahendi animos Avinionenſium a prædicta expeditione pecuniarum præſtabat: fueruntque ex alia parte per Dominum Eugenium & ſuos, adverſus hanc expeditionem, pendente termino aſſignato, gravia impedimenta in Avinione præſtita. Idque accidit, ut Oratoribus noſtris in Avinionem venientibus, præcipui Gubernatores Civitatis tunc abſentes eſſent, ſine quibus res non poterant tractari. Quibus deinceps advenientibus, ita actum eſt, ut Avinionenſes ipſi circa terminum præfixum Capitaneum triremium noſtrarum de triginta millibus & octingentis florenis auri de camera conteutarent, & Oratores noſtros de reſiduo totius pecuniæ expetitæ cautos ac ſecuros facerent, prout ipſi Oratores noſtri hoc idem ſuis literis nobis intimaverunt. Requirebant autem ipſi Avinionenſes, ut decretationem electionis ſeu nominationis loci per nos factæ expeditemus. Quæ nos attentius conſiderantes, & intentioni hujus Sanctæ Synodi ſatisfactum eſſe judicantes, per talem expeditionem pecuniarum, attentis maxime impedimentis interea appoſitis, (quoniam legitima impedimenta in omni concluſione rerum agendarum intelliguntur exceptæ) eum & per hunc modum longe melius providebatur univerſali Eccleſiæ, quam diminuendo omnia quæ parata erant pro Legatione mittenda in Græciam, & intrando magnas difficultates electionis alterius loci in turbationem rerum agendarum, maxime quoniam urgebamur conventiones noſtras cum Capitaneo elaſſis trirenium Eccleſiæ initas ſervare, cui dilectus Eccleſiæ Filius Julianus tituli ſanctæ Sabinæ Presbyter Cardinalis, Legatus Sedis Apoſtolicæ, vexillum Eccleſiæ & baculum peregrinationis in noſtra Congregatione generali nomine noſtro tradiderat, cuique jam grandis ſumma pecuniæ per Avinionenſes aſſignata erat, concluſimus ad ipſum decretationem locorum prius electorum, videlicet Baſileæ, Avinionis, & Sabaudiæ, procedendum fore, & duæ partes hujus ſacri Concilii & amplius in eamdem ſententiam convenerunt, licet pauci de hoc non contenti alium locum pro celebratione œcumenici Concilii nominare & deputare præſumſerunt, abſque hoc quod talis poteſtas eis competere declarata fuiſſet. Quibus nec competebat de ſtatu totius Concilii & univerſalis Eccleſiæ, factisque fidei ſeu pertinentibus adea, contra conſenſum duarum partium Concilii, & morem permaxime in generalibus Conciliis a principio oaſcentis Eccleſiæ obſervatum, diſponere, qui tamen adhuc in nominando loca non concordes extiterunt, pauciſſimique ſucrunt; qui tandem in hoc refediſſe dicuntur, quod nominationem facerent Utini & Florentiæ, aut alterius loci qui tutus eſſet, ac Papæ & Græcis accommodus, quique Galeas & pecunias primo expediret. In aliqua quoque noſtrarum quatuor Deputationum, in qua octoginta perſonæ erant, unus ſolus forman talis nominationis veluti decretandam propria voluntate produxiſſe, ſolus deliberaſſe & concluſiſſe dicitur. In aliiſque Deputationibus, valde pauci hoc idem egiſſe dicuntur adverſus Ordinationes hujus Sanctæ Synodi. Et demum, cum Seſſionem noſtram ſuper decretatione locorum Baſileæ, Avinionis, & Sabaudiæ, celebraremus, legeretur que noſtrum Decretum in ambone Majoris Eccleſiæ Baſileenſis juxta morem conſuetum, unus ex illis pauciſſimis in loco inferiori & inſolito quamdam ſchedulam legere præſumpſit, a paucis vel nullis intellectam, quæ nominationem locorum Utini & Florentiæ, aut alterius loci (ut præmittitur) per pauciſſimos factam continere dicebatur, qui etiam in ea Synodum generalem contra conſenſum duarum partium Concilii & amplius ſe (ut dicitur) appellare præſumebant, licet nulliter & de facto. Sed non propterea dimiſimus Decreti noſtri præfati publicationem ſuper nominatione Baſileæ, Avinionis, & Sabaudiæ, continuare, quod altam nominationem locorum irritam declaravit. Nam &, ſi ita permitteretur, ut longe minor pars in Conciliis generalibus adverſus partem multo majorem aliqua decretaret, ſibique auctoritatem totius Concilii aſſumeret, ingreſſus periculoſiſſimus ad multas diviſiones excitandas in futurum & deſtructionem ipſorum Conciliorum præberetur. Neque literas ſuper illo prætenſo Decreto, ſic per nos irrito declarato, Bulla hujus ſanctæ Synodi bullari toleravimus, licet quidam falſo & clandeſtine aliquas bullaverint, ſicut eas falſo bullatas fuiſſe declaravimus, per ſolenne Decretum in vigeſima ſeptima Seſſione hujus ſanctæ Synodi promulgatum. Sed nec ipſius prætenſi Decreti tenorem obſervavit Dominus Eugenius, imo effectum ejusdem (ſi quis fuiſſet) evacuavit, dum Florentiam, quæ in illo (ut dicitur) nominata erat, & pecunias atque Galeas diſponebat, per cum acceptatam rejecit, deinde Bononiam, ſicut fertur, poſtremo Ferrariam pro libito ſuæ voluntatis elegit, ac etiam, priusquam Græci ad portum aliquem citramarinum appliciſſent, Conciliabulum in ipſa Civitate Ferrarienſi erexit. Neque ad ipſum arbitrari ſpectabat, quis locus tutus erat pro Concilio celebrando, cum ipſe talem locum tutum judicare poterat quem Sancta Synodus mi-

(*a*) compulſa.

(*b*) Il faut ſoupçonner, ou ajouter, *Seſſione.*

ANNO 1438. nime tutum reputaſſet. Nec aſſerere poteſt ſibi facultatem per prælatum prætenſum Decretum attributam, ut nunc in uno loco, nunc in altero (prout vellet) Concilium fieri ordinaret, ac de ejus ſecuritate judicaret, quod nec illi pauci fecerunt, nec ſub nomine generalis Synodi adverſus Synodum ipſam & ejus libertatem atque auctoritatem tale aliquid faciendi, ipſumque voluntati l'apæ ſuppiciendi, colorem aliquem habuerunt. Neque etiam in Concilio unquam conveneruntad judicandum, vel declarationem faciendum ſuper ſecuritate loci Ferrarienſis, aut adimpletione primo facta ex parte loci illius in expeditione Galearum & pecuniarum, de quibus in ipſo prætenſo Decreto agi dicebatur. Denique nec per eos qui illud condidiſſe dicuntur hoc obſervatum eſt, ut firmiter in Baſilea ſteterint, donec Græci ad portum appliciuiſſent. Quodque deinde infra menſem receſſerint ad locum ipſis Græcis per Oratores Concilii nominatum, neque in hoc conventiones cum Græcis concordatas obſervarunt. Sicqua tametſi prætenſum illud Decretum aliquam apparentiam prius habuiſſet, quam tamen veraciter non habuit, fuit ex conſequentibus effectibus evacuatum; ipſumque caſſum, nullum & irritum penitus eſſe & fuiſſe, nulliuſque roboris & momenti, decernit & declarat hæc Sancta Synodus, inhibens ne quis quacumque dignitate, etiamſi papali, præfulgeat, dictum prætenſum Decretum ſub nomine legitimi & Synodalis Decreti audeat nominare, nec illius executioni favores quomodolibet impendere, ſub pœnis & cenſuris contra violatores & turbatores unitatis ac pacis Eccleſiaſticæ a jure impoſitis, in quas decernit hac ſancta Synodus eos incidere ipſo facto, notum faciens univerſis ſuum verum Decretum legitime concluſum, ex aſſenſu duarum partium & amplius juxta Decreta & Ordinationes ipſius, & ex communi omnium ſuppoſitorum Concilii concordia, nemine diſcrepante, vera ejus Bulla plumbea bullatum, veraciter per eum fuiſſe obſervatum, & in executionem deductum, conventionesque initas cum Græcis ex parte ſua, quantum in ſe fuit, adimpletas extitiſſe. Quæ quidem Sancta Synodus Oratores ſuos venerabiles Epiſcopos Viſenſem & Lauſanenſem ac Nicolaum de Montone militem, cum Galeis & pecuniis in Græcum miſit, qui coram Imperatore (a) Romanorum, & Patriarcha Conſtantinopolitano omnia ex integro adimplere obtulerunt quæ ipſis promiſſa fuerant, ſicuti ſua relatio cum atteſtatione publicorum Notariorum nobis facta indicavit, locumque Oecumenici Concilii celebrandi nominaverunt, qui antea per ipſos Græcos in ſuis conventionibus expreſſe acceptatus fuerat & concordatus. Portum etiam tali loco aptiorem aſſignaverunt, requirentes eosdem Impeatorem & Patriarcham, ut pariter ſua promiſſa adimplerent. Qui ſe excuſaverunt ſuper non adventu eorum, allegantes tempus adimplendarum promiſſionum elapſum fuiſſe, prout per literas ſuas nobis referipſerunt, quamquam tamen huic reſponſioni fuerit plene ſatisfactum per Oratores noſtros, quoniam ipſi convenienti tempore, menſe ſcilicet Februarii, anno præterito ab hoc ſacro Concilio receſſerant pro veniendo illuc ante terminum aſſignatum, ſi non fuiſſent multiplicia impedimenta ſibi deinceps objecta, quæ notoria ſunt: quoniam in conventionibus cum Græcis per nos initis expreſſe cautum erat, omnia intelligi debere bona fide, ſine fraude & dolo & abſque impedimento legitimo & manifeſto. Sed ultra hæc etiam præfatus Imperator alteri Oratorum noſtrorum Joanni de Raguſio in Sacra Theologia Magiſtro, Ordinis Prædicatorum apud eum exiſtenti, dixerat ſe eſſe contentum, ut Oratores ipſi & Galeæ ante menſem Octobris in Conſtantinopolim non venirent. Plurimas vero practicas in Græcia factas accepimus per eos qui ex parte Domini Eugenii tranſmiſſi fuerunt, ut adventum ipſorum Græcorum ad alterum locorum per nos nominatorum, impedirent, atque ipſos in locum, quem vellet Dominus Eugenius, attraherent. Et in una triremi, in qua principalis Oratorum ſuorum præſens erat, nuntias quidam, quem noſtri Oratores præmiſerant cum literis hujus Sacri Concilii & pluribus Principum Chriſtianorum, capmus eſt, veluti per debitam informationem cognovimus, nec deinceps de vita ejus quidquam nobis aut noſtris Oratoribus compertum extitit. Domus quoque prætari Joannis de Raguſio Oratoris noſtri in Conſtantinopoli invaſione Italitariorum fuit impetita: aliquaque ibidem facta ſunt, quæ non eſt neceſſarium recitare per lingula, ut ſic ad fines ſuos pertingere poſſent, quos miſerat Dominus Eugenius, ita ut noſtri Oratores ſine Græcis ipſis, proteſtatione tamen ſolenni contra eosdem prius facta, redire oportuerit. Quæ omnia prævalere non potuerunt adverſus veritatem. Sic hæc Sancta Synodas cuncta cum Græcis concordata ex parte ſua adimplevit, nec per ipſam remanſit, quo minus Concilii œcumenici celebrano cum Græcis in loco etiam per eos nominato habita fuerit, juxta ea quæ cum ipſis conventa erant, ſi illi promiſſa ſua ſervaſſent, aut per alios non fuiſſent impediti ſeu retracti. Intendique & proponit eadem Sancta Synodus, Deo adſpirante, auctoritatem & veritatem Catholicæ & univerſalis Eccleſiæ, quam ipſa repræſentat, ac integritatem fidei orthodoxæ jugiter Illæſis conſervare, pro honore ipſius omnipotentis-Dei & ſalute animarum: nec bono ipſius univerſalis Eccleſiæ conveniens exiſtimat, per quaſcumque practicas aut exquiſitos colores, etiam ſub ſpe dubia proſequendi, modis aliunde excogitatis, alia negotia, quorum eventus incerti ſunt, auctoritatem Conciliorum univerſalium conculcari, veritates declaratas per Eccleſiam, & fidem orthodoxam concernentes, proſterni, viam aperiri Romanis Pontificibus ad diſſolvenda Concilia generalia per varios modos ſine ipſorum conſenſu, ex quo facile poteſtatem datam ad ædificationem in deſtructionem verti contingeret, Reformationemque Eccleſiaſtici ſtatus, pro qua jam tot ſunt adhibiti labores, fruſtrari, atque ipſius Eccleſiæ ſtabilitatem & decorem hoc modo deperire in perditionem animarum & totius populi Chriſtiani lamentabile detrimentum. Sic enim poſſemus & illa bona maxima ex nunc perdere, & illa alia nun acquirere, atque ſic totam Eccleſiam in confuſione relinquere. Primum quidem nobis incumbit, Eccleſiæ fidem, veritatem & auctoritatem conſervare, & deinceps cunctos ad ejus unitatem redire volentes ſincera caritate ampleeti, prout & nos ſemper parati ſumus & erimus. Cum itaque ea nullius eſſe & penitus invalida, quæ Dominus Eugenius adverſus hanc Sanctam Synodum, in ipſius prætenſa diſſolutione & tranſlatione ut Ferrariam, notorie conſtet, ipſumque Conventiculum Ferrarienſe non fore Concilium, ſed Schiſmaticorum Conventiculum, dudum præfato Decreto vigeſimæ nonæ Seſſionis hujus Sanctæ Synodi declaraverimus, meritoque pœnam Suſpenſionis ab adminiſtratione Papali in ſpiritualibus & temporalibus, jam dudum contra Romanum Pontificem, Concilium univerſale ſine ipſius conſenſu diſſolvere aut transferre arteantem, ordinatam, in ipſum Dominum Eugenium tulerit, & latam eſſe declaraverit hæc Sancta Synodus, ac etiam quascumque ſententias, pœnas & cenſuras excommunicationis, privationis, inhabilitationis, interdicti, & alias contra hujus Sanctæ Synodi ſuppoſita & eidem adhærentes, per ipſum Dominum Eugenium latas & ferendas, caſſas & nullas tuliſſe & eſſe declaraverimus, non neceſſe arbitramur ut denuo ad ea caſſandum & irritandum procedamus, quæcumque per ipſum Dominum Eugenium aut prætatum Ferrarienſe Conventiculum facta ſunt adverſus eumdem Synodum, quæcumque ejus ſuppoſita, & quoſcunque ipſis adhærentes, etiam ante ipſius Domini Eugenii ſuſpenſionem ab adminiſtratione Papali, & quæ durante ipſius ſuſpenſione aut prætato Conventiculo, facta ſunt, fiunt, aut fient in futurum, in quibuscumque per ipſum videlicet Dominum Eugenium ratione Papatus, aut ipſum Conventiculum ſub generalis aut Oecumenici Concilii nomine, qui etiam victualia ſuppoſitis hujus Sanctæ Synodi auferri, & portantes ea ſpoliari, eorumque Spolia primo capientium occupanti cedere mandavit: quæ quam gravia ſint adverſus univerſalem Eccleſiam, & quanta reprehenſione digni ſint qui talia agunt cunctis conſpicere poſſunt. Nos quoque omnibus & ſingulis manifeſtantes veritatem, declaramus omnia prædicta per ipſum Dominum Eugenium, aut ipſum Conventiculum facta & facienda, etiam contra dilectos Eccleſiæ filios Cives Baſileenſes & eorum Civitatem, nulla penitas, caſſa & irrita fuiſſe & eſſe, nec aliquem ipſius Domini Eugenii præfatique Conventiculi præceptis, mandatis aut prohibitionibus, etiam prætextu cujuscumque juramenti aut obligationis, in quibuſlibet prædictis teneri obedire, imo potius ad non obediendum illis omnes & ſingulos Catholicos ex præcepto Domini & Eccleſiæ Sponſæ ejus quam ab omnibus audiri jubet, eſſe adſtrictos. Requirimusque & monemus univerſos Chriſti fideles, ut Eccleſiæ Catholicæ (quæ a directore dirigitur ſapienſſimo & infallibili) per hanc Sanctam Synodum repræſentatæ firmiter adhereant uſque in finem, nec ullis tentationibus per voluntatem cujuscumque ſuſcitatis aut ſuſcitandis, ab ipſius Eccleſiæ firmitate & veritate ſuos animos dimoveant confidentes in ſuperno Salvatoris noſtri auxilio, qui ad Eccleſiam ſuam dixit: *Ego vobiscum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſeculi*: manentesque perſeveranter in ipſa Eccleſiæ Domo, quæ, ut ait beatus Hieronymus, decla-

ANNO 1438.

(a) Romanorum.

ANNO 1438. clarans Sacræ Scripturæ veritatem, dicitur ædificari supra firmam Petram, quæ unica Columba appellatur, quæ Sponſa pulcra ſine ruga & macula, quæ Domus etiam claves accepit, & potellatem ligandi & ſolvendi. Hanc Domus ſi quis corrigentem corripientemque contempſerit, *ſit tibi* (inquit) *ſicut Ethnicus & Publicanus*, ſolidiſſimamque fidei ſemper teneant, memorantes etiam dictum illud beati Cypriani: Alienus eſt, profanus eſt, hoſtis eſt, habere non poteſt Deum Patrem, qui univerſalis Eccleſiæ non tenet unitatem.

Inſuper quoniam in ſupradicto Decreto vigeſimæ nonæ noſtræ Seſſionis, pœnas & cenſuras juſtiſſimas promulgavit hæc Sancta Synodus adverſus omnes qui ad prætitum Conventiculum Ferrarienſe accederent, aut mitterent, præcepitque ſub eisdem pœnis & cenſuris omnibus & ſingulis in Curia, quam Dominus Eugenius quondam tenebat, aut etiam actu de facto tenet, exiſtentibus, ut ſi Conventiculum Ferrarienſe per eum erigi contingeret, ab ejus Curia recederent, & deinceps declarata ſuſpenſione ipſius ab adminiſtratione Papali, etiam ſub pœnis & cenſuris in Decreto noſtræ vigeſimæ tonæ Seſſionis contentis, mandavimus, ut infra quadraginta dierum ſpatium ab eadem Curia recederent: ideo omnes & ſingulos in Conventiculo Ferrarienſi aut prætenſa ipſius Domini Eugenii Curia exiſtentes, & in prædictis noſtris Decretis comprehenſos, qui eorumdem Decretorum monitionibus non paruerunt, citat hæc Sancta Synodus, ut trigeſimo die a data præſentis Decreti computando, in noſtra generali Congregatione (ſi tunc eam celebrari contingat) alioquin in proxima ſubſequente, compareant coram eadem Sancta Synodo, viſuri ſe declarari in pœnas prædictas incidiſſe, aut juſtas cauſas (ſi quas habeant) allegaturi: quem terminum ipſis peremptorie & una vice pro omnibus hæc Sancta Synodus duxit aſſignandum, & aſſignat, decernens ulterius contra eos procedendum fore, & declarandum, prout juris & rationis fuerit, quorum omnium nomina & cognomina haberi vult pro ſufficienter expreſſis. Inſuper cum in prima Seſſione hujus Sanctæ Synodi pœnæ excommunicationis, anathematiſationis & interdicti decretæ fuerint adverſus omnes & ſingulos, qui quascumque perſonas Eccleſiaſticas vel ſæculares, ad hoc Sacrum Concilium venientes, ſcuin eo ſtantes, aut ab eodem recedentes, temeritate propria per ſe vel alium ſeu alios arreſtare, invadere, capere, detinere, incarcerare, mutilare, occidere, vel bonis ſuis ſpoliare, vel injuriis affligere, ſeu ipſos ſic delinquentes receptare, aut alias quomodolibet impedire, ſeu ea perpetrantium facta & commiſſa rata & grata habere, vel eis dare conſilium, auxilium vel favorem, publice vel occulte, directe vel indirecte, præſumpſerint vel præſument in futurum, quæ pœnæ ſolemni Decreto Conciſi Conſtantienſis adverſus prædictos fuerunt ordinatæ, ultra easdem pœnas & cenſuras, quas omnes & ſingulos qui mandato præfati Domini Eugenii, vel præfati Conventiculi Ferrarienſis, quidquam prædictorum fecerint aut facient in futurum, expreſſe incurriſſe, & incurſuros eſſe decernimus ac declaramus. Etiam contra eosdem, tamquam contra fautores Schismatis, ad graviora procedendum fore decernit hæc Sancta Synodus, omnibus aliis Decretis & Ordinationibus ejusdem Sanctæ Synodi in ſuo robore duraturis. Decernit tandem hæc Sancta Synodus omnes & ſingulos ſupradictos per publicationem præſentis Decreti in valvis Majoris Eccleſiæ Baſileenſis affigendi, perinde arctari ac arctatos intelligi, ac ſi dictæ Citationis, Ordinationis & Declarationis executio ad eorum proprias perſonas facta fuiſſet.

Datum in Seſſione noſtra publica, in Majori Eccleſia Baſileenſi ſolenniter celebrata, nono Kalendas Aprilis, anno a nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimo octavo.

XLI.

4. Juill. *Unio & Liga inter* PHILIPPUM MARIAM ANGLUM *Ducem Mediolani &* JOANNEM FRANCISCUM *Marchionem Mantuæ, in conſpectu* NICOLAI *Marchionis Eſtenſis, pro reciproca ſuorum Statuum defenſione ad annos* 10. *ſancita. Actum in Palatio ſupradicti Marchionis Eſtenſis die* 4. *Julii, Indictione* 1. *anno* 1438. [Pièce Authentique, tirée des Archives Archiducales de Mantouë.]

In Chriſti nomine, Amen.

ANNO Nativitatis ejusdem milleſimo quadringenteſimo trigeſimo octavo, Indictione prima, die quarto Menſis Julii. In Palatio infraſcripti Illuſtris Domini Domini Marchionis Eſtenſis ſito prope ſuam Urbem Ferrariæ, cui nomen eſt Pulcro Flore, preſentibus teſtibus vocatis, & rogatis Illuſtri Domino Leonello Eſtenſi nato prælibati Illuſtris Domini Marchionis, Magnifico Viro Ugurione de Contrariis filio quondam magnifici Viri Domini Mainardi Conſocio, & Conſiliario prefati Illuſtris Domini Marchionis, ſpectabili, & egregio Viro Bartholomeo de Pendaglis filio quondam ſpectabilis, & egregii Viri Sr. Gabrielis, & egregio viro Raſaele de Montanis filio quondam ſpectati Viri Domini Antonii de Montanis, & aliis, & his teſtibus aſſeremibus ſe bene cognoſcere infraſcriptum Dominum Maſeum. Chrilli iterum ejusque Matris gloriosiſſimæ Virginis Mariæ, Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac Beati Georgii victoriosi, & totius Curiæ triumphantis, nominibus atque ſubſidiis ſupplicitet imploratis, ut hanc preſentem unionem, & ligam inſolubili caritate, & vinculo firment. Ad conſpectum Illuſtris, & excelſi Domini Domini Nicolai Marchionis Eſtenſis &c. nati felicis, & glorioſæ memoriæ Illuſtris, & Magnifici Domini olim Domini Alberti Marchionis Eſtenſis; Et de ſua conſcientia, conſenſu, voluntate, & ordinamento, ut ipſe, & infraſcripti Mandatarii, & Procuratores in preſentia dictorum teſtium, & mei Ludovici, ac infraſcriptorum Notariorum dixerunt, & atteſtati fuerunt. Conſtituti ſpectabilis & egregius Vir Dominus Mapheus de Muzano Secretarius Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi Domini Domini Filippi Mariæ Angli Ducis Mediolani &c. & ejus Procurator, Mandatarius, ac Commiſſarius habens ad infraſcripta peragenda plenum, & ſufficiens Mandatum rogatum per ſpectabilem, & egregium Virum Dominum Joannem Franciſcum Galinam filium quondam Domini Petri publicum Notarium Secretariumque & Notarium prefati Illuſtriſſimi Domini Ducis, & de ejus Sedis, & Sedis rogationibus levatum, & aſſumptum per Aloyſium de Sancto Petro Filium quondam Domini Auguſtini Notarium publicum Mediolani ſtipulatum de anno preſenti, die Jovis vigeſima ſexta Menſis Junii à nobis infraſcriptis Notariis viſum, & lectum, ſigillatum etiam ſigillo ſolito magno prefati Illuſtriſſimi Domini Ducis in cera alba, atque dicti Dominus Joannes Franciſcus, & Aloyſius ſint veri, & publici Notarii, ac eorum ſcripturis fides plenaria adhibeatur conſtat per literas teſtificas datas Mediolani ſub die vigeſimo ſeptimo Menſis preteriti ſub nomine ſpectabilis, & egregii Viri Domini Siliani de Nigris de Papia Vicarii, & Vicepoteſtatis magnifici Viri Domini Ghiſelli Marchionis Malaſpinæ de Mulatio honorabilis Poteſtatis Civitatis, & Ducatus Mediolani, cum ſigillo ſolito prefati Domini Poteſtatis impreſſo in cera viridi ſcriptas manu egregii Viri Conſtantii de Concuretio Cancellarii prefati Domini Poteſtatis a nobis etiam Notariis viſas, & lectas, Procuratorio, Commiſſario, & Mandatario nomine predicto, & etiam nomine, atque vice dicti Illuſtriſſimi Domini Domini Ducis, pro quo idem Dominus Mapheus ſolemni ſtipulatione promiſit infraſcripto ſpectabili Zanebaloo ſtipulanti, & recipienti ut infra de rato, & rati habitione omnium, & ſingulorum infraſcriptorum, & ſe effecturum, atque euraturum, ita, & taliter cum effectu omni exceptione juris vel facti remota, Quod prelibatus Illuſtriſſimus Dominus Dominus Dux preſens Inſtrumentum, & omnia, ac alia in ipſo appoſita, & contenta, uſque ad dies viginti proximè futuros approbabit, ratificabit, & rati habitione hemologabit per publicum, & ſolemne Inſtrumentum manu publici Notarii confeiciendum, cum clauſulis, & ſolemnitatibus neceſſariis, & opportunis validandum, & roborandum, & que tam de Jure, quam de conſuetudine apponi debeant in ſimilibus, vel per ſuas litteras patentes ſigillo ſuo ſigillatas, & ſolemniter, atque perfectè confectas, ſub obligatione omnium ſuorum bonorum ex una parte. Et ſpectabilis & egregius Vir Zanebaldus de Brolo conſocius Illuſtris, & Magnifici Domini Domini Joannis Franciſci Marchionis Mantuæ &c. Et ejus Procurator, Mandatarius, & Commiſſarius ad hæc ſpecialiter conſtitutus, habens ab eo Illuſtri Domino Marchione plenum, & ſufficiens Mandatum, prout conſtat per publicum documentum ſcriptum manu infraſcripti egregii Viri Bolii filii quondam Cabrini de Arivabenis Notarii publici, & Secretarii prefati Domini Domini Marchionis Mantuæ ſtipulatum de Anno preſenti die Mercurii ſecunda inſtantis Menſis à me, & ab infraſcriptis etiam Notariis viſum, & lectum ſigillarumque ſigillo ſolito magno prefati Illuſtris Domini Marchionis Mantuæ in cera rubea, cum littera etiam teſtifica data Mantuæ ſub die ſecunda dicti men-

ANNO 1438. mensis instantis, sub nomine spectabilis, & egregii Militis, ac legum Doctoris, & Comitis Domini Petri Georgii de Almericis de Pesauro Poestatis dictæ Civitatis Mantuæ scripta per Jacobum de Andreaxiis Notarium Mantuanum, à nobis etiam Notariis & lecta, & vita, sigillata etiam sigillo dicti Poestatis in cera rubea, Procuratorio, Commissario, & Mandatario nomine prefati Illustris Domini Marchionis Mantuæ, ac nomine, & vice ejus, pro quo dictus Zanebatdus promisit dicto Domino Matco stipulanti, & recipienti nomine, & vice prefati Illustrissimi Domini Domini Ducis de rato, & rati habitione omnium, & singulorum in presenti Instrumento contentorum, & se facturum, & curaturum omni exceptione Juris vel facti remota, Quod dictus Illustris Dominus Marchio Mantuæ usque ad viginti dies proximè futuros, presens Instrumentum, & omnia, & singula in ipso contenta approbabit, confirmabit, & emologabit per Instrumentum publicum, & solemne, manu publici Notarii conficiendum, cum omnibus, & singulis clausulis, & solemnitatibus necessariis, & opportunis validandum, & roborandum, & que tam de Jure, quam de consuetudine apponi debeat in similibus vel per suas litteras patentes sigillo suo munitas, & solemniter confectas, sub obligatione omnium suorum bonorum ex altera parte. Dictæ Partes nominibus antedictis sponte, & ex certa animi scientia, & non per errorem vigore dictorum suorum mandatorum, ac omni alio meliori modo, via, & forma, quibus melius potuerunt, inierunt, fecerunt, (a) conduserunt, & firmaverunt inter prelibatos Illustrissimos Dominos, Dominos suos perfectam unionem, veram intelligentiam, & bonam ligam duraturam usque, & per annos decem proximè futuros, à die celebrationis hujus Instrumenti inchoaturas pactis, modis, & conditionibus infrascriptis ut sequitur.

(a) Peut-être conclusérunt.

Promette prima lo prefato Illustrissimo Signore Meser lo Duca, al prefato Illustre Signor Miser lo Marchese de Mantoua de defendere, & mantenere quello cum li soi figlioli, & heredi in lo proprio stado, in lo qual al presente si ritrova cum tutti li soi beni, Vassalli, & Subdati, rasone, & jurisdictione, Terre, & Fortezze, le quale tene, & possede, & cusi del Marchesado de Mantoua, come del Veronese, Bressano, & Cremonese, cioè del Veronese, Castellaro Delagusello, Pischera cum lo soa Rocha, & Fortezze, Belforte, Valeppinta, Hostia cum la soa Rocha, & Fortezze, & cum le Torre le quale sono sora delle perdete, del Bressano, Redoldesco, Canede cum la Rocha, & Ponte sopra Oglio, Hostiano, Lonado cum la soa Rocha, & Fortezze, Castiono dali strevere cum la soa Rocha, Item la Villa de Solferino, Castelzufredo cum la soa Fortezza, & Asola cum le soe Roche, Item cum tutte le Fortezze, & Luoghi della soa Squadra, del Cremonese, el Revelino del Ponte doto da Canedo, Insula de Donaresi, Viadana cum la Cittadella, & Rocha, Bozolo cum la Rocha, San Martino dal Argine cum la Rocha, Dosolo, Sabioneda cum la Rocha, la Torre de Montesauro cum lo Ponte li, item el luogo de Belforte cum tutti le Beni similmente jurisdictione, & rasone, le quale el tene & possede vel quasi per ogni via in li dicti luogha, overo in li Territorii de quelli, o de alcuno de quelli, item & cum tutti li soi Recomendati, & adherenti: sono Jacomo da Gonzaga, Miser Guido de Miser Feltrino de Gonzaga cum le Castello de Nirvolara, cum el Castello, & Rocha de Bagnolo del Contado de Rezzo, & cum el Castello de Vescovado del Cremonese, Item Nicolao da Sesso cum la Forteza de Rulli, Item & cum li figholi, & heredi delli predicti; Item promette el prefato Illustrissimo Signor Miser le Duca al prefato Illustre Miser lo Marchese de Investire quello incontinente per se, & li predicti suoi Figlinoli, & heredi de tutte le predicte terre le quale el tene del Veronese, Item & de quelle del Bersano, & del Cremonese in forma valida, cioè in feudo honorifico à consiglio de savio perche epso Illustre Miser lo Marchese intende quelle reconoscere legitimamente dalla soa Celsitudine. Et promette al prefato Signor Miser lo Duca d'esser suo bono colligado, & de havere, & tractare tutti li suoi amici per amici, & li suoi inimici per inimici, & de fare per conservazione, & augamento del Stado del prefato Signor Miser le Duca, quanto sarà per lo suo proprio. Item promette epso Illustrissimo Signor Miser lo Duca al prefato Illustre Signor Miser lo Marchese, che, acquistandose Verona per le soe gente, o per quello d'epso Signor Miser lo Marchese, o per l'una o per l'altra, o per qualunque altra forma, & per lo simile Vicenza con li lor Contadi, intendande, che Bassano sia in uno delli perdicti, Che le predette Cittade, & Contado ut supra siano, & debano essere liberamente del prefato Illustre Miser lo Marchese, cio è in suo libero Dominio, e Governo Feudale, & che de tempo in tempo come se acquistasseno le predette Cittade, o alcuna de quelle, & delle Terre, & Fortezze delli dicti Contado el prefato Signor Meser lo Duca, le facia mettere subito in le mane, & obedientia del prefato Signor Miser lo Marchese, & promette epso Signor Meser lo Duca al dicto Signor Miser lo Marchese de darli tutti li adiutorii, & favori bisogneveli, & ad epso Signor Miser le Duca pertenti per li acquisti delle predicte Terre, & luoghi, & che la Celsitudine sua delle spese, che epsa sarà per li dicti acquiste, non dimandara mai per alcuno tempo, ni sarà dimandare al prefato Signor Meser lo Marchese, Anzi de quelle ex nunc gline fa fine, & remissione, & promette el prefato Signor Miser le Marchese investire quello per se, & per li suoi figlinoli, & heerde delle perdete in feudo honorifico, & validamente à consiglio de savio, & o fiano del suo Ducado, over della Jurisdizione, o rasone de quello, o non; promette epso Signor Miser le Duca al prefato Signor Miser lo Marchese de deffendere, & mantenere quello & li suoi figlivoli, & Eredi in lo Dominio, & Signoria etiam de le predicte Terre, & luogi notamente da esser acquistadi como è dicto di sopra; ma con questo pacto de volontà de li dicti dui Signori, che in le predicte, & infrascripte cose non se intenda la persona, terre, & beni del Magnifico Conte Aloysio dal Verme le quale epso Conte teneva quando se partite da i servitii di Venetiani, & fiane, ove, & come se vogliono, Anzi lo Illustre Signor Miser lo Marchese de Mantoua promette habiando Verona, & Vicenza de lassare, & de dare sel pervenesseno allo sor mane liberamente al precitato Conte Aloise ogni sua Terra, & loco, & beni, che fosseno d'epso Conte Aloiso li quali fosseno in lo terreno de Verona, & de Vincenza, o altrur, & de lasciargeli godere liberamente, & exempti da ogni cosa, cum mero, & mixto imperio. Et per forma chel prefato Conte Aloise, in per rispecto alla persona sua, ni de alcuni soi lochi terre, & beni sia obligato a persona del Mondo, scicun al prefato Signor Duca solamente, & cusi ex nunc, prout ex tunc lo predicto Signor Miser lo Marchese venendo le caso de li dicti acquisti per qualuncha forma se voglia, & sia libera, & absolve da ogni vincullo, & obligatione la persona, terre, & loci & beni del precitato Conte Aloise ut supra, & questo perchel prefato Signor Miser lo Duca cum consentimento del prefato Marchese, non vole ch' epso Conte Aloise sia obligato per se, ni per soe terre, loci, & beni in cosa veruna ad altri, che ad luy perchel hà pur caro cha una bona Cittade. Item promette le prefato Signor Miser le Duca al prefato Signor Miser lo Marchese, che figilati che siano le presenti capituli, se la sua Signoria veniffe ad fare pace, è concordio cum Venetiani, & non habiando Bergamo, ni Bressa, ni Verona ni Vicenza, de dar liberamente al prefato Signor Miser lo Marchese Cremona cum lo Cremonese, excepto Pizzigetone, & ogni altra terra che fosse sopra ad dicta investiando de quella in feudo honorifico, & promettendo de defendere lui, & li figlivoli, & eredi similmente in la Signoria de la predicta cum lo suo Territorio ut supra. Insuper non fiando acquistate ni Verona ni Vicenza in alcune soe Castelle, & acquistandose Bergamo, o Brexa, o per qualuncha altro modo li haveffe, che quelle tale Cittade, che primamente se acquistoffe, se devona consignare in possanza del prefato Signor Miser lo Marchese per sua securezza, fin à tanto se veneffe ad acquistare Verona lo quale acquistata che sia, debiafi & data, & consignata al prefato Signor Miser lo Marchese, & epso Signor Miser lo Marchese deveffe allora restituire al prefato Signor Miser le Duca Bergamo, e Bressa cum le Castelle soe chel haveffe havuto dal prefato Signor Miser lo Duca per soa segurezza fin à tanto chel haveffe havuto Verona, & sel occoreffe chel se acquistaffe alcune, ò più Castelle del Veronese, e del Vicentino, o de alcun de quelli senza la Cittade, o alcune de quele, chel dicto Signor Miser lo Duca similmente facia dare quelle in possanza del prefato Signor Miser lo Marchese Investiando quello, & promettende ut supra, *reservando semprolo cose del Conte Aloise in le quale si facia como e dicto di sopra, & in caso che non se potesse acquistare, ni havere per veruna forma le soprascripte Cittade, ni alcuna de quelle, cioè Bergamo, Brexa, Verona, Vincenza, & venendose alla pace, chel dicto Signor Miser lo Duca sia tenuto dare liberamente Cremona, & la Cremonese* ut supra *al prefato Signor Miser lo Marchese, & quello investire, & promettere de deffendere, & mantenere* ut supra, *& che all'ora lo dicto Signor Miser le Marchese sia tenuto restituire solamente le dicte Castelle del Veronese, & de Vesentina, le quale se trovasse tenere, & havere acquistate da poi la sigilatione de presenti Capituli al prefato Signor Miser lo Duca; Item promette lo prefato Signor Miser lo Duca el prefato Signor Miser lo Marchese chel non sora*

ANNO 1438.

alli

ANNO 1438.

alli ſoi ſervitii per directo, ni per indirecto, ni lasciarà eſſer per alcuna via, ſalvo cha cum el Conte Francesco ſolamente, quello inquo, e traditore ſiolo de Lodovigo, & chel non gli concederà de venire in Lombardia, ne à luy, ni à cavalli de ſoa conducta, ni gli darà, ni lasciarà dare per alcuni ſoi adjutorio, ſubſidio, ni favore alcuno per directo, ni per indirecto. Item promette epſo Signor Miſer lo Duca, al prefato Signor Miſſer lo Marcheſe dar ſoldo per cinquecento Lanze, & cinquecento Fanti per tempo de guerra, li quali ſiano dati in conducta al Illuſtre Miſer Carlo ſuo Figliolo cum el ſoldo oſato che ſe da agl' altri, promettando de non darli manco, quanto bà quello, chà miglior conditione di ſuoi, & che ogni meſe correrà le ſue pagbe, conſiderato che epſo non haverà ad haver beneficio de taxe, como bà le altre ſoe gente, ſalvo che ſel occoreſſe, che le foſſe mandato in le ſoe Terre cum el beneficio delle Taxe, che all' ora recevano tante pagbe, quante receveranno le altre ſoe gente, cive quelle che ne haveſſe più. Item, che per tempo de pace facendo reductione epſo Signor Meſſer lo Duca alle altre ſoe gente, poſſa etiamdio piacendo alla ſua Signoria redure la predicta conducta d'epſo Miſer Carlo, cum queſto chel ſia tratado in quello modo, che ſarà tractado quello, che barà miglior tractamento. Et verſa vice *venendo ad ſare acreſcimento alcuno epſo Signor Miſer lo Duca ad alcuno ſuo Capitaneo, o Conductiero ſimelmente debia creſcere ad dicto Miſer Carlo alla rata ſoa de quello che ſarà meglio tractado. Item che la perſona d'epſo Signor Miſſer lo Marcheſe non ſia obligata ad exercitarſe, ſe non quanto à lui piazerà. Item promette epſo Signor Miſer lo Duca al prefato Signor Miſer lo Marcheſe ſar exborſare ducati cinquanta per Lanza, & ſei per ſpunte de preſtanza, cioè la mitade ſigillati li preſenti Capituli, & l'altra mitade fin à dui meſi da poi. Item chel dicto Miſer Carlo haverà de proviſione quello ducato per Lanza, ch' epſo Signor Miſer lo Duca dà alli Conductieri de le altre gente ſoe. Item che continue le dicte gente ſtiano durante la dicta guerra in le terre d'epſo Signor Miſer lo Marcheſe, & à ſoa obedienza, & non de altri. Item che per tempo de pace ſe le foſſeno de biſogno eſſer adoprate altrove, debiano ſare come ſaranno le altre gente d'epſo Signor Miſer lo Duca. Item non ſia tenuto per le dicte gente, & ſanto adſerivere, ne ad ſare moſtra. Item debia principiare el ſuo ſoldo como ſeranno ſigillati li preſenti Capituli, conſiderato, chel ſe pno tenere chel babbia la dicta conducta ſoruta. Item come ſe doverà principiare la dicta guerra per epſo Signore Meſſer lo Marcheſe, ſia tenuto epſo Signor Miſer lo Duca mandar di qua lo Conte Alvyſe com la ſoa Compagnia ad ſtare in le terre d'epſo Signor Meſſer lo Marcheſe, & à ſua obedienza, ſiando lui contento de vegnire, & non contentandoſe ſia tenuto de mandarge altre tanto delle ſoe gente, che ſiano grate al prefato Signor Miſer lo Marcheſe. Item ſia tenuto ut ſupra immediate mandare in le dicte Terre Fanti cinquecento oltra li ſuoi, li Conteſtabili di quali non ſiano ſoſpecti ad epſo Signor Meſer lo Marcheſe. Item per lo ſimile ogn' altre gente, che foſſeno mandati di qua ſiano ad obedientia d'epſo Signor Miſſer lo Marcheſe, non ſiandoli la perſona del Capitaneo. Item, che alto acquiſtare de Breſſana, & del Cremoneſe non ſia obligato epſo Signor Miſer lo Marcheſe ad dare delli ſuoi homeni, ne cavri, ne ad ſare altre ſpeſe, ſe non quanto à lui piacerà de ſua bona voluntade. Item ſel prefato Signor Miſer lo Marcheſe perdeſſe alcuna ſoa Terra, che epſo Signor Miſer lo Duca ſia tenuto ad recuperarla al dicto Signor Miſer lo Marcheſe, & chel non debia mai ſare paſe, ni accordo, ſe al dicto Signor non ſerà prima reſtituite le dicte Terre, ſalvo ſel non foſſe de ſua bona voluntade. Item del reſto delli denari, che epſo Signor Miſer lo Marcheſe ſe trovaſſe dever havere dalla Signoria de Veneſia, ſia tenuto lo prefato Signor Miſer lo Duca non ſare mai pace, è accordo cum la dicta Signoria, ſe prima epſo Signor Miſer lo Marcheſe non ſerà interamente pagato, & ſatisfato. Item ſe alli Mantouani, è habitanti in le Terre del prefato Signor Miſer lo Marcheſe foſſe tolto, è retenuto alcuna ſua coſa, che haveſſeno in Veneſia, è in alcuna delle Terre, & logi della Signorie de Veneſia, epſo Signor Miſer lo Duca ſia tenuto de ſar in lo dicto caſo per li Mantouani quella medema opera chel ſaria per ricovrare la ſoua libertade ſel foſſe in preginio, & chel ſaria per li ſoi Milaneſi proprii, & per le piu care perſone chel babia in queſto Mondo ſazendo lui talmente in queſta coſa, chel prefato Signor Miſer lo Marcheſe, & li Mantouani ſteſſi ſe acorgeranno, & diranno che epſo barà ſatto, & ſarà cuſi bonamente, & realmente in le ſacti loro como el debia ſare, & che epſi medemi de chi foſſe el ſatto non poriano, ni ſapriano ſare altrimente. Item che la dicta Liga, & pacti ſe intendano cum pura, & bona ſede, & eſſer facta cum ogni ſolennità opportuna, ad conſervazione di Stada del una parte, & del altra, & ad augmento de quelle, ſigondo lando de ciaſcuno ſavio, laquale Liga comenzi queſto dì, & duri per dece anni continui.*

ANNO 1438.

Et renunciaverunt dictæ Partes dictis nominibus exceptioni non factæ, & non celebratæ, ac non enunciſe dictæ ligæ, unionis, & intelligentiæ, & exceptioni non facti, ac non celebrati preſentis contractus, & inſtrumenti, reique non ſic geſtæ ſorique Privilegio, exceptioni doli mali, & in factum, ac conditioni ſive cauſa, omnique alii exceptioni, ſuo Juri, & legum auxilio ſibi competenti vel competituro. Quæ omnia, & ſingula ſupraſcripta dictæ Partes agentes nominibus quibus ſupra, obligando bona dictorum ſuorum Dominorum preſentia & futura, ac hæredes ipſorum ſolemni ſtipulatione promiſerunt ſibi invicem preſentibus, ſtipulantibus, & recipientibus nominibus, & modis antedictis firma & rata perpetuo habere, tenere, attendere, & obſervare, & in aliquo non contrafacere vel venire, modo aliquo, ratione vel cauſa de jure, vel de facto, ſub pœna ſolemni ſtipulatione promiſſa ducatorum centum milium boni auri, & juſti ponderis, & obligatione omnium bonorum infraſcripti præfati Illuſtriſſimi Domini Domini Ducis, & dicti Illuſtris Domini Domini Marchionis Mantuæ preſentium & futurorum, cum refectione damnorum, & expenſarum litis, & extra, qua pœna ſoluta vel non, ſupraſcripta omnia, & ſingula ſint perpetuo firma, & ad majorem firmitatem prædictorum dictis Dominis Mapheus, & Zanebaldus, Procuratores, Mandatarii, & Commiſſarii ſupradicti ſponte manibus corporaliter tactis Scripturis juraverunt ad ſancta Dei Evangelia in Animas dictorum ſuorum Dominorum, vigore Mandatorum ſuorum, ſupraſcripta omnia & ſingula à ſe dicta, facta, & geſta ſic vera fuiſſe, & eſſe, & ea firma, & rata perpetuo habere, tenere, attendere, obſervare, & in aliquo non contrafacere vel venire modo aliquo, ratione vel cauſa, que dici, vel excogitari poſſit, nec non ſidem Procuratores, & Commiſſarii, atque Mandatarii in fidem, & ad majus teſtimonium, & robur prædictorum ſupraſcripta omnia & ſingula ſuis Sigillis propriis muniverunt: *i: Cum li lor Beni, raſone, jurisdicione, Vaſſalli, ſubdati e logi li quali recomendati.*

(L. S.) Ego Boſius filius quondam egregii Viri Domini Cabrini de Arivabenis de Brixia Civis Mantuæ publicus Imperiali auctoritate Notarius, ac Illuſtris, & Excelſi Domini Marchionis Mantuæ, & Secretarius ſupraſcriptis omnibus, & ſingulis interfui, & ea rogatus ſcribere pariter, & inſolidum cum infraſcriptis egregiis Viris Ludovico Caſella Notario, & Secretario prelibati Illuſtris, & Excelſi Domini Domini Marchionis Eſtenſis &c. & Petro della Eccleſia Notario Mediolanenſi, ſcripſi, & in fidem premiſſorum me ſubſcripſi, ſignumque mei Tabelionatus quo publice uror appoſui conſuetum, cum additione iſtorum verborum ut ſupra, *cum li lor Beni, raſone, jurisdicione, Vaſſalli, ſubditi, e logbi li quali recomenditi*, ſcriptorum in fine preſentis inſtrumenti cum hoc ſigno *li* cadentium in linea trigeſima nona hic ſic ut ſupra errore, & non virio ommiſſorum.

(L. S.) Ego Ludovicus Caſella filius quondam Domini Antonii de Caſellis Notarii Imperiali auctoritate Notarius publicus Ferrarienſis, nec non Scriba ſupradicti Illuſtris, & excelſi Domini Domini Marchionis Eſtenſis &c. ſupraſcriptis omnibus, & ſingulis interfui, & ea rogatus ſcribere pariter inſolidum cum ſupraſcripto egregio Viro Boſio, & cum infraſcripto egregio Viro Petro della Eccleſia Notario Mediolanenſi ſcripſi in ſcedis, & Rogitibus meis. Et in fidem me ſubſcripſi ſignumque meum in capite mei nominis conſuetum appoſui.

(L. S.) Ego Petrus della Eccleſia filius Magiſtri Giroldi publicus Imperiali auctoritate Notarius Mediolanenſis ſupraſcriptis omnibus, & ſingulis interfui, & ea rogatus ſcribere pariter, & inſolidum cum ſupraſcriptis egregiis Viris Boſio, & Ludovico ſcripſi, & in fidem me ſubſcripſi ſignumque meum conſuetum appoſui.

(L. S.) (L. S.)

Cum ejus Authentico in pergameno ſcripto, ſic ut ſupra expedito in ſecretiori Archidecali Mantuæ *Archivio*

ANNO 1438. *adſervato præſentem ſumptam Copiam omnimò conferre atteſtor,*

Ego LUDOVICUS *Nob. olim* H. OCTAVII DE MAZZIIS *filius Civis publicusque Imperiali auctoritate* Mantuæ *Notarius ac dicti ſecretorum Archiducalis Archivi Cancellarius. In quorum fidem hic me ſolita cum atteſtatione ſubſcripſi, hac die* 22. *Februarii* 1720.

Ita verum eſſe affirmo

Ego JOSEPH MARIA CASTILEONUS *ejusdem Archivii Præfectus, hac die* 23. *Februarii* 1720.

XLII.

WIR Albert ꝛc. bekennen ꝛc. als vormahls unſer lieber Herr und Vater Kayſer Sigmund löblicher gedachtnuß / dem Edlen Caſparn Slick / Unſern Cantzler / Herrn zu der weiſſen Kürchen / die Graffſchafft und Herrſchafften Toggenburg / Prettigaw / Tafas / Yellfort und Utznang mit ihren Herrlichkeiten / Mannſchafften / Wildpännen / hoyen und nidern gerichten / und fürt mit allen andern zugehörungen / Städten / Schloſſen / Dörffern / Thalern / Leuthen / geiſt- und weltlichen lehen / wie man dan die mit ſonderlichen worten benennen mag / nach tode und abgang etwan des Edlen Graff Friderichen von Toggenburg ſeel. gnädiglichen gereicht und verliehen hat / was dann ihm und dem reich darum mit rechte ledig worden und zugefallen war / nach lute eines Kayſerlichen Mereſtät Brieffs ihm darüber gegeben / der das alles klärlicher und vollichiger innehelt / und den wir auch geſehen und gehört haben: alſo haben wir mit unſeren Räthen und getreuen zwiſchen demſelben Caſparen unſeren Cantzler / und dem Edlen Graff Wilhelmen von Montfort / Herrn zu Tettnang / unſern Rath / diener und lieben getreuen / von ſeiner und ſeiner Mit-Erben wegen / der er volle macht hatte und zoge / und von derwegen Er auch zu uns komme war / nemlich den Edlen Graff Hennichen von Nydau / Wolfharten von Prandis / Türingen von Arburg / Hilbrandten von Rara / und Jorgen von Rathmis Freyen / unſern und des Reichs lieben getreuen / die dann zu ſolchen obgenannten Graffſchafften und Herrſchafften meynen rechte und nächſte Erben zu ſinde / ſo viel gerecht / daß ſie met einander von derſelben Graffſchafft und Herrſchafften güttlichen überkommen ſind / und ihm der genande Caſpar / unſer Cantzler / alle ſeine Gerechtigkeit darum abgetretten und me ſeinen offen verſigelten Brief / der das vollichig inne hilte / und den wir auch zugeſehen und gehört haben / güttlichen übergeben hat; darauff ſie uns dann zu beiden Theilen demuetiglich gebetten haben / unſern allen und gantze als ein Römiſcher König zugeben / und die dem ſo genannden Graff Wilhelmen und ſin obgenannde Mit-Erben gemeinlich von neues zu leichen und zu verleihen / deß haben wir / angeſehen ſolich zimlich und dienſtig bitten / und auch damit kreffige Kruge und uffrur der armen Leuthen darauß erwachſen und geſtehen würde / wo das nit unſern Königlichen gnaden / als uns obgemeldt fründlicher meinung nicht underſtanden und zu Ewigkeit gebraucht were. Nachdem nun wir von ſterkung des allmechtigen Gottes / als wir gäntzlichen hoffen / darzue gereeſt / und zue Römiſch-Königlich erwürdigkeiten erhebet / und mit ſonderer degere genaigt ſind / allen unſern und des Reichs Underthanen und getrewen ſind und gemach zuſchaffen / der worten / daß ſie mit uns und den Allmächtigen Gott und ſin Hunbliche Mueter die Konigin Maria Barmhertzigkeit erlangen / und uns wider der Chriſtenheit unſerer feinde die Ungläubigen / und andere unſere und des Reichs widerwärtige beſter ſterlicher hülffe und Beyſtand beweiſen mogen / und darumb mit wolbedachtem muethe / gutem Rathe unſerer fürſten ſteten getrewen / und mit rechter wiſſen / ſo haben wir zuſolcher obgemeldeten abtrettung und übergebung unſern Königlichen willen / gunſt und verhengnuß gegeben / und dun obgenanden Graff Wilhelmen von Montfort und ſin Mit-Erben / nemlich Graff Hennich von Nydau / Wolfharten von Prandis / Türingen von Arburg / Hilbrandten von Rara / und Jorgen von Rathmis Freyen / unſern und des Reichs lieben getrewen / die dann zu ſolchen obgenannten Graffſchafften und Herrſchafften meynen rechte und nächſte Erben zu ſinde / ſo viel gerecht / daß ſie met einander von derſelben Graffſchafft und Herrſchafften gütlichen überkommen ſind / und ihm der genande Caſpar / unſer Cantzler / alle ſeine Gerechtigkeit darum abgetretten und me ſeinen offen verſigelten Brief / der das vollichig inne hilte / und den wir auch zugeſehen und gehört haben / gütlichen übergeben hat; darauff ſie uns dann zu beiden Theilen demuetiglich gebetten haben / unſern allen und gantze als ein Römiſcher König zugeben / und die dem ſo genannden Graff Wilhelmen und ſin obgenannde Mit-Erben gemeinlich von neues zu leichen und zu verleihen / deß haben wir / angeſehen ſolich zimlich und dienſtig bitten / und auch dardurch kreffige Kruge und uffrur der armen Leuthen darauß erwachſen und geſtehen würde / wo das nit unſern Königlichen gnaden / als uns obgemeldt fründlicher meinung nicht underſtanden und zu Ewigkeit gebraucht were. Nachdem nun wir von ſterkung des allmechtigen Gottes / als wir gäntzlichen hoffen / darzue gereeſt / und zue Römiſch-Königlich erwürdigkeiten erhebet / und mit ſonderer degere genaigt ſind / allen unſern und des Reichs Underthanen und getrewen ſind und gemach zuſchaffen / der worten / daß ſie mit uns und den Allmächtigen Gott und ſin Hunbliche Mueter die Konigin Maria Barmhertzigkeit erlangen / und uns wider der Chriſtenheit unſerer feinde die Ungläubigen / und andere unſere und des Reichs widerwärtige beſter ſterlicher hülffe und Beyſtand beweiſen mogen / und darumb mit wolbedachtem muethe / gutem Rathe unſerer fürſten ſteten getrewen / und mit rechter wiſſen / ſo haben wir zuſolcher obgemeldeten abtrettung und übergebung unſern Königlichen willen / gunſt und verhengnuß gegeben / und dun obgenanden Graff Wilhelmen von Montfort und ſin Mit-Erben / nemlich Graff Hennich von Nydau / Wolfharten von Prandis / Türingen von Arburg / Hilbrandten von Rara / und Jorgen von Rathmis Freyen / unſern und des Reichs lieben getrewen / die dann zu ſolchen obgenannten Graffſchafften und Herrſchafften meynen rechte und nächſte Erben zu ſinde / ſo viel gerecht / daß ſie met einander von derſelben Graffſchafft und Herrſchafften gütlichen überkommen ſind / und ihm der genande Caſpar / unſer Cantzler / alle ſeine Gerechtigkeit darum abgetretten und me ſeinen offen verſigelten Brief / der das vollichig inne hilte / und den wir auch zugeſehen und gehört haben / gütlichen übergeben hat; darauff ſie uns dann zu beiden Theilen demuetiglich gebetten haben / unſern allen und gantze als ein Römiſcher König zugeben / und die dem ſo genannden Graff Wilhelmen und ſin obgenannde Mit-Erben gemeinlich von neues zu leichen und zu verleihen / deß haben wir / angeſehen ſolich zimlich und dienſtig bitten / und auch dardurch kreffige Kruge und uffrur der armen Leuthen darauß erwachſen und geſtehen würde / wo das nit unſern Königlichen gnaden / als uns obgemeldt fründlicher meinung nicht underſtanden und zu Ewigkeit gebraucht were. Nachdem nun wir von ſterkung des allmechtigen Gottes / als wir gäntzlichen hoffen / darzue gereeſt / und zue Römiſch-Königlich erwürdigkeiten erhebet / und mit ſonderer degere genaigt ſind / allen unſern und des Reichs Underthanen und getrewen ſind und gemach zuſchaffen / der worten / daß ſie mit uns und den Allmächtigen Gott und ſin Hunbliche Mueter die Konigin Maria Barmhertzigkeit erlangen / und uns wider der Chriſtenheit unſerer feinde die Ungläubigen / und andere unſere und des Reichs widerwärtige beſter ſterlicher hülffe und Beyſtand beweiſen mogen / und darumb mit wolbedachtem muethe / gutem Rathe unſerer fürſten ſteten getrewen / und mit rechter wiſſen / ſo haben wir zuſolcher obgemeldeten abtrettung und übergebung unſern Königlichen willen / gunſt und verhengnuß gegeben / und dun obgenanden Graff Wilhelmen von Montfort und ſin Mit-Erben / nemlich Graff Hennich von Nydau / Wolfharten von Prandis / Türingen von Arburg / Hilbrandten von Rara / und Jorgen von Rathmis Freyen / unſern und des Reichs lieben getrewen / die dann zu ſolchen obgenannten Graffſchafften und Herrſchafften meynen rechte und nächſte Erben zu ſinde / ſo viel

gerecht / daß ſie met einander von derſelben Graffſchafft und Herrſchafften gütlichen überkommen ſind / und ihm der genande Caſpar / unſer Cantzler / alle ſeine Gerechtigkeit darum abgetretten und me ſeinen offen verſigelten Brief / der das vollichig inne hilte / und den wir auch zugeſehen und gehört haben / gütlichen übergeben hat; darauff ſie uns dann zu beiden Theilen demuetiglich gebetten haben / unſern allen und gantze als ein Römiſcher König zugeben / und die dem ſo genannden Graff Wilhelmen und ſin obgenannde Mit-Erben gemeinlich von neues zu leichen und zu verleihen / deß haben wir / angeſehen ſolich zimlich und dienſtig bitten / und auch dardurch kreffige Kruge und uffrur der armen Leuthen darauß erwachſen und geſtehen würde / wo das nit unſern Königlichen gnaden / als uns obgemeldt fründlicher meinung nicht underſtanden und zu Ewigkeit gebraucht were. Nachdem nun wir von ſterkung des allmechtigen Gottes / als wir gäntzlichen hoffen / darzue gereeſt / und zue Römiſch-Königlich erwürdigkeiten erhebet / und mit ſonderer degere genaigt ſind / allen unſern und des Reichs Underthanen und getrewen ſind und gemach zuſchaffen / der worten / daß ſie mit uns und den Allmächtigen Gott und ſin Hunbliche Mueter die Konigin Maria Barmhertzigkeit erlangen / und uns wider der Chriſtenheit unſerer feinde die Ungläubigen / und andere unſere und des Reichs widerwärtige beſter ſterlicher hülffe und Beyſtand beweiſen mogen / und darumb mit wolbedachtem muethe / gutem Rathe unſerer fürſten ſteten getrewen / und mit rechter wiſſen / ſo haben wir zuſolcher obgemeldeten abtrettung und übergebung unſern Königlichen willen / gunſt und verhengnuß gegeben / und dun obgenanden Graff Wilhelmen von Montfort und ſin Mit-Erben / nemlich Graff Hennich von Nydau / Wolfharten von Prandis / Türingen von Arburg / Hilbrandten von Rara / und Jorgen von Rathmis Freyen / unſern und des Reichs lieben getrewen / die dann zu ſolchen obgenannten Graffſchafften und Herrſchafften meynen rechte und nächſte Erben zu ſinde / ſo viel

LII.

6. Juillet. PAX, CONCORDIA, *& UNIO inter* ECCLESIAM LATINAM, *&* ECCLESIAM GRÆCAM; *cum Definitione Articulorum Catholicæ fidei in quibus Græci diſſidebant, ita ut de Primatu Romani Pontificis in univerſa Eccleſia, tanquam ſucceſſoris Beati* PETRI, *&* CHRISTI *Vicarii, nec non de Ordine Patriar-*

ANNO 1439.

triarcharum. Actum in publica Seſſione Concilii Florentini. Pridie Nonas Julii 1439. [Collectio Regia Conciliorum Tom. XXXII. pag. 522. & Tom. XXXIII. pag. 497. PHIL. LABBE Collectio Conciliorum Tom. XIV. col. 510. Bullarium Magnum Tom. I. pag. 353. Raynaldi Continuatio Annalium Cæs. BARONII Tom XVIII. Anno 1439.]

EUGENIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam conſentiente ad infraſcripta cariſſimo in Chriſto filio noſtro Joanne Palæologo Romæorum Imperatore illuſtri, & loca tenentibus venerabilium fratrum noſtrorum Patriarcharum, & cæteris orientalem Eccleſiam repreſentantibus.

Lætentur Cœli & exultet terra: ſublatus eſt enim de medio paries qui Occidentalem Orientalemque dividebat Eccleſiam, & pax atque concordia redit, illo angulari lapide Chriſto, qui fecit utraque unum, vinculo fortiſſimo Caritatis & Pacis utrumque jungente parietem & perpetuæ unitatis fœdere copulante ac continente; poſtquæ longam mœroris nebulam, & diſſidii diuturni atram ingratamque caliginem, ſerenum omnibus unionis optatæ jubar illuxit. Gaudeat & mater Eccleſia, quæ filios ſuos hactenus invicem diffidentes, jam videt in unitatem pacemque redijſſe: & quæ antea in eorum ſeparatione amariſſime flebat, ex ipſorum modo mira concordia cum ineffabili gaudio omnipotenti Deo gratias referat.

Cuncti gratulentur fideles ubique per orbem; & qui Chriſtiano cenſentur nomine matri Catholicæ Eccleſiæ collætentur. Ecce enim Occidentales Orientalesque Patres poſt longiſſimum diſſenſionis atque diſcordiæ tempus, ſe maris ac terræ periculis exponentes, omnibusque ſuperatis laboribus, ad hoc ſacrum Oecumenicum Concilium deſiderio ſacratiſſimæ unionis, & antiquæ caritatis reintegrandæ gratia, læti alacreſque convenerunt, & inrentione ſua nequaquam fruſtrati ſunt. Poſt longam enim laborioſamque indaginem, tandem Spiritus Sancti clementia ipſam optatiſſimam ſanctiſſimamque unionem conſecuti ſunt. Quis igitur dignas omnipotentis Dei beneficiis gratias referre ſufficiat? quis autem divinæ miſerationis divitias non obſtupeſcat? cujus vel ferreum pectus tanta ſupernæ pietatis magnitudo non molliat? Sunt iſta prorſus divina opera, non humanæ fragilitatis inventa; atque ideo eximia cum veneratione ſuſcipienda, & diviuis laudibus proſequenda. Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio, Chriſte, fons miſericordiarum, qui tantum boni Sponſæ tuæ Catholicæ Eccleſiæ contuliſti atque in generatione noſtra tuæ pietatis miracula demonſtraſti ut enarrent omnes mirabilia tua. Magnum ſiquidem divinumque munus nobis Deus largitus eſt; oculiſque videmus, quod ante nos multi, cum valde cupierint, aſpicere nequiverunt. Convenientes enim Latini & Græci in hac Sacroſancta Oecumenica Synodo, magno ſtudio invicem uſi ſunt, ut inter alia etiam Articulus iſte de divina Spiritus Sancti Proceſſione ſumma cum diligentia & aſſidua inquiſitione diſcuteretur prolatis vero teſtimoniis ex divinis Scripturis, pluriminſque auctoritatibus Sanctorum Doctorum Orientalium & Occidentalium, aſtquibus quidem ex Patre & Filio, quibusdam vero ex Patre per Filium procedere dicentibus Spiritum, & ad eamdem intelligentiam aſpicientibus omnibus ſub diverſis vocabulis, Græci quidem aſſeruerunt, quod id, quod dicunt Spiritum Sanctum ex Patre procedere, non hac mente proferunt, ut excludant Filium, ſed quia eis videbatur, ut aiunt, Latinos aſſerere Spiritum ex Patre & Filio procedere tamquam ex duobus principiis & duabus ſpirationibus, ideo abſtinuerunt a dicendo, quod Spiritus Sanctus ex Patre procedat & Filio. Latini veto affirmarunt, non ſe hac mente dicere, Spiritum Sanctum ex Patre Filioque procedere, ut excludant Patrem, quin ſit fons ac principium totius Deitatis, Filii ſcilicet ac Spiritus Sancti; aut quod id, quod Spiritus Sanctus procedit ex Filio, Filius a Patre non habeat; ſive quod duo ponant eſſe Principia, ſeu duas ſpirationes: ſed unum tantum aſſerant eſſe Principium, unicamque ſpirationem Spiritus Sancti pront hactenus aſſeruerunt. Et cum ex his omnibus unus & idem eliciatur veritatis ſenſus, tandem infraſcriptam ſanctam & Deo amabilem eodem ſenſu eademque mente unionem unanimiter concordarunt & conſenſerunt. In nomine igitur Sanctæ Trinitatis, Patris & Filii, & Spiritus Sancti, hoc Sacro univerſali approbante Florentino Concilio diffinimus ut hæc fidei veritas ab omnibus Chriſtianis credatur & ſuſcipiatur, ſicque omnes profiteantur, quod Spiritus Sanctus ex Patre & Filio æternaliter eſt & eſſentiam ſuam, ſuumque eſſe ſubſtitens habet ex Patre ſimul & Filio, & ex utroque æternaliter tamquam ab uno Principio & unica ſpiratione procedit; declarantes quod id, quod Sancti Doctores & Patres dicunt, ex Patre per Filium procedere Spiritum Sanctum ad hanc intelligentiam tendit, ut per hoc ſignificetur Filium quoque eſſe ſecundum Græcos quidem cauſam, ſecundum Latinos vero principium ſubſiſtentiæ Spiritus Sancti, ſicut & Patrem. Et quoniam omnia, quæ Patris ſunt, Pater ipſe unigenito Filio ſuo gignendo dedit, præter eſſe Patrem, hoc ipſum quod Spiritus Sanctus procedit ex Filio, ipſe Filius à Patre æternaliter habet, a quo etiam æternaliter genitus eſt diffinimus inſuper, explicationem illorum verborum, *Filioque*, veritatis declarandæ gratia, & imminente tunc neceſſitate, licite ac rationabiliter Symbolo fuiſſe appolitam; Item, in azymo ſive fermentato pane triticeo, Corpus Chriſti veraciter confici Sacerdoteſque in altero ipſum Domini Corpus conficere debere unumquemque, ſcilicet juxta ſuæ Eccleſiæ, ſive Occidentalis, ſive Orientalis, conſuetudinem; Item, ſi vere pœnitentes in Dei carnate decellerint, antequam dignis pœnitentiæ fructibus de commiſſis ſatisfecerint & omiſſis eorum animas pœnis purgatoris poſt mortem purgari, & ut a pœnis hujuſmodi releventur, prodeſſe eis fidelium vivorum ſuffragia, Miſſarum ſcilicet ſacrificia, Orationes & eleemolynas & alia pietatis officia quæ a fidelibus pro aliis fidelibus fieri conſueverunt, ſecundum Eccleſiæ inſtituta; illorumque animas, qui poſt baptiſma ſuſceptum, nullam omnino peccati maculam incurrerunt; illas etiam quæ poſt contractam peccati maculam, vel in ſuis corporibus, vel eisdem exutæ corporibus, prout ſuperius dictum eſt, ſunt purgatæ, in Cœlum mox recipi, & intueri clare ipſum Deum trinum & unum, ſicuti eſt, pro meritorum tamen diverſitate alium alio perfectius: illorum autem animas qui in actuali mortali peccato vel ſolo originali decedunt, mox in infernum deſcendere, pœnis tam diſparibus puniendas. Item diffinimus Sanctam Apoſtolicam Sedem, & Romanum Pontificem in univerſum Orbem tenere Primatum & ipſum Pontificem Romanum Succeſſorem eſſe beati Petri Principis Apoſtolorum & verum Chriſti Vicarium totiuſque Eccleſiæ Caput & omnium Chriſtianorum Patrem ac Doctorem exiſtere; & ipſi in beato Petro paſcendi, regendi ac gubernandi univerſalem Eccleſiam à Domino noſtro Jeſu Chriſto plenam poteſtatem traditam eſſe; quemadmodum etiam in geſtis Oecumenicorum Conciliorum & in Sacris Canonibus continetur. Renovantes inſuper ordinem traditum in Canonibus ceterorum venerabilium Patriarcharum; ut Patriarcha Conſtantinopolitanus ſecundus ſit poſt Sanctiſſimum Romanum Pontificem, tertius vero Alexandrinus, quartus autem Antiochenus & quintus Hieroſolymitanus; ſalvis videlicet privilegiis omnibus & juribus eorum. Datum Florentiæ in Seſſione publica Synodali ſolenniter in Eccleſia Majori celebrata, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo triceſimo nono, pridie Nonas Julii, Pontificatus noſtri Anno nono.

ANNO 1439.

Ego Eugenius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ita definiens ſubſcripſi. *Adjutor & Protector meus es tu, Domine. Ne derelinquas me, Deus meus.*

Ego N. tituli Sanctæ Crucis Presbyter Cardinalis ſupradictis definitionibus tamquam veris & Catholicis me ſubſcripſi.

Ego F. tituli Sancti Clementis Presbyter Cardinalis ſupradictis definitionibus me ſubſcripſi.

Ego A. tituli Sancti Marci Presbyter Cardinalis me ſubſcripſi.

Ego Jul. tituli Sanctæ Sabinæ Presbyter Cardinalis me ſubſcripſi.

Ego Antonius Epiſcopus Oſtienſis Cardinalis Bononienſis ſupradictas definitiones veras & Catholicas eſſe affirmo, & ſubſcripſi.

Ego Beranda Epiſcopus Portuenſis Cardinalis Placentinus ſupradictas definitiones veras & Catholicas eſſe affirmo, & ſubſcripſi.

Ego Proſper tituli Sancti Georgii ad Velum aureum Diaconus Cardinalis de Columna ſubſcripſi.

Dominicus Sanctæ Mariæ in Via lata Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconus Cardinalis ſubſcripſi.

Joannes Palæologus fidelis in Chriſto Rex & Imperator Romæorum ſubſcripſi.

Antonius humilis Metropolita Heracleenſis & Primarius Ædeſſenorum, totius Thraciæ & Macedoniæ Primus & Philothei Sanctiſſimi Sedis Apoſtolicæ Alexandri-

ANNO 1439.

andrinæ Patriarchæ locum tenens ſubſcripſi.
Gregorius Hieromonachus, Proto-Syncellus, à Confeſſionibus locum tenens ejusdem Apoſtolicæ Sedis Sanctiſſimi Patriarchæ Alexandrini D. Domini mei Philothei ſubſcripſi.
Iſidorus Metropolita Kiævienſis totiusque Ruſſiæ, & (a) locorum tenens ejusdem Apoſtolicæ Sedis Sanctiſſimi Patriarchæ Antiocheni Domini Dorothei ſatis habens ſubſcripſi.
(a) Pro-tem locum.
Humilis Metropolita Monembaſienſis & locum tenens Apoſtolicæ Sedis Hieroſolymorum Domini Joachimi Doſitheus contentus ſubſcripſi.
Humilis Metropolita Cyzici & locum ſupplens Ancyrani, Metrophanes contentus ſubſcripſi.
Humilis Metropolita Trapezuntius, & locum ſupplens Cæſareenſis, Dorotheus contentus ſubſcripſi.
Beſſarion miſeratione divina Archiepiſcopus Nicænus & locum ſupplens Metropolitæ Sardium contentus ſubſcripſi.
Humilis Metropolita Nicomedienſis Macarius contentus ſubſcripſi.
Humilis Metropolita Tornobi, & locum ſupplens Nicomedienſis Ignatius contentus ſubſcripſi.
Humilis Metropolita Mitylenenſis & locum ſupplens Sidenſis Dorotheus contentus ſubſcripſi.
Humilis Metropolita Muldoblachienſis & locum ſupplens Sebaſtenſis Damianus contentus ſubſcripſi.
Humilis Metropolita Amaſiæ Joaſaph contentus ſubſcripſi.
Humilis Metropolita Rhodi, & Cycladum Nathanael contentus ſubſcripſi.
Ego Baſilius Patriarcha Hieroſolymitanus, ſubſcripſi.
Ego Marcus Patriarcha Gradenſis me ſubſcripſi.
Ego Joannes Epiſcopus Morinenſis Illuſtriſſimi Domini Ducis Burgundiæ & Brabantiæ Orator me ſubſcripſi.
Ego Joannes Epiſcopus Nivernenſis ejuſdem Domini Ducis Orator me ſubſcripſi.
Ego Bartholomæus Spalatenſis me ſubſcripſi.
Ego Fantinus Archiepiſcopus Cretenſis, me ſubſcripſi.
Ego Julianus Archiepiſcopus Piſanus me ſubſcripſi.
Ego Andreas Archiepiſcopus Coloſſenſis, me ſubſcripſi.
Ego Nicolaus Archiepiſcopus Capuanus me ſubſcripſi.
Ego Ludovicus Archiepiſcopus Florentinus, me ſubſcripſi.
Ego Latinus de Urſinis, Archiepiſcopus Trojanus, me ſubſcripſi.
Ego Benedictus Archiepiſcopus Compſanus, me ſubſcripſi.
Ego Jacobus Epiſcopus Adrienſis, me ſubſcripſi.
Ego Petrus Epiſcopus Paduanus, me ſubſcripſi.
Ego Daniel Epiſcopus Coucordienſis, me ſubſcripſi.
Ego Antonius Portugallenſis Epiſcopus me ſubſcripſi.
Ego Bartholomæus Epiſcopus Valvenſis, me ſubſcripſi.
Ego Thomas Epiſcopus Farenſis, me ſubſcripſi.
Ego Chriſtophorus Epiſcopus Armienſis, me ſubſcripſi.
Ego Amicus Epiſcopus Aquilenſis, me ſubſcripſi.
Ego Petrus Epiſcopus Dignenſis me ſubſcripſi.
Ego Joannes Epiſcopus Ferrarienſis, me ſubſcripſi.
Ego Valentinus Epiſcopus Ortanus, me ſubſcripſi.
Ego Joannes Epiſcopus Arbenſis, me ſubſcripſi.
Ego Bernotius Epiſcopus Eſculanus, me ſubſcripſi.
Ego Carolus Senenſis Epiſcopus, me ſubſcripſi.
Ego Andreas Epiſcopus Megarenſis, me ſubſcripſi.
Ego Carolus Epiſcopus olim Mutinenſis, me ſubſcripſi.
Ego Nicolaus Epiſcopus Tyburtinus, me ſubſcripſi.
Ego Antonius Epiſcopus Graſſenſis, me ſubſcripſi.
Ego Angelus Epiſcopus Barenſis, me ſubſcripſi.
Ego Petrus Epiſcopus Anſarenſis, me ſubſcripſi.
Ego Mathæus Epiſcopus Zapatenſis, me ſubſcripſi.
Ego Angelus de Graſſis Epiſcopus Arianenſis me ſubſcripſi.
Ego Petrus Epiſcopus Meſſanenſis, me ſubſcripſi.
Ego Petrus Epiſcopus Cavallicenſis, me ſubſcripſi.
Ego Antonius Epiſcopus Cæſenarenſis me ſubſcripſi.
Ego Donatus Epiſcopus Piſtorienſis, me ſubſcripſi.
Ego Scipio Epiſcopus Mutinenſis, me ſubſcripſi.
Ego Chriſtophorus Cortonenſis Epiſcopus me ſubſcripſi.
Ego Andreas Epiſcopus Conſeranenſis me ſubſcripſi.
Ego Alexius Epiſcopus Cluſinus, me ſubſcripſi.
Ego Garſias Epiſcopus Tudenſis, me ſubſcripſi.
Ego Gregorius Epiſcopus Granatenſis, me ſubſcripſi.
Ego Aimericus Epiſcopus Montis Regalis me ſubſcripſi.
Ego Baptiſta electus & confirmatus Theatinus me ſubſcripſi.
Ego Nicolaus Tricaricenſis me ſubſcripſi.
Ego Joannes electus, & confirmatus Agamenſis, me ſubſcripſi.
Ego Guilielmus electus & confirmatus Leonenſis, me ſubſcripſi.
Ego Andreas Epiſcopus Roſſenſis, me ſubſcripſi.
Ego Matthæus Epiſcopus Cortonienſis, me ſubſcripſi.
Ego Julianus electus & confirmatus Citridenſis me ſubſcripſi.
Ego Joannes Epiſcopus Canapenſis, me ſubſcripſi.
Ego Thaddæus Epiſcopus Acceſſiarenſis, me ſubſcripſi.
Ego Petrus Archidiaconus Trecenſis, Ambaſiator Illuſtriſſimi Ducis Burguudiæ & Brabantiæ, me ſubſcripſi.
Ego Zanonus Epiſcopus Bajocenſis, me ſubſcripſi.
Ego Laurentius Epiſcopus Acherontinus, me ſubſcripſi.
Ego Ludovicus Epiſcopus Terviſinus, me ſubſcripſi.
Ego Joannes de Mella electus & confirmatus Legionenſis, me ſubſcripſi.
Ego Guilielmus electus & confirmatus Andegavenſis, me ſubſcripſi.
Ego Ambroſius Generalis Ordinis Carthalulenſium, me ſubſcripſi.
Ego Frater Guilielmus Generalis Minorum, me ſubſcripſi.
Ego Girardus Frater Generalis Auguſtinenſium me ſubſcripſi.
Ego Placidus Generalis Vallis Umbroſæ, me ſubſcripſi.
Ego Comerius Abbas Florentinus, me ſubſcripſi.
Ego Joannes de Urſinis Abbas Farſenſis, me ſubſcripſi.
Ego Antonius Abbas Sancti Caprotii, me ſubſcripſi.
Ego Federicus Abbas de Borto, me ſubſcripſi.
Ego Georgius Abbas Deſerenſis, me ſubſcripſi.
Ego Antonius Abbas de Alphyllo, me ſubſcripſi.
Ego Franciſcus Abbas Sancti Leonardi, me ſubſcripſi.
Ego Bartholomæus Abbas Compaſilonis, me ſubſcripſi.
Ego Sepulcrus Abbas Urbis, me ſubſcripſi.
Ego Angelus Abbas de Scyto, me ſubſcripſi.
Ego Paicharius Abbas Sancti Sepulcri, me ſubſcripſi.
Ego Benedictus Abbas de Coner, me ſubſcripſi.
Ego Jacobus Sancti Salmi, me ſubſcripſi.
Ego Aloyſius Abbas Sancti Pauli, me ſubſcripſi.
Ego Joannes Abbas de Tyro me, ſubſcripſi.
Ego Daniel Abbas de Tarralino, me ſubſcripſi.
Ego Benedictus Abbas Sancti Pancratii, me ſubſcripſi.
Ego Franciſcus Abbas Sanctæ Mariæ de Pariano, me ſubſcripſi.
Ego Joannes Gratianus Abbas de Rupolis, me ſubſcripſi.
Ego Angelus Abbas Sanctæ Mariæ de Piſtorio, me ſubſcripſi.
Ego Nicolaus Abbas Sancti Modeſtirecenſis, me ſubſcripſi.
Ego Jacobus Sancti Salvacis de Frame Abbas, me ſubſcripſi.
Ego Bertacius Abbas Montis Plani Piſtorienſis, me ſubſcripſi.
Ego Petrus Abbas Sancti Felicis de Florentia, me ſubſcripſi.
Ego Nicolaus Abbas Sanctæ Mariæ de Diciano, me ſubſcripſi.
Ego Bartholomæus Abbas de Vibona, me ſubſcripſi.
Ego Laurentius Abbas de Culoros, me ſubſcripſi.
Ego Fredericus Abbas Sancti Pantaleonis, me ſubſcripſi.

ANNO 1439.

ANNO 1439. Ego Locas Abbas Stuant. in Alpibus, me ſubſcripſi.
Ego Lucas Abbas Facundus, me ſubſcripſi.
Ego Jacobus Abbas Monaſterii Sancti Petri de Maſſa, me ſubſcripſi.
Ego Franciſcus Abbas Sanctorum Martyrum Cordubenſium, me ſubſcripſi.
Ego Guilielmus Abbas Sancti Salvatoris Burdigalenſis, me ſubſcripſi.
Ego Antonius Sanctorum Salvatoris, & Vigilii de Senis, me ſubſcripſi.
Ego Georgius Abbas Sancti Petri de Eugubio, me ſubſcripſi.
Ego Gabriel Abbas Sancti Jacobi de Pontada, me ſubſcripſi.
Ego Bernardus Abbas Sanctæ Mariæ de Marona me ſubſcripſi.
Ego Hieronymus Abbas Sanctæ Gundæ, me ſubſcripſi.
Ego Dionyſius Sanctæ Mariæ de Sandiſagienſi, me ſubſcripſi.
Ego Maphæus Abbas Sanctæ Firmidæ de Verona me ſubſcripſi.
Ego Timotheus Abbas Sancti Andreæ de Mantua me ſubſcripſi.

LIII.

8. Juill. **Aufnehmung der Reichs-Stadt Haylbrunn in die verlängerung des Land-fridens zwiſchen den Städten Eſſlingen/ Reutlingen und Wyl/ geſchehen an St. Kilians-Tag** Anno 1439. PHIL. DATT, Volumen Rerum Germaniear. Novum Libr. I. Cap. XII. pag. 88. §. 8.]

C'eſt-à-dire,

Reception de la Ville d'Haylbron *dans la Prolongation de l'Union de* PAIX PUBLIQUE *entre les Villes*, d'Eſſlingen, *de* Reutlingen, *& de* Weyl. *Le jour de St. Kylian ann.* 1439.

WIr die Burgermeiſter/ Rete und alle Burgere gemeinlich/ Riche und arme/ deß heiligen Römiſchen Richs Statt Haylbron/ vergehen und bekennen uns offenlich an diſem brief und tun kunt allermenglich/ daß wir gar bereitenlich mit guten fürſinnen/ wolbedachtem mute und mit rechter wiſſend/ dem allmechtigat Gott/ ſiner lieben Mueter Marien zu lobe/ und von unſer und gemeines landes beſunders nutes wegen/ und auch umb daß/ daß wir uns by dem heiligen Römiſchen Riche deſt baß beheben mugen/ und deſt minder davon getrungen werden/ in ſolch ſtrumliches verenung die die Erſamen/ fürſichtigen und wiſen/ Burgermeiſter/ Rete und alle Burgere gemeinlich der dreyer Stete/ Eſſlingen/ Rutlingen und Wyle/ unſer beſunder gute fründe/ untereinander alſo eine lange geholten haben/ und die deſ erſten angefangen iſt/ an Sant Fachtmon tag/ der heiligen Jungfrawen/ da man zalt von Chriſtus geburte/ vierzehenhundert Jare/ und in dry und driſſigſten Jare und darnach von denſelben dreien Stetten erlanget werden iſt/ an ſant Ulrichs abend/ deß heiligen Biſchoffs/ da man zalt von Chriſtus geburte/ vierzehen hundert Jare und in Sieben und driſſigſten Jare/ und weren ſol biß uf Sant Gergen tag/ der da wirt in dem Jare/ alß man zelen wirt von Chriſtus geburte vierzehenhundert Jare und in dri und vierzigſten Jare/ alß den ſolch vereinung und Ir erlengerung beſigelt brief/ die dieſelben drey Stette mit einander gemacht und beſigelt haben/ mit allen punkten und artickeln/ die darzu dienend/ clerlich uſwiſent/ willklich ingegangen und getreten ſin/ uf ſolt datum deß briefs/ alſo uß er ſchedenlich/ weß ſich dieſelben drey Stetten gen einander verbuntlich gemacht und verſchriben han/ nach uſwyſung der vergenanten Irer vereinung und Irer erlengerung brief/ daß auch alſo wir die obgenanten von Haylbron in deſſelben glichen auch verbuntlich ſin ſollen und wollen/ getrulich on alle argliſt und geverde. Doch uſgenomen/ ob dieſelben verbenanten drey Stette gemeinlich oder Ir jeglich unſonderheit yet elter ſolchen heten/ die ſich vor datum diß briefs erhaben henten/ darzu ſollen wir Ir nit verbuntlich noch hulflich ſin. Deßglichen/ ob wir die vergenanten von Haylbron yet elter ſachen henten/ die ſich vor datum diß briefs erhaben hent/ darzu ſollten uns die vergenanten drey Stett auch nicht verbunnelich noch hulflich ſin/ alles on geverde und ſulch unſer Inkomen und mogen in die Ir vereinung haben wir getan mit verdenhalbhundert pfunden unſer anzale/ nach derſelben ſum wir zu Reinmugen dieſer verenung angelet werden ſollen/ und nit hoher on alle geverde. Und alſo heben wir vorgenante Burgermeiſter/ der Rete/ und burgere gemeinlich/ Riche und arme zu Haylbronn gelobt und verſprochen in unſer ande/ die wir uplich und uſgeſchaiden mugern und geleren worten hinder geſworn hon/ den vorgenanten dreien Stetten/ Eſſlingen/ Rutlingen/ und Wyle/ ſulch unſern Inkomen und empfelch in die Ir vereinung und alleſ/ ſo in derſelben verenung und erlengerungs briefen geſchriben ſtet/ getrulich/ ouch wore und ſtete ze holten/ zu lieſten und zu volleſtren/ von hute darum diß briefs/ die zeite derſelben vereinung und erlengerung uß und noch diß briefs lute und ſage/ on alle geverde. Und in deſer vereinung nemen wir von Haylbronn uß den hochgebornen fürſten und herren/ herrn Ludwigen Pfalzgraven by Rine/ deß heiligen Römiſchen Richs Ertztruchſeſſen und Herzogen in Bayern/ unſern gnedigen lieben herren/ und unſere gute Frunde/ die von Wumpfen/ mit den wir vor in verſchriben vereinung ſin. Und diß alles zu wahrer urkunde und ganzer veſtikeit/ ſo heben wir die vergenanten von Haylbronn unſer Statt groß Ingeſigel offenlich gehenkt an diſen brief/ der geben iſt/ an ſant Kilians tag und ſiner geſellſchafft der heiligen Martrer. Do man zelt von Chriſts geburte/ vierzehen hundert Jare und dornach in dem Neün und dreyzigſten Jare.

ANNO 1439.

LIV.

Decretum CONCILII FLORENTINI *quo Decretum* BASILEENSE de Poteſtate Concilii Generalis ſupra Papam, *damnatur & reprobatur; quæcumque per Baſileenſes attentata, tamquam ab impiis hominibus, & nullam poteſtatem habentibus, ſed à Deo abjectis & reprobatis, nulla, caſſa & irrita declarantur. Datum Florentiæ in Seſſione publica, pridie Nonas Septembris Anno Incarnationis Dominicæ* 1439. [Conciliorum Collectio Regia, Tom. XXXIII. pag. 527. PHIL. LABBEI Concilior. Collect. Tom. XIV. col. 1186. RAYNALDI Continuatio Annalium CÆSAR. BARONII, Tom. XVIII. Anno 1439.] 4. Sept.

Eugenius Epiſcopus Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

MOYSES Vir Dei, Populi ſibi commiſſi ſalutem zelans, timensque ne ob ſeditioſorum ſchisma Core, Dathan, & Abiron, ira Dei in ipſum populum, ſi illos conſequeretur; inſurgeret, juſſu Domini dixit ad plebem univerſam: *Recedite a Tabernaculis impiorum hominum, & nolite tangere quæ ad eos pertinent ne involvamini in peccatis eorum.* Senſerat enim, ipſo Domino inſpirante, ſeditioſos & ſchismaticos illos ultionem graviſſimam excepturos, ſicut poſtmodum rei monſtravit eventus, dum nec ipſa terra eos potuit ſuſtinere, ſed juſto Dei judicio illos abſorbuit, ut descenderent in infernum viventes. Sic & nos quibus, licet immeritis, Dominus Jeſus Chriſtus populum ſuum, committere dignatus eſt, audientes illud execrabile ſcelus, quod quidam perditi homines Baſileæ commorantes ad ſcindendam Sanctæ Eccleſiæ unitatem proximis diebus machinati ſunt, metuentesque ne quos incautos ſeducant fraudibus & venenis inficiant, ad ipſum Domini noſtri Jeſu Chriſti populum nobis creditum clamare pari voce compellimur: *Recedite à tabernaculis hominum impiorum*, cum longe amplior ſit plebs Chriſtiana quam illa tunc Judæorum: Eccleſia ſanctior quam Synagoga, & Chriſti Vicarius ipſo Moyſe auctoritate & dignitate ſuperior.

Quam Baſileenſem impietatem dudum prævidere cœpimus, quandoquidem illud tunc Baſileenſe Concilium intuebamur jam in tyrannidem profabi, dum multi etiam inferioris gradus ad illud veniendum, ſtandumque pro libitu factionis auctorum cogerentur, dum nonnullorum vota & judicia diverſis artibus extorquerentur, dum conſpirationibus, conjurationibus, monopoliis & conventiculis pene omnia cederent, & pro ambitione Papatus diuturna protractio ipſius Concilii quæreretur. Ubi denique innumeræ novitates, inordinationes, deformitates, & quaſi infinita patrabantur mala, ad quod etiam Laici & Clerici infra ſacros Ordines conſtituti, ignorantes, inexperti, vagi, dyscoli, profugi, Apoſtatæ, de criminibus condemnati, & de carceribus fugientes, nobis & ſuis Superioribus rebelles, & reliqua illiusmodi hominum monſtra concurrerent, qui & ab ipſis ſcelerum Magiſtris in omnem corruptionis labem facile trahebantur.

Adverti mus etiam ad illud ſanctiſſimum opus Unionis Orientalis Eccleſiæ, quod per quorumdam factioſorum Baſileenſium frandes omnino periclitari videbamus; & idcirco tantis malis, quantum in nobis erat, providere cupientes ex prædictis & aliis rationabilibus & neceſſariis cauſis, de quibus in Decreto tranſlationis plenius cominetur, præfatum tunc Baſileenſe Concilium, de venerabilium fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio, plurimis venerabilibus fra-

ANNO 1439. fratribus & dilectis filiis Archiepiscopis, Episcopis, Electis, Abbatibus & aliis Ecclesiarum Prælatis & Magistris ac Doctoribus id laudantibus ad Civitatem Ferrariensem transtulimus, ubi etiam cum Occidentali & Orientali Ecclesia Concilium Oecumenicum, Domino disponente, fundavimus, deinde morbo pestis supervenient & continuante, ad hanc Civitatem Florentinam, ejus gratia annuente, eodem approbante Concilio, transtulimus, in qua ipse piissimus & clementissimus Deus ostendit mirabilia sua, ut scilicet schisma illud perniciosissimum, quod in Dei Ecclesia per quingentos fere annos cum maximo totius Christianitatis detrimento duraverat, & ad illud extirpandum plurimi sancti Romani Pontifices prædecessores nostri, multique Reges & Principes & alii Christiani magnis olim laboribus & expensis diutissime insudarant, post multas tandem in utroque loco disputationes publicas & privatas, diversos Tractatus ac labores multiplices sublatum fuerit, & sanctissima Latinorum & Græcorum Unio feliciter consummata, prout in Decreto super inde confecto & solenniter promulgato plenius continetur.

Ex qua re ipsi æterno Deo inexhaustas gratias referentes, omnique fideli Populo congratulantes, obtulimus illi Hostiam jubilationis & laudis. Videmus enim non gentem unam, velut Hebræorum populum, ad terram repromissionis revocari, sed multarum gentium populos, nationes & linguas ad unum divinæ veritatis eloquium mentemque concurrere, per quod etiam jam magna spes redditur, ut ipse Sol Justitiæ in Oriente oriens ad aliarum multarum gentium etiam infidelium tenebras radios suæ lucis extendat, fiatque salus Domini usque ad extremum terræ.

Cujus quidem rei jam optimas arrhas, Deo disponente, tenemus, dum ipse omnipotens Deus per operam nostram Armenorum Oratores ex longissimis Orientis partibus ad nos & sanctam Apostolicam Sedem, & sacrum hoc Concilium iis in diebus cum pleno mandato pervenire concessis, qui nos non aliter quam beatum Petrum Apostolorum Principem intuentes ac venerantes, ipsamque sanctam Sedem veluti matrem omnium fidelium & magistram recognoscentes ad eam & præfatum Concilium pro spirituali cibo ex sanæ Doctrinæ veritate se venisse professi sunt: ob quam rem ipsi Deo nostro iterum gratias multas retulimus. Sed quas in præfato divino opere molestias, quas impugnationes, quas denique persecutiones, non quidem à Turcis & Sarracenis, sed a vocatis Christianis hucusque passi fuerimus, horret animus commemorare. Refert Beatus Hieronymus, quod ab Hadriani temporibus usque ad Imperium Constantini, in loco resurrectionis Dominicæ simulacrum Jovis & in Crucis rupe Statua Veneris ex marmore a gentibus posita colebantur, existimantibus persecutionis auctoribus tollere nobis fidem resurrectionis & Crucis, si sancta loca per idola pollnissent.

Non dissimile à Basileensibus illis hominibus perditissimis nobis & Ecclesiæ Dei his diebus fieri contigit, nisi quod illud a paganis & verum Deum ignorantibus factum est, hoc ab his qui cognoverunt & oderunt. Et ideirco superbia eorum, juxta Prophetam, ascendit semper eo periculosius, quo sub Reformationis specie, quam in se semper horruerunt, venena diffundunt. Primum quidem postquam hi qui omnis scandali patratores Basileæ fuerunt, Græcis in promissione defecerant, cum per ipsorum Græcorum & Ecclesiæ Orientalis Oratores plane intelligerent, carissimum in Christo filium nostrum Joannem Palæologum Romæorum Imperatorem Illustrem, & bonæ memoriæ Josephum Patriarcham Constantinopolitanum, reliquosque tam Prælatos, quam alios Orientalis Ecclesiæ, ad locum illum pro œcumenico Concilio celebrando per nostros Legatos & præsidentes, aliosque ex præstantioribus ibidem existentibus, ad quos jus eligendi locum, juxta Conventionem communi omnium ejusdem Concilii consensu firmatam, post graves suppositorum ejus dissensiones devolutum erat, legitime accedere vellet; cumque etiam nos hanc ipsam loci electionem ad supplicationem & instantiam maximam dictorum Oratorum in generali Consistorio Bononiæ confirmasse, & Galeas & alia necessaria pro executione ipsius Decreti Conventionalis, & hujus sanctissimæ Unionis opere multis laboribus & impensis versus Constantinopolim destinare percepissent, quoddam detestabile Monitorium seu Citatorium, quo sanctum hoc opus intercirent, contra nos & præfatos Cardinales decernere ausi sunt, illudque ad præfatos Imperatorem & Patriarcham Constantinopolitanum mittere, ut ipsos & omnes alios omnino a veniendo diverterent. Sciebant enim illos ad alium locum quam electum, ut præmittimr, nullo pacto venturos. Deinde cum prædictos Imperatorem & Patriarcham ac reliquos pro ipso sanctissimæ Unionis opere ad nos jam venire percepissent, alium impietatis laqueum huic tam divinæ rei injicere sunt conati, dum quamdam sacrilegam suspentionis ab administratione Papatus asseram sententiam contra nos protulerunt. ANNO 1439.

Postremo memorati scandalorum duces numero quidem pauciissimi, quorum plurique conditionis infimæ & nominis vero pacis odiosissimi, iniquitatem super iniquitatem apponentes ut non intrarent in Justitiam Domini dum Spiritus Sancti gratiam ipsorum Græcorum Unione jam in nobis operari conspicerent, a recta linea per anfractus erroris exorbitantes, pretensam quamdam XVII. Kalendas Junii proxime præteriti Sessionem fecerunt in qua quibusdam Decretis, licet per unam tantum ex tribus Obedientiis post recessum Joannis XXIII. sic in eadem obedientia nuncupati, Constantiæ Schismate tunc vigente editis, inhærere se dicentes tres propositiones, quas fidei veritates vocant, quasi nos & omnes Principes & Prælatos, & alios fideles & devotos Apostolicæ Sedis hæreticos facerent, & protulerunt: quarum tenor sequitur in hæc verba.

„ Veritas de potestate Concilii generalis universalem
„ Ecclesiam repræsentantis supra Papam, & quemlibet
„ alterum declarata per Constantiense & hoc Basileense
„ generalia Concilia, est veritas fidei Catholicæ.

„ Veritas hæc, quod Papa Concilium generale univer-
„ salem Ecclesiam repræsentans, actu legitime congre-
„ gatum, super declaratis in præfata veritate, aut aliquo
„ eorum fine ejus consensu nullatenus auctoritative po-
„ test dissolvere aut ad aliud tempus prorogare, aut de loco
„ ad locum transferre, est veritas fidei Catholicæ.

„ Veritatibus duabus prædictis pertinaciter repugnans,
„ est censendus hæreticus.

In hoc perniciosissimi, dum suam malignitatem sub veritatis fidei fuco colorant, Constantiense Concilium in malum ac reprobum sensum & à sana Doctrina penitus alienum pertrahunt, ceterorum Schismaticorum & Hæreticorum falsam Doctrinam sequentes qui confictos errores & impia dogmata ex divinis Scripturis & sanctis Patribus perverse intellectis semper sibi adstruere moliuntur. Deinde avertentes penitus sensum suum & declinantes oculos suos ne viderent Cœlum, neque recordarentur judiciorum justorum more Dioscori & damnatæ Ephesinæ Synodi ad quamdam venenatam execrabilemque assertæ declarationis seu privationis sententiam a Dignitate & Officio summi Apostolatus inexpiabili quodam scelere processerunt, cujus tenorem omni piæ menti horribilem habere hic volumus pro sufficienter expresso: nihil omittentes, quantum in eis fuit, quin hoc incomparabile Unionis bonum in totum everterent. O misetos & degeneres filios! O pravam & adulteram generationem! Quid hac impietate ac iniquitate crudelius, quid detestabilius, horribilius atque insanius excogitari poterat? Dixerant olim nihil melius, gloriosius atque fructuosius hac sanctissima Unione ab exordio nascentis Ecclesiæ in populo Christiano visum vel auditum fuisse, neque expedire in re illa de loco contendendum, sed pro ea consequenda redum hujusmodi substantiam, sed & corpus atque animam exponi debere pro hac toto Orbe clamantes, & ad id commovetutes populum Christianum, velut in suis Decretis & Epistolis plene continetur. Nunc vero tam furiose, ram impie, quantum in eis est, id idem persequuntur, ut ad illud Basileense latrocinium totius Orbis dæmonia confluxisse videantur. Et licet illorum iniquitatem, sibi semper mentitam, omnipotens Deus hucusque prævalere non permiserit, eum tamen ad eam complendam usque ad abominationem desolationis in Dei Ecclesia viribus omnibus studeant, nos qui sine gravissima Dei offensa ac imminenti periculo confusionis & abominationis in Dei Ecclesia talia dissimulare nullo modo valemus juxta Pastoralis Officii nostri debitum, multis etiam zelo Dei succensis nos ad hoc ipsum impellentibus, tantis malis obviare volentes ac, quantum in nobis est, optime & salubriter providere, execrabilemque impietatem ac pestem pernicioisissimam a Dei Ecclesia eliminare prædecessorum nostrorum sequentes vestigia, qui, ut scribit sanctæ memoriæ Nicolaus Papa, soliti sunt Concilia etiam universorum Pontificum nequiter celebrata cassare, sicut in universali contigit Synodo Ephesina secunda quam Beatissimus Leo Papa submovit, & Calchedonenlem inhituit, solenne & salubre declarationis Decretum contra sacrilegos ipsos auctoritate Apostolica in sacro Ferrariense generali Concilio XV. Kalendas Martii per nos editum, hoc sacro approbante Concilio, innovamus. Per quod

ANNO 1439. quidem inter alia omnes & ſingulos Baſileæ ſub prætenſi Concilii nomine, quod verius Conventiculum eſſe diximus, contra tranſlationem & declarationem noſtras contravenientes, & illa ſcandaloſa & nefaria præſumentes etiamſi Cardinalatus, Patriarchali, Archiepiſcopali, Epiſcopali, Abbatiali, aut alia quavis Dignitate Eccleſiaſtica vel Sæculari præfulgerent, excommunicationis, privationis Dignitatum, Beneficiorum & Officiorum ac inhabilitationis ad futura, pœnas in dictis noſtris Literis tranſlationis contentas, ipſo ſacro Ferrarienſi approbante Concilio, incidiſſe declaravimus.

Decernentes etiam nunc & declarantes, quæcumque per dictos impios homines Baſileæ exiſtentes facta, & attentata, de quibus in præfato noſtro Ferrarienſi Decreto fit mentio, ſimiliter omnia & ſingula per prædictos eſſe poſt facta, geſta & attentata, ſpecialiter in duabus prætenſis Seſſionibus, ſeu verius conſpirationibus ultimo nominatis, ac quidquid ex eis, vel ex ea forſitan ſecutum ſit, & in futurum ſequi poſſet, tamquam ab impiis hominibus & nullam poteſtatem habentibus, ſed a Deo abjectis & reprobatis, fuiſſe & eſſe nulla, caſſa, & irrita, & de facto præſumpta, ac nullius penitus affectus, roboris vel momenti.

Ipſaſque propoſitiones ſuperius deſcriptas juxta pravum ipſorum Baſileenſium intellectum, quem facta demonſtrant, veluti ſacroſanctæ Scripturæ & Sanctorum Patrum & ipſius Conſtantienſis Concilii ſenſui contrarium, nec non præfatam aſſertam declarationis ſeu privationis ſententiam, cum omnibus inde ſecutis, & quæ in futurum ſequi poſſent, tamquam impias & ſcandaloſas, nec non in manifeſtam Eccleſiæ Dei ſciſſuram, ac omnis Eccleſiaſtici Ordinis & Chriſtiani Principatus confuſionem tendentes, ipſo facto approbante Concilio damnamus & reprobamus, ac damnatas & reprobatas nuntiamus.

Decernimus etiam & declaramus omnes & ſingulos prædictos fuiſſe & eſſe ſchismaticos, hæreticos & una pœnas in præfato Ferrarienſi Concilio declaratas, tamquam tales cum omnibus eorum fautoribus & defenſoribus, cujuscumque ſtatus, conditionis & gradus Eccleſiaſtici vel Sæcularis extiterint, etiamſi Cardinalatus, Patriarchali, Archiepiſcopali, Epiſcopali, Abbatiali, aut alia quavis Dignitate præfulgeant, ut cum prædictis Core, Dathan & Abiron meritam accipiant portionem, pœnis condiguis omnino puniendos.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ innovationis, declarationis, damnationis, & reprobationis, nuntiationis, conſtitutionis, & diſpoſitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Florentiæ in Seſſione publica Synodali ſolenniter in Eccleſia ſanctæ Mariæ Novellæ celebrata, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo trigeſimo nono pridie Nonas Septembris, Pontificatus noſtri anno nono.

LV.

24 Oct. CONCILII BASILEENSIS *Decretum, quo ſtatuitur & declaratur, quomodo, Sede Apoſtolica, per Depoſitionem* GABRIELIS, *olim* EUGENII *Papæ IV. vacante, Electio Romani Pontificis fieri & celebrari, nec non per quos & per quot eligi debeat. Dat. in Eccleſia Majori Baſileenſi* (1) *9. Kalend. Decembr.* 1439. Cum FORMA CONSENSUS & JURAMENTI *præſtandi per Ipſum Electum in ſummum Pontificem.* Item cum *Duobus aliis* DECRETIS, *quorum prius prohibet, ne Bona Electi Papæ & Eligentium rapiantur; alterum, ne tempore Electionis audientia, neve cauſarum & litium exercitium fiat tractenturque.* [Collectio Reg. Concilior. Tom. XXX. pag. 279. PHIL. LABBEI Concil. Collectio, Tom. XIII. col. 623.]

(1) L'Editeur de la Collection Royale, corrige en marge l'erreur de cette Date. Il y ſubſtitue le mot *Novembris* au mot *Decembris* & avec raiſon; puis que l'Election du nouveau Pape *Felix V.* ſe fit des le 15. des Kalendes de Decemb. c'eſt-à-dire le 17. Novembre 1439. Voyez-en le Decret ci-après inſeré ſous cette Date. [DUM.]

Sacroſancta generalis Synodus, in Spiritu Sancto legitime congregata, univerſalem Eccleſiam repræſentans, ad futuram rei memoriam. ANNO 1439.

CONSOLABITUR *Dominus Sion, & conſolabitur omnes ruinas ejus*, ait Iſaias Propheta, *& ponet deſertum ejus quaſi delicias, ſolitudinem ejus quaſi hortum Domini. Gaudium & lætitia invenietur in ea, gratiarum actio & vox laudis*: quod jam, aſpirante ſingulari gratia Spiritus Paracleti, in Eccleſia conſpicere ſperamus, & videre Paſtorem bonum conſtituendum a Domino ſuper familiam ſuam qui ſapienti & fideli regimine relevet ipſam Eccleſiam a languoribus ſuis, quos ex inutili & damnoſa adminiſtratione hactenus perpeſſa eſt. Et licet diverſis temporibus diverſi modi ſuper electione Romanorum Pontificum obſervati ſint, prout neceſſitas & utilitas Eccleſiæ expoſcebat, nunc tamen cura rei hujus ſub directione omnipotentis Dei incumbit huic ſanctæ Synodo congregatæ pro reformatione Eccleſiæ & ſalute omnium fidelium in nomine Chriſti Salvatoris, qui ait: *Ubi ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ego ſum in medio eorum*, & jam poſt editionem ſalubrium Decretorum & ſacrorum Canonum, atque juſtam depoſitionem illius qui ipſos Canones & Decreta ſpernebat ac parvipendebat, ſanctæ reformationi & reſtaurationi Legis divinæ ac publicæ ſaluti vehementer obſiſteus, ſupereſt virum talem quærere a Domino, & cum beneplacito ſuæ benignitatis eligere, per quem deſiderata cunctis gentibus ipſa reformatio atque ſalutaris gubernatio Eccleſiæ Dei in ſalutarem reducantur effectum. Nam & ſingulariter futuro Paſtori incumbet bene regendi neceſſitas, dum recens exemplum ſui prædeceſſoris ob ejus damnoſum regimen ejecti ante oculos poſitum habebit. Dudum quoque in quarta Seſſione hujus ſanctæ Synodi, celebrata duodecimo Kalendas Julii, anno a nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimo ſecundo, ſtatutum fuit de electione Romani Pontificis, ſi Sedem Apoſtolicam hoc ſedente Concilio vacare contingeret, in hunc modum: HÆC ſancta Synodus decernit, ſtatuit atque diffinit, quod in eventum vacationis Sedis Apoſtolicæ, hoc ſacro generali Concilio durante, electio ſummi Pontificis in loco iſtius ſacri Concilii fiat, & interdicit ne alibi celebretur. In contrarium attentata quavis auctoritate, etiamſi Papali, non obſtantibus quibuscumque Conſtitutionibus editis vel edendis, aut aliis in contrarium facientibus, ac ſi de ipſis de verbo ad verbum eſſet facienda mentio ſpecialis, aut juramento firmata exiſtant, quibus ex certa ſcientia derogat, & decernit nulla & irrita eſſe & nullius roboris vel momenti ipſo jure. Contrarium vero attentantes ſint tam active quam paſſive, quoad electionem Romani Pontificis & ad quascumque alias Dignitates inhabiles, & omnibus habitis Dignitatibus perpetuo privati, & infamiæ notam & etiam excommunicationis ſententiam incurrant ipſo facto. Quod ſi forſitan aliqua de facto prætenſa electio præſumeretur, tam electus prætenſus, quam illi adhærentes & eum pro tali gerentes, ſupradictas pœnas incurrant. Abſolutionem vero omnium & ſingulorum qui præmiſſæ ſententias aut aliquam earum incurrerint quoquo modo, dicta ſancta Synodus tantummodo, præterquam in mortis articulo, ſibi reſervat: decernens præſens Decretum ligare, afficere, vim & effectum habere & ſortiri, poſt quadraginta dies continuo proxime ſecuturos a die publicationis ejusdem.

Deinceps autem in noſtro Decreto ſeptimæ Seſſionis ordinatum fuit, quod in eventum prædictum vacationis Sedis Apoſtolicæ, hoc ſedente generali Concilio, ante ſexaginta dies a tempore ipſius vacationis continue computandos, ad electionem Romani Pontificis minime procederetur: quem terminum ſexaginta dierum, poſtquam vacavit ipſa Sedes per depoſitionem Gabrielis, olim Eugenii Papæ IV. hæc ſancta Synodus duxit expectandum. Decrevitque, effluxo illo termino, electionem Romani Pontificis in hoc ſacro Concilio eſſe fiendam, modis & formis per ipſum Concilium declarandis, prout in Decreto noſtro trigeſimæ quintæ Seſſionis plenius continetur. Cum autem jam per ejusdem termini lapſum adhuc per plures dies ad electionem præfatam procedere diſtulerimus, Eccleſiaque acerrimos dolores patiatur, dum protelatur Sedis Apoſtolicæ diuturna vacatio, & differtur novi Paſtoris electio, ipſe quoque, qui juſtiſſime depoſitus eſt, variis artibus Eccleſiam conturbare conatur, & Apoſtolicæ Sedis primatum nefanda præſumptione tenere & occupare, in grave ſcandalum Eccleſiæ & magnum periculum fidei & Religionis Chriſtianæ, (qui pertinaciam ſuam in dies magis, ac magis hominibus manifeſtando menſe Septembris proxime præ-

ANNO 1439. præterito horrendam invectivam adversus veritates fidei in hanc sanctam Synodum ejusque fautores & defensores promulgavit, non correctionem seu emendationem proferens, sed omnem incorrigibilitatem & pertinaciam ostendens, atque propriis factis tori mundo manifestans) necesse est Ecclesiæ Catholicæ de prudenti & fideli Pastore providere, qui eam a persecutionibus tam reprobi hominis defendat, fidemque conservet, ac justitiam & veritatem tueatur, animasque pretioso Christi sanguine redemptas, quas præfatus Gabriel seducere nititur, dirigat in viam salutis. Nam, sicut res ipsa indicat, plura & majora scandala in dies evenirent, nisi per auxilium gratiæ Dei de remedio provideretur opportuno. Ad quod quærendum, & de idoneo pastore providendum, necessitas fidei maxime non impellit. Volens itaque tandem hæc sancta Synodus post maturam & longam expectationem exolvere debitum Domino Deo suo, & saluti atque necessitati ipsius Ecclesiæ (ut tenetur) providere, ad laudem & gloriam Beatissimæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, statuit, decernit & declarat, electionem Romani Pontificis fiendam & celebrandam esse pro hac vice per hoc sacrum Concilium Basileense seu ejus auctoritate, modis & formis infra scriptis:

Et primo, quod una cum dilectissimo Ecclesiæ filio Ludovico titulí sanctæ Cæciliæ, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbytero Cardinali, Arelatensi vulgariter nuncupato, præsente & præsidente sacro Concilio, & aliis ipsius sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, si qui ante consummatam electionem futuri summi Pontificis advenerint, & adhærentes huic sacro Concilio, eidem electioni interesse voluerint, illam de Prælatis, quam ceteris honorabilibus Ecclesiasticis Viris, in Sacerdotio aut saltem Diaconatus Ordine constituti, usque ad numerum triginta & duorum, per eamdem Synodum ad prædictam electionem faciendam, in nostra generali Congregatione ac in Sessione publica nominandi & deputandi, potestatem habeant, prout secundum Deum & conscientias suas eisdem videbitur, hac vice libere eligendi summum Pontificem auctoritate hujus sanctæ Synodi, ita ut ille absque ulla exceptione ab universali Ecclesia summus Pontifex habeatur, qui ab omnibus prædictis sic debentibus pro hac vice eligere, aut saltem a duabus partibus ipsorum fuerit electus, & consensum (ut infra dicitur) præstiterit. Nec valeat electio, nisi duæ partes prædictorum in ipsum electum consenserint & convenerint. Qui omnes pro hac vice eligere debentes, tanto attentius studeris mentibus & expurgatis conscientiis idneum & perutilem Pastorem eligere curent, quantum Ecclesiam in majoribus necessitatibus positam conspiciunt, ad solum Deum oculos dirigentes, qui in districtissimo examine de tanto & tam arduo negotio (ex quo pendet salus universalis Ecclesiæ) reddituri sunt rationem. Ordinat insuper, statuit & decernit hæc sancta Synodus, quod supradicti eligere debentes, die sequente post nominationem eorum in Congregatione generali, conveniant omnes in majori Ecclesia Basilecnsi, in qua Missa & Sermo solennes celebrentur & fiant, (prout est de more fieri in die quando intratur Conclave) tenebiturque eodem die publica Sessio, & ibi omnes susciplant Eucharistiæ Sacramentum, ac juramentum præstent quod in vigesima tertia Sessione hujus sanctæ Synodi extitit ordinatum. Quibus peractis, sine redeundo in domos suas, intrent Conclave ad hoc ordinatum in domo hujus Civitatis Basilecnsis, in qua sacra Deputatio pro Communibus teneri consuevit, ad electionem hujusmodi celebrandam, & consequenter præsentandum ac intimandum, ceteraque faciendum, observandum & prosequendum, quæ in præsenti Decreto expressa sunt, & quæ in ceteris hic non expressis, & alia Decreta hujus sanctæ Synodi, nec non aliæ Constitutiones & Ordinationes, videlicet tam in corpore juris clausæ, quam Extravagantes, (quæ hactenus observari consueverunt) de Cardinalibus & aliis Electoribus Romani Pontificis statuunt & decernunt, quæ omnia, salvis expressis in prædicto Decreto, volumus in suo robore permanere, & etiam in prædictis & eligendum pro hac vice deputatis & deputandis locum habere, quemadmodum de Cardinalibus in prædictis Decretis, Constitutionibus & Ordinationibus statutum & ordinatum reperitur, sed nullum eisdem expressis quovis modo præjudicium generare.

Electus autem in Papam, præsentata sibi electione, si præsens in hac Civitate fuerit, per aliquos ex ipsis electoribus, etiamsi Cardinales non fuerint, vel extra Civitatem per aliquos ex ipsis, vel alios ad hoc habentes Mandatum ab eis, in præsentia Notarii & saltem decem personarum requisitus, teneatur infra diem naturalem ab hora requisitionis, consentire ac jurare modo & forma inferius describendis, alioquin ejus electio pro infecta habeatur. Volumus autem, quod si contingeret ipsum electum hujusmodi electionem non acceptare, seu ei non consentire modo & forma & in tempore ordinatis, quod præfati ad eligendum ordinati ad alterius electionem procedant, priusquam exeant Conclave, si præsens electus in hac Civitate fuerit. Si vero fuerit extra Civitatem, eo casu infra triduum post notitiam habitam in Concilio, & per ipsum Concilium in Congregatione generali declaratum, de recusatione per electum facta, iterum intrent Conclave pro electione alterius faciendo omnibus modis & formis, sicut superius dictum est. Et si quis ipsorum electorum a tempore primi ingressus Conclavis inantea recederet a Concilio, vel decederet, aut impedimentum haberet per quod non posset electioni interesse, vel etiam Conclave intrare nollet, alius loco ejus subrogetur de eadem natione per ipsos ad eligendum deputatos, aut per majorem partem ipsorum; qui habebit communicare & jurare, prout præfati deputati aut major pars ipsorum ordinaverit. Duretque potestas omnium & singulorum prædictorum absque alia nova deputatione electorum, donec electio per eos faciendo realiter per consensum electi furtita fuerit effectum. Hanc autem formam & modum electionis approbat, statuit, ordinat & decernit hæc sancta Synodus pro hac vice. Et ad omnem scrupulum submovendum, omnes & singulos in eadem Synodo præsentes & venturos, & qui ei adhærebunt, quantum ad hujusmodi electionis opus & totalem effectum, ab omnibus sententiis excommunicationis (si quas forsitan incurrerint) & quibuscumque censuris a jure vel ab homine generaliter vel specialiter, etiam a Conciliis generalibus vel summis Pontificibus, promulgatis, absolvit, ipsosque ad omnes actus in eadem Synodo agendos active & passive, quatenus opus est, habilitat, & habiles esse declarat, volens etiam ut specialiter in omnibus ad eligendum deputatis aut deputandis (ut præmittitur) locum habeat Constitutio Clementis V. quæ ordinat ut nullus ex Cardinalibus cujuslibet excommunicationis, suspensionis & interdicti prætextu, a dicta electione repelli valeat, ecteris ejusdem Concilii Decretis in his quæ superius expressa non sunt semper salvis, supplens ex certa scientia & ex plenitudine potestatis omnes & singulos defectus, si qui forsitan intervenerint in præmissis, ac etiam suspendens omnia jura positiva in Conciliis generalibus & a Summis Pontificibus edita & statuta, & Ordinationes, Consuetudines & Privilegia quibuscumque concessa, & pœnas contra quoscumque ordinatas, & eis derogans, in quantum effectum præsentis Decreti impedire possent, quoquo modo in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque. Præterea cum necessitas rerum & circumstantiæ temporis id exposcant, ut hæc sacra Synodus & ipse summus Pontifex per Dei gratiam in proximo assumendus quam maxime unum sint eadem caritate & unanimi consensu, quam plurimus ad hæc urgentibus rationibus ordinat & decernit, ut electus in Summum Pontificem, priusquam aliquid grave in his quæ pertinent ad administrationem Papatus exerceat, insignia Coronationis suæ assumere debeat in loco hujus sacri Concilii, ad quem, si absens fuerit, infra terminum sibi assignandum per deputatos ad eligendum, vel majorem partem eorumdem, venire teneatur.

ANNO 1439.

Sequitur forma consensus, professionis & juramenti præstandi per ipsum electum in summum Pontificem.

In nomine Domini Amen. In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ego N. electus in Papam omnipotenti Deo, cujus Ecclesiam suo præsidio regendam suscipio, & Beato Petro Apostolorum Principi corde & ore profiteor, quamdiu in hac fragili vita constitutus fuero, me firmiter credere & tenere fidem Catholicam, secundum Traditionem Apostolorum, generalium Conciliorum, & aliorum sanctorum Patrum, maxime autem sanctorum octo Conciliorum universalium, videlicet primi Nicæni, secundi Constantinopolitani, tertii Ephesini, primi & quarti Calchedonensis, quinti & sexti item Constantinopolitani, septimi item Nicæni, octavi quoque Constantinopolitani, nec non Lateranensis, Lugdunensis, Viennensis, Constantiensis & Basilecnsis generalium etiam Conciliorum, & illam fidem usque ad unum apicem immutilatam servare, & usque ad animam & sanguinem confitmare, defensare & prædicare, ritum-

ANNO 1439. ritumque pariter Sacramentorum Eccleſiaſticorum Eccleſiæ traditum, omnimode proſequi & obſervare. Politicor etiam fideliter laborare pro tuitione fidei Catholicæ & extirpatione hæreſum & errorum, reformatione morum, executione & obſervatione Decretorum Conſtantienſis & Baſileenſis Conciliorum, ac pace in populo Chriſtiano. Juro etiam proſequi celebrationem Conciliorum generalium ac confirmationem electionum, juxta Decreta ſacri Baſileenſis Concilii. Hanc autem profeſſionem mea manu ſubſcripſi, & tibi omnipotenti Deo, cui in die tremendi judicii redditurus ſum de hoc & aliis meis operibus rationem, pura mente ſuper altare offero, quam in ptimo publico Conſiſtorio ſolenniter reperam: Datum ut ſupra.

Decretum inhibitionis, ne bona electis & eligentium rapiantur.

Sacroſancta generalis Synodus Baſileenſis, ad perpetuam rei memoriam.

Cum ea quæ laudabiliter pro reprimendo conatu malignantium ordinata ſunt, nullatenus negligi deceat, ſed potius diligenti ſervari ſtudio, ſacrum Canonem, dudum in Concilio Conſtantienſi editum adverſus illos qui bona electorum, ſeu etiam eorum qui ſamabantur de novo electi in ſummos Pontifices, rapere vellent, innovat hæc ſancta Synodus ſub hujusmodi tenore: Omnis ætas ab adoleſcentia ſua prona eſt ad malum, ad id præſertim ad quod cupiditatis & avaritiæ (*a*) ſtimulis incitatur. Fiunt autem & factæ ſunt leges, ut earum metu humana refrenetur audacia, tutaque ſit inter improbos innocentia, & refrenetur nocendi facultas. Cum itaque nonnunquam eveniſſe comperimus, quod, electo Romano Pontifice, nonnulli ſub prætextu prætenſæ cujusdam abuſivæ licentiæ, res & bona ſic electi, quaſi culmine dignitatis adepto, falſo prætendentes occupanti concedi, nedum illius ſic electi, imo aliquando nonnullorum quos electos eſſe mendaciter confingunt, domos, res & bona Cardinalium, aut electorum Romani Pontificis, & aliorum in loco Conclavis exiſtentium, etiam violenter invadunt, recipiunt, occupant & tranſportant, lucrifacta exiſtimantes: ex quibus (ſi permitterentur) plura pericula, ſcandala, rapinæ, furta, & nonnunquam homicidia ſequerentur. Nos igitur tam ſceleratæ temeritatis & audaciæ viam præcludere, & hujusmodi periculis & ſcandalis obviare volentes, præfatum damnantes ſceleratum abuſum, talia fieri hoc edicto prohibemus; ſtatuentes quod quicumque, cujuscumque ſtatus aut conditionis exiſtant, contra hoc præſumpſerint attentare, aut ad hoc auxilium, conſilium vel favorem præbere, pœnas quas in violentos raptores & occupatores hujusmodi jura atque Apoſtolicæ & Imperiales Conſtitutiones ſtatuunt, & eo ipſo excommunicationis ſententiam incurrant, a qua niſi per hanc ſanctam Synodum, aut futurum Romanum Pontificem, præterquam in mortis articulo, & ſatisfactione, abſolvi nequeant, & omni Officio, Beneficio, Privilegiis ac Dignitate Eccleſiaſtica & mundana, feudiſque & rebus aliis, ſi quæ aut quas in Romana vel aliis Eccleſiis obtinebant, ſint privati, & inhabiles active & paſſive exiſtant: Civitas vero quæ in præmiſſis culpabilis fuerit, Eccleſiaſtico ſubjaceat interdicto: huic adjicientes Sanctioni, ut Domini Temporales Rectoresque & Officiales Civitatis vel loci, ubi electionem Romani Pontificis contigerit celebrari, illa imminente, præmiſſa fieri ſub gravibus pœnis publice & realiter prohibeant, & prohibitionem diligenter faciant obſervari, ceteris Conſtitutionibus circa talia editis in ſuo robore duraturis. Et quia nunc imminet electio Romani Pontificis, per hanc ſanctam Synodum ſeu ejus auctoritate celebranda, ubi obſervatione & executione præfatæ Conſtitutionis opus eſt, nos omnia & ſingula prædicta agendi & exequendi illis perſonis tam Eccleſiaſticis quam Sæcularibus, quæ poſtmodum in noſtra Cancellaria nominabuntur, plenam & liberam committimus & concedimus facultatem & poteſtatem, decernentes Literas ſuper hoc fieri cum cenſuris & aliis remediis juris, etiam cum invocatione brachii ſæcularis & clauſulis opportunis. Datum ut ſupra.

(*a*) ſtimulis.

Ne tempore electionis fiat audientia.

Sacroſancta generalis Synodus Baſileenſis ad futuram rei memoriam.

Ne variarum rerum occupatio actum ſalubrem electionis futuri Pontificis impediat aut perturbet, decernit hæc ſancta Synodus, ut ad tam neceſſarium & tam ſalubre electionis negotium attentius procedatur, audientiam & omne cauſarum & litium exercitium in hoc ſacro Concilio, præter audientiam Cameræ, a die quo Deputati ad eligendum ſummum Pontificem intrabunt Conclave, & deinceps uſque ad publicationem electionis ipſius ſummi Pontificis inclusive, ſuſpendenda eſſe, eademque hoc præſenti Decreto ſuſpendit & prohibet, irritum decernens & inane quidquid in contrarium fuerit attentatum. Datum ut ſupra.

ANNO 1439.

LVI.

Decretum Concilii Baſileenſis, contrà Bullam EUGENII *Papæ IV.* Moyſes (*a*) ſervus Dei. *Quo Decretum in Seſſione 33. de ſuperioritate cujascunque Concilii generalis Eccleſiam Catholicam repræſentantis ſuprà Papam factum, renovatur atque confirmatur. Datum Baſileæ tertio Kalendas Novembris anno* 1439. [Conciliorum Collectio Regia Tom. XXX. pag. 287. PHIL. LABBE Conciliorum Collectio, Tom. XII. col. 629.]

30. Oct.

(*a*) ut vr.

Sacroſancta generalis Synodus Baſileenſis, in Spiritu Sancto legitime congregata, univerſalem Eccleſiam repræſentans, ad perpetuam rei memoriam.

IN Esdra ſcriptum eſt: *Veritas magna & fortior præ omnibus. Omnis terra veritatem invocat: Cœlum etiam ipſum benedicit: veritas manet, & invaleſcit in æternum, & vivit & obtinet in ſæcula ſæculorum. Non eſt apud eam accipere perſonas, neque differentias: ſed qua juſta ſunt facit omnibus injuſtis.* Cujus quidem veritatis fortitudinem dum impugnare conatur Gabriel, quondam dictus Eugenius Papa quartus, juſto judicio à Papatu depoſitus, ſe ipſum magis dejicit, & proſternit. Qui nuper apud Florentiam, prout per ſummariam informationem accepimus, Libellum quemdam qui incipit, *Moyſes (a) ſervus Dei*, promulgavit, in quo prætenſam translationem præfatam hujus ſacri Concilii in Ferrariam, quam erroneam in fide pluribus Decretis, & Epiſtolis noſtris luciditſime declaravimus, nec non erectionem ſchismaticam Conventiculi Ferrarienſis ſub nomine generalis Concilii hoc ſacro durante Concilio, in vim præfatæ translationis attentatam, majori ſemper cum pertinacia defendere & approbare conatur, adjiciens, quod à recta linea per auctos erroris exorbitavimus, quodque Concilium Conſtantienſe in malignum ſenſum, & à ſana doctrina penitus alienum pertraximus, in hoc quod declaravimus per Seſſionem noſtram decimo ſeptimo Kalendas Junii proxime præteriti celebratam,

(*b*) ut vis.

Tres veritates, quarum tenor ſequitur.

Veritas de poteſtate Concilii generalis univerſalem Eccleſiam repræſentantis, ſuper Papam, & quemlibet alterum, declarata per Conſtantienſe & hoc Baſileenſe genetalia Concilia, eſt veritas fidei Catholicæ.

Veritas hæc quod Papa Concilium generale univerſalem Eccleſiam repræſentans, actu legitime congregatum, ſuper declaratis in præfata veritate aut aliquo eotum, ſine ejus conſenſu nullatenus auctoritative poteſt diſſolvere, aut ad aliud tempus prorogare, aut de loco ad locum transferre, eſt veritas fidei Catholicæ.

Veritatibus duabus prædictis pertinaciter repugnans eſt cenſendus hæreticus.

Conatur quoque ipſe Gabriel poſt prædicta per eum ſic aſſerta, ſub obſcuritatibus verborum mundum involvere, dicens ſe damnare & reprobare veritates prædictas ad ſenſum Baſileenſem, quem inquit, facto demonſtravit, neque illum ſenſum explicans, nec in quo ſenſu eas approbare velit manifeſtans: quæ fortaſſis ideo ſubticet, quoniam manifeſte videt verba dictarum veritatum ita clara eſſe & aperta ſicut ſunt, quod de nulla obſcuritate notari meriro poſſunt, nec ad multiplices pertrahunr ſenſus, & per conſequens, quod ille primus ſenſus, juxta quem ſe dicit reprobare dictas veritates, nullarenus allegari poteſt. Hoc autem notum facimus univerſis Catholicis, quod nullum ſenſum in his habet hæc ſancta Synodus nec habere vult, niſi quem ſacra Synodus Conſtantienſis habuit in declarationibus ſuis, ſenſum vero & Catholicum, quemque ſemper habuimus in declarationibus per nos factis in ſecunda, undecima, duodecima, vigeſima nona & aliis Seſſionibus noſtris ac Epiſtolis Synodalibus, pariter cum Cardinalibus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, Patriarchis, Archiepiſcopis,

ANNO 1439.

piſcopis, Epiſcopis, Oratoribus Principum, Abbatibus Doctoribus, qui in noſtro cœtu adfuerunt fideliter & unanimiter credentibus, quod Concilium habet potestatem immediate à Chriſto, cui Papa obedire tenetur, prout veritas præfata in Concilio Conſtantienſi declarata, diffinivit, quodque hæc veritas eſt Jutis divini, quod Papa ipſe Concilium generale univerſalem Eccleſiam repræſentans, legitime congregatum, eo modo quo frequenter declaratum eſt, ſine ejus conſenſu diſſolvere, aut de loco ad locum transferre non poteſt: neque adverſus has veritates prævalere potuit Gabriel ipſe, qui prætenſam diſſolutionem hujus ſacri Concilii, ſine ejus conſenſu, prima vice per eumdem Gabrielem attentatam, hoc ſacro Concilio eidem ex parte Dei omnipotentis præcipiente atque mandante, judiciaiiter revocare compulſus eſt, ac in ſua adhæſione eam declaravit nullam, irritam & inanem, ipſaque non obſtante Concilium legitime continuatum fuiſſe, & proſecutionem habuiſſe, & habere debere, revocando etiam expreſſe literas incipientes, *Deus novit*, quæ ſuo nomine factæ dicebantur, & adverſus hujus ſacri Concilii & aliorum Conciliorum auctoritatem varios errores continebant: item duas litteras ſuas incipientes, *inſcrutabilis*, & *in arcano*, alias etiam quascumque ac quidquid per ipſum aut ſuo nomine in præjudicium aut derogationem hujus ſacri Concilii Baſilcentis ſeu contra ejus auctoritatem, factum & attentatum ſeu aſſertum erat. Eccleſia Catholica tunc in pace conquievit, teneus firmiter eſſe verum & Catholicum, quod Papa, absque conſenſu Concilii, ipſum diſſolvere, aut transferre non poteſt, cognoveruntque cuncti fideles, quod acquieſcere oportet Judicio generalis Concilii ſummum Pontificem, cum poſt tam diuturnam refulgentiam duorum annorum, quibus ipſam diſſolutionem idem Gabriel juſtificare conabatur, ac quievit Judicio ſacri generalis Concilii, præſentans judiciaiiter coram eodem formam ſuæ Confeſſionis, quemadmodum ſacrum Concilium ordinavit, revocando expreſſe, ut dictum eſt, quæcumque aſſerta per eum aut nomine ſuo in contrarium. Poſſuntque omnes Catholici nunc videre, quanta plaga infertetur Eccleſiæ Dei, ſi revocaretur in dubium illa declaratio facta in Concilio Conſtantienſi, vigore cujus & ineffabili ac inexpugnabili auctoritate depoſitio Joannis Vigeſimi tertii, & privatio Benedicti à jure Papatus, ſi quod habebant, ſic in ſuis obedientiis nuncuparorum, ac etiam electio Martini, cui ſucceſſit olim Eugenius, factæ ſunt, & à quibus conſequenter omnes creationes Cardinalium, & Promotiones Prælatorum & aliorum Ordinum & Graduum Eccleſiaſticorum factæ ſunt, quantumque declarationis ejusdem & auctoritatis datæ à Chriſto Conciliis generalibus vigor deperiret, ſi ſummi Pontifices poſſent Concilia, dum congregata eſſent, transferre de Regione in Regionem ſine conſenſu ipſorum, & eisdem Conciliis præcipere ut diſſolverentur aut diſcederent, etiamſi nollent, quoties liberet ipſis Pontificibus.

Verum in hac reprobatione dictarum veritatum, quam idem Gabriel facit in præfato Libello, intelligere poſſunt omnes fideles, quomodo jam id verificatur, quod à ſeptem annis in ſua duodecima Seſſione ipſius de ipſo Gabriele prædixit hæc ſancta Synodus, cum ait: „Et „quantum ex ejus verbis factisque colligi poteſt, nil a„liud prætendere videtur, niſi ut Eccleſiam peſſundet, „juſque ſibi & Succeſſoribus faciat, non ſolum abrogan„di ritum ſacrorum Conciliorum, & ea pro libito diſſol„vendi, ſed & ipſorum ſacratiſſima Decreta Spiritu Dei „promulgata, à quibus ſtatus pendet univerſalis Eccle„ſiæ, irritandi & abolendi, & præſertim declarationem „illam, quod in his quæ ad fidem, eſtirpationem ſchis„matis, & generalem Reformationem Eccleſiæ in capi„te & in membris pertinent, quilibet etiam Papalis digni„tatis, Decretis generalis Concilii ſubjicitur". Hæc in præfata duodecima Seſſione habentur, quæ nunc idem Gabriel aperte manifeſtat. Unde omnes intelligere poſſunt, quam juſte hæc ſancta Synodus hucusque eidem reſtitit. Conſpiciunt animum obduratum, quo auctoritati generalium Conciliorum factis & verbis reſiſtebat, contemnendo etiam & violando voluntarie ſacros Canones pro ſalute animarum editos. De quibus ait Damaſus Papa: Violatores Canonum voluntarie à ſanctis Patribus graviter judicantur, & à Spiritu Sancto, inſtinctu cujus ac dono dictati ſunt, damnantur: quoniam blaſphemare in Spiritum Sanctum non incongrue videntur, qui contra eosdem Canones non neceſſitate compulſi, ſed libenter, ut præmiſſum eſt, aliquid aut proterve agunt, aut loqui præſumunt, aut facere volentibus ſponte conſentiunt. Talis enim præſumptio manifeſte unum genus eſt blaſphemantium Spiritum Sanctum. Reprobat inſuper præfatus Gabriel, & damnat ſuam depoſitionem, ad quam hæc ſancta Synodus juxta diſpoſitionem præfatæ veritatis in Concilio Conſtantienſi declaratæ, poſt longam expectationem & maturam examinationem judiciaiiter proceſſit, propter hæreſim, ſchisma, ſimoniacam notoriam pravitatem, perjurium & contemptum, ac violationem aſſiduam Synodalium Decretorum concernentium Reformationem Eccleſiæ generalem in capite & in membris, quibus incorrigibiliter ſcandalizabat Eccleſiam Dei, à quibus quidem nequaquam ſe in prætato Libello expurgat, ſed convicia & maledicta in hoc ſacrum Concilium & ſuppolita ejus refetre conatur, & ſententiam in judicem ferre, à quo legitime condemnatus extitit. Et poſtquam per Eccleſiam hæreticus judicatus eſt, veros Catholicos doctrinam ipſius Eccleſiæ invariabiliter, tenentes hæreticos apellare præſumit, ſicut mos eſt condemnatorum de hæreſi, ut ſuis judicibus maledicere & hæreſim objicere ſoleant, cum veritate fuerint manifeſtiſſima ſuperati. Ad quæ omnia pleniorem reſpoſitionem fecimus in reſpoſitione Synodali data in noſtra generali Congregatione unis hujus menſis Octobris. Renovat etiam pœnas, quas adverſus ſuppoſita hujus ſanctæ Synodi, eo quod ſuæ prætenſæ & erroneæ translationi non parebant, jam dudum anno prætetito in Conventiculo Ferrarienſi promulgavit. Cum itaque ex dicto Libello omnibus conſtare poſſit, quomodo præfatus Gabriel in crimine hæreſis ac ſchismate, de quibus condemnatus eſt, ſe pertinacius obduratum reddebat, & magis ac magis ſe hæreticum comprobet, univerſis & ſingulis Chriſti Fidelibus hæc ſancta Synodus præcipit atque mandat, ut juxta verbum Moſis ſervi Dei dicentis, *recedite à Tabernaculis hominum impiorum*, à Tabernaculo & conſortio ac omni adhærentia ipſius Gabrielis, tamquam à Core, Dathan & Abiron auctoribus ſchismatis, recedant cum effectu, illumque omnino devitent, juxta præceptum Apoſtoli in Epiſtola ad Titum qua dicit: *Hæreticum hominem poſt primam & ſecundam correptionem devita, ſciens quia ſubverſus eſt, qui ejusmodi eſt, & delinquit, cum ſit proprio judicio condemnatus.* Nam etiam juxta doctrinam Joannis in ſecunda Canonica ſua, non habenti doctrinam Eccleſiæ nec eſt dicendum ave. Omnesque huic divinæ ſententiæ non acquieſcentes merito pertimeſcere habeut, quouiam in diſtricto examine divini Judicii reddituri ſunt rationem, ſi participationem, adhærentiam & favorem dicto Gabrieli, per generale Concilium condemnato tamquam hæretico, præſtent, & quoniam, ut ait Beatus Gregorius, illa capitula recipi non debent, quoniam damnantut auctores, ne ex doctrina præfati Libelli, queu in confirmationem ſuæ hæreſis & ſchismatis dictus Gabriel poſt ſuam commendationem effeciſſe dicitur, quempiam fidelium in hac re ſeduci contingat, hæc ſancta Synodus diſtrictius inhibet, præcipit atque mandat omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus, cujuscumque dignitatis, etiamſi Cardinalatus, Patriarchalis, Pontificalis, aut alterius cujuscumque Eccleſialticæ vel Sæcularis, etiamſi Univerſitates, Communitares, vel Collegia fuerint, ne privatum Libellum publicare, prædicare, approbare, ſeu defendere præſumant, ſeu eidem quovis modo aſſentire, credere, aut favere, vel eo uti, ſeu utentibus eo conſilium, auxilium, vel favorem præſtare, neque etiam prætenſis cenſuris, ſeu ſententiis innovationis, declarationis, damnationis, reprobationis, uuutiationis, confirmationis, & diſpoſitiouis in eodem Libello quomodolibet contentis, quas nullas ac nullius penitus toboris vel momenti eſſe decernimus, & declaramus, obedire, attendere, ſeu eas obſervare, aut vigore earumdem ſeu aliorum quorumque Mandatorum vel Confeſſionum aut (*a*) Intultorum quascumque Dignitates, etiamſi Cardinalatus, Patriarchales, Archiepiſcopales, Epiſcopales fuerint, vel beneficia aut alia quæcumque bona ſuppoſitorum hujus ſanctæ Synodi, & eidem adhærentium, quovis modo impetrare, occupare aut detinere, etiamſi motu proprio eis conceſſa dicantur, vel ipſos ſic impetrantes, occupantes vel detinentes, ad poſſeſſionem eorumdem recipere vel admittere, ſeu eos in eisdem ſuſtinere, quovis modo præſumant, ſub pœnis ſautoriæ ſchismatis & hæreſis, nec non aliis pœnis excommunicationis, privationis ab omnibus Dignitatibus, etiamſi, ut præmittitur, Cardinalatus, Patriarchales, Archiepiſcopales, Epiſcopales aut Pontificales fuerint, Beneficiis & Officiis, & inhabilitationibus ad easdem, & interdicti, dudum in octava, tertia decima & vigeſima nona, ac aliis Seſſionibus hujus ſanctæ Synodi, in talia facientibus, promulgatis, quas hæc ſancta Synodus innovat, & quas omnes, & ſinguli prædicti ipſo facto

(*a*) *forſ.* Indultorum.

ANNO 1439. facto incurrant, nec ab alio quam ab hac ſancta Synodo, præterquam in mortis articulo, valeant de prædictis abſolvi. Et ſi qui huic ſacro Concilio incorporati, aut ei adhærentes, vigore Mandatorum præfati Gabrielis, olim Eugenii, poſt ejus ſuſpenſionem ab adminiſtratione Papali emanatorum, ſuis dignitatibus aut beneficiis quibuscumque ſpoliati eſſent, aut ſpoliarentur in futurum, poſſint nihilominus ſine aliæ cauſæ cognitione aut requiſitione alterius auctoritatis, poſſeſſiones hujusmodi Dignitatum & Beneficiorum per ſe vel per alios reintrare & recuperare, aliis pœnis contentis in Decretis noſtris ſemper in ſuo robore duraturis.

Datum in Seſſione noſtra publica, in majori Eccleſia Baſileenſi ſolenniter celebrata tertio Kalendas Novembris, Anno à nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimo nono, Apoſtolica Sede vacante, &c.

LVII.

11. Nov. **Anderweite Verein des Heilig. Römiſchen Reichs Churfürſten / Vermöge welcher die Vorige de Anno 1438. verneuert / und die Neutralität zwiſchen Pabſt Eugenio und dem Concilio zu Baſel zu obſerviren / Vermöge deren Proteſtation de Anno 1438. nochmahls beſtättiget wird. Geben zu Franckfurt am Mayn / am St. Martins-Tag anno 1439** MULLERI **Reichs-Tags Theatrum, Vorſtellung** I. Cap. IV. pag. 48. LUNIG, Spicilegium Eccleſiaſt. Part. I. Cap. I. num. 157. pag. 303.]

C'eſt-à-dire,

Ulterieure Union entre les ELECTEURS *du St. Empire, au ſujet des differens du Pape* EUGENE, *avec le* CONCILE DE BASLE, *par laquelle l'Union de l'an* 1438. *eſt renouvellée avec promeſſe d'obſerver la Neutralité conformément à la Proteſtation dudit an. A Francfort ſur le Mein, le jour de la St. Martin* 1439.

VOn GOttes Gnaden wir Dietrich / Ertz-Biſchoff zu Maynz / des heiligen Römiſchen Reichs in Germanien Ertz-Cantzler / Dietrich / Ertz-Biſchoff zu Cölln / des heiligen Römiſchen Reichs in Italien Ertz-Cantzler / Hertzog zu Weſtphalm und von Engar / Jacob / Ertz-Biſchoff zu Trier / des heiligen Römiſchen Reichs durch Welſchland und das Königreich von Arelate Ertz-Cantzler / Otto / Pfaltz-Grave bey Rein / und Hertzog in Beyern / Vormunder des Hochgebornen Fürſten / Herrn Ludwigs / Pfaltz-Graffen bey Rein / des heiligen Römiſchen Reichs Ertz-Truchſeſſen / und Hertzogen in Beyern / Friderich / Hertzog zu Sachſen / des heiligen Reichs Ertz-Marſchalck / Landgrave in Düringen / und Marggraffe zu Meyſſen / und Friderich / Marggrave zu Brandenburg / des heiligen Reichs Ertz-Cämmerer / und Burggrave zu Nürnberg / alle des vorgenannten Reichs Chur-Fürſten / bekennen und thun kunt offentlich mit diſem Brieve / für uns / unſere Erben / und Nachkommen. Als wir vernehmen / von ſolcher Zwytracht wegen / die zwiſchen unſerm heiligen Vater / dem Pabſt Eugenio / und dem heiligen Concilio zu Baſel erſtanden iſt / uns freundlichen zuſammen verbunden haben / bey einander zu bliben / wie ſolche Einunge / dabey wir auch gentzlichen bleiben wollen und ſollen / nuhen hält / hat wir generaſet und zu Hertzen genommen / daß ſolche Zwytracht ſider des tichter ungeriſſen iſt / und fürder intreten mag / daraus ein groſſer Unrath der heiligen Kirchen / und dem heiligen Reiche uferſtehen / wo die vorgenannte heilige Kirche nit ſonere / in Friede geſetzt würde; Darum ſo weſſen wir / nach Inhalt ſolcher unſer Einunge / darzu noch getruwlichen rathen / helffen und arbeiten / daß in der heiligen Kirche Friede gemacht werde / und uns / wie ſichs fürder mit ſolchem ſchisma, das dann jetzunder vor Augen iſt / machen würde / daß Gott wende / es wäre zwiſchen einem Pabſt und einem Concilio, zweyen Päbſten / oder zweyen Concilien / oder wie ſich das fuſt machen würde / von einander nicht ſcheiden / oder ſcheiden laſſen / ohne alle Geverde. Und wann geruffe mannicherley Gebote / Proceſs und Brive von beyden Partheyen uſſgegangen und verkündet ſind / und fürther uſtgehen und verkündet werden mögen / haben wir ut einer under unſer Einunge Proteſtation und Appellation geordnet und geſetzt / wir es damit gehalten / und bey ſolcher Pene / wie darinn geſchrieben ſtet / von menandes überfahren werden ſolle. Wir getruwen auch / daß alle andere Fürſten / geiſtlich und weltliche / gantze Dütſche Lande ſich von uns in ſolcher obgeſchriebener gotlicher und redlicher Einung nit ſcheiden ſollen noch wollen / die wir auch alle gerne in diſe unſere Einunge in obgeſchriebener maſſen nehmen wollen. Alle vorgeſchriebene Stücke / Puncte und Artickel, Proteſtation, ſtete / veſte / und unverrücket ohne Argelſte und Geverde gehalten zu werden / han wir auch alle und jeglicher beſunder einander mit handgebenden Trauwen gelobt / und geloben das auch gegenwertiglichen in Krafft diß Briefs. Und des zu Urkunde haben wir unſer Inſiegel an diſen Brieff mit rechter Wiſſenſchafft laſſen hencken / der geben iſt zu Franckfurt an St. Matthäus-Tag / des heiligen Biſchoffs / nach Chriſt Geburth / vier hundert und im neun und dreyßigſten Jare. ANNO 1439.

LVIII.

Concilii Baſileenſis Decretum, quâ poſt Depoſitionem EUGENII *Papæ* IV. AMEDEUS *Sabaudiæ Dux eligitur in ſummum Romanum Pontificem. Actum in Seſſione 39. decimo quinto Kalendas Decembris anno* 1439. [Conciliorum Collectio Regia Tom. XXX. pag. 298. PHIL. LABBEE & GABR. COSSARTIE Concil. Collectio Tom. XII. col. 636.] 17. Nov.

Sacroſancta generalis Synodus Baſileenſis, in Spiritu Sancto legitime congregata, univerſalem Eccleſiam repræſentans, ad futuram rei memoriam.

DEus Patrum noſtrorum & Dominus Miſericordiæ qui facit omnia verbo ſuo, etſi de omnibus à ſe creatis providentiam gerat, cunctа certo gubernans ordine, ſpeciali tamen cura dilectam ſuam Eccleſiam ſemper dirigit, pro qua Unigenitum ſuum dedit, conſolans eam jugiter per Spiritum Paracletum qui ipſam in afflictionibus adjuvat, in perſecutionibus confortat, in tribulationibus lætificat, nec eam quibuslibet tentationibus ſæculi hujus vinci aut ſuperari permittit. In cujus glorioſo nomine congregata hæc ſancta Synodus auctoritate duorum præcedentium Conciliorum & duorum Romanorum Pontificum, dum reſtaurationem legis divinæ & ſacrorum Canonum, Reformationemque morum ſolicito perquiſivit ſtudio, ſimul etiam extirpationem hæreſum, pacificationemque Chriſtianorum Principum multis profequens laboribus, varias adverſitates pertulit, & propter veritatem & juſtitiam plurimas perſecutiones perpeſſa eſt. Adjuvante tamen virtute Dei ſedulo perſeveravit in proſecutione ſanctæ Reformationis Eccleſiæ pro honore Dei & ſalute omnium animarum. Cum autem hoc opus felices progreſſus habere non poſſet, propter adverſitates & reſiſtentias plurimas, quas Gabriel, olim dictus Eugenius Papa IV. in contrarium opponebat, Decreta ſalubria & ſacros Canones contemnens & parvi pendens, auctoritatemque ſacrorum Conciliorum verbis & factis conculcans, determinationes fidei Catholicæ per Eccleſiam factas pertinaciter impugnando, & ab uſibus variis atque criminibus Eccleſiam Dei notorie & incorrigibiliter ſcandalizando, prout in proceſſibus ſuper hoc deductis latius continetur: ubi tandem apud eum nulla proficiebat admoniſtio, oportuit ad alia juris remedia recurrere & à ſummo Pontificio quod nimium damnoſe & inutiliter adminiſtrabat, eumdem deponere. Poſt quam depoſitionem cum quatuor Menſes & amplius eſſent effluxi, conſiderantes quam gravibus ſit circumdata diſpendiis, quod & quantis ſit plena periculis Eccleſiæ Romanæ perolixa vacatio, ſicut exacti conſideratio temporis edocet, ad electionem novi Pontificis procedere duximus, repetitis prius in noſtra publica Seſſione trigeſima ſeptima illis quæ dudum de electione ſummi Pontificis in hoc Concilio fienda, in eventum vacationis Sedis Apoſtolicæ ipſo Concilio durante, in quarta & ſeptima Seſſionibus ejusdem ſanctæ Synodi ſtatura & ordinata fuerant. Et facta ſolenni declaratione, quod pro hac vice electio Romani Pontificis fienda & celebranda erat per hoc ſacrum Baſileenſe Concilium, ſeu ejus auctoritate, atque etiam ordinatione per Decretum præfatæ trigeſimæ ſeptimæ Seſſionis, quod una cum dilectiſſimo Eccleſiæ Filio Ludovico tituli ſanctæ Cæciliæ Romanæ Eccleſiæ Presbytero Cardinali, Arelatenſi vulgaliter nuncupato, præſente & præſidente in hoc ſacro Concilio, & aliis ipſius ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, ſi qui ante conſummatam Electionem futuri Romani Pontificis adveniret, & huic ſacro Concilio adhæreres, eidem electioni intereſſe vellent, alii tam de Prælatis quam de ceteris honorabilibus Eccleſiaſticis viris in Sacerdotio, aut ſaltem in Diaconatus Ordine conſtituti, uſque ad numerum triginta duorum, per eandem ſanctam Synodum ad prædictam electionem faciendam, in generali ſua Congregatione ac in Seſſione publica nominandi & deputandi, poteſtatem haberent, prout ſecundum Deum & ſuas Con-

ANNO 1439. Conſcientias eisdem videretur, hac vice libere eligendi ſummum Pontificem auctoritate hujus ſanctæ Synodi: ita ut ille absque ulla exceptione ab universali Ecclesia ſummus Pontifex haberetur qui ab omnibus prædictis sic decentibus pro hac vice eligere, aut saltem a duabus partibus ipſorum eſſet electus & conſentium ſuum juxta formam in eodem Decreto ordinatam præſtaret, ſecundum cujus Decreti diſpoſitionem triginta duo Archiepiſcopali, Epiſcopali, Abbatiali Dignitatibus, & Graduum ac Scientiarum titulis inſigniti, nominati, & deputati in noſtra generali Congregatione ac demum in Seſſione publica, quorum nomina, Dignitates, Gradus & Ordines hic haberi volumus pro ſufficienter expreſſis, die tertio Kalendas hujus menſis Novembris celebrata Miſſa ſolenni per prætatum Cardinalem Arelatenſem, ac per ſingulos ipſorum ſuscepto divinæ Euchariſtiæ Sacramento de manu ejusdem Cardinalis in præſentia totius Cleri & populi, & juramentis ſolennibus præſtitis, ipſi pariter cum eodem Cardinali Conclave intraverunt, in ea domo Civitatis Baſileenſis in qua Deputatio pro Communibus teneri conſuevit, ubi cum magna devotione ſeptem diebus inſiſtentes, quinque ſcrutinia ſucceſſive de mane diverſis diebus, celebrata Miſſa & invocata Spiritus Sancti gratia, peregerunt. Et tandem facto quinto ſcrutinio ea hora qua peroeſſio hujus ſacri Concilii Domum præfatam circuibat, cantando Hymnum *Veni Creator*, &c. compertum eſt, religioſum & Nobilem Virum Amedeum Ducem Sabaudiæ in ſolitudine Ripaliæ Gebennenſis Diœceſis jam a pluribus annis in virtute continentiæ honeſte converſantem & virtutem Domino in ſpiritu humilitatis ac ſimplici & humili habitu deſervientem in ſummum Pontificem univerſalis & Romanæ Eccleſiæ eſſe electum, juxta præfati Decreti noſtri 37 Seſſionis diſpoſitionem. Quæ quidem electio poſtmodum, aperta feneſtra Conclavis, fuit per prædictum Dominum Cardinalem Arelatenſem publice nuntiata, decantatoque, *Te Deum Laudamus*, per omnes ſupradictos ad eligendum Deputatos concorditer ſuper electione ipſa Deum glorificantes, & Orationibus convenientibus ſubjunctis, ipſi à Conclavi exierunt in pluvialibus & mitris, aliisque habitibus condecentibus, prout ſtatui uniuscujusque competebat, concinentibusque Prælatis & aliis Suppoſitis hujus ſacri Concilii, ac Proceſſionibus omnium Collegiorum & Conventuum hujus Civitatis Baſileenſis, cum Reliquiis & decentibus ornamentis populique multitudine copioſa, Eccleſiam Majorem Baſileenſem adierunt, ubi ipſi Prælati, & alii de ſacro Concilio unanimiter Deo gratias retulerunt. Iteratoque ſæpe dictus Dominus Cardinalis Arelatenſis in Ambone, præſentibus omnibus electoribus deputatis, & in hoc conſentientibus, atque id ipſum approbantibus, retulit, quomodo ipſa electio rite & Canonice fuerat celebrata, Notariis Apoſtolicis qui in Conclavi fuerant, etiam idem atteſtantibus. Quæ omnia conſiderans hæc ſancta Synodus, & ſpem magnam gerens in Domino, quod præfatus Amedeus pro ſapientia, experientia, juſtitia, clementia & cæteris virtutibus ſuis plurimos fructus ſaluti efficiet in populo Dei, fidem conſervando, mores reformando pacemque componendo inter Principes Chriſtianos atque Populos, velut ſanctitatis amator & pacis cultor, qui cum omnibus pacem & cum nullo differentiam aut diſcordiam habere ſatnatur, domui ſuæ bene & laudabiliter præpoſitus, grandiumque populorum prudentiſſimus gubernator, & in rebus Eccleſiaſticis & ſpiritualibus non mediocriter exercitatus, habita ſuper hoc in quatuor Deputationibus omnium Suppoſitorum hujus ſacri Concilii concordi & unanimi deliberatione & demum in generali Congregatione concluſione ſubſecuta ipſum electionem laudat, recipit & approbat, & ex abundanti, & ex certa ſcientia hoc præſenti Decreto ratificat & confirmat, declarans eundem Amedeum absque ulla exceptione ab univerſali Eccleſia teneri, haberi, & reputari debere, electum in verum & legitimum ſummum & Romanum Pontificem. Et hoc ipſum per præſentis Decreti publicationem ad notitiam volumus deduci eumdem.

Datum in Seſſione noſtra publica, in Majori Eccleſia Baſileenſi ſolenniter celebrata, decimo quinto Kalendas Decembris anno à nativitate Domini quadringenteſimo trigeſimo nono.

LIX.

22. Nov. CONCORDIA *& Reunio* ARMENORUM *cum* ECCLESIA ROMANA, *& Declaratio Articulorum ſeptem, novæ Legis Sacramenta,*

aliaque concernentium. Datum in publica Seſſione Concilii Florentini, 10. *Kalendas Decembris* 1439. ANNO 1439. Conciliorum Collectio Regia, Tom. XXXIII. pag. 567. PHIL. LABBEI Concil. Collectio, Tom. XIII. pag. 530. Bullarium Magnum, Tom. I. pag. 355. RAYNALDI Contiouatio Annalium Cæs. BARONII, Tom. XVIII. Anno 1439. *par Extrait.*]

EXULTATE Deo adjutori noſtro, jubilate Deo Jacob, omnes qui ubique nomine cenſemini Chriſtiano. Ecce enim iterum recordatus Dominus miſericordiæ ſuæ alium diſſidii lapidem nongentis & amplius inveteratum annis de Eccleſia ſua auferre dignatus eſt: & qui facit concordiam in ſublimibus, & per quem in terra pax eſt hominibus bonæ voluntatis, optatiſſimam Armenorum unionem ſua ineffabili miſeratione conceſſit, Benedictus Deus & Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra: Intuens namque piiſſimus Dominus Eccleſiam ſuam, modo ab his qui foris ſunt, modo ab his qui intra, non parvis agitari turbinibus, ut inter ipſas reſpirare angustias, & ad reſiſtendum fortior aſſurgere valeat, multis eam quotidie modis conſolari & roborari dignatur. Nam & pridem magnam illam Græcorum Unionem, multas longe lateque continentium nationes & linguas, hodie vero hanc ipſam Armenici populi qui per Septemtrionem & Orientem in magna copia diffuſus eſt, in eodem fidei & caritatis vinculo cum Sede Apoſtolica ſtabilivit. Hæc profecto tam magna & ripra ſunt divinæ pietatis beneficia, ut non ſolum pro utroque, ſed ne quidem pro altero ſatis dignas ſuæ Majeſtati referre gratias poſſit intellectus humanus.

Quis non vehementer admiretur, uno eodemque tam brevi tempore duo ſic præclara, & tot ſæculis deſiderata opera, in hoc ſacro Concilio fuiſſe tam feliciter conſummata? Vere a Domino factum eſt illud, & eſt mirabile in oculis noſtris. Quomodo enim hominum prudentia, vel induſtria, niſi gratia Dei & cœpiſſet & perfeciſſet, has tantas & tales res explere potuiſſet? Laudemus jugiter & toto corde benedicamus Dominum qui fecit mirabilia magna ſolus; ipſique pſallamus ſpiritu, pſallamus & mente, oreque & opere, quantum finit humana fragilitas, pro tantisque muneribus gratias agamus, orantes & obſecrantes, ut quemadmodum ipſi Græci atque Armeni unum cum Eccleſia Romana effecti ſunt, ita fiant & cæteræ nationes; præſertim Chriſti chatactere inſignitæ; & totus denique populus Chriſtianus omnibus odiis bellisque extinctis, mutua invicem pace & ſtaterna caritate queſcat & gaudeat. Ipſos autem Armenos magnis laudum præconiis dignos eſſe merito cenſemus. Ut primum enim a nobis ad Synodum accerſiti ſunt, tamquam Eccleſiaſticæ avidi Unitatis, ſpectabiles, devotos & doctos Oratores ſuos cum ſufficienti Mandato, de ſuſcipiendo videlicet quidquid Spiritus Sanctus hanc ſanctam Synodum illuſtraverit, ex remoriſſimis regionibus per multos labores marisque pericula ad nos & hoc ſacrum Concilium deſtinarunt. Nos vero tota mente ut noſtrum Paſtorale decebat Officium, cupientes tam ſanctum perficere opus, ſæpe cum ipſis Oratoribus de hac ſancta Unione contulimus: & ne vel parva huic ſanctæ rei dilatio fieret, depuravimus de omni ſtatu hujus ſacri Concilii viros, Juris divini & humani doctiſſimos; qui cum omni cura ſtudioque & diligentia rem iſtam cum iſtis pertractarunt Oratoribus ab eis accurate inquirentes eorum fidem, tam circa divinæ unitatem eſſentiæ & divinarum perſonarum Trinitatem, quam Domini noſtri Jeſu Chriſti humanitatem & ſeptem Eccleſiæ Sacramenta & alia ad fidem Orthodoxam & ritus univerſalis Eccleſiæ pertinentia. Multis itaque adhibitis Diſputationibus, Collocutionibus, & Tractatibus; poſtque non mediocrem teſtimoniorum inſpectionem, quæ ex ſanctis Eccleſiæ Patribus & Doctoribus deductæ ſunt, & earum de quibus agebatur rerum diſcuſſionem; tandem expedire judicavimus, ne ulla in futurum de fidei veritate apud ipſos Armenos hæſitatio eſſe valeat, atque idem per omnia ſapiant cum Sede Apoſtolica, Unioque ipſa ſtabilis & perpetua ſine ullo ſcrupulo perſeveret, ut ſub quodam brevi compendio Orthodoxæ fidei veritatem, quam ſuper præmiſſis Romana profitetur Eccleſia per hoc Decretum, ſacro hoc approbante Florentino Concilio, ipſis Oratoribus ad hoc etiam conſentientibus traderemus.

ANNO 1439.

In primis ergo damus eis ſanctum Symbolum, a centum quinquaginta Epiſcopis in Oecumenico Conſtantinopolitano Concilio editum, eum illa additione, *Filioque*, ipſi Symbolo declarandæ veritatis gratia, & urgente neceſſitate, iiciæ & rationabiliter appoſita, cujus talis eſt tenor: *Credo in unum Deum &c.* Hoc autem Sanctum Symbolum, ſicut apud Latinos mos eſt, ita decernimus per omnes Armenorum Eccleſias intra Miſſarum ſolemnia ſingulis ſaltem Dominicis diebus & majoribus feſtivitatibus decantari vel legi.

Secundo tradimus eis definitionem quarti univerſalis Concilii Calchedonenſis, in quinto poſtea & ſexto univerſalibus Conciliis renovatam de duabus Naturis in una Chriſti Perſona, cujus tenor talis eſt: Sufficeret quidem ſapicus hoc & ſalutare divinæ gratiæ Symbolum ad plenam cognitionem ac confirmationem pietatis: de Patre enim & Filio & Spiritu Sancto perfectionem docet, & Domini humanitatem fideliter accipientibus repræſentat. Sed quoniam hi qui conantur reprobare Prædicationem veritatis, per proprias hæreſes novas voces genuerunt, & hi quidem præſumentes corrumpere myſterium Diſpenſationis Domini quæ propter nos facta eſt; alii vero introducentes confuſionem permixtionemque, & ſtulte confingentes unam eſſe Naturam carnis & deitatis, & portentoſe dicentes paſſibilem Unigeniti divinam Naturam; ob hoc volens claudere illis omnem machinationem contra veritatem, præſens nunc ſancta & magna atque univerſalis Synodus Prædicationem hanc docens ab initio immobilem, decrevit ante omnia fidem trecentorum decem & octo ſanctorum Patrum manere irreculabilem: & poſteriore tempore propter illos quidem qui pugnant adverſus Spiritum Sanctum, corroborat doctrinam de ſubſtantia Spiritus traditam a Patribus centum quinquaginta apud Conſtantinopolim congregatis, quam illi omnibus notam fecerunt; non quaſi inferentes, quod aliquid minus eſſet in præcedentibus, ſed eorum intellectum de Spiritu Sancto Scripturarum teſtimoniis declarantes adverſus eos qui dominationem ejus reſpuere tentaverunt.

Propter illos autem qui moliuntur corrumpere Diſpenſationis Myſterium & impudenter delirant, dicentes purum hominem eſſe illum, qui ex Sancta Maria Virgine natus eſt, ſuſcepit Epiſtolas Synodicas beati Cyrilli quondam Præſulis Eccleſiæ Alexandrinæ ad Neſtorium & ad Orientales, congruas exiſtentes ad convincendas Neſtorii veſanias, & ad interpretationem eorum, qui ſalutaris Symboli mentem pio zelo noſſe deſiderant. Quibus etiam conſequentiſſime Epiſtolam coaptavit, Magnæ & Senioris Urbis Romæ Præſulis Beatiſſimi ac Sanctiſſimi Leonis Papæ, quæ ſcripta eſt ad ſanctæ memoriæ Archiepiſcopum Flavianum, ad perimendum Eutychis malam intelligentiam, utpote congruentem illius Magni Petri Confeſſioni, & exiſtentem nobis quamdam columnam communem adverſus prava dogmata & ad confirmationem rectorum dogmatum. His namque qui in duos Filios Diſpenſationis divinæ Myſterium diſcerpere nituntur, obiſtit: & illos qui paſſibilem Deitatem Unigeniti auſi ſunt dicere, a ſacro cœtu expellit: & his qui in duabus Naturis Chriſti temperamentum aut confuſionem exquirunt, reſiſtit: & eos qui dicum, ſervi formam, quam ex nobis aſſumpſit, cœleſtem eſſe, aut alterius alicujus ſubſtantiæ, ut dementes abigit; & qui duas quidem ante unitionem Naturas Domini fabulantur, unam vero poſt unitionem contingunt, anathematizat. Sequentes igitur Sanctos Patres, unum eumdemque confiteri Filium Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum conſonanter omnes docemus, eumdem perfectum in Deitate, eumdem perfectum in humanitate; Deum vere & hominem vere; eumdem ex anima rationali & corpore; Conſubſtantialem Patri ſecundum Deitatem, & (1) Conſubſtantialem nobis eumdem ſecundum humanitatem; per omnia nobis quidem ſimilem abſque peccato: ante ſæcula quidem de Patre genitum ſecundum Deitatem, in noviſſimis autem diebus eumdem propter nos, & propter ſalutem noſtram, ex Maria Virgine Dei Genitrice ſecundum humanitatem, unum eumdemque Chriſtum, verum Filium Dominum, Unigenitum in duabus Naturis inconfuſe, immutabiliter, indiviſe, inſeparabiliter agnoſcendum; nusquam ſublata differentia Naturarum propter unitionem, magisque ſalva proprietate utriusque Naturæ, & in unam perſonam atque ſubſiſtentiam concurrente; non in duas Perſonas partitum ſive diviſum, ſed unum & eumdem Filium, Deum verum Dominum Jeſum Chriſtum, ſicut antea Prophetæ de eo, & ipſe nos Jeſus Chriſtus erudivit & Sanctorum Patrum nobis tradidit Symbolum.

ANNO 1439.

Tertio diffinitionem de duabus voluntatibus, duabusque Chriſti operationibus in prædicto ſexto Concilio promulgatam, cujus tenor talis eſt: *Sufficeret quidem* & reliqua, quæ in ipſa diffinitione Concilii Calchedonenſis ſuperius enarrata ſequuntur, usque ad finem; poſt quem ſequitur in hunc modum: Et duas naturales voluntates in eo, & duas naturales operationes indiviſe, inconvertibiliter, inſeparabiliter, inconfuſe, ſecundum Sanctorum Patrum Doctrinam adeque prædicimus & duas naturales voluntates non contrarias, juxta quod impii aſſeruntur hæretici, ſed ſequentem humanam ejus voluntatem, & non reſiſtentem vel reluctantem, ſed potius & ſubjectam divinæ ejus atque omnipotenti voluntati. Opportebat enim carnis voluntatem moveri, ſubjici vero voluntati divinæ juxta ſapientiſſimum Athanaſium. Sicut enim Caro, Dei Verbi dicitur & eſt; ita & naturalis carnis ejus voluntas, propria Dei Verbi dicitur & eſt, ſicut ipſe ait: *Quia deſcendi de Cœlo, non ut faciam voluntatem meam, ſed ejus qui miſit me Patris*: Suam propriam dicens voluntatem, quæ erat carnis ejus: nam & Caro propria ejus facta eſt. Quemadmodum enim ſanctiſſima atque immaculata animata ejus Caro deificata eſt; non perempta ſed in proprio ſui ſtatu ratione permanſit; ita & humana ejus voluntas deificata eſt, non eſt perempta, ſalvata eſt autem magis, ſecundum deiloquum Gregorium dicentem: Nam velle illius, qui in Salvatore intelligitur non eſt contrarium Deo; Deificatum eſt totum, duas enim naturales operationes indiviſe, inconvertibiliter, inconfuſe, inſeparabiliter in eodem Domino Jeſu Chriſto vero Deo noſtro glorificamus, hoc eſt divinam operationem & humanam operationem ſecundum divinum Prædicatorem Leonem apertiſſime aſſerentem: agit enim utraque forma cum alterius communione quod proprium eſt, verbo ſcilicet operante quod verbi eſt, & carne exequente quod carnis.

Nec enim in quoquam unam dabimus naturalem operationem Dei & Creaturæ: ut neque quod creatum eſt in divinam educamus eſſentiam; neque quod eximium eſt divinæ naturæ, ad competentem Creatoris locum dejiciamus. Unius enim & ejusdem tam miracula, quamque paſſiones cognoſcimus, ſecundum aliud & aliud earum ex quibus eſt Naturarum, & in quibus habet eſſe, ſicut admirabilis, inquit Cyrillus. Undique igitur inconfuſum atque indiviſum conſervantes unum Sanctæ Trinitatis, brevi voce cuncta proferimus: & poſt incarnationem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum verum Deum eſſe credentes aſſerimus duas ejus eſſe Naturas, in una ejus radiantes ſubſiſtentia: in qua tam miracula, quamque paſſiones per omnem ſui diſpenſativam converſationem, non per phantaſiam, ſed veraciter demonſtravit, ob naturalem differentiam in eadem una ſubſtantia cognoſcendam: dum utraque natura eum alterius communione indiviſe & inconfuſe propria vellet, atque operaretur: juxta quam rationem & duas naturales voluntates & operationes confitemur, ad ſalutem humanam convenienter in eo concurrentes.

Quarto quoniam hactenus ipſi Armeni præter has tres, Nicænam, Conſtantinopolitanam, & Epheſinam primam, Synodos, nullas alias univerſales poſtea celebratas, nec ipſum beatiſſimum hujus ſanctæ ſedis Antiſtitem Leonem, cujus auctoritate ipſa Calchedonenſis Synodus exiſtit congregata, ſuſceperunt, aſſerentes eisdem fuiſſe ſuggeſtum, tam Synodum ipſam Calchedonenſem quam memoratum Leonem ſecundum damnatam Neſtorii hæreſin diffinitionem feciſſe inſtruximus eos & declaravimus, hujusmodi falſum fuiſſe ſuggeſtionem ipſamque Synodum Calchedonenſem & beatiſſimum Leonem ſanctè & rectè veritatem de duabus in una Perſona Chriſti Naturis ſuperius deſcriptam definiſſe contra impia Neſtorii & Eutychis dogmata: injunximusque ut ipſum beatiſſimum Leonem, qui verus fidei columna fuit & omni ſanctitate & doctrina refertus, tamquam Sanctum & in catalogo Sanctorum merito deſcriptum, de cetero reputent & veneretur: atque non ſolum dictas tres Synodos, ſed & omnes alias univerſales auctoritate Romani Pontificis legitime celebratas, ſicut & ceteri fideles, reverenter ſuſcipiant.

Quinto, Eccleſiaſticorum Sacramentorum veritatem pro ipſorum Armenorum tam præſentium quam futurorum faciliori doctrina, ſub hac breviſſima rediguntur formula. Novæ Legis ſeptem ſunt Sacramenta, videlicet, Baptismus, Confirmatio, Euchariſtia, Pœnitentia, Extrema unctio, Ordo, & Matrimonium. Quæ multum a Sacramentis differunt antiquæ Legis: illa enim non cauſa-

(1) On lit dans l'Edition du Pere LABBE: *Et Conſubſtantialem Patri, ſecundum humanitatem.* C'eſt une faute d'impreſſion qui doit être corrigée, comme ici, ſur l'Edition du *Louvre* (DUM.)

ANNO 1439. cauſabant gratiam, ſed eam ſolum per Paſſionem Chriſti dandam eſſe figurabant: hæc vero noſtra & continent gratiam, & ipſam digne ſuſcipientibus conferunt. Horum quinque prima ad ſpiritualem uniuſcujuſque hominis in ſe ipſo perfectionem, duo ultima, ad totius Eccleſiæ regimen, multiplicationemque ordinata ſunt. Per Baptiſmum enim ſpiritualiter renaſcimur; per Confirmationem augemur in gratia, & roboramur in fide: renati autem & roborati, nutrimur divinæ Euchariſtiæ alimonia. Quod ſi per peccatum ægritudinem incurrimus animæ per Pœnitentiam ſpiritualiter ſanamur; ſpiritualiter etiam & corporaliter prout animæ expedit per Extremam unctionem; per Ordinem vero Eccleſia gubernatur & multiplicatur ſpiritualiter; per Matrimonium corporaliter augetur. Hæc omnia Sacramenta tribus perficiuntur, videlicet rebus tamquam materia, verbis, tamquam forma, & perſona Miniſtri conferentis Sacramentum cum intentione faciendi, quod facit Eccleſia: quorum ſi aliquod deſit, non perficitur Sacramentum. Inter hæc Sacramenta tria ſunt, Baptiſmus, Confirmatio & Ordo, quæ characterem, id eſt ſpirituale quoddam ſignum a ceteris diſtinctivum imprimunt in anima indelebile. Unde in eadem perſona non reiterantur. Reliqua vero quatuor characterem non imprimunt, & reiterationem admittunt.

Primum omnium Sacramentorum locum tenet ſanctum Baptiſma, quod vitæ ſpiritualis janua eſt: per ipſum enim membra Chriſti, ac de corpore efficimur Eccleſiæ. Et cum per primum hominem mors introierit in univerſos, niſi ex aqua & ſpiritu renaſcimur, non poſſumus, ut inquit Veritas, in regnum Cœlorum introire. Materia hujus Sacramenti eſt aqua vera & naturalis: nec refert, frigida ſit an calida. Forma autem eſt, *Ego te baptizo in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti.* Non tamen negamus, quin & per illa verba baptizetur talis ſervus Chriſti in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti: vel, baptizatus manibus meis talis, in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, verum perficiatur Baptiſma, quoniam principalis cauſa ex qua Baptiſmus virtutem habet ſit ſancta Trinitas, inſtrumentalis autem ſit Miniſter qui tradit exterius Sacramentum, ſi exprimitur actus, qui per ipſum exercetur Miniſtrum, cum ſanctæ Trinitatis invocatione, perficitur Sacramentum. Miniſter hujus Sacramenti eſt Sacerdos, cui ex officio competit baptizare. In cauſa autem neceſſitatis non ſolum Sacerdos vel Diaconus, ſed etiam Laïcus vel mulier, imo etiam paganus & hæreticus baptizare poteſt, dummodo formam ſervet Eccleſiæ & facere intendat quod facit Eccleſia. Hujus Sacramenti effectus, eſt remiſſio omnis culpæ originalis & actualis, omnis quoque pœnæ quæ pro ipſa culpa deberur. Propterea baptizatis nulla pro peccatis præteritis injungenda eſt ſatisfactio: ſed morientes, antequam culpam aliquam committant, ſtatim ad regnum Cœlorum & Dei viſionem perveniunt.

Secundum Sacramentum eſt Confirmatio: cujus materia eſt Chriſma confectum ex oleo quod nitorem ſignificat conſcientiæ, & balſamo, quod odorem ſignificat bonæ famæ, per Epiſcopum benedicto. Forma autem eſt; *Signo te ſigno crucis & confirmo te Chriſmate ſalutis in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti.* Ordinarius Miniſter eſt Epiſcopus. Et cum ceteras unctiones ſimplex Sacerdos valeat exhibere, hanc non niſi Epiſcopus debet conferre; quia de ſolis Apoſtolis legitur, quorum vicem tenent Epiſcopi, quod per manus impoſitionem Spiritum Sanctum dabant, quemadmodum Actuum Apoſtolorum lectio manifeſtat: Cum enim audiſſent, inquit, Apoſtoli qui erant Hieroſolymis quia recepiſſet Samaria verbum Dei, miſerunt ad eos Petrum & Joannem. Qui cum veniſſent, oraverunt pro eis ut acciperent Spiritum Sanctum: nondum enim in quemquam illorum venerat, ſed baptizati tantum erant in nomine Domini Jeſu. Tunc imponebant manus ſuper illos & accipiebant Spiritum Sanctum. Loco autem illius manus impoſitionis datur in Eccleſia Confirmatio. Legitur tamen, aliquando per Apoſtolicæ Sedis diſpenſationem ex rationabili & urgente admodum cauſa, ſimplicem Sacerdotem Chriſmate per Epiſcopum confecto hoc adminiſtraſſe Confirmationis Sacramentum. Effectus autem hujus Sacramenti eſt, quia in eo datur Spiritus Sanctus ad robur, ſicut datus eſt Apoſtolis in die Pentecoſtes, ut videlicet Chriſtianus audacter Chriſti confiteatur nomen. Ideoque in fronte, ubi verecundiæ ſedes eſt, confirmandus inungitur, ne Chriſti nomen confiteri erubeſcat, & præcipue crucem ejus, qui Judæis quidem eſt ſcandalum, Gentibus autem ſtultitia, ſecundum Apoſtolum; propter quod ſigno crucis figuratur.

Tertium eſt Euchariſtiæ Sacramentum, cujus materia eſt panis triticeus, & vinum de vite, cui ante conſecrationem aqua modiciſſima admiſceri debet. Aqua autem ideo admiſcetur, quoniam, juxta teſtimonia Sanctorum Patrum ac Doctorum Eccleſiæ pridem in diſputatione exhibita, creditur ipſum Dominum in vino aqua permixto hoc inſtituiſſe Sacramentum. Deinde, quia hoc convenit Dominicæ Paſſionis repræſentationi. Inquit enim beatus Alexander, Papa quintus a Beato Petro: in Sacramentorum Oblationibus, quæ intra Miſſarum ſolennia Domino offeruntur, panis tantum & vinum aqua permixtum in Sacrificium offerantur. Non enim debet in Calicem Domini aut vinum ſolum aut aqua ſola offerri, ſed utrumque permixtum: quia utrumque, id eſt ſanguis & aqua, ex latere Chriſti profluxiſſe legitur. Tum etiam, quod convenit ad ſignificandum hujus Sacramenti effectum, qui eſt unio Populi Chriſtiani ad Chriſtum. Aqua enim populum ſignificat ſecundum illud Apocalypſis: *Aquæ multæ, populi multi.* Et Julius Papa ſecundus poſt beatum Silveſtrum, ait: Calix Dominicus, juxta Canonum præceptum, vino & aqua permixtus debet offerri: quia videmus in aqua populum intelligi, in vino vero oſtendi ſanguinem Chriſti. Ergo cum in calice vinum & aqua miſcetur, Chriſto populus adunatur, & fidelium plebs ei in quem credit copulatur & jungitur. Cum ergo tam Sancta Romana Eccleſia a beatiſſimis Apoſtolis Petro & Paulo edocta, quam reliquæ omnes Latinorum Græcorumque Eccleſiæ, in quibus omnis Sanctitatis & Doctrinæ lumina claruerunt ab initio naſcentis Eccleſiæ ſic ſervaverint & modo ſervent; inconveniens admodum videtur, ut alia quævis regio ab hac univerſali & rationabili diſcrepet obſervantia. Decernimus igitur ut etiam ipſi Armeni ſe cum univerſo Orbe Chriſtiano conforment; eorumque Sacerdotes in Calicis oblatione paululum aquæ, prout dictum eſt, admiſceant vino. Forma hujus Sacramenti ſunt verba Salvatoris, quibus hoc conficit Sacramentum. Sacerdos enim in perſona Chriſti loquens, hoc conficit Sacramentum. Nam ipſorum verborum virtute ſubſtantia panis in Corpus Chriſti & ſubſtantia vini in Sanguinem convertuntur: ita tamen quod totus Chriſtus continetur ſub ſpecie panis & totus ſub ſpecie vini: ſub qualibet quoque parte hoſtiæ conſecratæ & vini conſecrati, ſeparatione facta, totus eſt Chriſtus. Hujus Sacramenti effectus quem in anima operatur digne ſumentis eſt adunatio hominis ad Chriſtum. Et quia per gratiam homo Chriſto incorporatur, & membris ejus unitur, conſequens eſt, quod per hoc Sacramentum in ſumentibus digne gratia augeatur: omnemque effectum quem materialis cibus & potus, quoad vitam aguut corporalem ſuſtentando, augendo, reparando & delectando, Sacramentum hoc quod vitam operatur ſpiritualem: in quo, ut inquit Urbanus Papa, gratam Salvatoris noſtri recenſemus memoriam, a malo retrahimur, confortamur in bono, & ad virtutum & gratiarum proficimus incrementum.

Quartum Sacramentum eſt Pœnitentia, cujus quaſi materia ſunt actus pœnitentis qui in tres diſtinguuntur partes: Quarum prima eſt cordis contritio, ad quam pertinet ut doleat de peccato commiſſo cum propoſito non peccandi de cetero. Secunda eſt oris confeſſio: ad quam pertinet ut peccator omnia peccata, quorum memoriam habet, ſuo Sacerdoti confiteatur integraliter. Tertia eſt ſatisfactio pro peccatis ſecundum arbitrium Sacerdotis, quæ quidem præcipue fit per orationem, jejunium & eleemoſynam. Forma hujus Sacramenti ſunt verba abſolutionis quæ Sacerdos profert cum dicit: *Ego te abſolvo* &c. Miniſter hujus Sacramenti eſt Sacerdos, habens auctoritatem abſolvendi, vel ordinariam, vel ex commiſſione Superioris. Effectus hujus Sacramenti eſt abſolutio a peccatis.

Quintum Sacramentum eſt Extrema unctio, cujus materia eſt oleum olivæ per Epiſcopum benedictum. Hoc Sacramentum niſi infirmo, de cujus morte timetur, dari non debet: qui in his locis ungendus eſt; in oculis propter viſum, in auribus propter auditum, in naribus propter odoratum, in ore propter guſtum vel locutionem, in manibus propter tactum, in pedibus propter greſſum, in renibus propter delectationem ibidem vigentem. Forma hujus Sacramenti eſt hæc: *Per iſtam unctionem & ſuam piiſſimam miſericordiam indulgeat tibi Dominus quidquid per viſum* &c. Et ſimiliter in aliis membris. Miniſter hujus Sacramenti eſt Sacerdos: Effectus vero eſt mentis ſanatio, & in quantum autem expedit, ipſius etiam corporis. De hoc Sacramento inquit beatus Jacobus Apoſtolus: *Infirmatur quis in vobis? inducat Presbyteros Eccleſiæ, ut orent ſupra eum, ungentes eum oleo in nomine Domini: &*

ANNO 1439. *oratio fidei ſalvabit infirmum, & allevabit eum Dominus: & ſi in peccatis ſit, dimittentur ei.*

Sextum Sacramentum eſt Ordinis, cujus materia eſt illud, per cujus traditionem conferitur Ordo, ſicut Presbyteratus traditur per calicis cum vino & patenæ cum pane porrectionem. Diaconatus vero per libri Evangeliorum dationem; Subdiaconatus vero per Calicis vacui cum patena vacua ſuper poſita traditionem: & ſimiliter de aliis per rerum ad miniſteria ſua pertinentium aſſignationem. Forma Sacerdotii talis eſt: *Accipe poteſtatem offerendi Sacrificium in Eccleſia pro vivis & mortuis in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti*, & ſic de aliorum Ordinum formis, prout in Pontificali Romano late continetur. Ordinarius Miniſter hujus Sacramenti eſt Epiſcopus: Effectus augmentum gratiæ, ut quis ſit idoneus Miniſter.

Septimum eſt Sacramentum Matrimonii, quod eſt ſignum conjunctionis Chriſti & Eccleſiæ, ſecundum Apoſtolum dicentem: *Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem hoc dico in Chriſto & in Eccleſia.* Cauſa efficiens Matrimonii, regulariter eſt mutuus conſenſus per verba de præſenti expreſſus. Aſſignatur autem triplex bonum Matrimonii. Primum eſt proles ſuſcipienda & educanda ad cultum Dei. Secundum eſt fides quam unus conjugum alteri ſervare debet. Tertium indiviſibilitas matrimonii propter hoc quod ſignificat indiviſibilem conjunctionem Chriſti & Eccleſiæ. Quamvis autem ex cauſa fornicationis liceat tori ſeparationem facere, non tamen aliud matrimonium contrahere fas eſt, cum matrimonii vinculum legitime contracti perpetuum ſit.

Sexto compendioſam illam fidei regulam per beatiſſimum Athanaſium editam ipſis præbemus Oratoribus, cujus tenor talis eſt: *Quicumque vult ſalvus eſſe* &c.

Septimo Decretum unionis cum Græcis conſummatæ pridem in hoc Sacro Oecumenico Florentino Concilio promulgatum, cujus tenor talis eſt: EUGENIUS &c. *Lætentur Cœli*, &c.

Octavo cum inter alia ſic etiam cum ipſis Armenis diſputatum, quibus diebus feſtivitatis annuntiationis Beatæ Mariæ Virginis, nativitatis Beati Joannis Baptiſtæ, & conſequenter nativitatis & circumciſionis Domini noſtri Jeſu Chriſti, ac præſentationis ejusdem in Templo ſeu purificationis Beatæ Virginis Mariæ celebrari debeant, ſatisque dilucide veritas patefacta fuerit, tam Sanctorum Patrum Teſtimoniis quam conſuetudine Eccleſiæ Romanæ & omnium aliarum univerſaliter apud Latinos & Græcos. Ne igitur in tanis celebritatibus dispar ſit Chriſtianorum ritus, unde perturbandæ caritatis occaſio poſſit oriri, decernimus tanquam veritati & rationi conſentaneum & juxta totius reliqui Orbis obſervantiam, ut ipſi etiam Armeni Feſtum annuntiationis Beatæ Mariæ die vigeſima quinta Martii, nativitatis Beati Joannis Baptiſtæ vigeſima quarta Junii, nativitatis vero ſecundum carnem Salvatoris noſtri vigeſima quinta Decembris, circumciſionis ejusdem prima Januarii, epiphaniæ ſexto ejusdem Januarii, præſentationis Domini in Templo ſeu purificationis Dei Genitricis ſecunda Februarii, debeant ſolenniter celebrare. His omnibus explicatis prædicti Armenorum Oratores nomine ſuo & ſui Patriarchæ & omnium Armenorum hoc ſaluberrimum Synodale Decretum cum omnibus ſuis Capitulis, declarationibus, diffinitionibus, traditionibus, præceptis & ſtatutis, omnemque Doctrinam in ipſa deſcriptam, nec non quidquid tener & docet Sancta Sedes Apoſtolica & Romana Eccleſia cum omni devotione & obedientia acceptant, ſuſcipiunt, & ampleſtuntur. Illos quoque Doctores & Sanctos Patres, quos Eccleſia Romana approbat, ipſi reverenter ſuſcipiunt. Quascumque vero perſonas, & quidquid ipſa Romana Eccleſia damnat & reprobat, ipſi pro reprobatis & damnatis habent, profitentes, tamquam veri obedientiæ Filii nomine quo ſupra, ipſius Sedis Apoſtolicæ ordinationibus & juſſionibus fideliter obtemperare. Datum Florentiæ in publica Seſſione Synodali ſolenniter in Eccleſia Majori celebrata, Anno Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimo nono, decimo Kalendas Decembris, Pontificatus noſtri Anno nono.

LX.

6. Dec. SAVOIE. *Teſtament* (1) *d'*AME' VIII. *du nom, premier Duc de Savoye, fait au Monaſtère de Ripaille, le 6. de Décembre* 1439. [S. GUICHENON, Hiſtoire Généalogique de la Maiſon de Savoye, Preuves. pag. 353.]

(1) Il mourut à Geneve le 7. Janvier 1451. âgé de 69. ans.

ANNO 1439. IN nomine Beatiſſimæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen. Per hoc publicum Inſtrumentum univerſis & ſingulis, præſentibus & futuris fiat notum atque manifeſtum. Quòd ſumpto à præclariſſima Domini noſtri Jeſu Chriſti humana nativitate milleſimo quadringenteſimo trigeſimo nono, Indictione tertia cum eodem Anno ſumpta, & die ſexta menſis Decembris, in præſentia Reverendorum Patrum ac Venerabilium Virorum teſtium, & noſtrorum Notariorum publicorum, Secretariorumque ſubſcriptorum; perſonaliter conſtitutus Illuſtriſſimus Princeps & Dominus noſter Excelſus Dominus AMEDEUS Dux Sabaudiæ, Chablayſii, & Auguſtæ Princeps, Marchio in Italia, Comes Pedemontium & Gebennenſium Valentinenſiſque & Dyenſis, ac Dominus Civitatum Niciæ, & Vercellarum, circunſpectiſſimè conſiderans ut dicebat, quàm ſit honeſtum, utile pariter & ſalutare, perſonis legitimis condere Teſtamentum, quo ſalus animabus, concordia hæredibus, mercenariis retributio, creditoribus & gravatis ſatisfactio, ac dilectis munificentia propinantur, quòd quam ipſi teſtamentariæ conditioni conſultiùs indulgetur, dum uſu rationis, & corpore ac ſanitate vigentibus, utriusque hominis ſubſtantia congrua temperie ſtabilitur. Volens propterea caſus inopinatos & incertos, quibus interdum teſtandi facultas adimitur, prævenire, mente & corpore per Dei gratiam ſanus, prout ipſius Domini noſtri ſtatus & geſtus inde faciebant & faciunt cunctis cernentibus evidens argumentum; ad laudem & honorem Dei Omnipotentis, Beatiſſimæque Mariæ Virginis, ac omnium Sanctorum, animarumque ſuffragium, hæredum ſuorum pacem & concordiam, ac ſuæ conſtantiæ jucunditatem, & quietem ſuorum Principatuum, & Dominiorum, dignitatum, rerum & bonorum diſpoſitionem per præſens ejus nuncupativum Teſtamentum facit, ſub forma, modo & ordine ſequentibus.

In primis, prænominatus Dominus noſter Dux Teſtator, animam ſuam nunc & in perpetuum, & præſertim dum Altiſſimo diſponente egredietur à ſuo corpore, humiliter & devotè recommittit Omnipotenti Deo, qui eam creavit & redemit, Beatiſſimæ Mariæ Virgini, Beato Michaeli Archangelo, cæterisque Spiritibus Angelis, ac omnibus Sanctis; Corpus verò ſuum, excepto corde dumtaxat, vult & jubet ipſe Dominus noſter Dux Teſtator, honorabiliter deferri & conduci ad Monaſterium Altæcombæ Ciſtercienſis Ordinis, & ibidem in Capella infrà Eccleſiam ipſius Monaſterii, per Inclitæ recordationis Dominos Progenitores ejusdem D. Teſtatoris ab antiquo fundata, videlicet, in ſepulchro prædictorum Progenitorum ſuorum, in quo celebritate, ac cæteris eleemoſynarum & orationum ſuffragiis decenter inhumari eligens idem Dominus noſter Teſtator inibi dicti ſui corporis ſepulturam, ubicumque ipſum Dominum Teſtatorem contingat ab humanis decedere. Cor autem ſuum vult & jubet idem Dominus Teſtator poſt ejus deceſſum de corpore ſuo ſumi, & ſumptum incapſari, & deinde deferri in Eccleſiam Monaſterii Ripatliæ Ordinis Sancti Auguſtini, per eundem Dominum Teſtatorem pridem fundati & dotati, & ibidem ante Magnum Altare Beatæ Mariæ Virginis Eccleſiæ, per ipſum Dominum Deo authore conſtrui & ædificari inchoatæ, tempore obitus ipſius Domini Teſtatoris, ſi ipſa Eccleſia vel ſaltem Chorus ſeu Presbyterium ejusdem ſint conſtructa; ſin autem, ante magnum Altare Sancti Mauricii Eccleſiæ præſentis prædicti Monaſterii, cum Miſſarum & ſuffragiorum ſolemnitate tradi Eccleſiaſticæ ſepulturæ inibi eligens dictus Dominus Teſtator prædicti ſui cordis ſepulturam.

Item vult & jubet præfatus Dominus Teſtator ſepulturam & exequias ſuas, per hæredem ſuum univerſalem infrà ſcriptum honorificè celebrari, & fieri in prædicta Eccleſia Monaſterii Altæcombæ, ubi dictum corpus ejus erit ut præmittitur inhumatum, infrà unum annum à die ipſius inhumationis numerandum, omni occaſione ceſſante, per modum infrà ſcriptum.

Cæterùm animadvertens idem Dominus noſter Dux Teſtator, circa laudabilia ſervitia per Magnificum, Strenuumque Militem Dominum Humberium Baſtardum de Sabaudia, eidem Domino Teſtatori à ſuis puerilibus annis, & conſequenter Illuſtribus ipſius Domini Teſtatoris liberis obſequioſè impenſa, etiam actus ſtrenuos, & notabilia peregrinationis vota, quibus in partibus Turoniæ, aliisque transmarinis & remotis mundi regionibus perſonam ſuam exercuit, & vehementibus diſcriminibus exponere non erubuit: volens pro-

ANNO 1439. præterea ipſe Dominus Teſtator eidem Domino Humberto ejus fratri Baſtardo, quantum ſibi præſentialiter adeſt facultas pro meritis reſpondere, & ipſum juxta ſuorum meritorum exigentiam majoribus honoribus & præeminentiis extollere, vult, jubet & in vim legati ordinat, Caſtra, Villam, Caſtellaniam, Mandamentum, & Reſſortum Rotundi Montis in Patria Vaudi ſituata, cum ſuis ſolitis pertinentiis univerſis extolli & erigi in Comitatum dignitatemque Comitalem, & erecta cum ipſorum hominibus, homagiis, feudis, retrofeudis, & nobilibus & ignobilibus, meto & mixto Imperio, Jurisdictione omnimoda alta, media & baſſa, redditibus, cæterisque pertinenciis & appendenciis univerſis, in augmentum feudi nobilis & ligii, ad quod ipſi Domino Teſtatori aliunde eſt adſtrictus, eidem Domino Humberto pro ſe ſuisque liberis masculis, naturalibus & legitimis, ex ſuo proprio corpore & legitimo matrimonio procreatis, & ab eis naturaliter & legitimè per lineam masculinam descendentibus tradi, & expediri per ejus hæredem univerſalem infrà ſcriptum, quàm citò ad hæreditatem ſuam admittetur; niſi tamen ipſe Dominus Teſtator hoc antea fecerit, adimpleverit nihil in illis ulterius retinendo præterquam jus feudi, fidelitatis, homagii directi, feudi Dominii, ſuperioritatisque & reſſorti, cum illorum præeminenciis, & juribus univerſis indifferenter, prout idem Dominus Teſtator illas percipere & exercere conſuevit ſuper cæteris Baronibus & Banneretis Baroniæ Vaudi, ac etiam omnibus donis & ſubſidiis per alias bonas Villas dictæ Baroniæ generaliter imponendis & concedendis, quæ dona & ſubſidia ipſe Dominus noſter Dus Teſtator pro ſe & ſuis hæredibus, qui erunt Duces Sabaudiæ, retinet & reſervat habenda & percipienda, quandocumque locus evenerit in futurum tam ſuper ipſo loco & pertineneiis Rotundi montis, quàm loco, & pertinenciis Stavayaci, ſibi etiam per ipſum Dominum Teſtatorem jam pridem in augmentum conceſſi, indifferenter prout illa habebat & percipere conſueverat, antequam ipſa eidem Domino Humberto, ut præmittitur, tradita legataque fuiſſent & conceſſa, nec non juribus Patronatus Eccleſiæ Parrochialis, ac cæterorum Beneficiorum Eccleſialticorum, infrà locum & territorium dicti loci Rotondi montis ſituatorum, eidem Domino Teſtatori pertinentibus; ita etiam quòd ipſe Dominus Humbertus ratam habeat traditionem factam Domino Franciſco de Buffy de certis rebus in dicto mandamento ſituatis.

Præterea circa nonnullorum antiquorum inſimorum Servitorum ipſius Domini Teſtatoris ut aſſerit merita animadvertens, ſignanter ſpectabilis conſanguinei Mareſcalliique ſui Sabaudiæ Domini Joannis de Seyſſello, Domini Bariatti & Rupetulæ, nec non dilecti fidelis Secretarii Conciliariique ac Prioris Magiſtri Requeſtarum Ducalis hoſpicii, Guillelmi Balonnerii, ab ipſorum juventutis primordiis in ipſius Domini Teſtatoris ſerviciis & hoſpitio alitorum, vult, & disponit idem Dominus Teſtator, quòd licet illos aliorſùm occupare habeat, nihilominus eorum quibuscumque officiis, præeminentiis, prærogativis & commoditatibus, tam in hoſpitio hæredis univerſalis ipſius Domini Teſtatoris, quàm extrà ea nunc in antea, ſine detractione & turbatione quacumque in omnibus continuè præſerventur.

Item conſiderans prædictus Dominus noſter Dux Teſtator gratiſſima & familiariſſima, tam Deo quam ſibi impartita huc usque ſervitia, per ſpectabiles & Egregios Commilitones ſuos Ordinis ſui militaris Ripalliæ, Dominos Claudium de Saxo, Lambertum Oddineti Legum Doctorem, qui tam in longinquis Ambaſſiatis quam præſidentiarum Concilii, & Cameræ Computorum Chamberiaci Officiis, eidem Domino Teſtatori decentiſſimè & fructuosè ſervierunt, nec non Dominos Franciſcum de Buffy, Amedeum Championis, & Ludovicum de Chevelluto Milites, Vult, disponit & jubet hæredi ſuo univerſali infrà ſcripto ibidem præſenti, quatenus ipſos Dominos Commilitones ſuos, & eorum liberos in ſuis negociis favorabiliter & ſpecialiter habeat recommiſſos.

Item quia in quodam priori Teſtamento ejusdem Domini Teſtatoris, per me Nicodum Feſti Notarium publicum, ac ipſius Domini Teſtatoris Conſiliarium & Secretarium ſubſcriptum, recepto ſub anno Domini milleſimo quatercenteſimo trigeſimo ſecundo, Indictione decima, & die nona menſis Decembris, pluribus ſuis Servitoribus pro remuneratione ſuorum ſerviciorum certa legata fecerat, quæ pro maxima parte realiter ſolvit, aliis verò nonnullis legatariis, quibus nondum extiterat realis facta ſolutio, de aſſignationibus per ipſius Domini noſtri Ducis Teſtatoris patentes litteras fecit, prout ipſe aſſerit pro tutiori eorum ſatisfactione in ejus vita fienda de eisdem Legatis, & ſuorum ſervitorum præteritorum remuneratione, tunc obmiſit facere mentionem. ANNO 1439.

Item vult & jubet idem Dominus Teſtator per hæredem ſuum univerſalem infrà ſcriptum dari, & ſolvi omnibus ſervitoribus ipſius Domini Teſtatoris præſentibus & futuris, hæredem conſignam ſecundum gradus & qualitates perſonarum, & Officiorum, ſeu ſerviciorum ſuorum, ac quantitatem temporis ipſorum ſerviciorum, arbitrio Executorum hujus ſui Teſtamenti.

Poſtmodum præfatus Dominus Teſtator ad inſtitutiones hæredum ſuorum deſcendens, proceſſit ſeu procedit hoc ordine.

In primis, Illuſtriſſimam Dominam Mariam de Sabaudia, ejusdem Domini Teſtatoris Filiam naturalem & legitimam, chariſſimam, Ducheſſam Mediolani, ſibi hæredem inſtituit idem Dominus Teſtator in centum millibus Ducatis boni auri & boni ponderis, olim ſibi pro ea Illuſtriſſimo Principi Domino Philippo Mariæ Anglo Duci Mediolani conjungi dictæ Dominæ Mariæ, in dotem ipſius Dominæ Mariæ per prætatum Dominum Teſtatorem conſtitutis, in contractu matrimonii ſeu ſponſaliorum ipſorum Domini Ducis & Ducheſſæ Mediolani, & per ipſum Dominum Ducem habere confeſſatis, ut aſſerit idem Dominus Teſtator in publico Inſtrumento, ſeu publicis Inſtrumentis inde confectis contineri; & ultrà eam prædictam in quinque millibus Ducatis ſeu florenis Italicis auri & ponderis prædictorum, quos ipſe Dominus Teſtator unà cum dicta dote, & ultrà eam prælatæ Dominæ Mariæ jure inſtitutionis relinquit; volens & jubens ipſe Dominus Teſtator ipſam Dominam Mariam pro dictis dote & quinque millibus Ducatis ſeu florenis ſibi, ut prætertur, jure hæreditario relictis, eſſe contentam de omni jure, legitima, & portione ſibi competentibus in omnibus & ſingulis rebus, & bonis Paternis, Maternis, Fraternis, & Sororinis ipſius Dominæ Mariæ; ita quòd nihil aliud præterquam prædicta ſibi relicta poſſit in futurum, vel ſui ab hærede univerſali dicti Domini Teſtatoris, vel ſuis, occaſione ſucceſſionum, Paternæ, Maternæ, Fraternæ, & Sororinæ, ſeu legitimæ, aut aliter petere vel exigere; ſalvis tamen eidem Dominæ Mariæ, & ſuis, ſubſtitutionibus infrà ſcriptis in ſuis caſibus; quos quidem quinque mille Ducatos vult, jubet & ordinat dictus Dominus Teſtator ſolvi realiter, & cum effectu eidem Dominæ Mariæ, vel ſuis per hæredem univerſalem ipſius Domini Teſtatoris, infrà tres annos à die obitus ejusdem Domini Teſtatoris numerandos, ſi tamen illos duxerit exigendos. Verum quia hujusmodi Dos ſua centum millium Ducatorum fuit ſibi per dictum ejus Virum in territoriis ſemotis aſſignata, ſi forte contingeret ipſam Dominam Mariam Ducheſſam dicto ejus Viro ſupervivere, & dictam ejus dotem, ſeu aſſignationem ejusdem dotis effectualiter aſſequi non poſſe, ſi non velit ad ſecunda vota convolare, vultque hæres ſuus univerſalis ſibi quoad vixerit ſtatum ſuum ſecundum illius decenter miniſtrare, aut ſi ipſa inaluerit ſibi ad hoc aſſignationem eundignam facere; ubi autem convulaverit, teneatur idem hæres univerſalis ipſam Dominam Mariam iterùm dotare usque ad ſummam centum millium ducatorum; hoc tamen mediante, quòd ipſa Domina Maria Ducheſſa eidem hæredi univerſali teneatur facere validam ceſſionem, & remiſſionem jurium & actionum ſibi competentium ſuper dicta aſſignatione, ſibi per dictum ejus Virum facta, tam erga ſucceſſores dicti ejus Viri quàm alios quoscumque.

Item Sereniſſimam Dominam Margaritam ipſius Domini Teſtatoris filiam naturalem & legitimam, cariſſimam, Reginam Siciliæ & Jeruſalem, ſibi hæredem inſtituit præfatus Dominus Teſtator in centum & viginti millibus Ducatis ſeu florenis Italicis, nuper eidem Dominæ Margaritæ, ſeu pro ea Sereniſſimo Principi Domino Ludovico Regi Siciliæ & Jeruſalem Conjugi ipſius Dominæ Margaritæ; in contractu ſponſaliorum ipſorum Dominorum Regis & Reginæ, per eundem Dominum Teſtatorem in dotem ejusdem Dominæ Margaritæ conſtitutis, prout in Inſtrumentis publicis, ſeu litteris lodè confectis dicitur contineri, unà cum etiam mille Ducatis ſeu florenis Italicis, quos ultra dictam dotem jure inſtitutionis eidem Dominæ Reginæ relinquit. Pro quibus centum, & viginti millibus Ducatis dotalibus, & mille Ducatis, per dictum Dominum Teſtatorem eidem Dominæ Margaritæ Reginæ conſtitutis, jureque inſtitutionis relictis, Vult & jubet idem Domi-

ANNO 1439. Dominus Teſtator ipſam Dominam Margaritam Reginam eſſe contentam de omni jure, legitima & portione ſibi competentibus, & competituris in omnibus & ſingulis bonis, rebus Paternis, Maternis, Fraternis & Sororinis ipſius Dominæ Margaritæ Reginæ; ita quòd nihil aliud præterquam & ultra prædictos centum & viginti mille Ducatos ſeu florenos Italicos dotales, & mille Ducatos jure inſtitutionis ſibi relictos, poſſit ipſa Domina Margarita Regina vel ſui in futurum ab hærede univerſali ipſius Domini Teſtatoris, vel ſuis, occaſione ſucceſſionis Paternæ, Maternæ, Fraternæ, & Sororinæ ſeu legitimæ, aliud petere vel exigere; ſalvis tamen eidem Dominæ Reginæ Margaritæ & ſuis, ſubſtitutionibus infra ſcriptis in caſibus ſuis.

Et ſi forſan prætatas Dominas Mariam Duchiſſam Mediolani, & Margaritam Reginam Siciliæ & Jeruſalem, vel earum alteram ab humanis decedere contigerit ſine liberis naturalibus & legitimis, ex ſuis propriis corporibus procreatis, quandocumque eisdem, & earum cuilibet ſic decedentibus ſeu decedendis, ſubſtituit idem Dominus Teſtator pleno jure hæredem ſuum univerſalem infrà ſcriptum, & ejus liberos naturales & legitimos maſculos, primogenitos, gradatim & ſucceſſivè ſuccedentes, in Ducali dignitate Sabaudiæ.

Item Illuſtriſſimum Dominum Philippum de Sabaudia ipſius Domini Teſtatoris Filium naturalem & legitimum, hæredem ſibi inſtituit idem Dominus Teſtator, videlicet in dignitate & toto Dominio Comitatus Gebennenſis, ſcilicet in omnibus & ſingulis juribus ipſius Comitatus eidem Domino Teſtatori pertinentibus, exceptis, reſervatis & omnino retentis per ipſum Dominum Teſtatorem, ad opus hæredis ſui univerſalis infrà ſcripti, & ſuorum ſucceſſorum in prædicta Ducali dignitate Caſtris, Villis, Territoriis, & Mandamentis Rumilliaci in Albaneſio, Balleyſonis, Trochiarum, Gaillardi, & Terniaci, cum Pedagiis Pontis Arvæ, Gebennarum & Variaci, ac aliis prædictorum retentorum pertinentiis univerſis, nec non homagiis, fidelitatibus, feudis, mero & mixto Imperio, omnimoda Jurisdictione, ſuperioritatibus, & reſſortis Dominorum & Dominiorum Caſtrorum, Locorum, & Mandamentorum Aulænovæ, & Altævillæ.

Item ultra dictum Comitatum Gebenneuſem, ſalvis præmiſſis retentis, præfato Illuſtri Domino Philippo Filio ſuo jure inſtitutionis relinquit idem D. Teſtator totam Baroniam & Terram Foucigniaci, incluſo caſtro, loco, territorio, & mandamento Bellifortis, quæ vult & disponit idem D. Teſtator eſſe perpetuò incorporata, & incorporat dictæ Baroniæ Foucigniaci, prout erat antiquitùs; ſalva tamen ſemper infeudatione ipſorum caſtri, & mandamenti Bellifortis Spectabili D. Joanni de Belluforti, Milit., Cancellario Sabaudiæ, per ipſum D. Teſtatorem pridem facta, cui per hoc in aliquo non intendit derogare, excluſis, retentis & reſervatis per præfatum D. Teſtatorem, ad opus prædicti hæredis ſui univerſalis, & ſucceſſorum ſuorum in prædicta Ducali dignitate, Caſtro, Villa, Territorio, & Mandamento Hermenciæ, quæ vult & disponit idem D. Teſtator eſſe perpetuò decorporata, & decorporat à dicta Baronia Foucigniaci, & incorporat Dominio Ducali.

Item ultra præmiſſa, in recompenſationem uberiorem, ut præmittitur, detractorum de prædictis Comitatu Gebennenſi, & Baronia Foucigniaci, idem Dominus Teſtator prædicto jure hæreditariæ inſtitutionis relinquit dicto D. Illuſtri Philippo Filio ſuo Caſtra, Villas, Territoria, & Mandamenta de Fabricis, Greyſiaci in Gebennetio, Seſſens, veteris & novi Arlodi, turtisque Comitalis de Chalte, & de Monthous, ac etiam de Ugina; volens, jubens & disponens idem Dominus Teſtator, quòd in caſu quòd ipſe D. Teſtator in vita ſua non liberabit & expedierit prædicta Caſtrum, Villam & Mandamentum de Ugina ab hypotheca cui ſubmiſſa ſunt, & obligantur de præſenti erga Dominum de Chivrone hæres univerſalis infrà ſcriptus ipſius Domini Teſtatoris teneatur, & efficaciter ſit adſtrictus hujusmodi Caſtrum, Villam & Mandamentum de Ugina à prædicta hypotheca penitùs liberare, & expedire ſtatim poſt obitum ipſius D. Teſtatoris, nili fortè pactiones cum ipſo D. Chivronis per ipſum D. Teſtatorem ultimo initæ conſequenter locum habere poſſint, ſic quòd præfatus illuſtris D. Philippus ipſas Caſtrum, Villam & Mandamentum de Ugina, tunc vel ſubſequenter vigore dictarum pactionum liberas, & debrigatas habete valeat & poſſidere, aut prædicto Illuſtri Domino Philippo tradere, & aſſignare convenienti arbitro exequutorum ſuorum præſentis Teſtamenti, & aliorum Conciliariorum dicti Domini Teſtatoris tunc temporis viventium, tantam quantitatem pecuniæ & victualium redditualem, quantum valent hujusmodi Caſtrum, Villa, & Mandamentum de Ugina annuatim in revenuta ordinaria tenenda, pacificè poſſidenda per ipſum Illuſtrem Dominum Philippum & ſuos, interim & quousque prædictus hæres univerſalis dicti Domini Teſtatoris vel ſui, præmiſſa Caſtrum, Villam & Mandamentum de Ugina à prædicta hypotheca liberaverint, & expedierint dicto Illuſtri Domino Philippo vel ſuis prædictis. ANNO 1439.

Item ulteriùs in uberiorem præmiſſorum ut ſupra detractorum recompenſationem, relinquit jure inſtitutionis idem Dominus Teſtator dicto Domino Philippo Caſtrum, Villam & Mandamentum de Gordanis in Vallebona ſituata, ita & taliter quòd præfatus hæres univerſalis ipſius Domini Teſtatoris teneatur, & debeat prædicta Caſtrum, Villam, & Mandamentum penitus liberare, & debrigare erga Magnificum Dominum Comitem Montisrevelli, & quoscunque alios in eisdem portiones in illis habere prætendentes.

Relinquit autem præfatus Dominus noſter Dux Teſtator prædicto Illuſtri Domino Philippo Filio ſuo & hæredi particulari, prædictos Comitatum, Baroniam, Caſtra, Villas, Loca, Territoria & Mandamenta, nec non omnes & ſingulas ſucceſſiones caſtrorum, dominiorum & aliarum rerum, & bonorum quorumcumque ſituatorum in prædictis Comitatu Gebennenſi, & Baronia Faucigniaci, in caſibus ſuis obventuras, unà cum omnibus & ſingulis hominibus, homagiis, feudis nobilibus & ignobilibus, mero, mixto Imperio, omnimoda Jurisdictione, ſuperioritatibus, reſſortis, directis, & utilibus Dominis, reacheis, rehabendisque facultatibus, talliis, cenſibus, ſervitiis, & tributis perſonalibus & realibus, Decimis, prædiis, venationibus, piscariis, aquarum decurſibus, pedagiis, poutanagiis, foris, nundinis, leydis, juribus patronatus Eccleſiaſticorum Beneficiorum, cæterisque Dominiis, præeminentiis, prærogativis, exitibus, emolumentis, juribus, & pertinenciis univerſis Comitatus, Baroniæ, Caſtrorum, Villarum, Locorum, & Mandamentorum prædicto Illuſtri Domino Philippo, per ipſum Dominum Teſtatorem, ut præmittitur, jure inſtitutionis relictorum, & ipſius relictis pertinentibus quibus bonæ memoriæ Domini Comites Gebennenſes, utebantur & uſi ſunt; ſalvis ſemper Domino Duci Sabaudiæ pro tempore exiſtente, omnibus & ſingulis ſuper & infrà per dictum Dominum Teſtatorem reſervatis, ſub tamen modis, reſervationibus, obligationibus & conditionibus infrà ſcripis, quos & quas præfatus Dominus Teſtator disponit, jubet, ſtatuit & ordinat perpetuè & inviolabiliter obſervandos.

In primis, vult, jubet, disponit & ordinat idem Dominus Teſtator, quòd prædictus Illuſtris Dominus Philippus de Sabaudia Filius & hæres particularis ipſius Domini Teſtatoris, & ejus liberi & liberorum liberi maſculi, naturales & legitimi ſucceſſores in præmiſſis eidem illuſtri Domino Philippo jure inſtitutionis relictis, teneant & poſſideant, teneteque & poſſidere debeant prædictos, Comitatum Gebennenſii, Baroniam Faucigniaci, cæteraque Caſtra, Villas, Loca, Territoria & Mandamenta eidem Illuſtri Domino Philippo jure inſtitutionis, ut præmittitur, relictos & relictas, nec non omnes & ſingulas dignitates, terras, atque Dominia per Illuſtrem Dominum Philippum & ſuos prædictos quomodolibet acquirendos & acquirenda, infrà limites ſeu ſpatium duodecim leucarum a finibus Patriæ præſentis dicti Domini Teſtatoris, cum Dominiis, & terris contiguis de puro & francho allodio, non adſtricta ad fidelitatem & directum Dominium alteri Dominio quàm Imperio, ab hærede univerſali dicti Domini Teſtatoris infra ſcripto, & ſuis liberis & ſucceſſoribus, videlicet, illi qui gradatim ſuccedent & præfidebunt in Ducali dignitate Sabaudiæ, in feudum ligium & nobile, ac de ejus immediato directo Dominio, ſuperioritate & reſſorto, ſiveque pro eis vaſſalli perpetui ipſorum hæredis univerſalis, & prædictorum liberorum, & ſucceſſorum ſuorum in prædicta Ducali dignitate, ac eidem hæredi univerſali, & ſuis hujusmodi ſucceſſoribus ad homagium ligium nobile & fidelitatem ligium præ cunctis Dominis & perſonis mundi, perpetuè & indiſſolubiliter maneant, ſintque obligati & adſtricti; nec non ad petendum & obtinendum ab eodem hærede univerſali, & ſucceſſoribus ſuis prædictis in Ducatu Sabaudiæ, tanquàm a Dominis & ſuperioribus ſuis immediatis, quoties mutationis Dominii, vel Vaſſallicaſus occurret, inveſtiturum legitimam de prædictis Comitatu, Baronia, Caſtris, Villis, Locis & Mandamentis, ac cæteris præfato Illuſtri Domino Philippo, per dictum

Dominum

ANNO 1439. Dominum Teſtatorem jure inſtitutionis ut præmittitur relictis, nec non de aliis ut præfertur franchè ac liberè, alteriusque Imperii infrà dictos limites acquirendis, faciendumque & præſtandum tunc & quotiescumque fuerint requiſiti, dictis hæredi univerſali & ſuis præmiſſis ſucceſſoribus in prædicta Ducali dignitate, homagium, ligium, & fidelitatem ligiam præ cunctis aliis quibuscumque Dominis & perſonis, cum recognitione & ſpecificatione ſingularum omnium rerum & feudalium præmiſſarum, ac aliarum acquirendarum, ut dictum eſt, ac præſtatione juramenti fidelitatis ſecundum Capitula novæ & antiquæ formæ fidelitatis, aliisque ſervatis ſolemnitatibus, obedientiis & modis debitis, & in talibus conſuetis & oportunis. Et ut impoſterum ſuper hujusmodi acquirendis inter præfatos Dominos Ludovicum & Philippum ipſius Domini Teſtatoris liberos, omnis tollatur de medio ambiguitatis ſubtilitas; voluit & diſpoſuit idem Dominus Teſtator, quòd quandocumque præfatus Dominus Philippus aliquas Terras, Villas, Caſtra, bona, aut Dominia intrà prædictos limites acquiſierit de franco allodio, aut aliàs non adſtricta ad feudum & directum Dominium alterius quàm Imperii, teneantur & debeant idem Dominus Philippus, & ſui prædicti ſucceſſores, quandocumque fuerint requiſiti parte dicti hæredis univerſalis, & ſuorum ſucceſſorum in prædicta Ducali dignitate, titulo donationis conferre eisdem hujusmodi Caſtra, Villas, Terras, & alia Dominia per eos acquiſita, & in poſſeſſionem naturalem vel civilem transferre, ſic quod efficaciter in eos conferatur Dominium.

Quibus peractis, iidem hæredes univerſales, ac eorum ſucceſſores in dicta Ducali dignitate, ante diviſionem ad alios actus, teneantur eidem Domino Philippo ac ſuis quibus ſupra, eadem bona ſic eis, ut præmittitur, collata in feudum tradere, ſub eodem homagio & fidelitate quibus eisdem adſtringuntur pro dictis Comitatu, Baronia, & aliis Caſtris, Villis & locis eidem Domino Philippo per dictum Dominum Teſtatorem ut ſupra relictis; & de illis eos inveſtire, ac illorum poſſeſſionem vacuam pacificè tradere & relinquere. Si verò contingat dictum Dominum Philippum Comitem, aut ejus liberos, impoſterum acquirere Terras, ſeu Dominia quæcumque ultra limites prædictos duodecim leucarum à finibus præſentis Patriæ præfati Domini Teſtatoris diſtantes; illas & illa teneant & poſſideant perpetuè, cum libertatibus, præeminentiis & conditionibus earundem, nec pro illis ipſe Dominus Comes vel ſui ad feudum, vel homagium erga prædictum hæredem univerſalem, & ejus ſucceſſores Duces Sabaudiæ quovismodo teneantur, nec ſint adſtricti.

Item vult, diſponit & jubet prædictus Dominus Teſtator, quod in perpetuum omnes & ſinguli Barones, Bannereti, Vaſſalli, homines nobiles, & ignobiles, Communitates, & quicumque ſubditi prædictorum Comitatus Gebennenſii, & Baroniæ Faucigniaci, aliorumque Caſtrorum, Villarum, Locorum, & Mandamentorum, præfato illuſtri Domino Philippo jure inſtitutionis hæreditariæ, ut præmiſſum eſt, relictorum primitùs, & ante ipſum Dominum Philippum, & ejus liberos, ac ſucceſſores prædictos, nec non quoscumque alios Dominos & perſonas, ſint indiſſolubiliter, immediatè & perpetuò obligati & adſtricti ad fidelitatem ligiam, & univerſa fidelitatis obſequia prædicto hæredi univerſali, ac ſuis prædictis in Ducali dignitate ſucceſſoribus pro tempore exiſtentibus, ipſum fidelitatem in recognoscendo, & homagiando præfato Illuſtri Domino Philippo, & ſuis liberis, hæredibus, & ſucceſſoribus prædictis in Inſtrumentis hujusmodi recognitionis, & homagiorum, ſpecialiter & expreſsè declarare, & ſine quacumque exceptione reſervare.

Item vult, disponit & jubet præfatus Dominus Teſtator, quòd dictus Illuſtris Dominus Philippus, & ſui liberi, ac ſucceſſores prædicti, nec non Barones, Bannereti, Vaſſalli, & quicumque alii ſubditi eorundem ad cauſam dictorum Comitatus, Baroniæ, Caſtrorum, Villarum, & Mandamentorum prædictorum, nec non & quorumcumque Dominiorum, Villarum, Terrarum & bonorum per eundem Dominum Philippum, & ſuos ſucceſſores acquirendo infrà dictos limites de franco allodio vel aliàs, non adſtrictorum feudo & directo Dominio alterius quàm Imperii, perpetuè reſervantur, reſſorniriique teneantur prædicto hæredi univerſali, ſuisque liberis, & ſucceſſoribus qui pro tempore erunt Duces Sabaudiæ, & ad ipſos Dominos Duces Sabaudiæ pro tempore exiſtentes, per viam recurſus, & ſecundarum appellationum ut infrà declarabitur, in quibuscumque tam civilibus quàm criminalibus, poſſit & debeat per quoscumque revocari, ac in ipſis recurſu, & appellationibus habeant & teneantur ipſi DD. Comites, Barones, Bannereti, & cæteri Officiarii, ac ſubditi eisdem parere ac efficaciter obedire, quibus etiam non liceat nec poſſint hujusmodi recurſus & ſecundarum appellationum medium obtinere, vel ipſo tacito aut omiſſo, ad alium quemcumque recurrere, provocare, ſupplicare aut querelare quovis modo. Et ulteriùs voluit & diſpoſuit, ne permixtione Jurisdictionum turbentur Officia Juſtitiæ, ut tam ipſe Dominus Comes quàm Barones & Bannereti ejus ſubditi, habentes Jurisdictionem & Imperium, ſuos habeant Judices ordinarios, qui de cauſis ordinariis, tàm civilibus quàm criminalibus, primam habeant cognitionem & deciſionem Jurisdictionis immediatè ipſius Domini Philippi; ac eriam cognitionem cauſarum, appellationum à ſuis Baronibus & Bannereris emittendarum; à quibus appelletur & appellari poſſit quoties occurret gravaminis illatio, ad ipſum Dominum Comitem ſeu ejusdem Conſilium, coram quo cognosci & decidi debeant omnes appellationum & gravaminum cauſæ. In quo quidem Conſilio unà cum cæteris ejusdem Domini Comitis, quos deputare voluerit Conſiliariis, ſit unus Præſidens, de cujus quidem ordinationibus, ſententiis, & gravaminibus appelletur & recurratur, appellarique & recurri poſſit & debeat ad præfatum hæredem univerſalem & ejus ſucceſſores, qui pro tempore præerunt Ducali Sabaudiæ dignitati; coram cujus Conſilio cum eodem reſidente cognoscatur, venſiletur & decidatur talis appellationis recurſus, ſeu gravaminis cauſa.

Item voluit & diſpoſuit idem Dominus Teſtator, quòd in prædictis Comitatu Gebennenſi, & Baronia Foucigniaci, ac aliis Caſtris, Villis, & Mandamentis, per ipſum Dominum Teſtatorem præfato Domino Philippo jure inſtitutionis ut ſuprà relictis, præfatus hæres univerſalis, ac ejus ſucceſſores in Ducali Sabaudiæ dignitate perſiſtentes, habeant & percipiant in perpetuum cavalcatas, & ſuccurſus indifferenter, quotiescumque opus fuerit, tam à Nobilibus quàm Popularibus, prout & quemadmodum illa percipient & habebunt à ſubditis immediatis ejusdem hæredis univerſalis.

Item quòd in quibuscumque ſubſidiis tam imponendis, quàm concedendis, & tam ab hominibus & ſubditis ejusdem Domini Comitis immediatis, quàm ab hominibus & ſubditis Eccleſiaſticorum & Nobilium, eidem Domino Comiti in præmiſſis ſibi jure inſtitutionis relictis ſubſiſtentium, ſervetur forma quæ ſequitur; Videlicet, quòd ipſe Dominus Comes & ſupradicti, habeant & percipiant omnia illa ſubſidia, quæ habent & communiter percipiunt, percipere quoque conſueverunt Barones, & Bannereti Patriæ Ciſmontanæ ditionis ipſius Domini Teſtatoris; alia verò ſubſidia quæ eidem Domino Teſtatori ſolvuntur, & ſulvi conſueverunt per ipſos Barones & Bannerecos ac eorum ſubditos, ſimiliter ſolvant & ſolvere teneantur prædicto hæredi univerſali, tam ipſe Dominus Comes, ejus ſubditi immediati, quàm etiam Barones & Bannereti in prædictis jure inſtitutionis relictis ſubſiſtentes, & intendentes quòd idem Dominus Teſtator in conceſſione hujusmodi ſubſidiorum per Barones & Bannerecos concedendorum, prædictus Dominus Comes & ſui ſe reddant, erga primogenitos capitales & hæredes principales taliter obſequioſos, quòd ipſi primogeniti erga ipſos Comites tam ſe exhibeant liberales, quòd meritò ipſi Comites debeant contentari, & quòd ſucceſſuris temporibus in aliis conſimilibus concedendis materiam non habeant refiliendi.

Item vult, disponit & jubet idem Dominus Teſtator, quòd dictus Dominus Philippus, & ſui prædicti ſucceſſores non poſſint, nec ſibi liceat monetas aliquas cudere ſeu cudi facere, nec titulum ſeu jus eas cudendi habere, neque ſuper ipſis monetis quicquam ſtatuere vel ordinare; ſed protsus monetis prædicti hæredis univerſalis dicti Domini Teſtatoris, ſuorumque ſucceſſorum prædictorum Ducum Sabaudiæ in præfatis Comitatu Gebennenſi, Baronia Faucigniaci, & aliis Villis, Locis, Territoriis & Mandamentis, ſibi ut præfertur jure inſtitutionis relictis, ac etiam franchè & liberè infrà dictos limites acquirendis, plenè uti, Statutisque & Ordinationibus Ducalibus circa ipſas monetas factis & fiendis omnino parere, obedire, & eas inviolabiliter obſervare teneatur. Hoc tamen ſalvo, quòd ſi Impoſterum præfatos Illuſtrem Dominum Philippum aut ejus ſucceſſores contingat acquirere aliquas Dignitates ſeu Dominia extra Patrium dicti Domini Teſtatoris, videlicet aliàs à ſibi relictis, in quibus eſſet, & competeret titulus & poſſeſſio cudendi monetas, tum ibidem monetas conſuetas cedere, ſeu cudi facere, & ipſis uti liberè

ANNO 1439. berè valeant in ipſis terris & locis acquiſitis, jus monetas cudendi habentibus.

Item dat & legat idem Dominus Teſtator præfato Illuſtri Domino Philippo ſecundo genito ſuo & hæredi particulari, ultrà omnia ſibi ſuprà relicta, quartam partem omnium & ſingulorum bonorum mobilium, videlicet jocalium, ornamentorum, utencilium, veyſſellæ, & garnimentorum auri, argenti, gemmarum, & aliorum metallorum, arneſiorum, tapiſſeriorum, & panuorum laneorum, & lineorum ipſius Domini Teſtatoris ubicumque exiſtentium; niſi tamen in ejus vita aliter inter eos duxerit diſtribuendum; exceptis & reſervatis in integrum ad opus hæredis ſui univerſalis, & ſucceſſorum ſuorum Ducum Sabaudiæ, magna Cruce Capellæ, Corona & Collari cum Fermallio majori, & Annulo ſancti Mauritii auro & gemmis fulcito, ejusdem Domini Teſtatoris; & reſervatis etiam ad opus eorumdem Dominorum Ludovici & Philippi, & ſuorum prædictorum, omnibus & ſingulis artilliertiis, & munitionibus Caſtrorum, ad cuſtodiam & defenſionem earum facienibus, & ibidem exiſtentibus, quas vult, jubet idem Dominus Teſtator in ipſis Caſtris dicti Domini Teſtatoris ubi ſunt de præſenti, omnino remanere, & ipſis Caſtris ac eorum Dominiis pacificè pertinere.

Item vult, diſponit & jubet idem Dominus Teſtator, quòd prætatus Illuſtris Dominus Philippus filius ſuus & hæres particularis, & ſui liberi hæredes & ſucceſſores prædicti, pro præmiſſis eidem Illuſtri Domino Philippo jure inſtitutionis & legati relictis, debeant & maneant contenti de omni jure, legitima & portione, eidem Illuſtri Domino Philippo quomodolibet & ex quacumque cauſa competentibus & competituris, in bonis & rebus paternis, maternis, fraternis & ſororinis ipſius Illuſtris Domini Philippi; & ita quòd occaſione ſeu cauſa ſucceſſionis paternæ, fraternæ & ſororinæ, legitimæque, idem Illuſtris Dominus Philippus vel ſui, nihil aliud ultrà ſibi relicta & legata petere poſſint vel exigere; ſalvis tamen eidem Domino Philippo & ſuis, prædictis ſubſtitutionibus infrà ſcriptis in caſibus earumdem, nec non duodecim millibus franchis auri boni ponderis, ad rationem ſexaginta quatuor pro marcha, & hoc pro juribus & actionibus eidem Domino Philippo quomodolibet pertinentibus in dote Inclytæ recordiæ Dominæ Mariæ de Burgundia Duchiſſæ Sabaudiæ, ejus quondam Genitricis; & ita quòd ipſe Dominus Philippus ac ſui prædicti, pro dictis duodecim millibus franchis ſint & remaneant contenti de omni jure, parte & portione ſibi ſpectante in dicta dote materna; nec ipſe Dominus Philippus & ſui prædicti, in & de prædicta dote Materna aliud quicquam petere poſſint, præter prædicta duodecim millia franchorum, ut ſuprà declarata, ſemper ſalvâ ſibi & ſuis prædictis, legali eſcheutâ in ipſis bonis dotalibus Maternis cauſâ eveniente.

Item vult & disponit idem Dominus Teſtator, quòd quandocumque contingeret dictum Dominum Philippum Comitem ab humanis decedere ſine liberis ſuis maſculis, naturalibus & legitimis ſuperſtitibus, Primogenitum ejusdem, & eo deficiente ſine liberis maſculis, naturalibus & legitimis, alium primogenitum, & ſubſequenter de gradu in gradum primogenitum primogeniti in Comitali dignitate ſubſtituit; alios verò ejusdem liberorum liberos maſculos, naturales & legitimos, eidem Domino Philippo etiam ſubſtituit, ita quòd inter eos ordinare poſſit & diſponere de bouis ejusdem ultra dictum Comitatum, proût eidem videbitur expedire, ſalvis ſemper reſpectu dicti hæredis univerſalis ſuprà reſervatis.

Item vult & disponit ac ordinat idem Dominus Teſtator, quòd ſi forſan, quod abſit, præfatum Illuſtrem Dominum Philippum filium ſuum & hæredem particularem ſine liberis naturalibus & legitimis maſculis, aut poſtmodum liberos naturales & legitimos maſculos ipſius Domini Philippi primi, ſecundi, vel ulteriorum graduum decedere contigerit ab humanis, quandocumque, & in quacumque ætate, ſine liberis naturalibus & legitimis maſculis, de ſuis propriis corporibus procreatis, eidem Illuſtri Domino Philippo, ejusque liberis prædictis ſic decedenti, ſeu decedentibus ut præfertur, ſubſtituit prædictus Dominus Teſtator in omnibus & ſingulis bonis & rebus præmiſſis, hæredem univerſalem ipſius Domini Teſtatoris intrà ſcriptum, & ejus liberos maſculos, naturales & legitimos, videlicet illos qui gradatim & ſucceſſivè erunt Duces Sabaudiæ pleno jure.

Item voluit & diſpoſuit idem Dominus Teſtator, quòd ſi contingeret dictum Domiaum Philippum Comitem hæredem ſuum particularem, ejusque liberos maſculos, naturales & legitimos, in quos deveniſſet ipſa Comitalis Dignitas, juxtà præmiſſam diſpoſitionem, decedere ſine liberis maſculis, naturalibus & legitimis, ſuperſtitibus aliquibus filiabus; quòd ille in quem juxta hujusmodi teſtamentariam Ordinationem eſſet devoluta prædicta Comitalis Dignitas, teneatur & debeat easdem filias debitè juxta earum ſtatum alimentare usque ad nubilem ætatem, ac in ipſa ætate eas maritare, dotesque congruas dare & aſſignare, cum earum monumentis ſtatui ipſarum congruentibus. ANNO 1439.

Ju omnibus autem & ſingulis aliis Dignitatibus Ducalibus, Principatibus, Marchionatibus, Comitatibus, Baroniis, Dominiis, Civitatibus, Villis, Caſtris, Oppidis, Locis, Mandamentis, Territoriis, debitorum hominibus & creditis, reachetis ſucceſſionibusque, juribus, actionibus, rebusque & bonis mobilibus & immobilibus, ac aliis quibuscumque præſentibus & futuris ipſius Domini Teſtatoris ſuperiùs non legatis, vel aliàs relictis ſeu diſpoſitis; Idem Dominus Teſtator hæredem univerſalem ſibi inſtituit ore proprio nominando; Videlicet, Illuſtrem Dominum Ludovicum de Sabaudia primogenitum ſuum naturalem & legitimum carißimum, & ejus liberos naturales & legitimos maſculos, poſt ipſum Illuſtrem Dominum Ludovicum, etiam hæredes ſibi ſubſtituit; ita & taliter, quòd primogenitus filius naturalis & legitimus maſculus dicti Illuſtris Domini Ludovici, deinoè primogenitus primogeniti, & ſic deinceps primogeniti primogenitorum deſcendentium naturaliter & legitimè in maſculino ſexu à prædicto Illuſtri Domino Ludovico gradatim & ſucceſſivè, ſint ſemper Duces Sabaudiæ Principesque & Domini immediati omnium & ſingulorum aliorum, à prædicto Illuſtri Domino Ludovico deſcendentium: & ipſi omnes & ſinguli deſcendentes à præfato Illuſtri Domino Ludovico, ſint perpetuè homines ligii, vaſſalli & ſubditi immediati præcunctis Dominis & perſonis, illius qui pro tempore erit Dux Sabaudiæ; ita quòd totam terram eorum à Domino & Dominio Ducali Sabaudiæ dependentem, unà cum omnibus & ſingulis dominiis, terris & rebus immobilibus, per eos & eorum quemlibet de puro & franco allodio, aut quæ aliàs non moveantur de alterius feudo & directo Dominio quàm Imperiali acquirendis, teneant perpetuè, teneresque & recognoſcere debeant & teneantur à Domino Duce Sabaudiæ qui fuerit pro tempore, in feudum nobile ac ſub fidelitate & homagio ligiis, præ cunctis Dominis & perſonis, unà cum jure feudi, directi Dominii, ſuperioritatisque, & reſſorti de ſubjectionibus, obedientiis, conditionibus, & ordinationibus appellationum, monetarum, & aliis quæ ſuperiùs in Capitulo inſtitutionis hæreditariæ, prætato Illuſtri Domino Philippo Filio & hæredi particulari dicti Domini Teſtatoris, per eundem Dominum Teſtatorem vult, disponit atque jubet perpetuis temporibus irrefragabiliter obſervari per omnes & ſingulos deſcendentes à prædicto Illuſtri Domino Ludovico, qui non erunt Duces Sabaudiæ, erga illos qui ipſi Ducali dignitati præſidebunt.

Per quem quidem hæredem univerſalem, & ſuos prædictos ſucceſſores in prædicta Ducali Dignitate, vult, præcipit & ordinat præfatus Dominus Teſtator, debita & legata ſua ſolvi, clamores ſeu injuſtitias damna paſſis emendari, omnesque & ſingulas præmiſſas teſtamentarias diſpoſitiones prorſus adimpleri, & inviolabiliter obſervari.

Item vult & disponit præfatus Dominus Teſtator, caſu quo prædictum Illuſtrem Dominum Ludovicum filium ſuum, & hæredem univerſalem decedere contigerit ab humanis, relictis ſibi dutobus vel pluribus liberis maſculis naturalibus & legitimis, primogenitus eorum, ut ſuprà dictum eſt, & deinde gradatim & ſucceſſivè de ſtirpe in ſtirpem maſculinæ genealogiæ primogeniti primogenitorum, à prædicto Illuſtri Domino Ludovico deſcendentium, eidem Domino Ludovico hæredi univerſali pleno jure ſuccedant in prædicta Ducali Dignitate. Sed ſi forſan primogenitus Filius maſculus naturalis & legitimus dicti Illuſtris Domini Ludovici deceſſerit ab humanis, ſine liberis maſculis, naturalibus & legitimis, ſeu defecerit tota proles maſculina, naturalis & legirima ipſius primogeniti; tunc in eo caſu vult & jubet præfatus Dominus Teſtator admitti, & ſubſtituit pleno jure ad prædictam Ducalem Dignitatem, filium maſculum naturalem

ANNO 1439. lem ex legitimum ipſius Illuſtris Domini Ludovici, & ipſius ſecundogeniti filiam maſculum naturalem & legitimum primogenitam, & deinde ejusdem primogeniti liberos maſculos, naturales & legitimos primogenitos gradatim & ſucceſſivè. Deficiente verò ſecundogenito ſine ſimilibus libetis uno vel plutibus, vult admini idem Dominus Teſtator tertiogenitum, & deineeps gradatim alios, ex dicto Illuſtri Domino Ludovico naturaliter & legitimè deſcendentes in ſexu masculino.

Item vult & disponit idem Dominus Teſtator, quòd non obſtante dicta ſubſtitutione ſimpliciter facta dicto Domino Ludovico ejus hæredi univerſali, de dictis ejus liberis maſculis naturalibus & legitimis, ſalva ſemper Ducali Dignitate Sabaudiæ primogenito ac primogenitis primogenitorum; ipſe Dominus Ludovicus hæres univerſalis, ejusque ſucceſſores prædicti in dicta Ducali Dignitate, in caſu exiſtente plurium libetorum maſculorum eorumdem legitimorum & naturalium, poſſint, ſalva ſemper ipſa Dignitate Ducali, primogenito de cæteris Dignitatibus, Dominiis & bonis ejusdem Domini Teſtatoris inter ipſos liberos disponere, quarum dispoſitioni habeant ipſi liberi ſtare & parere.

In caſu verò quo dictum Illuſtrem Dominum Ludovicum hæredem univerſalem ipſius Domini Teſtatoris decedere (quod abſit) contigerit ab humanis ſine liberis maſculis naturalibus & legitimis, vel liberos maſculos naturales & legitimos ejusdem Illuſtris Domini Ludovici, ſeu deficere totam lineam maſculinam naturalem & legitimam, ab ipſo Illuſtri Domino Ludovico hærede univerſali dicti D. Teſtatoris deſcendentem; idem D. Teſtator in eo caſu vult & disponit pleno jure admitti, & ſubſtituit ad ſucceſſionem hæreditariam prædictam univerſalem, præfatum Illuſtrem Dominum Philippum de Sabaudia ſecundogenium ipſius Domini Teſtatoris, & ipſius Illuſtris Domini Philippi liberos, ac liberorum liberos maſculos naturales & legitimos, ita quòd ſemper primogenitus ipſius, & primogeniti primogenitorum gradatim deſcendentium ab ipſo Illuſtri Domino Philippo, ad prædictam Ducalem Dignitatem præferantur gradatim & ſucceſſivè, juxta modum & ordinem ſuprà dictos.

Item voluit & diſpoſuit idem Dominus Teſtator, quòd ſi contingeret dictum ejus hæredem univerſalem, ejusque liberos maſculos naturales & legitimos in quos devenilſet ipſius Ducalis Sabaudiæ Dignitas, juxtà præmiſſam ejus dispoſitionem, decedere ſine liberis maſculis naturalibus & legitimis, ſuperſtitibus aliquabus filiabus, & ille in quem juxta hujusmodi teſtamentariam dispoſitionem eſſet devoluta prædicta Ducalis Dignitas, teneatur & debeat easdem filias debitè & juxtà earum ſtatum alimentare usque ad ætatem nubilem, ac in ea eas maritare, dotesque congruas dare cum earum munimentis ſtatui ipſarum congruentibus.

Et caſu quo (quod abſit) præfatum Dominum Teſtatorem, vel dictos Illuſtres Dominos Ludovicum & Philippum filios ipſius Domini Teſtatoris, omnes ab humanis decedere contigerit ſine liberis naturalibus & legitimis maſculis, & liberos maſculos liberorum maſculorum eorumdem, ac deficere totam liberorum naturalium & legitimorum maſculorum ipſorum Domiuorum Teſtatoris Ludovici & Philippi propagationem, in caſu hujusmodi prædictus Teſtator vult admitti, & ultimo ex eis deſcendenti ſubſtituit hæredes pleno jure prænominatam Illuſtriſſimam Dominam Mariam Duchiſſam Mediolani, primogenitam filiam cariſſimam ipſius Domini Teſtatoris, & ejus liberos naturales & legitimos maſculos, ita quòd primogenitus ipſorum maſculorum filiorum habeat titulum, dignitatem & dominium Ducatus Sabaudiæ, & tam ipſe quàm ejus liberi omnes ab eo deſcendentes naturales & legitimi maſculi, teneantur perpetuò aſſumere, retinere & deferre cognumen, arma & inſignia ipſius Domini Teſtatoris; qui quidem liberi in præmiſſis rebus & bonis hæreditariis ſucceedete debeant, ſecundum gradus & ordinem per ipſum Dominum Teſtatorem inter ejus liberos ſuprà dictos, ſuperiùs dispoſitos & ordinatos. Et ſi forſan dictus Primogenitus præfatæ Dominæ Mariæ eſſet tantæ dignitatis, quòd non poſſet ſeu vellet arma ſua propria relinquere, & cognomen armaque & inſignia dicti Domini Teſtatoris aſſumere, retinere perpetuò & deferre; in ipſo caſu vult & jubet idem Dominus Teſtator admitti, atque ſubſtituit ſub eisdem modis & conditionibus ſecundum genitum filium naturalem & legitimum maſculum prædictæ Dominæ Mariæ; & illo præmiſſa adimplere renuente, tertiogenitum, & ſic ſucceſſivè de gradu in gradum juxta ordinem genituræ eorumdem. ANNO 1439.

Item in caſu quo contiugeret prædictam Dominam Mariam Duchiſſam Mediolani, & ejus filios naturales & legitimos maſculinos ſubſtitutos, ut præfertur, ante vel poſt eventum prædictæ eorum ſubſtitutionis non acceptare dictam ſubſtitutionem, aut eâ acceptatâ decedere ab humanis, ſine liberis naturalibus & legitimis maſculis; in ipſo caſu præfatus Dominus Teſtator ſubſtituit pleno jure, & vult admitti in præmiſſis Sereniſſimam Dominam Margaritam, Siciliæ & Jeruſalem Reginam, ipſius Domini Teſtatoris filiam naturalem & legitimam cariſſimam, & ejusdem Dominæ Margaritæ Reginæ filios naturales & legitimos maſculos, ſub eisdem conditionibus, modis, & ordine, quibus ſuprà ſubſtituit præfatam Dominam Mariam Duchiſſam Mediolani, & ejus liberos ſuprà dictos.

Item in caſu quo prædictas Illuſtriſſimas & Sereniſſimas Dominas Mariam Duchiſſam Mediolani, & Margaritam Reginam Siciliæ & Jeruſalem, ipſius Domini Teſtatoris Filias, ac eorum liberos omnes maſculos naturales & legitimos ſubſtitutos ut præfertur, contigerit decrungi ab humanis ſine liberis maſculis naturalibus & legiiunis, quandocumque & iu quacumque ætate; in ipſo caſu præfatus Dominus Teſtatur vult admitti, & ſubſtituit pleno jure in præmiſſis, filiam primogenitam naturalem & legitimam præfati Illuſtris Domini Ludovici, Filii & hæredis univerſalis ipſius Domini Teſtatoris ſi tunc ſuperſit, & ipſius filiæ filium naturalem & legiiimum maſculinum primogenitum; & deficiente ipſo primogenito ſine liberis maſculinis naturalibus & legiiimis, uno vel pluribus, vult admiti, & ſubſtituit pleno jure ſecundogeuito, tertiumgenitum; & deinceps gradatim alios ſucceedentes: deficientibus autem dictis Primogenito præfati Illuſtris Domini Ludovici, ac ejus liberis masculis prædictis, ſine liberis masculis naturalibus & legitimis, uno vel pluribus; vult admitti, & ſubſtituit in ipſo caſu ipſe Dominus Teſtator pleno jure in præmiſſis ſecundogeniam filiam naturalem & legitimam ejusdem Illuſtris Domini Ludovici ſi tunc ſuperſit; & ipſius ſecuudægeniræ Filium primogenitum nauralem & legiiimum maſculum; & deficiente primogenito, ſecundogenitum; & deinde gradatim alios ſuecedentes: deficientibus verò ipſis ſecundogenita, & liberis ſuis prædictis ſine ſimilibus liberis, vel non exiantibus; tunc vult admini idem Dominus Teſtator ad præmiſſa tertiogenitum filiam naturalem & legiimam dicti Illuſtris Domini Ludovici, ac ejus filium naturalem & legitimum primogenitum, & deficiente ipſo primogenito ſine liberis ſimilibus, ſecundogenitum; & poſt ſecundogenitum, tertiogenitum; & ſubſequentet gradaim ſuccedentes, proui ſuprà: & ſi forſan primò vel ſecundò aut tertiò vel ulteriùs genito dicti Illuſtris Domini Ludovici, aut eorum liberi prædicti omnes & ſinguli deſeceriut ab humauis ſine liberis masculis prædictis, vel nou ſuperſiut; tune in ipſo caſu vult admitti, & ſubſtituit idem Dominus Teſtator in præmiſſis pleno jure filiam primogenitam naturalem & legiiimam præfati Illuſtris Domini Philippi, Filii & hæredis particularis ipſius Domini Teſtatoris, & ipſius primogenitæ filium naturalem & legitimum maſculum priuogenitum; & deficiente primogenito ſiue ſimilibus liberis uuo vel pluribus, ſecundogeuitum, & poſt ſecundogenitum tertiogenitum & deinde gradaim ex ipſa primogenita ſuecedentes: & ſi ipſa primogenita & ejus liberi omnes defecerint ſine ſimilibus liberis; vult tune admitti ſecundogenitam; & poſt ſecundogenitam, tertiogenitum, & alias ſucceedentes ex dicto Domino Philippo, & eorum liberos masculos naturales & legiiimos gradatim & ſucceſſivè, juxta & ſecundum ordinem ac modum ſuprà dictos. Volens & jubens idem Dominus Teſtator, quòd ſemper primogeniti dictarum filiarum & primogeniti primogenitorum, ad quos ſucceſſio hæreditaria prædicta deveniret proùt ſuprà, fiut Duces Sabaudiæ, & cognomen armaque & inſignia ipſius Domini Teſtatoris ex hine aſſumere, & perpetuè pro ſe & ſuis ſucceſſoribus retinere teneantur, proùt ſuprà dispoſitum eſt de filiis præfatarum Dominarum Duchiſſæ Mediolani, & Reginæ Siciliæ & Jeruſalem.

In caſu quo prædictos ipſius Domini noſtri Ducis filios & filias, ac eorum & earum liberos inſtitutos & ſubſtitutos ut præfertur, decedere contigerit ab huma-

ANNO 1439. tis ſine liberis naturalibus & legitimis maſculis, & deficere totam progeniem maſculinam & femininam ipſius Domini Teſtatoris (quod Deus avertat) in ipſo caſu velit admitti, & ſubſtituit pleno jure dictus Dominus Teſtator in præmiſſis, Illuſtrem Dominam Jatam de Sabaudia Marchioniſſam Montiſferrati, ipſius Domini Teſtatoris ſororem cariſſimam, & ejus liberos naturales & legitimos maſculos, eisdem modo & ordine & ſub conditionibus, quibus ſupra idem Dominus Teſtator ſubſtituit prænominatas Dominas Mariam Ducheſſam Mediolani, & Margaritam de Sabaudia Reginam Siciliæ & Jeruſalem, alias ſuas ac eorum liberos.

Et ut prænominati omnes hæredes præfati Domini Teſtatoris, minus derogare valeant ſeu præjudicare utilitati dictarum ſubſtitutionum ſibi ut ſuprà factarum, idem Dominus Teſtator prohibuit & prohibet ipſis omnibus & ſingulis hæredibus ſuis, omnem Falcidiam, & quartæ Trabellianicæ detractionem, volens & omnino diſponens matres omnium & ſingulorum hæredum ſuorum ſubſtitutorum utriusque ſexus, in omni caſu & eventu ſubſtitutionum prædictarum, ab omni ſucceſſione eorundem eſſe penitus repulſas & excluſas.

Executores verò hujusmodi ſui nuncupativi Teſtamenti tacit & conſtituit idem Dominus Teſtator, Reverendos in Chriſto Patres Dominos Archiepiſcopum Tharentaſien. & Epiſcopos Gebenn. & Lauſanen. pro tempore exiſtentes, quibus aut duobus ex ipſis qui commodius hujusmodi executioni vacare poterunt, dat & contulit idem Dominus Teſtator omnimodam poteſtatem ac plenum mandatum, omnes & ſingulas Teſtamentarias diſpoſitiones ſuprà ſcriptas, de & ſuper bonis ejusdem Domini Teſtatoris liberè exequendi & adimpleudi, eum deliberatione Conſiliariorum Ducalium exiſtentium pro tempore.

Hanc autem ultimam ſuam voluntatem ſuumque nuncupativum Teſtamentum eſſe voluit & vult idem Dominus Teſtator, ut expreſſe quam & quod valit valere jure Teſtamenti nuncupativi, & ſi non valet vel valebit jure Teſtamenti nuncupativi, voluit valere jure Codicillorum, aut alterius cujuscumque ultimæ voluntatis, omnique vult jure & modo, quo & quibus meliùs valere poterit & debebit, ſecundum utriusque Juris diſpoſitionem: Revocans, ceſſans & penitus annullans idem Dominus Teſtator tenore ultimi ſui præſentis Teſtamenti, omnia alia & ſingula Teſtamenta, omnesque & ſingulos Codicillos, per ipſum Dominum Teſtatorem ſub quacumque verborum forma hactenus condita & conditos; volens & jubens ipſos & ipſa, ac eorum protocolla & regiſtra prorſus deſtrui & aboliri, ſic quòd de ipſis nihil remaneat.

Quibus omnibus Teſtamentariis diſpoſitionibus ſic peractis & publicatis, præfati Illuſtres Domini Ludovicus & Philippus de Sabaudia, filii & hæredes dicti Domini Teſtatoris, ibidem præſentes & audientes ad confolationem & mandatum ipſius Domini Teſtatoris eorum Clariſſimi Genitoris, ſcienter & ſponte, per ſe & ſuos ſucceſſores prædictos, univerſa & ſingula in hujusmodi Teſtamento contenta, videlicet quilibet eorum, prout & in quantum ad eum ſpectat, & ſpectare poteſt & poterit in futurum, rata, grata & firma ſemper habere & tenere, & inviolabiliter obſervare, ſuper Sanctis Dei Evangeliis, per nos & Notarios infrà ſcriptos eis porrectis, & ad opus omnium & ſingulorum quorum intererit, ſtipulantes juramentum corporale præſtiterunt.

De qnibus omnibus & ſingulis diſpoſitionibus & ordinationibus Teſtamentariis ſuprà ſcriptis, ac ipſa hujus Teſtamenti nuncupativi conditione & factione, prænominatus Illuſtriſſimus Princeps Dominus noſter Dux Sabaudiæ Teſtator voluit & juſſit, per Notarios publicos ejus Secretarios ſubſcriptos, fieri & expediri tot publica inſtrumenta quot fuerint neceſſaria, & habere voluerint & poterint præfati Domini hæredes inſtituti, & ſubſtituti, ac legatarii, & alii quorum intererit.

Actum, conditum & publicatum fuit hujusmodi Dominicum Teſtamentum nuncupativum, in his ſcriptis redactum in domo Decanali prædicti Monaſterii Ripalliæ, videlicet in Camera propria prædicti Domini Teſtatoris: Præſentibus, Reverendo in Chriſto Patre Domino Ogerio Epiſcopo Maurianenſi, nec non Venerabilibus & Egregiis Dominis Petro Mutonis Priore dicti Monaſterii Ripalliæ, Ludovico Pariſeti Decano Anneſſiaci, Fratre Claudio Revelli Priore Heremitarum B. Auguſtini Thononii, Claudio de Saxo, Amedeo Charenſonis, Lamberto Oddineti, ac Ludovico de Chevelluto, Militibus Ordinis Militaris S. Mauricii Ripalliæ, teſtibus per ipſum Dominum Teſtatorem ore ſuo proprio ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. ANNO 1439.

LXI.

Literæ Patentes PHILIPPI MARIÆ ANGLI *Ducis Mediolani, de Immutatione unius Capituli, ex Capitulis inter eum, &* JOANNEM FRANCISCUM *Marchionem Mantuæ initis, in puncto cujusdam Stipendii, quod* CAROLO *ejus nato, vigore dicti Capituli, antehac dare promiſit, & nunc præfato Marchioni pollicetur. Datæ Mediolani die 9. Decembris Indict. 3. Anno* 1439. [Pièce Authentique, tirée des Archives Archt-Ducales de Mantouë.] 9. Dec.

FILIPPUS MARIA Anglus Dux Mediolani &c. Papiæ, Angleriæque Comes, ac Januæ Dominus. Cum nuper inter Illuſtrem Dominum Johannem Franciſcum Marchionem Mantuæ &c. & Nos unanimi concordia conventum ſit de quadam immutatione unius Capituli ſeu Capitalorum, vel eorum parte ex illis, quæ invicem alias inivimus, videlicet quod ubi tunc in eo, vel eis promiſſimus præfato Illuſtri Domino Marchioni dare ſtipendium pro Lanceis quingentis, totidemque Peditibus, quæ Lanceæ, quique Pedites darentur, & forent in conducta Illuſtris Domini Caroli nati præfati Illuſtris Domini Marchionis, nunc & in futurum dicto Capitulo, vel Capitulis in hac parte immutatis ſint & eſſe intelligantur, & debeant in & ſub conducta præfati Illuſtris Domini Marchionis, & non dicti Domini Caroli, ſibique dare polliceamur ſtipendium pro antedictis quingentis Lanceis, & totidem Peditibus eum ejusdem ſtipendio pactis conventionibus, modis & Capitulis, quæ idem Dominus Carolus habebat, & in ejus perſona loquebantur. Hoc tamen declarato, quod perſona ejusdem Illuſtris Domini Marchionis ex præmiſſis libera remaneat, nec ſit, aut aliqualiter intelligatur obligata niſi ad proviſionem eidem conductæ faciendam de uno, aut pluribus ex ejus filiis, ut ſibi libuerit, remanente tamen obligatione ipſius vel ipſorum ex filiis Domini Marchionis, qui dictam conductam habuerint ſecundum formam dictorum Capitulorum Nobis reſpectu dictæ conductæ, & remanentibus firmis omnibus aliis Capitulis inter Nos, & præfatum Dominum Marchionem initis & conclufis, quæ nullo modo propter hanc renovationem tolli, vel interrumpi poſſint quo ad alia in eis contenta. Præſentium igitur Noſtrarum Patentium Literarum tenore ut de hujusmodi immutatione, & promiſſione apud omnes perpetuò conſtet & doceri poſſit omni modo, via & forma, quibus melius ac validius ſcimus & poſſumus, ex certa ſcientia, plenaque animi deliberatione præfato Illuſtri Domino Marchioni, licet abſenti. Similiter promittimus eidem Illuſtri Domino Marchioni deinceps dare ſtipendium dictarum quingentarum Lancearum, & totidem Peditum, quæ, & qui in, & ſub ejus exiſtant conducta illis ipſis pactis, modis, conventionibus, & Capitulis, quæ præfatus Dominus Carolus habebat. In libertate ſemper remanente perſona ſua dum eidem conductæ de uno, vel pluribus ex ejus filiis provideat, ut præmiſſum eſt, qui illius intendat regimini, quemadmodum eundem Illuſtrem Dominum optime proviſurum non ambigimus; ipſo Capitulo, vel Capitulis & aliis omnibus in reliquis in eis contentis firmis permanentibus, eorumque vim & formam retinentibus.

In quorum teſtimonium præſentes fieri juſſimus & regiſtrari Noſtriqua Sigilli munimine roborari. Datum Mediolani die nona Decembris M CCCC trigeſimo nono Tertia Indictione.

L. S.

VELVINUS.

Cum

ANNO 1439. *Cum Originali in pergamena conſcripto ſic ut ſupra expedito & in ſecretiori Archiducali* Mantuæ *Archivio aſſervato præſentem ſumptam copiam omnino concordare, atteſtor*

Ego LUDOVICUS *Nob. olim* H. OCTAVII DE MAZZIIS *filius Civis publicusque Imperiali auctoritate* Mantuæ *Notarius ac dicti ſecretioris Archiducalis Archivi Cancellarius, in quorum fidem hic me ſolita ſubſcripſi, hac die 29. Januarii* 1720.

Ita verum eſſe affirmo

Ego JOSEPH MARIA CASTILEONUS *ejuſdem Archivi Præfectus, hac die prima Februarii* 1720.

LXII.

17. Dec. *Concilii Baſileenſis Decretum, de Conſenſu* AMEDEI *Ducis Sabaudiæ in Electionem Ejus ad Papatum.* Cum *Inſtrumento Acceptationis ſuæ ſub nomine* FELICIS V. *atque Juramenti, quod juxta Decretum 37. Seſſionis præſtitit, & propria manu ſubſcripſit. Die 17. Decembris* 1439. [Conciliorum Collectio Regia Tom. XXX. pag. 302. PHIL. LABBEI Conciliorum Collectio Tom. XII. col. 638. LEIBNITZ Codex Juris Gent. Diplom. Tom. I. pag. 369. *moins bien qu'ici.*]

Sacroſancta Generalis Synodus Baſileenſis, in Spiritu Sancto legitime congregata, Univerſalem Eccleſiam repræſentans, ad perpetuam rei memoriam.

CUM (ſicut ait Beatus Hilarius) proprium Eccleſiæ eſſe ſoleat, ut tunc vincat, cum læditur, tunc intelligat cum arguitur, tunc ſecura ſit, cum ſuperata videtur, Arca enim per quam Eccleſia deſignatur elevata eſt in ſublime; confidit hæc ſancta Synodus, quod ille, qui poſt nubilum dat ſerenum, inclytam Sponſam ſuam ſuccedentibus turbationum fluctibus agitatam oculo clementiori ex alto reſpiciet, non terens eam in ſui nominis injuriam diutius conculcari. Ipſa etiam Synodus poſuit in Domino ſpem ſuam, & factus eſt Protector ejus, nec miſericordiam ſuam ablulit, qui variis adverſitatum generibus congrua appoſuit remedia, prementibus quidem gravibus calamitatibus & irruentibus perſecutionibus adverſus Eccleſiam ipſam & auctoritatem ejus, excitavit eamdem ſanctam Synodum Spiritus Paracletus ut ad electionem novi Paſtoris & Romani procederet Pontificis, qui ſe opponeret murum pro domo Iſrael. Quæ quidem electio tandem cum ſolemnitate congrua in eadem Synodo rite & Canonice celebrata extitit de perſona ſanctiſſimi Felicis V. tunc Amedei Ducis Sabaudiæ, ac Decani militum in ſolitudine Ripaliæ Gebennenſis Diœceſis, in humilitatis ſpiritu Domino famulantium, prout Decreto 39. Seſſionis dictæ Synodi ſuper hoc confecto plenius continetur: Cujus tenor talis eſt:

Sacroſancta &c. ad perpetuam rei memoriam.

Deus Patrum noſtrorum, &c. Poſt cujus quidem Decreti publicationem præfata Synodus dilectiſſimum Eccleſiæ filium Ludovicum, tituli ſanctæ Cæciliæ Presbyterum Cardinalem, Arelatenſem vulgariter nuncupatum, de Latere, & alios Legatos & Oratores ſuos, videlicet plerosque Epiſcopos, Abbates, Magiſtros & Doctores Juris divini & humani, nobilem virum Joannem Comitem in Tyerſtein, Protectoris dictæ Synodi Imperiali auctoritate deputati Vicegerentem, & certos milites ad eumdem electum tranſmittendos duxit, ut ipſi electionem præfatam præſentarent & conſenſum ejus expoſcerent, & requirerent juxta formam in Decreto 37 Seſſionis præfatæ Synodi ſtatutum & ordinatam. Quibus quidem Legatis & Oratoribus in præfati electi præſentia conſtitutis ipſumque alloquentibus ſibi die, videlicet Jovis, decimo ſeptimo mentis Decembris, anno à nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimo nono Decreto electionis prædictæ ex parte ejusdem Synodi ſupplici precum inſtantia repetitis vicibus, requirentibus, quatenus pro conſolatione Eccleſiæ Dei, in maximis his temporibus adverſitatibus & tribulationibus conſtitutæ, electioni hujusmodi acquieſcere & conſenſum præſtare, alia nec, ad quæ juxta Decretum 37. Seſſionis hujusmodi tenebatur, facere & adimplere dignaretur, idem electus tunc in magna ut cernebatur ſpiritus anxietate conſtitutus, mœrore compreſſus, cum hanc deſiderium quietis, cui ſub ſuavi contemplatione, depoſita temporalium negotiorum cura, vacare delegerat in ſolitudine prædicta, retraheret, & humanæ conditionis infirmitas onoris & laboris magnitudinem refugeret, hincque univerſalis Eccleſiæ auctoritas & Reipublicæ neceſſitas impelleret? & licet diutini trepidaverit, ignorans quid conſultius ageret in præmiſſis, poſt multiplices ſeorſum cum gravibus perſonis habitas conſultationes, metuens etiam, ut dicebat, ne ipſius fic ad univerſalis Eccleſiæ & Reipublicæ Miniſterium neceſſitate cogente vocati contradictionis reluctatio divinam contra ſe indignationem provocaret, & gravioris forſan diſpendii in Eccleſia Dei occaſionem induceret, non honoris aut temporalium rerum cupidine ductus, ſed obtemperandi neceſſitate impulſus & affectu publicæ ſalutis procurandæ, in humilitatis ſpiritu tanti oneris farcinæ humeros ſuppoſuit, & ſic Apoſtolicæ ſollicitudinis jugo ſubniſit, electionique de eo factæ genibus flexis, exoriſque lacrymis etiam infra ſtatutum ad hoc in Decreto 37. Seſſionis hujusmodi terminum ad laudem Dei omnipotentis devote conſentit & humiliter acquievit, ac per dictum Cardinalem quo vocari vellet nomine interrogatus, prout moris eſt, in Romanum pro tempore Pontificem electo, Felix nomen duxit ſibi eligendum, Chlamyde & Caputio, quibus tunc utebatur, depoſitis, etiam genibus flexis, profeſſionem, juxta præfatæ 37. Seſſionis continentiam atque formam, emiſit & propria manu ſubſcripſit, die & anno ſuperius expreſſis, cujus quidem profeſſionis tenor talis eſt.

„*In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus Sancti*, ego FELIX electus in Papam, „omnipotenti Deo, cujus Eccleſiam ſuo prælidio regendam ſuſcipio, & Beato Petro Apoſtolorum Principi, „corde & ore profiteor, quamdiu in hac fragili vita conſtituros fuero, me firmiter credere & tenere fidem Catholicam ſecundum traditionem Apoſtolorum, & generalium Conciliorum, & aliorum Sanctorum Patrum, „maxime autem ſanctorum octo Conciliorum univerſalium, videlicet primi Nicæni, ſecundi Conſtantinopolitani, tertii Epheſini, quarti Calchedonenſis, quinti & „ſexti item Conſtantinopolitani, ſeptimi item Nicæni, „octavi quoque Conſtantinopolitani, nec non Lateranenſis, Lugdunenſis, Viennenſis, Conſtantienſis & Baſileenſis generalium etiam Conciliorum, & illam fidem „uſque ad unum apicem inviolatam ſervare & uſque ad „animam & ſanguinem confirmare, & defenſare, & prædicare, ritumque pariter Sacramentorum Eccleſiaſticorum Eccleſiæ traditum omnimode proſequi & obſervare. Polliceor etiam fideliter laborare pro tuitione fidei „Catholicæ, & extirpatione hæreſium & errorum, reformatione morum, executione & obſervatione Decretorum Conſtantienſis & Baſileenſis Conciliorum, „ac pace in populo Chriſtiano. Juro etiam proſequi celebrationem Conciliorum generalium & confirmationem electionum juxta Decreta ſacri Baſileenſis Concilii. Hanc autem Profeſſionem mea manu ſubſcripſi, „& tibi omnipotenti Deo cui in die tremendi judicii reddituras ſum de hoc & aliis meis operibus rationem, „pura mente ſuper altare offero, quam in primo publico Conſiſtorio ſolemniter repetam.

Quibus peractis Cardinalis alique Legati & Oratores prædicti, juxta Commiſſionem & poteſtatem eis traditam, ipſum electum, depoſitis ſibi indumentis conſuetis, per traditionem vellis albi coloris & annuli de Papatu inveſtierunt & alba pluviali, ceteriſque ornamentis Papalibus congruentibus induerunt & in Cathedra poſuerunt. Ipſe Cardinalis alique Epiſcopi, Prælati, Principes, Comites, Barones & Nobiles reverentiam, & obedientiam Romanis Pontificibus exhiberi ſolitas ſibi exhibentes, in Proceſſione ſolenni, Cruce præcedente, more Papali, ut decet, ad Eccleſiam Monaſterii ſancti Mauritii Ordinis ſancti Auguſtini in dicta Soliudine conſtitutam proceſſerunt. Et dum ipſe electus fuit an-

ANNO 1439. te altare proſtratus diu oravit & Hymni, *Te Deum Laudamus*, decantatione finita, & *Pater noſter*, & aliis ſuffragiis & collecta conſuetis per dictum Cardinalem dictis, eumdem electum intronizaverunt, ipſum ſuper altare majus dictæ Eccleſiæ elevantes. Demum ipſe electus aſſtantibus ibidem ſolennem Benedictionem dedit, & indulgentias conceſſit in his omnibus decentibus & congruis ſolennitatibus obſervans. Quæ quidem præmiſſa omnia ſex Notariis Publicis, & decem ad hoc ſpecialiter requiſitis teſtibus, plerisque Prælatis, Principibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Magiſtris, Doctoribus & aliis inſignibus & notabilibus Viris ibidem præſentibus, & illa atteſtantibus, geſta fuere, prout in Inſtrumentis publicis quorum tenores ipſa Synodus præſenti Decreto habet, & haberi vult pro ſufficienter expreſſis, plenius continetur.

LXIII.

1440. 14. Mars. **Bund der Ritter/ Knechte und Städte der Lande/ Gebiethe und Städte in Preuſſen; Worinne ſie geloben/ ihrem Hochmeiſter und Orden zwar alles/ was ſie von Rechts- und Ehren wegen ſchuldig/ zu thun/ doch daß Er auch ſie bey ihren Recht- und Freyheiten laſſe/ die alten beſchwerungen abthue/ und keine neue aufkommen laſſe; ferner verordnen/ wie es mit ſuchung und adminiſtrirung der Juſtiz ſolle gehalten werden; ſich endlich/ woferne einer mit gewalt überfallen würde/ allen Ernſt unter einander zu erweiſen/ verſprechen/ daß es an Vergewaltigern nit ungerochen bleibe. Geben zu Marienwerder/ Montags nach Sontag** Judica 1440. [MULLERI Reichs-Tags Theatrum Vorſtellung 2. Cap. III. pag. 453. CASPARI SCHUTZENS Hiſtoria rerum Pruſſicarum, Lib. IV. pag. 140.]

C'eſt-à-dire,

CONFEDERATION *entre les Chevaliers & les Nobles, les Villes, Provinces, Seigneuries, & Lieux de la* PRUSSE, *par laquelle ils conviennent de rendre au* MAITRE DE L'ORDRE *& à* L'ORDRE *même tous les devoirs qui lui appartiennent; Moyenant que, de ſon côté, il les maintienne dans leurs anciens Droits & Privileges; qu'il ôte les vieilles Impoſitions & qu'il ne permette pas qu'on en introduiſe de nouvelles. Ils conviennent auſſi de la maniere dont la Juſtice devra être adminiſtrée & d'unir toutes leurs forces, en cas qu'ils fuſſent vivelement attaquez, pour repouſſer l'agreſſion, & faire en ſorte qu'elle ne demeure pas ſans ſatisfaction. Faite le Lundi après le Dimanche* Judica 1440.

WIſſentlich ſey allen Gegenwärtigen und Zukünfftigen/ denen dieſe Schrifften vorbracht werden/ daß am Sontage Nemamſcere/ im vierzigſten Jare/ Land und Städte/ zum Elbing zuſammen geweſen ſind/ und daſelbſt/ um merckticher nothdürfftiger Sache willen/ eine Einigung und Verſchreibung/ einer bey dem andern in ſeinen Rechte zu bleiben/ angehaben und verrahmet/ und am Sontag Judica darnach zu Marienwerder/ dieſelbe Vereinigunge mit Briefen und Siegeln geendet/ und vollführet haben/ in ſolcher Weſe/ als hernach folget:

Zu Nahmen der Heiligen und untheilhafftigen Dreyfaltigkeit/ Amen. Wir Ritter/ Knechte/ und Städte der Lande/ Gebiete und Städte in Preuſſen/ unten geſchrieben/ bekennen und zeugen offenbar/ mit dieſem kegenwertigen Briffe/ für allen/ die ihn ſehen/ hören/ oder leſen/ daß wir und gemeines Nutz und Frommens wollen/ Gott zu Lobe/ unſerm Herrn Hochmeiſter/ ſeinem Orden und Landen zu Ehren/ und uns allen zur Forderung/ Beſten und Wolfart/ und guter Vorbetrachtung/ wohlbedachten treffen Rath/ und mit Einerachte/ Wiſſen und Willen/ unſer aller gemeiner Ritter/ Knechte/ Bürger und Einwohner/ eine freundliche/ ſtedte/ feſte Vereinigung und Zuſammenſetzung/ einer bey des andern Rechte und rechtfertigen Sachen zu bleiben/ unter einander angegangen und gemacht haben. Angehen und machen/ in Kraffte dieſes Briefs/ für uns/ unſere gemeine Ritter/ Knechte/ Bürger und Einwohner/ die nun auch zukünfftig ſind/ und für alle diejenigen/ die mit in dieſer Vereinigung ſeyn wollen/ derſelben genug thun und gebrauchen. Und geloben die in guten Trawen/ ſonder Argeliſt unverſehret zu halten/ und dabey zu bleiben/ in allen Punckten und Artickeln/ als die hernach folgen in Schriften: ANNO 1440.

Zum erſten/ daß ein iegklicher von uns/ unten geſchriebenen Rittern/ Knechten und Städten/ die unter unſerm H. Hochmeiſter geſeſſen ſind/ ſol unſerm Herrn Hochmeiſter und ſeinem Orden thun alles/ das er ihme von Eren und Rechtens wegen pflichtig iſt zu thun/ nach Ausweiſung unſer aller Privilegien/ Freyheiten und Rechte/ u. deſgleichen/ daß ein iegklicher von uns untergeſchriebenen Rittern/ Knechten/ und Städten/ unter den Erwirdigen/ unſern Herren Prelaten des Landes/ geſeſſen/ ſol ſeinen Herren thun alles/ das er me/ von Eren und Rechtens wegen/ pflichtig iſt zu thun/ nach Ausweiſung eines iegklichen Privilegien/ Freyheit und Rechte. Und alſo hinwiderumb begeren wir Ritter/ Knechte und Städte/ und dünckt uns mügtich und Recht ſeyn/ daß unſer Herre uns allen und einen iegklichen beſonder/ laſſe bey Rechte/ Freyheiten und Briefen/ nachdem als wir und unſere Vorfaren damit begabet und gefreiet ſind/ die alten Beſchwerungen abthue/ und darüber keine andere in zukommenden Zeiten/ auf uns lege. Und ob uns Jemand darüber drängen/ oder mit Gewalt fahren wolte/ daß unſer Herre ein ſolches nicht verhenge/ ſondern uns dafür beſchirme/ und uns in unſern rechten beilege.

Und ob Jemand von uns unten geſchriebenen Landen und Stedten/ allen oder einer beſonder/ Rittern/ Knechten/ Bürgern und Einwohnern/ wider Recht/ Briefen oder Freyheit bedranget/ oder vergewaldiget/ oder ime ſein Gut genommen würde/ der ſoll ſich ſolcher Gewalt erklagen/ erſten an unſern Herrn/ den Hochmeiſter/ würde der Kläger dann der Gewalt nicht überhoben/ das wir zu unſern Herren nicht getrawen/ ſo ſoll derſelbe kommen auf den gelegen Rechts-Tag/ der des Jares/ uns Ungerecht und Gewalts willen/ einſten ſol gehalten werden/ und ſich da erklagen/ würde das Gerichte auch alſo nicht beſtelt/ daß man erkennete/ daß dem Rechten genug geſchehe/ oder der Rechtstag nicht mochte Fortgang haben/ und dem Kläger nicht mochte gerichtet werden/ geſchehe das der Ritterſchafft/ die ſol das von Stund an der einſten Ritterſchafft im Culmiſchen Lande verkündigen/ und wen die Sache eigentlich durch Schrifften oder Boten wiſſen laſſen/ ſo ſollen dieſelben Ritterſchafte mit ſamt den Städten/ Colm und Thoren/ Macht haben/ die Ritterſchafft aus den andern Gebieten/ mit ſamt den andern Städten allen/ in dieſer Vereinigung begriffen/ auf gelegene Zeit und ſtat zu verboten/ da auch ein iegklicher von uns untergeſchriebenen Landen und Stedten/ ſol pflichtig ſeyn/ hinzukommen/ und da die Sache zu verhören/ werden die Sachen dann rechtfertig erkant/ ſo ſollen die Ritter/ Knecht und Stedte/ des Klägers mechtig ſeyn/ zu Eren und zu Rechte/ zu entbieten/ und ſollen ſich nach iren beſten Vermögen/ darinne bearbeiten/ daß er dabey gehalten werde.

In derſelbigen Weiſe/ ob jemand von uns untergeſchriebenen Städten/ Bürgern und Einwohnern/ wider Recht/ Freyheit/ und Briefe gedrunget würde/ der ſol das den Städten/ Culm und Thoren/ mit ſampt der Ritterſchafft des Culmiſchen Landes/ Macht haben/ die Ritterſchafft aus den andern Gebieten/ mit ſampt den andern Städten allen/ in dieſer Vereinigung begriffen/ auf gelegene Zeit und ſtet zu verbotten/ und den Sachen nachzuſagen/ in aller Weſe/ als hiernechſt zuvor/ von der Ritterſchafft ſtehet ausgedruckt.

Item, wederführe auch jemanden ſolche Sache/ oder ſolche Gewalt/ daß man erkante/ daß man ſolches Rechts-Tags nicht erbeiten mochte/ da Gott für ſey/ oder daß man die Ritterſchafft/ oder die Städte/ da wider Recht drungen/ oder Jemands ſeine Güter mit Gewalt unterhalten wolte/ ſo ſollen wir gerreulich und feſte/ einer bey dem andern/ in ſeinem Rechte bleiben/ und der Sachen uns alle gleich annemen/ die zum Ende helffen ausetragen/ und nach unſerer Macht einer dem andern zum Rechten beplegen/ Hülffe und Beyſtändigkeit thun/ als das dann/ nach Gelegenheit der Sachen/ Noth und Behuff thun wird.

Und ob jemand von uns untengeſchriebenen Landen und Städten/ Rittern/ Knechten/ Bürgern und Einwohnern/ horentboten mit Gewalt überfallen/ und an ſeinem Leibe beleidiget/ oder unſchuldiglich zum Tode gebracht würde/ das wir doch nicht getrawen/ das wollen wir klagen unſerm Herrn dem Hochmeiſter/ und begeren/ daß er ein ſolches nicht unertzogen/ mochte denn das nicht geſchehen/ ſo geloben wir Mannſchafft und Städte/ alle unten berühret/ in guten Trawen/ uns darinnen alſo gerreulich und mit ſolchem Ernſte zu bewiſen/ daß man erfinden ſoll/ daß uns allen ein ſolches leid iſt/ und wollen das an ihme/ den Vergewaltiger/ ſeinen und ihren Beplegern/ an Leib und Guth/ nach unſerem höchſten Vermögen/ nicht laſſen ungerochen.

Item, daß ein iegklicher von uns untengeſchriebenen Landen und Städten/ ſol mit des andern deſſen umgehen/ in rechtfertigen Sachen/ und ob einer etwas vermeine/ oder zu wiſſen wirde/ daß dieſem Lande/ uns allen/ oder einem beſunder möchte ſchedlich ſeyn/ in weiterley Weſe das wäre/ daß ſoll einer dem andern verkündigen/ gerreulich warnen und wiſſen laſſen/ und ſolche Warnung und Verkündigung ſoll bey einem iegklichen in Rathes Weſe bleiben.

Item, was von den gemeinen Landen und Städten auf den Tagfarthen/ mit Einerachte/ nach alter Gewonheit/ verbleibt und beſchloſſen wird/ daß daſſelbe von uns untergeſchriebenen Landen und Städten alles alſo gehalten werden ſolte.

Im

ANNO 1440. Jm Zeugniß und warhafftigen Bekäntnus aller vorgeſchriebenen Sachen/ haben wir Hanß von Segenberge/ Bauerführer des Culmiſchen Landes/ Cuntze von Schwenten/ Otto von Plemichaw/ Auſtyn von der Schebe/ Knuete/ Joen von Eichholy/ Simon von Glaſaw/ Johan von der Lmaw/ Günter von Petcraw/ Otto von Heſelecht/ Jorge von Seſelt/ Jakuſche von der Trommenny/ Mauhus von Benten/ Niclas Dinerſche/ Hanß Rackus/ Hanß Schumenaw/ Sander Machewig/ Hanß Logendorff/ Friederich von Pelkaw/ Bartuſche von der Luermuß/ Peter Seube/ Hanß Moſeck/ Knechte/ von alle der Ritter und Knechte/ wegen des gantzen Culmiſchen Landes und Gebietes/ Johan von Baiſen/ Hanß Kuſkaw/ Landrichter/ Günter von der Delaw/ Zander von Kußkaw/ Niclas Machewig/ Otto Seube zum Reine/ Peter von Dornigswalde/ Niclas von Dornigswalde/ Petruſche von Garben/ Mauhes von der Lynaw/ Jorge von Orzelun/ Hanß von der Schlawke/ Ritter und Knechte des Oſterrodiſchen Gebietes/ Niclas von Buchwalde/ Vaneführer/ Segemunt von Wapels/ Landrichter/ Pawel von Deſſmansdorff/ Ritter/ Gabriel von Baiſen/ Raſche von Luckau/ Wadiſch von Grunenfelde/ Clement von Diſes/ Knechte des Chriſtburgiſchen Gebietes/ Kampzel von Cryſen/ Landrichter des Riſenburgiſchen Gebietes/ Swabar von Bapten/ Niclas Zackerau/ Niclas Sonnenberg/ von der gemeinen Ritter und Knechte wegen des Riſenburgiſchen Geſtiftes/ George Scholem/ Landrichter/ Tyle von Marienwy/ Hanß Pfeilsdorff/ Mauhus von Burckhartsdorff/ des Elbingiſchen Gebietes/ Gotſchalck von Schmollang/ Hanß von Thoren/ Joen von der Jene/ Ritter und Paßau Schwerckatzin des Dieſchauiſchen und Marienſchen Gebietes/ von vollkommener Macht/ Einerachter/ Geheiß/ und Befehls wegen/ alle der unſern/ und unſerer gemeinen Ritter und Knechte/ die uns angeſam haben/ unſere Siegel hirunten aufgedruckt. Und wir Bürgermeiſter und Rathmanne der Stedte Culmen/ Thoren/ Elbing/ Braunſberg/ Königsberg/ Danzig/ Knephoff/ Graudentz/ Straßburg/ Newmarck/ Lebaw/ Reden/ Newſtad-Thoren/ Newſtad-Elbing/ Lechenicht/ Belaw/ Allenburg/ Heilige-Buel/ Juchen und Landesberg/ von vollkommener Macht/ Einerachter/ Geheiß und Befehles wegen unſerer Elteſten/ Schoppen/ Bürger/ Jnwohner und gantzen Gemeinden unſerer Stedte/ große Siegele heran laſſen hangen/ und zu fordercr Sicherheit und feſter Verwarung/ geloben wir Ritter und Knechte/ alle vorberüret/ in vollkommener Macht aller der unſern/ vor uns/ und vor unſere gantze Gemeine/ Ritter und Knechte/ die auf dieſe Zeit ſind/ und auch zukünfftig ſeyn werden/ und vor alle die jenigen/ die in dieſer Einigung ſind beſchloſſen/ und auch hernachmahls herein begeren zu kommen/ und wir Bürgermeiſter und Rathmanne der vorgedachten Stedte/ geloben in voller Macht vor uns/ unſerer Scheppen/ Bürger/ Einwohner/ und gantzen Gemeinden/ die nun und auch zukünfftig ſind/ und für alle diejenigen/ die in dieſer Vereinigung begriffen ſind/ und hernachmahls herein begeren zu kommen/ alle Stücke und Artickel/ als die hiebevor ausgedruckt ſtehen/ in guten redyfertigen Glauben/ bey Treuen und bey Ehren/ ſonder Argliſt/ fiedte/ feſte/ und unverſehret zu halten/ und dahey zu bleiben/ und dem nach gantzer unſerer Macht genug zu thun/ in allen zukommenden Zeiten. Geſchehen und vollender ſein dieſe Dinge/ zu Marienwerder am Montag nach dem Sontag Judica in der Faſten/ im Jare unſeres Herren/ vierzehnhundert und vierzig. ANNO 1440.

LXIV.

20. Mars. **Land-Recht/ Welches das Unter-ampt der Graffſchaffe Toggenburg mit den beyden Löbl. Orthen Schwytz und Glarus wegen der Gerichts-händel und gemeinſchafftlichen Diſenſion ꝛc. eingangen/ und ſolches verbreifft zu Ganderſchwyl/ uff den heiligen Palm-Suntag 1440.** [Tiré d'une Information de Droit préſentée à l'Empereur de la part du Prince Abbé de St. *Gall* en 1710. ſous le Titre, **de Rettung der Ehren und Rechten des Fürſtlichen Stiffts St. Gallen.** Aux Preuves, num. V. pag. 12.]

C'eſt-à-dire,

Droit, ou *Loi du Païs établie par le Bailliage du bas Comté de* TOGGENBOURG, *avec les deux Louables Cantons de* SWITZ *& de* GLARIS, *pour les Affaires de la Juſtice, & pour la mutuelle défenſe. A Ganderſchwyl le Dimanche des Rameaux* 1440.

WJr der Ammann und Landts-Gemeind des Nidern-ampts/ mitinwendig der Statt Lucherſtaig in dem Nedren tal/ und zu Jlitzſpurg/ und alle der/ ſo daſelbs zuo der Graffſchafft Toggenburg gehörend/ bekennend und tuend kund offenbar mit diſem Brieff: Als der Edel/ Wolgebern/ unſer gnediger Herr/ Graf Friderich/ wilend Graf zu Toggenburg ſeliger Gedechtnus/ by ſinem läben/ und zuo den Zyten/ do er das wol tuon mochte/ durch ſolche gnad und fründſchafft/ ſo er hat zuo unſern lieben Herren und guoten fründen von Switz/ verſchruff und verwilliget/ daß wir nach ſinem Tod mit einig n Landts-Recht/ daſſelbs hin gen Switz kommen und verſorgt ſolten werden/ von deſſwegen/ daß er ſich verſach/ daß uns dis noch ſinem Tode und Abgang/ ob Gott will/ troſtlich und hilfflichen zu ſölt: Und als er nun von Zit geſcheiden iſt/ do begegnetend Uns ſöllich zuofälle/ das uns ſelber bedunkt/ das wir ſenlicher Hilff und ſchirms notdürfftig weri d/ und gedachtend ſolcher unſerer Notdurfft nach/ und brachten ſinthalb an die egenanten unſere guote fründ von Switz/ und begerten alſo an ſie/ uns zu iren ewigen Landt-liten anzenemmen.

Alſo namend und beruefiend ſy uns den ſachen unſere lieben und guoten fründ von Glarus/ von ſölicher alter guoter fründtſchafft wegen/ ſo ſie dann beiderſide lange zeith harbracht mit einanderen habend/ das uns zuo guoten willen wer/ und noch iſt: Und nach dem/ und do derſelben von Switz und von Glarus erbern Ratsbotten mit uns fründlich redtend und gar gütlich erzaltend/ wie daß die Rät/ alt und nüw in iren Ländern alle Jar ſchwerend und alſo von alter und guoter gewonheit nut iren Landt-Recten ſig und ire Ländern/ und aller irer Landt-liten nutz und Ere zefürdern und iren ſchaden ze warnen und ze wenden/ zuo und in allen gluchen billichen ſachen/ by guoten Trüwen ungevarlich; Und alſo gütlich mit uns redtint/ das wir ſöllichs Landt-rechts und ir alten Harkommenheit uns wol fromen und troſtan ſoltind und mochtind.

Und alſo uff ſenlich ir Erläuterung/ auch frommen und Ere/ ſo wir vormals dick und viel vernommen habend/ und ouch uff ſöllich guot gerüwen/ ſo wir dann zuo men wol haben ſollend und mögend/ ſo ſind wir mit denſelben unſern lieben und guoten fründen von Switz und von Glarus fründlich eins worden/ und emes ewigen Landt-rechts bekommen/ unnuſſen als hienach geſchriben ſtat/ dem iſt alſo:

Das wir die obgenanten/ der Ammann und gantze Gemeind/ als wir mit Namen hievor beſchriben ſtand/ alle und jegliche beſunder/ ſo uff der Zit von Mans-namen vierzechen Juren alt/ und elter geweſen ſind/ geſworen habend ynlich zuo Gott und den Heiligen/ für uns und alle unſere Erben und Nachkommen/ der obgenanten unſerer guoten fründen/ der Landt-Ammann und gemeiner Land-liten beder Ländern zu Schwytz und zu Glarus/ nutz und Ebre ze fürdern/ und iren ſchaden ze warnen und ze wenden/ und inen behulffen und beraten und geholffam zu ſinde/ getrulich und ungevarlich.

Und ob es beſcheh/ das jemand mit Uns gemeinlich/ oder ihnem Orn beſunder ſtöß hätte/ oder gewunne/ und der oder die dann Recht buntind/ uff der obgenanten von Switz und von Glarus/ Ammanen und geſworen Räte/ oder uff de weders Landes Aman und Rat beſunder/ gegen dem und denſelben/ ſollend wir gemeinlich/ oder das Orn/ ſo die ſtoß anruefe/ ouch dann alſo uff ſo zuo dem Rechten kommen.

Und auch fürbaß/ ob geſchech/ das under uns ein Gegni wie der andern mishellung oder ſtoß gewunne/ und das alſo vere/ kame/ entweder teil den andern Recht buten uff obgenante unſern guoten fründ von Schwytz und von Glarus/ denn ſoll der ander teil denſelben Rechten gehorſam ſin nachzekommen.

Wäre aber/ daß ſöllich ſachen/ ſo uff ſi gebotten wurdind/ alſo geſtalt werind/ daß ſi ſich dero ze entſcheiden/ darum ze richten oder ze ſprechen/ nit annemen weltind/ wan das ſich die mißlicher an andern Enden/ denn vor men/ nach ir gelegenheit/ deſſ ſie bedunkte/ geputrund uſſzetragen; War uns dann dieſelben unſer fründ von Schwytz und Glarus wyſtend zuo dem Rechten/ da ſi bedunkte by ir Eiden/ das es uns gemein und glych were/ daß ſollend wir auch gehorſam ſin/ dem nachzekommen.

Jtem es ſol ouch in dieſem Landt-recht von bredern teil kein lang den andern/ umb kein ſach/ uff kein fremd Gericht/ Geiſtlich oder Weltliche/ nit laden noch tryben/ dann den rechten Gülten oder Bürgen/ der in darumb verhuffen hat/ ſonderen ſo ſoll jetlicher vom andern Recht nemmen und ſuchen/ in den Stetten und in den Gerichten/ da der Anſpräche ſi e und hingehörde/ und ſol man ouch da dem Cleger unverzogenlich und beſchaidenlich richten.

Beſchäch aber das nit/ und das thumlich trüebe/ ſo mag dann der Cleger ſin Recht wol fürbas ſuchen/ als im fuglichen iſt; aber jederman mag ſin Zuo nut allen ſachen werden/ als unthar gewohnlich iſt geweſen/ ungevarlich.

Ouch iſt berebt worden/ ob uns in künfftigen Zyten dhainer bedunke notturfftig ſin/ dhain Burg-recht/ Landt-recht/ oder Vereinungen an uns je nemen/ daß ſollen wir thuen im Name der vorgenanten unſer guoten fründen von Schwytz und von Glarus/ und ob uns den von men gerathen wird/ ſölich Burgtrecht/ oder Landt-recht/ oder Vereinungen an uns je nemen/ ſo ſol doch ſöllich Burgk-recht oder Landt-recht/ oder Vereinungen/ ſo wir an uns nemend/ deſem Landt-recht gantz unſchedlich und unvergriffen ſin; Sonder ſo ſol dis Landt-recht mit allen vor- und nachgeſchribnen ſtürken/ Punckten und Artikflen/ wort/ ſteet/ veſt und unverruchte bliben/ und vor allen Burgkrechteren/ Landt-rechten und Vereinungen gon/ ſo wir hinethin an uns nemind/ getrulich und ungevarlich.

Were ouch/ das jemand zuo uns in unſer Landt und Ambt hußhablich ſüchen und feſthafft ſin wolt/ und landlüte begerind je werden/ die mögind wir ouch zuo Landlichen nemmen und empfahen/ doch alſo/ das ſöllich fürth ouch dann dis Landt-recht ſchwerind ze halten/ mit allen ſachen als deß Landt-recht wyſet/

und

ANNO 1440.

und wir ſcho geſchworen hand / gemeinlich und ungeverlich.

Item / es iſt auch in diſem Landt-rechte derede worden / ob jemand / ſo in diſen Landt-recht begriffen iſt / unſer diſert Graffſchafft und Landt und Gerichten zůge / das ouch dann der oder die darethen ꝛc Eiden / ſo ſie von diſ Landt-recht wegen geſchworend hand / ledig ſin ſollend / doch alſo / ob der oder die dann von dhanner vorus erſtanduen ſachen oder Anſprachen wegen / ſo uffgeloſſen werind / er ſy von unſern Landen zugind / an pemand / oder wir an ſy gemainlich oder ſonderlich / ůſ und ze fprechen hettind oder ze vordern / das dann ſolliche ſachen und Anſprachen uſgetragen und berechtiget werdind / Und ſy uns / und wir inen Recht halten ſollind / an den Stetten und in den Gerichten / da die uferſtanden wärind / und das der noch die uns noch die obgenanten unſere fründ von Schwyz und von Glarus / darum meinen fürer mit dhainen andern fromden / Geiſtlichen noch Weltlichen Gerichten nit bekümern / fürnemen noch unterſtohn ſollend by den Aiden / ſo ſy dann den obgenanten unſern fründen von Schwyz und von Glarus / in den obgenanten Landt-rechten geſchworen hand / on alle geverde.

Es iſt auch berede worden / ob wir der obgenanten von Schwyz und von Glarus Hilff behannet nottürfftig wurdind / ſo ſollend ſy uns beholffen ſin in unſern ſachen in iro ſelbſt Coſten: Deſglychen ſollend wir inen ouch beholffen ſin / ſo das zu ſchulden kompt / in unſer ſelbs Coſten.

Es iſt ouch angentich berede worden / das wir zu baider Syth einandern kauff geben / volgen und zugen laſſen ſollend / gerůwlich / fründlich und ungeverlich.

Item nut aller ſunderhayt iſt in diſem Landt-recht berede eigentlich / das wir alle / und all unſer Nachkommen und Erben / bliben ſollind by allen und jetlichen Privilegien / Gnaden / Begabungen / Fryhaiten / Rechtungen und guoten gewonhaitten / aller unſer Gerichten und Gerechtigkeyten / ouch ungeverlich.

Ouch iſt beredt / das die dickhgenanten unſere fründ von Schwyz und von Glarus / mit uns / ouch wir mit inen / von Brüchen wegen / ſo ſy under inen / oder wir under uns habend / oder anlegend / darum mißt ſollend ze ſchaffen haben / on all geverde.

Fürer iſt ouch harin berede worden / umb das diß Landt-recht beſſer bekenlicher / ouch Jungen und Alten beſſer wiſſentlicher ſige / das wir diß Landt-recht ze zwo fünff oder zu zehen Jaren / als ze dann die obgenannten unſer fründ von Schwyz und von Glarus bedunkt notdurfftig ſin / zue zeiten / und ſie das an uns vorderend mit Boten oder mit Briefen ernüwern ſollend mit Eiden / in maſſen als vorgeſchriben ſtat / ouch ungeverlich.

Mit ſunderhayt iſt zuo merken / das in diſem Landt-recht vorbehalten / und gar inter und eigentlich ungelaſſen iſt und ſin ſol / dem Allerdurchlüchtigſten / Hochgebornſten / unſerm Allergnedigſten Herren / dem Römiſchen Küng / dem Hailgen Romiſchen Rych / und ſunſt yederumenklichen / er ſige Gaiſtlich oder Weltlich / Edel oder Unedel / ſin Recht und Gerechtigkeit / ouch geverlich und ungeverlich.

Und harüber zuo einem waren und ewigen Urkunde / ſo habend wir die obgenanten der Amman / und die gantz Gemaind ernſtlich gebetten / die fürſichtigen und Wyſen / unſre lieben und guoten fründen / den Schultheiſſen und Rate der Statt Wyl in Thürgow / das die ir Statt Wyl Ingſigel offentlich hand gehenkt an diſen Brief / wann wir gemeins Ingſigel nit habend / und darunder Wir uns / Unſer Erben und Nachkommen krefftenklich verbindend / das Wir vorgenanten Schultheis und Rat zu Wyl / von er ernſtlicher bitte wegen / alſo verpehend gethan und beſigelt haben: Doch Uns / unſer gemeinen Statt / und allen unſern Erben und Nachkommen in allweg unſchädlich. Der geben ward zuo Sanderſchwyl / uff den heiligen Palm-Sunntag nach der Geburt Chriſti / do man zalt tuſend / vierhundert vierzig Jare.

ANNO 1440.

LXV.

25. Avril. **Bündnuß und Einigung zwiſchen Biſchoff REINHARD zu Speyr eines / und der Stadt Speyr andern theils / wegen beiderſeits zu leiſtenden Beyſtandes und Entſcheidung / der etwan ſich ereignenden Irrungen. Speyr uff St. Marcus-Tag 1440.** [LEHMANNI Chronicon Spirenſe, Lib. VII. Cap. XCVII. pag. 838.]

C'eſt-à-dire,

Alliance & Union entre REINHARD *Evêque de Spire d'une part, & la Ville de* SPIRE *d'autre part, avec obligation de s'entr'aider reciproquement & de concourir à la Déciſion des differens qui pourroient ſurvenir entr'eux. A Spire le Jour de St. Marc* 1440.

WIr Reinhart / von Gottes Gnaden Biſchoff zu Spier / für uns und die unſern an einem / und der Burgermeiſter und Rath zu Spier / für uns und die gantze Gemeinde der Stadt zu Spier an dem andern Theil / bekennen offentlich an diſem Briefe / daß wir umb des Stiffts und der Stadt zu Spier Beſtes / und auch umb friedelichs und gemachlichs Lebens / ſo ferr an uns beyden Syten iſt / willen / uns zu dem / als wir ein das zuſammen gehorent / verbunden / und mit an einander vereinet habent / vereinden und vereinen uns auch in Krafft diß Briefs / die nechſte ſechs Jahr einander / nach dem als dieſer Brief geben wurd / in der Maſſen / als hernach geſchrieben ſtehet. Zum erſten ſollen und wollen wir uff beyden Syten jeglichs Theile / das ander mit gantzen guten Trawen meynen / und unſer jeglichs Theile das ander / und die ihene zu verſprechen ſtehent / by ſinen Rechten / Freyheiten / Gewohnheiten / Beſitzungen / ſtatten und Weſen / wie ſie die uff dieſen Tag enn und herbrachte haben / ungefährlich die Zyt bleiben laſſen / und daran nit urren / noch darinn tragen / in deheine Wiſe. Und wir ſelbſt noch die unſern / der wir uff beyden Syten mächtig ſind / ſollen auch von unſer oder jmands anders wegen nit zu Krieg oder Fiendſchafft die vorgenannte Zyt uffkommen / von deheiner Sachen oder Geſchichten wegen in einige Wiſe / ſondern ob jeman / wer der were / unſerer Theil enem / oder die unſerer Theile einem zu verſprechen ſtehen / welchs das were / umt Raub / Brand / Gefängniſſe / Name / oder anders angreiffe oder beſchedigte / wann das der ander Theil zu friſcher Getat gewahr würder / oder obe jeman / unſerer Theil enem / oder die ihene zu verſprechen ſtehent / mit Gewalt überziehen oder überbrunnen wolte / wann dann der ander Theil unter uns deß ermahnet wird / ungeſchrlich / darzu thun / wehren / und helffen wehren / mit aller ſiner Vermöge / nach Gelegenhait der Sachen / glicher Wiſe / als ob das unſer jeglichs Theile ſelbſt angienge / ohne Geverde. Und was ſich dann dem andern Theile / das zuchet / darumber oder daraus verlauffet / mit Kruge / Fiendſchafft / oder anders / darinn ſollant beyde Theil einander getrumlich bybſtändig und beholffen ſyn. Es ſol auch jegliche Parthye der andern zu jeglicher Zyt / ſo ſie dann zu ſchaffen hat / oder ſich Krieges und anders Ungefälles verſicht / Korn / Wein / Frucht und anders / deß man geleyt / weß dann ihne und den ihren nottürfftig wird / und einen redlichen feilen Kauff by ihne und in ihrer Gebiete geſtatten zu kauffen / und folgen laſſen / ungehindert / ſo ferr es des ſundlich gelt bet nit bedörffte. Es ſoll auch kein Parthey unser uns der andern offende Feind / oder die uff ihren Schaden / unbewahret ihrer Ehren / geweſt werent / und das noch nicht vertheydigt oder gefriedet were / in ſinen Gebieten enthalten / hauſen / ehen / freſſen oder trancken / noch ihne funſt ſonderlich Gelcide darumme geben / noch Zulegung oder Verantwortung thun / wider die ander Parthey / ſo ihr das von der andern Partheyen verkündet were / und ſie mit Glimpff des überig oder darvor geſin mag / ohne alle Geverde. Es ſollen auch alle unſere Amptlent / Diener / Burger / und die unſern uff beyden Syten / in unſer jeglichs Theils Gebieten zu Waſſer und zu Land vor allermenglichen / Troſtung / Frieden / Sicherheit und Gelaide haben / ſo ſie darinn kommen / und auch halten / ufgenommen offene und verkundte Echtere und verbannte Leut / ungefährlich. Es ſollen auch unſere Diener / Burger / und die unſern uff beyden Seiten / zu einer jeglichen Zeit / ihren Pfenning zehren mögen / in unſer jeglichs Theils Gebieten / da offene Straſſen durch gehent / ohne Schaden / alſo daß ſie denenen Schaden darinne oder darauß tugent / ohne Geverde. Und ob in der Zeit dieſer Einunge ſich uſchen pwiſchen uns obgenannten Partheyen verlieffe / davon unſer eine an die andere zu Forderunge oder Anſprache kene / umb Sachen / die nicht Geiſtlich oder umb Lehen weren / ſo ſollen wir Reinhart Biſchoff zu Spier ode die Anſprach uff unſer Syten were / einen gemeinen Mann uß den dreyen Räthen der Stadt zu Speyr / und wir Burgermeiſter und Rath der Stadt zu Speyr / ob die Anſprach uff unſer Seiten were / einen gemeinen Mann aus unſers gnädigen Herrn Biſchoff Reinharts zu Speyr obgenannten Räthen dieſen. Solchen gemeinen Mann / der alſo gekoren wird / ſoll dann unſer jegliche Parthey / aus der Rath er dann iſt / heiſſen und darzu halten / daß er ſich der Sachen annehme / als ferr er ein ſolchs vorhin nit verlobt hätte ſich des anzunehmen. Hette aber der Gemeine / der alſo gekoren wird / ein ſolches verlobt / ſo ſoll die Parthey under uns / der es dann gebürret / nach dem vorgeſchrieben iſt / einen andern kieſen / der ſich des annehme / und derſelbe gemeine Mann ſol dann / ſo er deß erfordert wird / Tage den Partheyen für ſich an ein gelegen Stadt / nach Gelegenheit der Sachen / in vierzehen Tagen beſcheyden. Zu dem ſollen wir bede Partheyen jeglich Theil zwen erbare Schiedmanne dann geben / oder ſetzen / und ſollen dann die fünff / Anſprach / Antwort / Kundſchafft / und was dann beyde Partheyen fürwenden wollen / verhoren / und die Sach underſtehen gutlich mit beyder Parthey Wiſſen und Willen zu verrichten. Und obe ihnen das nit folgen wolte / ſo mogen ſie / was von beyden Seiten in der Sachen ihnen fürbracht were / in Geſchrifft fordern / die Geſchrifft man ihne auch alsdann in vierzehen Tagen / oder in ſo viel Zeit / als dann den Gemeinen nach Gelegenheit der Sachen bequemlich dunkt / von beyden Seiten geben ſoll. Und darnach in einem Monat ſollen die vier Schiedleut ausſprechen in der Sachen / und ſo ferr ſie oder der mehrertheil under ihn eins werdent in dem Rechten / die Urtheil beyden Partheyen unter ihren Ingeſiegeln geſchrieben geben. Ob aber ſie oder ihre drey nit eins wurdent / ſo ſollen jeglicher Parthey Schiedleut ihr Urtheil in demſelben Monat dem gemeinen Mann beſchrieben geben / under ihren Ingeſiegeln / der mag ſich darnn darauf beratthen / und welchem Urtheil er dann in dem Rechten auf ſeinen Eyd geſiehe / daß ihne dunckt das beſte / und dem Rechten allergleichſt oder nechſt ſeyn / das ſoll er beyden Partheyen darnach in einem Monat ungefehrlich beſchrieben geben / unter

Anno 1440. unter ſine Ingeſiegel. Und was alſo von den fünfften oder dem mehrertheil wider ihn geſprochen wird/ das ſoll von beyden Partheyen vollenführt und gehalten werden/ und ſollen ſich auch alsdann deß beede Partheyen gegen einander genügen laſſen/ on zefährlich. Wäre aber die Sach Geiſtlich/ oder um Lehen/ das ſoll man außtragen an den Enden/ da das hingehöret. Hätten oder gewinnen aber von beyden Seiten in der Zeit einzelliche Perſonen an einander ibt zu ſprechen/ das nicht Geiſtlich oder um Lehen wäre/ da ſoll jegliche Perſon der andern nachfolgen in die Gericht da ſie geſeſſen wären/ und alda Rechtes pflegen. Und darinne ſoll auch ein jeglicher gefördert werden um des nunſten Koſtens willen/ doch außgenommen verbrieffte oder verbürgte Schulde oder Gülte/ die lauter und klar wären/ den ſoll man nachgehen und ganz ſeyn/ als das verbrieffet oder verbürget iſt. Was aber Eigen und Erbe berührte/ oder Zinß oder Gülte/ die nit klar/ ſondern etwas zweyfelhafft wären/ das ſoll man außtragen in den Gerichten/ da die Güter gelegen/ oder die Zinß gefallen wären. Man ſoll auch einen jeglichen Frevel verthedigen/ an den Gerichten da er dann begangen wird/ doch außgenommen unſchädtige Leut/ die den Leib oder Glud verwürckt hant/ das ſoll man halten/ und mit den gefahren als ſich gebühret/ das iſt an jeglichen Ende/ da er dann ergriffen wird/ unſäherlich. Und wann die Zeit dieſer Einunge außgangen iſt/ ſo ſoll keine Parthey unter uns derſelben Einung fürbaß wider die ander Parthey gebrauchen/ noch ſie fürwenden/ oder ihr gemeſſen/ in keine Weiſe/ ſondern die Einunge/ und dieſe Brief darüber/ ſollent dann gänzlich todt/ unkräfftig und abſeyn/ und auch niemand behennen planen oder unplanen bringen/ gleich als ob ſie nie geweſen wäre/ ohne alle Gefärde; es wäre dann/ daß dieſe Einunge mit beyder Partheyen Wiſſen und Willen ein ander Zeit oder mehr erlängert würde/ ſo ſoll die Zeit auß/ und nicht länger gebraucht werden/ als vor/ oder ob einer Partheyen von zuziehendes/ währendes und rettendes wegen Feindſchafft zugeſtiget wäre/ die noch wärete/ darinnen ſoll ihr die andere Parthey noch dann nach der Zeit der Einunge behollfen/ und beyſtändig ſeyn/ und ſoll keine Parthey ſich ohne die andere des frieden oder ſünen laſſen/ ohne Gefärde. Wer auch eine Sach zwiſchen uns Partheyen oder den unſern gen einander mit Forderungen oder Zuſprachen in Zeit dieſer Einunge nach vorgeſchriebenen Dingen angefangen/ vor dem gemeinen Mann/ ꝛc. die ſoll mann/ ob die Zeit der Einunge wol auß wäre oder außgienge/ ehe die Sach außgetragen würde/ noch dann fürbaß außtragen/ als vorgeſchrieben iſt/ und ſich daran genügen laſſen. Wir ſollen auch auff beyde Seiten unſern Amptleuten und Unterthanen/ die wir nun hant oder hernach gewinnen/ in Zeit dieſer Einunge auf ihr Eyd empfehlen/ dieſer Einunge nach zugende und der genug zu tunde/ ſo ferr an ihn iſt/ und ſie antreffen/ ohne alle Gefärde. In dieſer Einunge und in allen vorgeſchriebenen Sachen nehmen wir Biſchoff Reinhart obgenannt zu vorab auff unſern Heil. Vater den Pabſt/ und die Heil. Römiſche Kirch. So nehmen wir beyde Partheyen auff unſern Herrn den Römiſchen König/ und das heilige Römiſche Reich/ und auch den Hochgebornen Fürſten/ Herrn Ludwigen Pfaltzgrafen bey Rhein/ des haltgen Römiſchen Reichs Ertztruchſeß/ und Hertzog in Bayern/ ꝛc. So nehmen wir Biſchoff Reinhart ſonderlich auff unſern Herrn den Ertzbiſchoff von Mayntz/ und unſern Herrn Hertzog Otten Pfaltzgrafen bey Rhein/ und Hertzogen in Bayern. Und wir Burgermeiſter und Rach zu Speyr nehmen auch auff den Edlen Graſe Emichen von Leiningen den Alten/ und die Erbſame Weiſe Burgermeiſter und Räthe der Städt Maynz und Wormbs. Und des alles zu Urkund/ ſo haben wir beyde obgenannte Partheyen unſere groſſe Ingeſiegele thun hencken an dieſe Briefe/ der zween gleich von Wort zu Wort lautent einer als der ander/ der auch jegliche Parthey einen haben ſol/ und geben ſind zu Speyr/ als man zalt von Chriſtus Geburt/ tauſend vierhundert und viertig Jahr/ uff St. Martztag des H. Evangeliſten.

LXVI.

15. Mai. **Vergleich zwiſchen Paul von Rußdorf Hochmeiſtern Teutſchen Ordens eines/ und denen drey Conventen zu Königsberg/ Balge/ und Brandenburg andern theils/ wegen abſchaffung des Pfundt-Zolles/ getroffen. Zu Elbing am Freytag vor Pfingſten 1440.** [Schutzens Chronica rerum Pruſſicarum pag. 144.]

C'eſt-à-dire;

Convention entre Paul de Russdorf, *Grand-Maître de l'Ordre Teutonique d'une part, & les trois Maiſons de l'Ordre de* Konigsberg, *de* Balge, *& de* Brandebourg *d'autre part, ſur l'abolition du Péage appellé* Pfundzoll. *A Elbing le Vendredi avant la Pentecôte* 1440.

Anno 1440. Wir Bruder Paul von Rußdorff/ Hochmeiſter Teutſches Ordens thun kund und offenbar allen/ denen dieſe Schrifft fürkommen/ daß zwietracht und unwillen zwiſchen uns von einem/ und den Ehrſamen in Gott unſern Brüdern/ der drey Conventen Konigsberg/ Balgen und Brandenburg von andern theile waren entſtanden/ die doch zu lange weren nun zu erzehlen/ ſolche zwietracht und unwillen/ durch den Ehrwürdigen in Gott Vattern und Herrn/ Herrn Franc[illegible] Biſchoff zum Braunsberge/ und den Ehrſamen Geiſtlichen Conrad von Erlingshauſen/ unſern Oberſten Marſchalck/ als Mittler/ alſo hingeleget und entſtanden ſind/ daß allerley unwil/ welcherley der geweſt iſt/ den wir under ſie/ die alten Gebrüder/ ihre Günner und Beyſeger/ ſie ſind auß andern Conventen/ groß oder klein/ unſere Mamne oder Städte/ Geiſtlich oder Weltlich/ welches Standes ſie ſind/ ſol gantz hingeleget und geniget ſeyn/ ſo daß derer zwietracht halben/ dieſelben Conventen/ oder einer von ihnen/ in ſeiner Perſon/ oder in Perſon der obgedachten Conventen/ ihre Beyſeger und Günner/ Geiſtlich oder Weltlich/ alß oben berühret iſt/ Unwille/ Verdrieß/ Beverſung nicht ſoll geſchehen/ an were dann/ ob Jemand eines andern Conents were begehrende/ oder zu Anypte geheiſſet würde; gebrechte aber jemand/ dem ſoll unſers Ordens Buch fürgelegt werden/ und nach unſers Ordens außweiſung/ und nach Gnaden gebüſſet werden/ damit wer unſere andere Ordnungen/ als von der gleichen haltung groß und klein/ die wir mit unſern gebietigern einträchtiglich haben gemacht/ unvermacht wollen haben/ deßgleichen ye auch hanvrbe und thun ſollen.

Deß zu mehrer ſicherheit haben wir/ und der Ehrwürdige in Gott Vater und Herr/ Herre Franciſcus Biſchoff vergenant/ und dieſen nachgeſchrieben in Gott unſern lieben Brüdern/ als Bruno von Heilſperg Groß Comptur/ Conrad von Erlichshauſen Oberſter Marſchalck/ Heinrich Rabenſteiner Oberſter Spittler/ und zum Elbing Eberhard Speßenthow/ Oberſter Trappierer/ und zu Chriſtburg Comptur Johan Rehme Dreßler/ Wilem von Helffenſtein zu Theren/ Nicolas Poſter zu Dantzigk/ Heinrich Reuß von Planen/ zur Balge Compter/ unſer Inſiegel/ an dieſen Brieff laſſen hangen/ der geſchrieben iſt auff unſerm Hauſe Elbing/ in der Zarzahl unſers Herrn/ vierzehen hundert und im vierzigſten Jahre/ am Freytag für der heiligen Pfingſten.

LXVII.

17. Juill. ***De rebus Prælatorum, Baronum, Nobilium & Univerſæ Communitatis Regni Hungariæ, quòd* Wladislaus *Poloniæ, ac Electus Rex Hungariæ ob defectum Coronæ, per* Elisabetham *piæ memoriæ* Alberti *Hungariæ Regis Conjugem ablatæ, quâ Reges Hungariæ coronati ſolti fuêre, præſentatus Rex aliâ Coronâ auteâ Sti.* Stephani, *in theca Reliquiarum ejusdem conſervatâ, coronari debeat. Datum in Alba-regali 17. Julii annò* 1440. [Dlugoss Hiſtoria Polonica, Lib. XII. pag. 744.]

In Nomine ſanctæ & Individuæ Trinitatis. Amen.

NOs Prælati, Barones, Milites, Proceres & Nobiles totius Regni Hungariæ cum efficaciſſima Facultate communitatem ejusdem repræſentantes.

Ad perpetuam rei memoriam multum clarè cognitum coram nobis conſtat obtutibus, Prædeceſſorum noſtrorum conſummatis hucusque temporibus Reipublicæ diligentiam & ejusdem utilitatis operoſam advertentiam, hoc in Regno ſelici fuiſſe actum ſolertia, & ex ejusdem directione tam provida quam utili non parvum imo maximum in Chriſtiana Religione commodum viguiſſe. Quæ etſi plerumque ut temporum mutabilitate aſſolet, nunc impugnationibus diverſis, nunc vero aliorum ſtimulorum injectionibus in ſe immiſſæ adverſitatis ſeminarium perrulerit, & fortunæ variæ ventilabro utcunque agitata fuerit, eque tamen ſucceſſit ea, que ſemper, animorum identitas & voluntarum recuperata unanimitatis, ut hæc ipſa quæ viſa ſunt interdum ad publicam utilitatem conducere, accuratius ordinari & diſponi, illa vero quæ communis taciturnitatis & diſſidii materiam immittere agnita ſunt, providentiæ ſæculo extirpari & evelli ſolicitius curabuntur. Quo pacto & nos qui præſentium temporum die curſum vitalem deducimus, opportune arbitrati ſumus cum pari modo & per nos mutari operam debere, quatenus res hujus Regni & noſtra juxta modernorum qualitatem agendorum & temporum, ſicuti provide ſit, & ſalubriter, regi, ac in melius, autore Domino, dirigi propenſius cognoscatur, ſiquidem mortuo nuper & de hac vita ſublato quondam Illuſtriſſimo bonæ memoriæ Principe Domino Alberto Romanorum ac hujus Regni Ungariæ immediato, dum generali in civitate Budenſi Congregatione celebrata, cognoſcentes Regnum hoc,

ANNO 1440. quod plurimorum æmulorum & præcipue Paganorum impugnatur incurſibus, idoneo & habili Rectore carere non poſſe, miſſisque communi voluntate aſſenſuque Sereniſſimæ Principis Dominæ Eliſabeth Reginæ Ungariæ, præfatæ quondam Domini Alberti Regis, relictæ, prout hoc ex literis ejus clare conſtat, quam etiam omnium noſtrum ad Sereniſſimum Principem Dominum Wladislaum Regem excelſum Poloniæ ſolemnibus Ambaſſiatoribus & Nunciis noſtris, eundem tanquam Regem, Curatorem & Rectorem hujus Regni communi deſiderio electum, ad hunc locum, primum pro honore Dei, & fidei ſanctæ Catholicæ augmento, & demum pro unitate noſtra ad ſuſcipiendam coronam ejusdem Regni iuvitaſſemus, & diligentius inſtantes induxiſſemus, quia tempore intermedio præfata Domina Eliſabeth Regina ex adverſo æmulorum, & verius externorum hominum, inteſtini belli viam potius aperire quam præcludere cupientium, freta conſilio, & præſumptam intentionem removens, ſatagensque & volens hoc Regnum & nos Regimini infantuli, dicti quondam Domini Alberti Regis, nati poſthumi, hoc eſt, poſt ejus obitum in lucem editi, parum noſtri & Regni ejusdem neceſſitati ſuccurrere potentis, ſubjicere, ad impediendumque prætactæ electionis & coronationis ritile opus, toto niſu anhelans, ſublata clandeſtine de caſtro Wiſſegrod Corona illa, qua hactenus Reges Ungariæ coronari ſoliti fuere, pridem ante dictum infantem vix adhuc trimeſtrem, præter omnium noſtrum voluntatem ad hoc ſponte concurrere debentium, atque contra conſuetudinem hucusque in ſimili retentam, abſentibus etiam omnibus apparamentis ſacris, nec non gladio, ſceptro, pomo, & cruce Legationis Sanctiſſimi Stephani primi Regis noſtri multo amplius in perniciem quam utilitatem noſtram, cum eadem corona ſublata coronari (ſi ſic dignum eſt) fecit & procuravit, atque ipſam continuo coronam, proh dolor! vice verſa recludens ad locum hactenus nobis incognitum, in crudele omnium noſtrum derogamen, transmiſit ſeu aſportavit. Ob hoc nos nunc altera vice in multitudine tam copioſa, quanta memoria omnium præcedentium Regum coronationis tempore non comprehendit, congregati, matura plurium dierum deliberatione habita, ex quo corona illi ſupra tacta prævia ratione, ut opus erat, tam facile ex nunc haberi non potuit, volentes & conſultius cupientes, neceſſitati noſtræ & Regni hujus, cujus pro nunc confinia per inſultantium inimicorum, Paganorum videlicet, & aliorum, morſus aſperos continuo lacerantur, opportune prævidere, conſiderantes etiam potiſſime, quod ſemper Regum Coronatio a Regnicolarum voluntate dependet, ac efficacia & virtus coronæ in ipſorum approbatione conſiſtit, videntes nihilominus Regnum hoc idonei Regis feſtinatione carere non poſſe, eundem Sereniſſimum Dominum Wladislaum Regem pari voto & communi deſiderio alia corona aurea operis vetuſti Beatiſſimi Stephani Regis Apoſtoli & Patroni noſtri, in Theca capitis Reliquiarum ejusdem hucusque multa veneratione conſervata, inſtituimus, diſpoſuimus & decrevimus debere coronari, quam Coronationem die hodierna, invocata ſuppliciter Spiritus Sancti gratia, & ejusdem, ut pie credimus, inſtinctu, cum peractione publica & manifeſta omnium illarum ceremoniarum quæ ad eandem & ejus efficaciam & ſolemnitatem concurrere debuerunt, induto præfato Domino Rege noſtro illis omnibus paramentis & indumentis ſanctiſſimi primi Regis noſtri, atque oblatis eidem ac manibus ſuis traditis, gladio, ſceptro, pomo, ac cruce Legationis ejusdem ſancti Regis, nec non omnibus aliis neceſſariis absque omni defectu, præter ſolam ſublatam Coronam prætactam, feliciter conſumavimus & præconceptum auſpice Deo condusimus effectum. Decernentes, pronunciantes, & declarantes per hæc ſcripta, ipſam modernam coronam & coronationem, omnem illam virtutem & efficaciam, illudque robur per omnia habere, & habituram, ac ſi prætacta prior corona capiti dicti Domini noſtri Regis fuiſſet impoſita, & per eandem, loco modernæ, hæc ipſa Coronatio fuiſſet expedita, ita quod ipſa priori Corona abſente, & ſi eadem recuperari non potuerit, omnis deeſt & efficacia, ac quodlibet fignaculum, myſterium & robur ejusdem in hanc modernam Coronam intelligantur, & harum ſerie de omnium noſtram, quorum Coronæ merita diſcutere, probareque & improbare intereſt, voluntate cognoscantur eſſe transſuſi, damus nihilominus & pari voluntate & Decreto tribuentes præfato Domino noſtro nunc coronato Regi, pleniſſimam illam facultatem & poteſtatis plenitudinem in faciendis gratiis ac donationibus & confirmationibus perpetuis, & ad tempus collationibus & locationibus bonorum & Officialatuum atque immunitatum Officialibus & Barouiis Regni. Item in diſponendis Prælaturis ac Beneficiis Eccleſiaſticis tam majoribus quam minoribus, ac recompenſandis meritis fidelium, quibuslibet quoque infidelibus, & delinquentibus, ſecundum uniuscujusque demerita, puniendum, nec non in faciendis, emendandis & exercendis judiciis, exercendumque, agendum, dirigendum & concludendum omnibus his, quæ ad Reges Ungariæ ſuos Prædeceſſores & eorum Facultatem quomodolibet, conſuetudine videlicet, aut pertinuerunt, ac ſi idem præfata priori nunc ſublata Corona fuiſſet, ut moris extitit, coronatus. Propoſuimus tamen iſtis ſic ſtantibus eandem priorem Coronam cum ipſo Domino noſtro Rege unanimiter toto poſſe & omni diligentia loco cognito conſervationis ejusdem exquirere, atque dante Deo recuperare; adjicientes communi voluntate, quod in caſu, quod eadem Corona prior hujusmodi diligentia noſtra quod Deus avertat; recuperari non poſſet, ex tunc à modo in poſterum futuris ſemper temporibus univerſorum Regum Hungariæ huic ſuccedentium coronatio cum prætacta, alia puta moderna ſancti Regis corona, in ea ſolemnitate, prout ſolitum eſt absque omni immutatione peragatur. Voluimus conſequenter & diſpoſuimus ut hæc ipſa Corona moderna inclytum noſtrorum Regum inſigne, ſub diligentiſſima cuſtodia deiuceps teneatur, & honorifice relinquatur, reperiturque hæc eadem Corona illa priori abſente & ſi eadem recuperari non poterit, ſufficiens & cum apparamentis & aliis attinentiis ſupra tactis per omnia competens ad omnium futurorum Regum Coronationem faciendam. Hoc tamen ſpecialiter declarato, quod ſi Domino cooperante ipſa prior Corona recuperari vice verſa poterit, eadem ſuis, decore, virtuteque & efficacia minime fruſtrata habeatur. Quinimo decrevimus eandem priſtino honori reſtitui, atque in locum priorem reponi. De hac autem moderna Corona ſupra tacta tandem in iſto ſtatu diſponetur, prout ante dicto Domino noſtro Regi cum conſilio noſtro utilius videbitur expedire, ne autem reſpectu & divulgatione prætactæ aliæ Coronationis (ſi ſic dicenda eſt) nuper per præfatam Dominam Reginam, quoad antelatum infantem nobis ex tunc, ut prædiximus, inutilem factæ & habitæ, alicujus diſcordiæ hoc in Regno materia generetur, eandem pari Decreto tanquam quæ præter omnium noſtrum voluntatem ſpontaneam peracta eſt, irritamus & caſſamus ac nullius volumus eſſe & dici efficaciæ & virtutis. Poſtremo ut hæc omnia præmiſſa tanquam utilitati noſtræ communi in præſentis neceſſitatis tempore, per omnia congrua robur obtineant perpetuæ firmitatis, ne unquam aliquorum præviis conatibus eadem retractari vel immutari valeant, ſtatuimus & pari Decreto concluſimus & promulgavimus, præſentiumque ſerie promulgamus & decernimus, ut ſi temporum proceſſu aliquis vel aliqui Coronæ Regni Ungariæ ſubditus ſeu ſubjecti, ſive ex Prælatis, ſive ex Baronibus aut Militibus, ſeu Nobilibus, ſit vel exiſtat, primum præmiſſe ex nunc multis rationalibus ex cauſis comprobatæ Coronæ & Coronationi demunire, aliis diſpoſitionibus, concluſionibus & ordinationibus ſupra ſpecificatis, ſeu cuipiam ex eis verbo ſerioſo aut opere & facto, ſuggeſtioneque & incitamento ſeu affectu, miniſtre, directe, vel indirecte, contraire vel contradicere, ſeu immutari, retractari, & in irritum revocari procurare præſumſerit ſeu attentaverit, tales vel talis mox poſtquam de eis vel aliquo horum contra ipſum, ſeu ipſos, certitudo veritatis conſtiterit, ü omnium honorum, humanitatisque & dignitatum, ac nobilitatum amiſſione, ablata omni ſpe gratiæ obtinendæ, condemnentur ſeu condemnati ipſo facto cenſeantur, quodque ultra hæc perpetuæ & indelebilis infidelitatis crimen læſæ Majeſtatis, Reipublicæque turbatoris pœnam & judicium incurrant omnesque poſſeſſiones & bona ejusdem & ipſorum omnium, eis denegata gratia, ad Coronam & Majeſtatem Regiam devolvantur & devoluta intelligantur, harum noſtrarum, quibus ſigilla noſtra appenſa ſunt, teſtimonio literarum mediante. Datum in Alba Regali XVII. menſis Julii, hoc eſt die Dominico proximo poſt feſtum diviſionis Apoſtolorum, anno Domini milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo.

ANNO 1440.

LXVIII.

Concordia & Reunio JACOBITARUM *in Ægypto, cum* ECCLESIA ROMANA, *& Definitio nonnullorum Catholicam Fidem concernentium. Datum in publica Seſſione Concilii Florentini* 1441. 4. Fev.

ANNO 1441. *rentini pridie Nonas Februarii anno Incarnationis* 1441. [Conciliorum Collectio Regia, Tom. XXXIII. pag. 554. PHIL. LABBEI, Concil. Collectio, Tom. XIII. col. 1204. Bullarium Magnum, Tom. I. pag. 361. RAYNALDI Continuatio Annalium BARONII, Tom. XVIII. anno 1442.]

EUGENIUS *Epiſcopus Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.*

CANTATE *Domino, quoniam magnifice fecit: annuntiate hæc in univerſa terra. Exulta & lauda habitatio Sion, quoniam magnus in medio tui Sanctus Iſraël.* Cantare profectò & exultare in Domino decet Eccleſiam Dei pro hac grandi magnificentia & gloria nominis ſui, quam hodierna die clementiſſimus Deus operari dignatus eſt. Toto ſiquidem corde laudare & benedicere Salvatorem noſtrum nos convenit qui ſanctum Eccleſiam ſuam novis quotidie accumulat incrementis. Quamquam autem in populum Chriſtianum ſua beneficia omni tempore multa & magna lint, quæ luce clarius erga nos ſuam immenſam caritatem oſtendunt; ſi tamen accuratè inſpicimus, quæ & quanta his diebus noviſſimis divina elementia facere dignata eſt, judicare certe poterimus, hoc noſtro tempore plura ac majora quàm à multis retroactis temporibus ſuæ caritatis munera extitiſſe. Ecce enim nondum exacto triennio in hac ſancta œcumenica Synodo ſaluberrimam trium magnarum Nationum unionem Dominus noſter Jeſus Chriſtus pro ſua infatigabili pietate ad commune petenneque totius Chriſtianitatis gaudium tam copioſe effecit; unde actum eſt, ut totus fere Oriens qui glorioſum Chriſti nomen adorat, ac non parva Septentrionis portio, poſt longa diſſidia cum ſancta Romana Eccleſia, in eodem fidei & caritatis vinculo jam convenerint. Primo etenim Græci, & ii qui ſubſunt quatuor Patriarchalibus Sedibus multas gentes nationesque & idiomata continentibus; deinde Armeni multorum populorum gens; hodie vero Jacobini magni etiam per Ægyptum populi ſanctæ Sedi Apoſtolicæ uniti ſunt.

Et cum nihil Salvatori noſtro, Domino noſtro Jeſu Chriſto, gratius ſit, quam mutua inter homines Caritas, nihilque nomini ſuo glorioſius atque Eccleſiæ utilius eſſe poſſit, quam ut Chriſtiani, omni inter ſe ſublato diſſidio, in eadem ſimul fidei pacitate conveniant, merito nos omnes & cantare præ gaudio & jubilare in Domino debemus, quos, ut tantam Chriſtianæ fidei magnificentiam diebus noſtris videremus divina miſeratio dignos effecit. Summa igitur cum alacritate annuntiamus magnalia hæc univerſa in Chriſtianorum terra, ut ſicut nos pro gloria Dei & exaltatione Eccleſiæ gaudio inenarrabili repleti ſumus, ita & alios tantæ lætitiæ participes faciamus, ut omnes uno ore magnificemus & glorificemus Deum, & ſuæ Majeſtati, prout dignum eſt, magnas quotidianasque gratias agamus pro tot tantisque mirabilibus beneficiis hac ætate Eccleſiæ ſuæ ſanctæ collatis.

Et quoniam qui opus Dei diligenter exercet, non modo meritum ac retributionem in Cœlis expectat, ſed & apud homines amplam gloriam laudemque ineretur; Venerabilem fratrem noſtrum Joannem Jacobinorum Patriarcham, hujus ſanctæ Unionis cupidiſſimum, a nobis & a tota Eccleſia merito laudandum & extollendum, ac communi omnium Chriſtianorum favore eum tota ſua gente dignum judicamus. Is enim à nobis per noſtrum Oratorem ac literas excitatus, ut ad nos & hanc ſanctam Synodum legationem mitteret, & ſe ac ſuam gentem in eadem cum Eccleſia Romana fide uniret; dilectum filium Andream natione Ægyptium Abbatem Monaſterii Sancti Antonii apud Ægyptum, in quo & habitaſſe, & mortuus eſſe ſanctus ipſe Antonius perhibetur, religione & moribus non mediocriter inſtitutum, ad nos & ipſam Synodum deſtinavit, cui devotionis zelo accenſus impoſuit atque commiſit, ut fidei doctrinam, quam ſancta Romana Eccleſia tenet, & prædicat, nomine ipſius Patriarchæ & ſuorum Jacobinorum reverentes ſusciperet, deferendam poſtea per eum ad ipſum Patriarcham & Jacobinos, ut & ipſi eamdem agnoſcerent, ratamque haberent, & in ſuis regionibus prædicarent.

Nos igitur, quibus vice Domini commiſſum eſt pascere oves Chriſti, ipſum Andream Abbatem, per nonnullos hujus tam ſacri Concilii inſignes viros, ſuper articulis Fidei & Sacramentis Eccleſiæ, & quibusque ad ſalutem ſpectantibus, diligenter examinari fecimus; & tandem, quantum viſum eſt fore neceſſarium, expoſita eidem Abbati ſanctæ Romanæ Eccleſiæ fide Catholica, & per ipſum humiliter acceptata, hanc quæ ſequitur, veram neceſſariamque doctrinam hodie in hac ſolenni Seſſione, ſacro approbante œcumenico Concilio Florentino, in nomine Domini tradidimus. ANNO 1441.

In primis igitur ſacroſancta Romana Eccleſia, Domini & Salvatoris noſtri voce fundata firmiter credit, profitetur & prædicat unum verum Deum omnipotentem, incommutabilem & æternum Patrem & Filium & Spiritum Sanctum, unum in eſſentia, trinum in perſonis; Patrem ingenitum, Filium ex Patre genitum, Spiritum Sanctum ex Patre & Filio procedentem; Patrem non eſſe Filium, aut Spiritum Sanctum; Filium non eſſe Patrem aut Spiritum Sanctum; Spiritum Sanctum non eſſe Patrem, aut Filium: ſed Pater tantum Pater eſt, Filius tantum Filius eſt, Spiritus Sanctus tantum Spiritus Sanctus eſt. Solus Pater de ſubſtantia ſua genuit Filium, ſolus Filius de ſolo Patre eſt genitus, ſolus Spiritus Sanctus ſimul de Patre procedit & Filio. Hæ tres perſonæ ſunt unus Deus, & non tres Dii, quia trium eſt una ſubſtantia, una eſſentia, una natura, una divinitas, una immenſitas, una æternitas, omniaque ſunt unum, ubi non obviat relationis oppoſitio. Propter hanc unitatem Pater eſt totus in Filio, totus in Spiritu Sancto: Filius totus eſt in Patre, totus in Spiritu Sancto: Spiritus Sanctus totus eſt in Patre, totus in Filio. Nullus alium aut præcedit æternitate, aut excedit magnitudine, aut ſuperat potellate. Æternum quippe & ſine initio eſt, quod Filius de Patre extitit, & æternum ac ſine initio eſt, quod Spiritus Sanctus de Patre Filioque procedit. Pater, quidquid eſt aut habet, non habet ab alio, ſed ex ſe, & eſt Principium ſine Principio. Filius, quidquid eſt aut habet, habet à Patre; & eſt Principium de Principio. Spiritus Sanctus, quidquid eſt aut habet, habet a Patre, ſimul & Filio. Sed Pater & Filius non duo Principia Spiritus Sancti; ſed unum Principium, ſicut Pater & Filius & Spiritus Sanctus non tria principia Creaturæ, ſed unum Principium.

Quoscumque ergo adverſa & contraria ſentientes damnat, reprobat & anathematizat, & a Chriſti corpore, quod eſt Eccleſia, alienos eſſe denuntiat. Hinc damnat Sabellium perſonas confundentem & ipſarum diſtinctionem realem penitus auferentem. Damnat Arianos, Eunomianos, Macedonianos, ſolum Patrem Deum verum eſſe dicentes, Filium autem & Spiritum Sanctum in Creaturarum ordine collocantes. Damnat & quoscumque alios gradus ſeu inæqualitatem in Trinitate facientes.

Firmiſſime credit, profitetur & prædicat, unum verum Deum Patrem & Filium & Spiritum Sanctum eſſe omnium viſibilium & inviſibilium Creatorem, qui, quando voluit, bonitate ſua univerſas, tam ſpirituales quam corporales, condidit Creaturas, bonas quidem, quia a ſummo Bono factæ ſum, ſed mutabiles, quia de nihilo factæ ſunt; nullamque mali aſſerit eſſe naturam, quia omnis natura, in quantum natura eſt, bona eſt. Unum atque eumdem Deum veteris & novi Teſtamenti, hoc eſt Legis & Prophetarum atque Evangelii, profitetur auctorem, quoniam eodem Spiritu Sancto inſpirante, utriusque Teſtamenti Sancti locuti ſunt, quorum libros ſuſcipit & veneratur, qui titulis ſequentibus continentur. Quinque Moyſis, id eſt Geneſi, Exodo, Levitico, Numeris, Deuteronomio; Joſue, Judicum, Ruth, quatuor Regum, duobus Paralipomenon, Esdra, Nehemia, Tobia, Judith, Heſter, Job, Pſalmis David, Parabolis, Eccleſiaſtice, Canticis Canticorum, Sapientia, Eccleſiaſtico, Iſaia, Jeremia, Baruch, Ezechiele, Daniele; duodecim Prophetis minoribus, id eſt, Oſea, Joele, Amos, Abdia, Jona, Michæa, Nahum, Habacue, Sophonia, Aggæo, Zacharia, Malachia; duobus Machabæorum; quatuor Evangeliis Matthæi, Marci, Lucæ, Joannis, quatuordecim Epiſtolis Pauli, ad Romanos, duabus ad Corinthios, ad Galathas, ad Epheſios, ad Philippenſes, ad Coloſſenſes, duabus ad Theſſalonicenſes, duabus ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos; Petri duabus, tribus Joannis, una Jacobi, una Judæ, Actibus Apoſtolorum, & Apocalypſi Joannis.

Præterea Manichæorum anathematizat inſaniam qui duo prima Principia poſuerunt, unum viſibilium, aliud inviſibilium; & alium Novi Teſtamenti Deum, alium veteris eſſe Deum dixerunt.

Firmiter credit, profitetur & prædicat, unam ex Trinitate Perſonam verum Deum, Dei Filium ex Patre genitum, Patri conſubſtantialem & coætemum in plenitudine temporis, quem divini conſilii inſcrutabilis

ANNO 1441. altitudo disposuit propter salutem humani generis, veram hominis integramque naturam ex immaculato utero Mariæ Virginis assumpsisse & sibi in unitatem personæ copulasse tanta unitate, ut quidquid ibi Dei est, non sit ab homine separatum, & quidquid est hominis, non sit à Deitate divisum, sitque unus, & idem indivisus, utraque natura in suis proprietatibus permanente, Deus & Homo, Dei Filius & Hominis Filius, æqualis Patri secundum divinitatem, minor Patre secundum humanitatem; Immortalis & æternus ex natura divinitatis, passibilis & temporalis ex conditione assumptæ humanitatis.

Firmiter credit, profitetur & prædicat, Dei Filium in assumpta humanitate ex Virgine vere natum, vere passum, vere mortuum & sepultum, vere ex mortuis resurrexisse, in Cœlum ascendisse, sedereque ad dexteram Patris, & venturum in fine sæculorum ad vivos, mortuosque judicandos.

Anathematizat autem, execratur & damnat omnem hæresim contraria sapientem. Et primo damnat Ebionem, Cerinthum, Marcionem, Paulum Samosatenum, Photinum, omnesque similiter blasphemantes, qui percipere non valentes unionem personalem humanitatis ad Verbum, Jesum Christum Dominum nostrum, verum Deum esse negaverunt, ipsum purum hominem confitentes, qui divinæ Gratiæ participatione majori quam sanctioris vitæ merito suscepisset divinus homo diceretur. Anathematizat etiam Manichæum cum Sectatoribus suis, qui Dei Filium non verum Corpus sed phantasticum sumpsisse somniantes, humanitatis in Christo veritatem penitus sustulerunt. Nec non Valentinum asserentem, Dei Filium nihil de Virgine matre cepisse, sed Corpus cœleste sumpsisse, atque transisse per uterum Virginis, sicut per aquæ ductum defluens aqua transcurrit. Arium etiam, qui, asserens Corpus ex Virgine assumptum anima caruisse, voluit loco animæ fuisse Deitatem. Apollinarem quoque, qui, intelligens si anima Corpus informans negetur, in Christo humanitatem veram ibidem non fuisse, solam posuit animam sensitivam, sed deitatem Verbi vicem rationalis animæ tenuisse. Anathematizat etiam Theodorum Mopsuestenum atque Nestorium asserentes, humanitatem Dei Filio unitam esse per gratiam, & ob id duas esse in Christo Personas, sicut duas fatentur esse Naturas, cum intelligere non valerent, unionem humanitatis ad Verbum hypostaticam extitisse, & propterea negarent Verbi substantiam accepisse. Nam secundum hanc blasphemiam non Verbum caro factum est, sed Verbum per gratiam habitavit in carne: hoc est, non Dei Filius homo factus est, sed magis Dei Filius habitavit in homine. Anathematizat etiam, execratur & damnat Eutychem Archimandritam, qui cum intelligeret juxta Nestorii blasphemiam veritatem Incarnationis excludi, & propterea oportere, quod ita Dei Verbo unita esset humanitas, ut deitatis & humanitatis una esset eademque persona, ac etsum capere non posset, stante pluralitate Naturarum, unitatem personæ, sicut deitatis & humanitatis in Christo unam posuit esse Personam, ita unam asseruit esse Naturam, volens ante unionem dualitatem fuisse naturam, sed in unam Naturam in assumptione transisse, maxima blasphemia & impietate concedens, aut humanitatem in deitatem, aut deitatem in humanitatem esse conversam. Anathematizat etiam, execratur, & damnat Macarium Antiochenum omnesque similia sapientes, qui licet vere de Naturarum dualitate & Personæ unitate sentiret, tamen circa Christi operationes enormiter oberravit, dicens in Christo utriusque Naturæ unam fuisse operationem, unamque voluntatem. Hos omnes cum hæresibus suis anathematizat sacrosancta Romana Ecclesia, affirmans in Christo duas esse voluntates, duasque operationes.

Firmiter credit, profitetur & docet, neminem unquam ex viro femineque conceptum, à diaboli dominatione fuisse liberatum, nisi per meritum Mediatoris Dei & Hominum Jesu Christi Domini nostri, qui sine peccato conceptus, natus & mortuus humani generis hostem, peccata nostra delendo, solos sua morte prostravit, & regni cœlestis introitum, quem primus homo peccato proprio cum omni successione perdiderat, reseravit, quem aliquando venturum omnia veteris Testamenti Sacra, Sacrificia, Sacramenta, Ceremoniæ præsignarunt.

Firmiter credit, profitetur & docet legalia veteris Testamenti, seu Mosaicæ Legis, quæ dividumur in Ceremonias, Sacra, Sacrificia, Sacramenta, quia significandi alicujus futuri gratia fuerant instituta, licet divino cultui illa ætate congruerent, significato per illa Domino nostro Jesu Christo adveniente cessasse & novi Testamenti Sacramenta cœpisse. Quemcumque etiam post passionem in legalibus spem ponentem, & illis velut ad salutem necessariis se subdentem, quasi Christi fides sine illis salvare non posset, peccasse mortaliter. Non tamen negat à Christi Passione usque ad promulgatum Evangelium illa potuisse servari, dum tamen minime ad salutem necessaria crederentur, sed post promulgatum Evangelium sine interitu salutis æternæ, asserit non posse servari. ANNO 1441.

Omnes ergo post illud tempus Circumcisionis & Sabbati, reliquorumque legalium observatores, alienos à Christi fide denuntiat & salutis æternæ minime posse esse participes, nisi aliquando ab iis erroribus resipiscant. Omnibus igitur qui Christiano nomine gloriantur præcipit omnino, quocumque tempore, vel ante vel post Baptismum, a Circumcisione cessandum, quoniam sive quis in ea spem ponat, sive non, sine interitu salutis æternæ observari omnino non potest. Circa pueros vero propter periculum mortis, quod potest sepe contingere, cum ipsis non possit alio remedio subvenire nisi per Sacramentum Baptismi per quod eripiuntur a Diaboli dominatu, & in Dei filios adoptantur, admonet non esse per quadraginta aut octuaginta dies, seu aliud tempus, juxta quorumdam observantiam, sacrum Baptisma differendum, sed quam primum commode fieri potest, debere conferri, ita tamen, quod mortis imminente periculo mox sine ulla dilatione baptizentur, etiam per laicum, vel mulierem in forma Ecclesiæ si desit Sacerdos, quemadmodum in Decreto Armenorum plenius continetur.

Firmiter credit, profitetur & prædicat omnem Creaturam Dei bonam, nihilque rejiciendum quod cum gratiarum actione percipitur, quia, juxta Verbum Domini, *non quod intrat in os, coinquinat hominem*: illamque Mosaicæ Legis cibotum mundorum & immundorum differentiam ad ceremonialia asserit pertinere, quæ surgente Evangelio tranierunt, & efficacia esse desierunt. Illam etiam Apostolorum prohibitionem ab immolatis simulacrorum & sanguine & suffocato, dicit illi tempori congruisse quo ex Judæis atque Gentilibus, qui antea diversis Ceremoniis moribusque vivebant, una surgebat Ecclesia, ut cum Judæis etiam gentiles aliquid communiter observarent, & in unum Deum cultum fidemque conveniendi præberetur occasio, & dissensionis materia tolleretur, cum Judæis, propter antiquam consuetudinem, sanguis & suffocatum abominabilia viderentur, & esu immolatitii poterant arbitrari Gentiles ad idololatriam redituros: ubi autem eousque propagata est Christiana Religio, ut nullus in ea Judæus carnalis appareat, sed omnes ad Ecclesiam transeuntes, in eosdem ritus Evangelii ceremoniasque conveniant, credentes omnia munda mundis, illius Apostolicæ prohibitionis causa cessante, etiam cessavit effectus. Nullam itaque cibi naturam condemnandam esse denuntiat, quam fidelis admittit humana, nec inter animalia discernendum per quemcumque, sive virum, sive mulierem, & quocumque genere mortis intereant; quamvis pro salute corporis, pro virtutis exercitio, pro regulari & Ecclesiastica disciplina possint & debeant multa non negata dimitti, quia juxta Apostolum, *omnia licent, sed non omnia expediunt.*

Firmiter credit, profitetur & prædicat nullos intra Catholicam Ecclesiam non existentes non solum Paganos, sed nec Judæos aut Hæreticos atque Schismaticos æternæ vitæ fieri posse participes, sed in ignem æternum ituros, qui paratus est Diabolo & Angelis ejus, nisi ante finem vitæ eidem fuerint aggregati: tantumqua valere Ecclesiastici corporis unitatem, ut solum in ea manentibus ad salutem Ecclesiastica Sacramenta proficiant, & jejunia, eleemosynæ ac cetera pietatis officia & exercitia militiæ Christianæ præmia æterna parturiant. Neminemque, quantascumque eleemosynas fecerit, & si pro Christi nomine sanguinem effuderit, posse salvari, nisi in Catholicæ Ecclesiæ gremio & unitate permanserit.

Amplectitur autem, approbat & suscipit Sanctam Nicænam Synodum trecentorum decem & octo Patrum, temporibus beatissimi Silvestri prædecessoris nostri & magni Constantini piissimi Principis congregatam, in qua impia hæresis Ariana cum suo auctore damnata est, & definitum est, Filium Dei Patri esse consubstantialem & coæternum.

Amplectitur, etiam approbat & suscipit Sanctam Constantinopolitanam Synodum quinquaginta Patrum, Beatissimi Damasi Prædecessoris nostri & Theodosii temporis tempore convocatam, quæ ipsum Macedonii anathematizavit errorem, qui Spiritum Sanctum non Deum,

ANNO 1441. Deum, ſed Creaturam aſſerebat. Quod damnant, damnat; quod approbant, approbat, & per omnia, vult ibidem diffinita illæſa, & inviolata ſubſiſtere.

Amplectitur etiam, approbat & ſuſcipit Sanctam Primam Epheſinam Synodum ducentorum Patrum, quæ tertia eſt in ordine univerſalium Synodorum ſub Beatiſſimo Cœleſtino Prædeceſſore noſtro & Theodoſio junſore convocatam, in qua impii Neſtorii & damnata blaſphemia, diffinitumque eſt, Domini noſtri Jeſu Chriſti veri Dei & veri hominis unam eſſe perſonam; & beatam Mariam ſemper Virginem non ſolum, ſed etiam, hoc eſt non tantum hominis ſed Dei genitricem ab omni Eccleſia prædicandam.

Damnat autem, anathematizat & respuit impiam ſecundam Epheſinam Synodum ſub beatiſſimo Leone prædeceſſore noſtro & præfato Principe congregatam, in qua Dioſcorus Alexandrinus Antiſtes, Eutychis Hæreſiarchæ defenſor, & Sancti Flaviani Conſtantinopolitani Pontificis impius perſecutor, execrandam illam Synodum ad approbationem Eutychianæ impietatis arte & minis attraxit.

Amplectitur etiam, approbat & ſuſcipit Sanctam Calchedonenſem Synodum Quartam in ordine univerſalium Synodorum, ſexcentorum & triginta Patrum, temporibus præfati beatiſſimi Leonis prædeceſſoris noſtri & Marciani Principis celebratam, in qua hæreſis Eutychiana cum ſuo Auctore Eutyche & Dioſcoro deteſtore damnata eſt, & diffinitum eſt, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum eſſe verum Deum & verum hominem, & in una eademque perſona divinam humanamque Naturas integras, inviolatas, incorruptas, inconfuſas diſtinctasque manſiſſe, humanitate agente quæ hominis ſunt, & Deitate quæ Dei: quos damnat, damnatos habet; quos approbat, approbatos.

Amplectitur etiam, approbat & ſuſcipit Sanctam quintam Synodum ſecundam Conſtantinopolitanam, tempore beatiſſimi Vigilii prædeceſſoris noſtri & Juſtiniani Principis celebratam, in qua Sacri Calchedonenſis Concilii diffinitio de duabus Naturis & una Perſona Chriſti renovata eſt, multique Origenis errores, ſuorumque ſequacium, præſertim de Dæmonum aliorumque damnatorum pœnitentia & liberatione, reprobati atque damnati ſunt.

Item arbitramur, & arbitramentamur ut ſupra, quod præfatus Illuſtriſſimus Dominus Dux Mediolani non poſſit, nec debeat ſe intromittere, nec aliqualiter impedire per ſe, nec per ſuos ſtipendiarios, Adherentes, Collegatos, nec per alios quovis modo directe, vel indirecte, tacite vel expreſſe, ſeu aliquo queſito colore, à Flumine Panerii ultra, nec à Flumine Mactæ ultra verſus partes Tuſcas, & Romandiolæ quovis modo, nec aliquo tempore. Excepto tamen, quod ſi per aliquem offenſa foret Magnifica Civitas Senarum, aut ſibi Colligati, Adherentes, ſubditi, aut recomendati, videlicet qui ſui erant in principio ultimæ proximæ guerræ, hoc caſu liceat præfato Illuſtriſſimo Domino Duci Mediolani poſſe deffendere, & juvare dictam Civitatem Senarum, & ſic etiam liceat Magnifice Communitati Florentiæ, defendere, & juvare dictam Magnificam Communitatem Senarum, Recomendatos ejus, Colligatos, Subditos, & Adherentes ut ſupra, ſi offenderetur à præfato Illuſtriſſimo Domino Duce Mediolani &c. Et ſimiliter præfata Magnifica Communitas Florentiæ non poſſit ſe intromittere, nec aliqualiter ſe impedire quovis modo, nec aliquo tempore à dictis fluminibus citrà verſus Lombardiam. Excepto quod ſi Illuſtriſſima Liga, videlicet Illuſtriſſimum Dominum Dominium Venetorum, aut Januenſem indigerent, videlicet quandocumque inter eos Liga foret, quod tunc, & eo caſu pro dicta indigentia, & pro defenſione Ligæ, quando ſibi guerram moveretur, licitum ſit, & poſſit dicta Magnifica Communitas Florentiæ ſe intromittere, & impedire pro ſtatu, & defenſione ejusdem Ligæ, ac etiam dicta Magnifica Communitas Florentiæ poſſit ſe intromittere de Caſtro Arbiani, quia eſt, & fuit jam diù ipſorum.

Item arbitramur ut ſupra, quod Pontremulum, Valdetarium, Variſium, & omnia alia quæ quovis modo per illos Magnificos de Fliſco tenebantur, & nunc ab ipſo Illuſtriſſimo Domino Duce Mediolani, vel habentibus cauſam ab eo teneantur, remaneant prætato Domino Duci, & ſuis habentibus cauſam ab eo, eo modo, quæ de præſenti tenentur, ſicut in Sententia lata Ferrariæ per Illuſtres Dominos Marchiones ſupradictos continetur, & ſimiliter remaneant dicto Domino Duci Mediolani locus Novarum cum pertinentiis, ut jam tenuit, & nunc tenet, & ulterius locus Gavii Domino Baptiſtæ de Campo Fregoſio omnino dimittatur, cum hoc quod ipſe ſicut alii interim recognoſcant a Magnifica Communitate Janue locum prædictum Gavii, quem ſi ipſe Dominus Baptiſta ut ſupra recognoverit à præfata Magnifica Communitate Januæ, & cum ipſa pacifice, & quiete vixerit, ut decet, idem Dominus Baptiſta poſſit, & valeat gaudere & uti, & locis ſuis tam in Civitate Januæ, quam alibi in ejus Territorio. Item quod aliæ terræ Territorii Januenſis, quæ tenebantur per Communitatem Januæ tempore quo inter præfatum Dominum Ducem Mediolani, & Communitatem Januæ ejusque Terras, caſtra, & loca guerra incepta fuit, & poſtea ipſe Dominus Dux Mediolani ipſam Civitatem Januæ acquiſivit, ex nunc per alios tenentur habentes cauſam à præfato Illuſtriſſimo Domino Duce Mediolani remaneant eis qui tenent; cum hoc quod ipſas cognoſcant ab ipſa Communitate Januæ. Sed eadem Communitas directe, vel indirecte eos juvare, nec per hoc intelligatur in aliquo Pacl vel Arbitramentis noſtris contrafactum, & econtra, ſi prædicti habentes cauſam à prædicto Domino Duce non offenſi ut ſupra offenderent dictam Communitatem Januæ, non poſſit idem Illuſtriſſimus Dominus Dux Mediolani eos juvare, nec favete directè, vel indirectè, per ſe, vel per alium. Si tamen eſſet aliquis qui non vellet à præfata Communitate ut ſupra recognoſcere, præfatus Illuſtriſſimus Dominus Dux Mediolani eum defendere non poſſit. Et ſi præfata Communitas ſive Illuſtriſſimum Dominium Januæ nollet à prædictis dictam recognitionem acceptare, tunc prælibati tenentes dictas terras remaneant, & remanere debeant ſicut ſtant in præſenti, & cum dicta Magnifica Communitate, ut decet, vivant ac pacifice, & quod omnes terræ quæ fuiſſent ablate, ſive accepte poſt novitatem factam per Jamentes, per Illuſtriſſimum Dominum Ducem Mediolani, aut per ejus gentes Illuſtriſſimo Domino Duci, & Communitati Januæ, vel ejus Subditis, vel Recomendatis reſtituantur in ipſis quibus ablatæ fuerunt infra terminum unius menſis, & dierum quindecim ab hodie incipiendorum. Scilicet ſi per complices vel ſequaces dicti Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani fuiſſent ablate à tempore dictæ novitatis citrà, teneantur ipſas reſtituere illis quibus ablate fuerunt infra terminum ſuprafcriptum. Item quod illi Feudatarii, qui ante tempus inceptæ guerræ inter præfatum Illuſtriſſimum Dominum Ducem, & dictam Communitatem Januæ, ejusque Terras, Caſtra, & Loca ut ſupra erant feudatarii prædicti Domini Ducis Mediolani eidem Illuſtriſſimo Domino Duci remaneant. Illi vero qui prædicto tempore erant feudatarii Communitatis ipſius, ipſi tales, & non alii pro quanto erant tunc feudatarii præfatæ Communitatis, & non ultra, nec alio modo teneantur novam ſimilem fidelitatem facere prædictæ Communitati, eam reſervatione fidelitatis facta præfato Domino Duci. Ita quod teneantur agere pro ipſa Communitate contra omnes illos contra quos agere prius tenebantur. Excepto præfato Illuſtriſſimo Domino Duce, & ſuis. Et hoc etiam intellecto quod dicta Communitas directe, vel indirecte non poſſit aliquem prædictorum, nec ſuos aut ſua quovis modo offendere, & ipſa offendente, liceat dicto Ill. Domino Duci eos juvare, nec per hoc dicatur Paci, vel arbitramentis noſtris ut ſupra contra factum. Tamen ſi non offenſi offenderent dictam Communitatem, ipſa Communitas offendere poſſit eos, & ipſi Ill. Domino Duci non liceat, nec poſſit eos defendere, vel juvare. Ita quod ſi aliquis eorum nollet prædictam novam fidelitatem ipſi Communitati ut ſupra facere, eo caſu præfatus Illuſtriſſimus Dominus Dux Mediolani non poſſit talem defendere. Et ſi præfata Conunnitas Januæ nollet prædictos in feudatarios acceptare, ſicut ſupradictum eſt, arbitramur quod dicto caſu remanent dicti feudatarii, ſicut ſtant de præſenti, & utraque pars debeat in bona pace vivere. Et ſi præfatus Illuſtriſſimus Dominus Dux, & Communitas Januæ non offenſa offenderet prædictos, liceat hoc caſu dicto Illuſtriſſimo Domino Duci Mediolani defendere ipſos ut ſupra. Et ſi dicti feudatarii non offenſi offenderent dictum Dominum Ducem, & Communitatem Januæ, idem Illuſtriſſimus Dominus Dux Mediolani non poſſit eos juvare, nec eis dare aliquem favorem ut ſupra, reſervata nobis poteſtate decidendi, & declarandi ſi aliqua dubitatio contingeret circa iſtud Capitulum, vel ipſius executionem.

Item arbitramur ut ſupra, quod Illuſtriſſimus Dominus Dux Mediolani teneatur, & debeat cum effectu ſatisfacere omnibus, & ſingulis Civibus, & Mercatoribus Januenſis, & ipſorum ſubditis de omni quantitate in qua teneretur occaſione emptionis facte per eum vel per alium ſuo nomine de Jogis, vel de aliis Mercantiis. Item teneatur, & debeat eum effectu facere fieri, & facere jus, & ſatisfieri prædictis Januenſis ut ſupra contra omnes, & ſingulos Capitaneos, Officiales, & Subditos Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani dicta de cauſa, ac etiam quacumque alia cauſa, & occaſione contractus integre, & ſine litigio. Et vice verſa Illuſtriſſimus Dominus Dux, & Communitas Januæ teneantur, & debeant cum effectu facere, & fieri facere ſuis, & ſatisfieri Capitaneis, & ſtipendiatis ipſius Domini Ducis Mediolani de omni eo quod recipere, & habere deberent occaſione emptionum vel venditionum, & idem aliis hominibus, & ſubditis dicti Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani quacumque de cauſa recipere deberent pro contractu inter eos celebrato, non intelligendo per hoc Capitulum aliquam rationem pertinentem ad ſtipend.

Item arbitramur ut ſupra, quod conſiderato quod ſpectabilis Miles & Doctor Dominus Baptiſta Cigala Civis Januenſis allegat ſe creditorem Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani quingentorum ducatorum ex cauſa mutui, dicens ad fidem hujus habere mandatum in ſcriptis dicti Illuſtriſſimi Domini Ducis per quod dicit mandare Magiſtris Intratarum ipſius Illuſtriſſimi Domini Ducis, quod reſtituerent dictum mandatum non habuit executionem pro tanto ſi ſic eſt quod mutaverit, & quod

ANNO 1441.

ANNO 1441. & quod ipſe Illuſtriſſimus Dominus Dux mandaverit ut ſupra teneatur idem Illuſtriſſimus Dominus Dux reddere dictam quantitatem mutuam infra terminum trium menſium computandorum à die præſentis noſtri arbitramenti.

Item arbitramur ut ſupra, quod nec Illuſtriſſimus Dominus Dux Mediolani, nec etiam Illuſtr. Dominus Dux, & Communitas Januæ teneantur obſervare aliquam conventionem ſalis ſive appulſus ſalis inter eos factam, nec etiam obſervare teneantur conventiones initas, & contractus in Anno Domini milleſimo quadringenteſimo triageſimo inter dictam Magnificam Communitatem Januæ ex una, & Mercatores Mediolani ex altera parte, niſi in quantum placeat uttique dictarum partium, excepto quod arbitramur, quod conſuetudines quæ erant inter Magnificam Communitatem Januæ, & Mercatores Mediolanenſes, antequam præfatus Illuſtriſſimus Dominus Dux Mediolani fieret Dominus Januæ, remanent, & remanere debeant ſicut tunc erant quantum ad factum mercantiarum, & gabellarum.

Item arbitramur ut ſupra, quod Cives Aſtenſes poſſint libere uti, & gaudere omnibus ipſorum poſſeſſionibus, Locis, & Jutibus, quæ habent in Civitate Januæ, & ejus Jurisdictione, & Diſtrictu prout faciebant ante inceptam proximam elapſam guerram. Et ſimiliter Cives Januenſes poſſint libere uti, & gaudere omni poſſeſſione, & juribus quæ habent in dicta Civitate Aſtenſi, & ejus Jurisdictione, & Diſtrictu, ſecundum quod faciebant ante inceptam ultimam proximam elapſam guerram.

Item arbitramur ut ſupra, quod præfatus Illuſtriſſimus Dominus Dux, & Magnifica Communitas Januæ cum effectu teneantur providere, quod ſpectabili viro Vitaliano de Bonromeis de Mediolano, aut Filippo ejus filio, ſive alicuius ipſorum procuratori reſtituantur omnia ipſorum bona ipſis ablata ſive abrepta de ipſorum eſtimatione fuit deſcriptus creditor in dicta Civitate Januæ, aut quod ſaltem reddatur dictorum bonorum communis eſtimatio, ſi ſic eſt, quod dicta Navis habuiſſet ſupradictum ſalvum conductum, & ſimiliter quod ſpectabilibus Viris Arismino de Triultio, Aluyſio Crotto, Domino Johanni de Marliano jam Caſtellano Caſtelcini Januæ, & Luchino Ferufino qui erat in eodem Caſtelletto reſtituantur & reintegrentur omnia bona eorum, & cujuſlibet eorum quæ fuerunt per ipſam Communitatem, aut Cives Januæ qui ſupradicti aſſerunt habuiſſe promiſſionem, & ſecuritatem de perſonis, & rebus de prædictis Capitancis vel Officialibus libertatis Januæ. Ideo ſi ſic eſt arbitramur, quod eis & cuilibet eorum reſtituantur bona eorum prædicta aut communis eſtimatio ipſorum bonorum infra terminum unius anni computandi à die interpellationis.

Item arbitramur ut ſupra quod Capellanis ipſius Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani, nec non ſpectabilibus Viris Adrado de Lampugnano, Vitaliano de Bonromeis, Domino Chriſtoforo de Velato, Domino Johanni Luchino, & Dominco Ferufino, Gerardo de Ghiglino, & ejus fratribus hæredibus Domini Jacobi Ghiglini Hæredibus Domini Chriſtofori de Valeriis, & Domini Johannis de Mirabiliis, Domino Petro de Lampugnano, & cuilibet eorum habentibus loca in Civitate Januæ, ipſa loca reſtituta ex nunc intelligantur, nec non ſolvatur, & fatisfiat, reddantur, & reſtituantur per Illuſtriſſimum Dominum Ducem, & Magnificam Communitatem Januæ de fructibus, & proventibus pro tempore prædicto locorum ipſorum, & cujuslibet eorum prout cuilibet pro rata contingere debet ſecundum conſuetudinem, & ſolutionem factam aliis in prædictis ante dictam guerram infra terminum duorum annorum à die præſenti incohandorum, videlicet pro medietate primo Anno, & pro alia medietate ſecundo Anno, ita quod in duobus his annis dictis integraliter ſit ſatisfactum pro dicto tempore præterito, & cuilibet alteri Corteſano ſubdito, ſeu curiali tam Laico, quam etiam Clerico, & Religioſis de tertis Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani habentibus loca in dicta Civitate Januæ reſtituta intelligantur dicta eorum loca, & ſic vigore hujus noſtri arbitramenti mandamus, quod reddantur eis, & cuilibet eorum pro rata fructuum, & proventorum dictorum locorum ſuorum pro tempore futuro, ſecundum conſuetudinem locorum ipſorum ſine aliqua exceptione. Et hoc multis reſpectibus, & rationibus & maxime pro conventionibus, & conſuetudinibus dictorum locorum, quia non debent illa loca maculari in quibus debet ſumma fides obſervari.

Item arbitramur ut ſupra, quod ea quæ poſtulavit à nobis ſibi fieri debere ſpectabilis Dominus Blaſius de Aſareto de Janua per Magnificam Communitatem Januæ, reſervamus arbitrio noſtro declaranda, & ſententianda, prout nobis videbitur ad noſtrum beneplacitum, ad hoc ut maturius informati poſſimus opportune indemnitati ſue providere. ANNO 1441.

Item arbitramur ut ſupra, quod Illuſtriſſimus Dominus Dux, & Magnifica Communitas Januæ teneantur cum effectu ... quod Communitas Saone reddat, & reſtituat ſpectabili Franciſco Barbavariæ, & ſuis omnia bona ſibi ablata in Saona quæ ſibi non fuerunt reſtituta, ſecundum promiſſiones ſibi factas per Ancianos Saonæ, aut competentem eſtimationem eorum, quod fieri dicimus ſi ſic eſt, ut dictum eſt ſuperius, in terminum unius anni computandi à die interpellationis.

Item arbitramur ut ſupra, quod Civitas Bononiæ, & Civitas Imolæ cum Communitatibus, & Diſtrictibus earum, ac fortiliciis, & cujusliber earum, quas tenebat Sanctitas Domini noſtri Papæ, hac ultima vice quando ipſas perdidit, debeant reſtitui ejus Sanctitati, ſeu ejus Legato aut Gubernatori in eisdem terminis in quibus ſupradicta Sanctitas tunc tenebat eas, & quia Illuſtriſſimus Dominus Dux Mediolani allegat ſe non intromiſiſſe perditioni dictarum Civitatum, nec de ejus conſenſu rebellionem feciſſe, nec in eis, aut in aliqua earum habere Dominium aliquod, vel potentiam, arbitramur, & arbitramentamur ut ſupra, quod ipſe Illuſtriſſimus Dominus Dux debeat omni demonſtratione, & declaratione ſibi poſſibili manifeſtare quod in dictis Civitatibus, aut Communitatibus earum, aut alicujus earum nullum habeat Dominium, & non dare retinenti, aut occupanti ipſas, vel alteram ipſarum auxilium, vel favorem in prædictis, ſed potius ipſe Illuſtriſſimus Dominus Dux Mediolani teneatur dare favorem ſibi poſſibilem quod dicta reſtitutio fiat, & ſequatur, quæ reſtitutio fieri debeat infra terminum duorum Menſium continuorum à die præſentis arbitramenti incohandorum.

Item arbitramur ut ſupra, quod liceat præfato Illuſtriſſimo Domino Duci Mediolani, & debeat Colligatos ſuos, Recomendatos, Adhærentes, Complices, & ſequaces, aut feudatarios nominare infra terminum unius menſis à die præſentis noſtri Arbitramenti incohandi, & non poſſit. . . liceat nominare, aut eligere aliquem Recomendarum ſive Colligatum ut ſupra à Fluminibus Macre, & Panarii ultrà verſus partes Tuſſiæ, vel Romandiolæ. Et ſimiliter Illuſtriſſimo Dominio Ligæ, & cuilibet Domino principali comprehenſo in dicta Liga, liceat, & poſſit nominare omnes ſuos Colligatos, Recomendatos, Complices, Adherentes, ſequaces, & feudatarios infra terminum prædictum unius menſis, Magnifica tum Communitas Florentiæ non poſſit nominare aliquem Recomendarum, aut Colligatum à Flumine Macre & Panarii citrà verſus Lombardiam, niſi prædictum Illuſtriſſimum Dominium Venetorum, & Illuſtriſſimum Dominum Ducem, & Communitatem Januæ cum ipſorum Recomendatis, & Colligatis, ut ſupra, arbitramur ut ſupra quod nulla dictarum partium debeat neque poſſit eligere vel nominare aliquo modo pro Colligato, aut Recomendato ut ſupra aliquem in majori dignitate conſtitutum quam ſint dictæ partes, vel aliqua earum. Et ſimiliter reciproce dictæ partes non poſſint, nec valeant nominare pro Colligatis, nec pro Recommendatis ut ſupra aliquem qui ſit Colligatus, vel Recommendatus ut ſupra alterius partis, nec de tenimentis alterius partis, ſalvis remanentibus ſupra, & infraſcriptis de quibus ſit mentio ſpecialis.

Item arbitramur ut ſupra, quod quilibet dictorum Recomendatorum, Colligatorum, Adherentium, Complicium, ſequacium, & feudatariorum ut ſupra eligendorum, & dandorum per quamlibet dictarum partium, ſicut in præcedenti Capitulo dictum eſt, teneatur, & debeat infra terminum quindecim dierum alterius mentia à die finiti dicti primi menſis terminati ad nominandum ut ſupra incipiendorum acceptare, & confirmare, debite approbare, & omologare totam contluentiam Pacis præſentis ac noſtri arbitramenti integraliter, & quamlibet partem ipſius Pacis, & arbitramenti ſpectantem ad eum in principio, medio, & fine, ſi voluerit includi, & gaudere beneficio dictæ Pacis, & per publicum Inſtrumentum hoc faciant, aut per Litteras eorum Sigillo ſolito ſigillatas, quas vel quod debeant infra dictum terminum nobis facere præſentari, quibus pactis, arbitramur, & dicimus quod intelligantur incluſi in Pace præſenti, & gaudeant, & gaudere poſſint, & uti largo modo beneficio ejus. Sed ſi infra dictum terminum prædicta non fecerint, arbitramur, & declaramus, quod illi tantum qui in prædictis, aut aliquo prædictorum defecerint

ANNO 1441. fecerint, intelligantur totaliter à dicto Pacis beneficio excluſi, & privati, nec gaudeant, nec uti valeant modo aliquo beneficio aliquo dictæ Pacis. Arbitramur inſuper ut ſupra, quod omnes & ſingulí, & quilibet ipſorum Recomendatorum & Colligatorum ut ſupra, qui per nos in hoc præſenti noſtro Arbitramento, à principio, medio, & fine fuerit condemnatus, aut declaratus, aut nominatus debere reſtituere, aut condemnare, aut conſignare Terras, Fortilitia, Caſtra, & Loca quæcumque aut res alias, vel liberare captivos, & obſides, vel aliud facere, quod in præſenti noſtro Arbitramento continetur, quod ab una parte aut ejus Subditis, & Recomendatis deberet fieri alteri. Reciproce teneantur, & debeant facere dictam reſtitutionem, relaxationem, aut conſignationem, ad complementum fine aliqua exceptione, ac integraliter infra tempus, & terminum dierum declaratorum in præſenti noſtro Arbitramento ſingula ſingulis referendo, & ſi, & in quantum prædicti, vel alter eorum non faceret, non aſſignaret, aut non adimpleret ſecundum formam dicti noſtri Arbitramenti, quod tunc contra illum aut illos qui contradicerent aut obſervare nollent, aut dictam reſtitutionem, & relaxationem, quæ ad eum pertinet, recuſaret, liceat, & licitum ſit illi cui dicta reſtitutio fienda foret, aut ſpectaret facere, & fieri, facere guerram cum tota ſua parte, & illum talem renitentem licite tractare poſſit ſicut inimicum, & non incluſum in Pace præſenti, & nihilhominus arbitramur, & mandamus quod illi ſic renitenti, & recuſanti ut ſupra, non poſſit faveri per illam partem, cui dictus talis inobediens fuerit colligatus, vel Recomendatus, ſcilicet penitus dicta pars, cui dictus talis inobediens fuerit colligatus ut ſupra, abſtinere debeat ab omni favore directè vel indirectè, nec liceat ſibi intromittere per ſe, vel alium tacite, vel expreſſe quovis modo.

Item arbitramur ut ſupra, quod quelibet dictarum partium principalium ut ſupra, cum omnibus, & ſingulis ipſorum Confederatis, Complicibus, & Recomendatis eorum bonis, & mercantis cujuscumque conditionis, & valoris ſint, poſſint converſari, praticare, & liberaliter mercaturi ſicut boni amici per Civitates, Terras, Caſtra, & Loca, Tenimenta, & Territoria cujuslibet prædictorum ad voluntatem cujuslibet eorum ſicut faciebant priusquam inter eos oriretur ultima guerra, & inimicitia de qua ſupra, & hoc non intelligatur pro Rebellibus vel Bannitis alterius dictarum partium. Et arbitramur, quod non poſſit una pars imponere datium aliquod ſpecialiter in præjudicium alterius partis, ſed datia quæ generaliter imponetent per aliquam dictarum partium contra omnes Forenſes debeant, & poſſint obſervari, & exigi, ad voluntatem imponentis, non faciendo inter Forenſes aliquam differentiam, ſalvis nihilhominus remanentibus omnibus Conventionibus poſt factam ultimam Pacem, & antequam incepiſſet proxima præterita guerra inter Illuſtriſſimum Dominium Venetorum, aut Mercatores ejus ex una parte, & Magnificam Communitatem, & Mercatores Mediolani, & quamcumque aliam Civitatem, aut Communitatem præfati Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani ex altera, quæ debeant obſervari, ſicut obſervabant tempore Pacis prædictæ, ideſt, ante incohatam præſentem guerram proximam elapſam.

Item arbitramur ut ſupra, quod ſi aliqua dictarum partium retineret pro obſidibus aliquos homines de illis Terris & Locis alteri parti remanere, & relaxari facere ſine aliqua ſolutione infra terminum quindecim dierum à die dati præſentis Laudi per utramque partem retinendi.

Item arbitramur ut ſupra, quod omnes & ſinguli Domini Capitanei, Conductores, & Stipendiarii cujuscumque conditionis vel dignitatis exiſtant, & alii Captivi, qui capti fuiſſent in hac ultima præterita guerra, tanquam inimici, & qui retinentur de præſenti in carceribus, relaxentur per utramque dictarum partium, & quemlibet ipſarum libere, & ſine ſolutione alicujus taliæ, dummodo non ſint rebelles, vel banniti, illius partis, quæ captivatos retineret eos, & præcipue liberentur Johannes Cambil de Medicis de Florentia, & homines Baſtite ponris, & omnes ſecuritates, ſive fidejuſſiones quas ab eis vel ipſorum altero præfatus Magnificus Dominus Faventiæ receperiſſet, & hæc infra terminum quindecim dierum proxime futurorum, à die præſentis noſtri Arbitramenti computandorum.

Item arbitramur ut ſupra, quod omnes & ſinguli homines, & perſonæ de illis Terris, vel ipſarum altera, quæ vigore hujus noſtræ arbitramentalis Sententiæ debebunt reſtitui, vel relaxari, hinc inde intelligantur liberati, & ex nunc eis facimus liberalem remiſſionem de omnibus & ſingulis delictis commiſſis per eos vel ipſorum alterum hac ultima guerra elapſa pro rebellione ipſarum Terrarum, vel alterius ipſarum; quam remiſſionem intelligimus de perſonis ipſorum tantum, & extendi ad bonorum ipſorum reſtitutionem non alienatorum aut non confiteatorum. Et hoc volumus ipſo jure viros remiſſionis habere à die præſentis noſtri Arbitramenti. Et arbitramur ut ſupra quod dictæ partes, & quælibet earum intelligentia & abſolute, & ſic per præſens noſtrum Arbitramentum, & Laudum eas abſolvimus, & liberamus ab omnibus & ſingulis offenſionibus realibus, & perſonalibus, injuriis, & damnis factis, & illatis per unam partem alteri, & alterum alteri quocumque modo, forma, via, & limiter eam abſolvimus, & liberamus, & quamlibet earum, quæ incidiſſet aliquam penam occaſione fractare, vel contra factura Pacis nuper, & proxime elapſe, remanente ſalvo, & integro Capitulo ſupraſcripto, vel infraſcripto, quod mentionem facit de rebellibus, & bannitis, & bonis alienatis, & confiscatis. Excepto etiam quolibet alio per nos arbitrato, & condemnato. Arbitrantes, & declarantes quod per hoc Capitulum non intelligatur abſolutus quisquam qui eſſet obligatus per contractum.

ANNO 1441.

Item arbitramur ut ſupra, quod caſu quo Donatus de Ceſate Ducalis Camerarius tempore Pacis parte poſſiderit, & fuerit gaviſus poſſeſſione Monticellorum diſtrictus Quinzani Brixienſis, quam poſſeſſionem aſſerit eſſe ſuam, in futurum ſimiliter poſſit, & valeat uti & gaudere vigore hujus noſtri Arbitramenti.

Item arbitramur ut ſupra, quod ſi unum ex Illuſtriſſimis principalibus Membris Excellentiſſime, & Potentiſſime Ligæ non ratificaret præſens noſtrum Arbitramentum infra terminum terminatum ad ratificandum, de quo in præſenti noſtro Arbitramento fit mentio, & reliqua duo Membra ratificaverint, aut ſi duo ex dictis Membris non ratificaverint aut non emologaverint infra dictum terminum, & reliquum Membrum ratificaverit infra terminum prælibatum, quod tunc illud tale Membrum unum ſive duo non ratificantia, aut non emologantia ut ſupra intelligantur excluſum, ſive excluſa à beneficio Pacis præſentis, & alterum Membrum, quod ratificaverit, vel ratificaverint, unum ſive duo, gaudere debeant, & poſſint beneficio Pacis præſentis, nec pars ejus, ideſt Membra reliqua, nec Colligati cum illa illi tali Membro uni vel pluribus non ratificanti vel ratificantibus per ſe nec Colligatos vel Recomendatos dare poſſit auxilium vel favorem recte vel indirecte, tacite vel expreſſe.

Item arbitramur ut ſupra, quod quilibet Civis privatus, ſubditus, ſubjectus, vel communis, cujuscumque gradus, & conditionis exiſtat, & quælibet altera perſona privata de aliqua ex illis Terris, Caſtris, Civitatibus, Villis, & Locis de una parte dictarum partium qui fuiſſet gaviſus aliqua poſſeſſione, vel domo, vel alia ſtabilire tempore Pacis, ideſt ante guerram proxime elapſam, in Civitate aliqua, Terra, Caſtro, Fortilicio, Villis, vel Locis alterius partis poſſit & valeat gaudere, uti, & fructus percipere eo modo quo gaudebat tempore dictæ Pacis proxime elapſe ſine aliqua contradictione. Exceptis illis, qui eſſent rebelles aut banniti, & aliis quorum bona fuiſſent alienata, vel confiſcata quocumque modo ab aliqua dictarum partium, vel ab alliquo coherente, Colligato, vel Recomendato alicujus ipſarum partium.

Item arbitramur ut ſupra, quod hæc noſtra arbitramentalis Sententia, & Arbitramentum per quamlibet dictarum partium principalium, & quodlibet Membrum principale dictæ Illuſtriſſimæ Ligæ teneatur, & debeat die decima menſis Decembris proxime futuri publicare, & publicari facere bannis conſuetis, & modis per quamlibet Civitatem principalem ipſarum partium principalium, & Membrorum ipſorum.

Item arbitramur ut ſupra, quod preſens noſtrum Arbitramentum præſentis Pacis, & quælibet pars ejus intelligatur approbatum, & approbata de Jure, & habeat firmitatem, & ſtabilitatem in tantum, quod per aliquam ipſarum partium non valeat nec poſſit opponi, vel fieri exceptio aliqua ſolemnitatis omniſſæ, ſive ſubſtantialitatis non ſervatæ, vel alterius generis exceptio per quam impediretur, impediri, aut ſuſpendi poſſet quocumque modo validitas, vel executio præſentis noſtri Arbitramenti, ſed ſine obſtaculo aliquo remoto quolibet exceptionis objecto de Jure, vel facto, & ſine contrarietate debeat obſervari, & executioni mandari in qualibet parte ejus.

Item arbitramur ut ſupra, quod ſi aliqua differentia oriretur inter dictas partes, vel inter aliquem nominandum pro Colligato, vel Recomendato unius partis, & al-

ANNO 1441. & alterum nominandum pro Colligato, vel Recomendato ut ſupra paris alterius quæcumque occaſione, vel cauſa nova, quæ oriretur in futurum à duobus menſibus ultra a die præſentis noſtri Arbitramenti computandis, quod non poſſit una dictarum partium, ſive Colligatorum aliquos vel Recomendatorum ut ſupra offendere vel guerram facere occaſione dicte differentiæ contra aliam partem, vel ejus Recomendatum ut ſupra, ſed vocari debeant, & elligi * communes pro Arbitratoribus utriuſque dictarum partium inter quas talis differentia fuerit, qui communes amici intelligantur de Jure, & de facto habete poteſtatem latiſſimam, & arbitrium decidendi hujusmodi differentiam, dum modo per hoc non fiat præjudicium alicui parti præſentis noſtri Arbitramenti, cui fuiſſet ſpecialiter proviſum vel declaratum.

* Forſan omitti debet.

Item arbitramur ut ſupra, quod Reverendiſſimus Dominus Cardinalis Placentinus, attenta ejus ſuprema dignitate, nec non virtutibus ſuis, attento etiam quod Juſticiam fovet, & gaudeat, & gaudere poſſit penſione ſibi debita, ex Valle Canonica diſtrictus Brixienſis, & ſuæ Reverendiſſimæ Dominationis reſpondeatur, ſecundum Conventionem habitam cum parte, quoniam differre debet inter Reverendiſſimam Dominationem ſuam, & alios minoris gradus.

Item arbitramur ut ſupra, quod per Illuſtriſſimum Dominium Venetorum debeam bene tractari homines, & parte Vallis Brambillæ, & Vallis tortæ, &. Loci Penzani, & quod Illuſtriſſimum Dominium Venetorum remittat eis, & pareat quæcumque delicta, & culpas eorum, ità quod non recognoſcant aliquas patratas Injurias.

Item arbitramur ut ſupra, cum ſimus informati, quod in hac ultima proxima præterita guerra fuerit ablata certa quantitas denariorum, quod erant Magnifici Coſme de Medicis de Florentia, & nonnullorum aliorum Civium Florentinorum in & ſuper Territorio Ferrarienſi, quod tunc non implicabatur bello, per gentes Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani, quæ illis temporibus ſe in Territorio Bononienſi recipiebant, & quæ cum pecunia prædicta ſe in Territorio Bononienſi reduxerunt, de quibus denariis reſtarum reſtituendi Ducati quinque millia trecenti quadraginta quod præfatus Illuſtriſſimus Dominus Dux debeat omnem operam præſtare, & curare taliter, quod præfato Magnifico Cosmo, & aliis Florentinis fiat debitum jus circa integram reſtitutionem dictorum denariorum, & hoc fieri debeat infra terminum unius anni proximi computandi à die lati hujus noſtri Arbitramenti.

Item arbitramur ut ſupra, quia nobis legitime conſtat Villam Bartholomeam Dioceſis Veronenſis eſſe feudum Eccleſiæ Veronenſis, & de ipſo ſpectabilem & famoſiſſimum Juris utriuſque Doctorem Dominum Franchinum de Caſtilliono Conſiliarium ſupradicti Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani eſſe legitime inveſtitum, & in poſſeſſione ut infra arbitramur, & arbitramentamur ut ſupra, quod ipſe Dominus Franchinus ſuique hæredes aut veri Vaſſalli dictæ Eccleſiæ per Illuſtriſſimum Dominum Dominium Venetorum, vel per ejus Officiales reſtitui, reintegrari, ſive reintegrati, & reſtituti, ut ipſe eſt, dimitti ad & in poſſeſſionem dictæ Villæ pro illis videlicet duabus tertiis partibus, quas in præſens tenet, & poſſidet cum omnibus ſuis juribus, & pertinentiis, reſervato ſibi in alia tertia parte jure ſuo, & quod uti veri feudatarii dictæ Eccleſiæ nullo futuro tempore poſſint in ea ex aliqua cauſa guerræ, vel alia moleſtari, & quod fructus per alios percepti, attento quod feudum Eccleſiaſticum eſt, & pro tempore præterito eidem reſtituantur infra tempus & terminum menſium ſex proximè futurorum computandorum à die interpellationis, & ſic condemnamus illos. Exceptis fructibus perceptis per ſpectabilem Johannem Soprantio de Venetiis, de quibus reſervamus nobis arbitrium terminandi, & declarandi prout nobis videbitur. Et hæc omnia non obſtantibus aliquibus confiſcationibus, apprehenſionibus, repreſſaliis, & aliis novitatibus factis, & fiendis maxime per Johannem Soprantio, vel ad ejus inſtantiam, quibus omnes derogamus.

Item arbitramur ut ſupra, quod ſpectabilis Johannes Sopramio de Venetiis gaudere poſſit, & valeat poſſeſſione quam habet in Territorio Cremonenſi, & vulgariter nuncupatur Breda cum domibus, & uliis ſuis bonis ſitis tam in Civitate Cremonenſi, quam in ejus diſtrictu, & Territorio, nec poſſit aliquo modo ab aliquo moleſtari vel inquietari, & ſimiliter dicimus, & arbitramur, quod hæredes Domini Johannis de Aretio gaudere poſſint, & valeam poſſeſſionibus, & Bonis eorum ſitis, & poſitis in Territorio Veronenſi.

Item arbitramur ut ſupra, quod Reverendo Domino Johanni Petro de Vicecomitibus Priori Monaſterii Sancti Egidii de Fontanella Pergamenſis Dioceſis, de poſſeſſione ſui Beneficii ſibi juſtitia fiat, & quatenus jura permittant conſequantur. ANNO 1441.

Item arbitramur ut ſupra, quod infraſcripti, videlicet Raphael Petri Benedicti de Piſtorio, Petrus de Palmeriis de Marte, Antonius Johannis Mancialupi Sancti Laurentii de Florentia, Alterius Antonius de la Caterina, Ludovicus Ser Angeli Petri de Terranova Civis Florentiæ, Sander Jacobi Cambi de Florentia populi Sanctæ Mariæ in Campo, Victorius Bertoli de Victoriis de Florentia, Alexius Guidonis Renutii de Florentia, Petrus Bettini de Montenarchio Civis Florentiæ banniti in perſona, & capitali atque pecunialiter, & ſub conditione membri condemnati Communitatis Florentiæ, ejusque Territorii, fortiæ, & diſtrictus intelligantur, ſint, habeantur, & reputentur abſoluti à quibuscumque bannis, & condemnationibus perſonalibus, capitalibus, pecuniariis, & ſub condicione Membri hactenus de eis per quoscumque Rectores vel Officiales, Civitates, Comitatus Fortiæ, & Diſtrictus Florentiæ vel pro Communi Florentiæ, & ab eis & quolibet ſeu qualibet eorum, vel earum ſint, & eſſe intelligantur ex toto reſtituti, & in priſtinum ſtatum reputti, ac ſi dicta banna, vel condemnationes de eis factæ vel cujuslibet ipſorum non eſſem, absque aliqua dilatione vel Cancellatione exinde fienda in Camera Actorum Communis Florentiæ ejusque Comitatus Fortiæ, & Diſtrictus, & in quocumque libruto dicti Communis, & ejus Comitatus Fortiæ, & Diſtrictus, ac Territorii, quibus quoad dictum effectum intelligantur, & ſint ſuſpenſa quatenus prædicto effectui adverſarentur, ac etiam absque aliqua ſolutione Gabellæ, angariæ, & panoatie, & præſertim ejus quod ſolvi ſolet fabricæ Sanctæ Repate dictæ Civitatis, vel Officialibus Montis vel Cameræ armorum, vel cuilibet alteri Officio, vel Loco dicti Communis Florentiæ ejusque Comitatus, & Diſtrictus. Ita quod effectus ſit, quod prædicti banniti auctoritate præſentis Capituli alio non requiſito intelligantur, & ſint veri abſoluti à dictis bannis, & condemnationibus. Et Florentiæ, ejus Territorio, Juriſdictione, & Diſtrictu ſtare, & habitare libere poſſint, ut & ſicut faciant, & habitant libere alii non banniti, vel condemnati Communis ejusque Comitatus Fortiæ, Territorii, & Diſtrictus. Et quod omnes Actorum Cameræ dicti Communis Florentiæ, & Diſtrictus deputandi ad colligationem dictorum bannorum teneantur, & debeant prædictos Bannitos cancellare de Libris, & Actis exiſtentibus in Camera Communis Florentiæ ejusque Comitatus, & Diſtrictus, ubi reperirentur eſſe deſcripti ſine aliqua ſolutione conlucra, & omni exceptione remota, ad requiſitionem ſupraſcriptorum bannitorum vel cujuslibet ipſorum, & ſic obſervari mandamus.

Item arbitramur ut ſupra, quod partes principales compromittentes teneantur, & debeant effectualiter curare, & nperari quod Complices, Adherentes, Colligati, & Recomendati utriusque partis in præſenti noſtra arbitramentali Sententia condemnati præſens noſtrum Arbitramentum, & Laudum inviolabiliter obſervent, & quod omnia in præſenti noſtro Laudo contenta intelligantur ad bonum, & rectum intellectum & ſincerum ſenſum. Et ſi aliquod dubium oriretur, inter dictas partes, ità quod ab utraque parte daretur varius ſenſus, & intellectus verbis hujus noſtræ Sententiæ, reſervamus nobis, & reſervatum eſſe volumus arbitrium hujusmodi dubium interpretandi & declarandi. Ab omnibus autem aliis hinc inde petitis, & quæ peti potuiſſent per dictas partes principales, & quamlibet ipſarum occaſione præcedentis guerræ ipſorum nomine, & dependentium, & connexorum ab eadem abſolvimus, & reddimus abſolutas; Ipſis ſuperinde ſilentium Imponentes, & Juribus privatarum perſonarum de quibus ſupra non ſit mentio ſpecialis, non intelligatur præjudicari, ſed ſit, & remaneat jus eorum reſervatum. Exceptis Bonis alienatis, vel confiſcatis, & Bonis rebellium, & bannitorum de quibus firmum, & ſalvum ſit quod dictum eſt ſuperius, & eorum quorum ſuperius facta eſt mentio ſpecialis, firmis autem ſemper, & ratis remanentibus omnibus, & ſingulis ſupra, & infraſcriptis. Mandantes inſuper dictis partibus quatenus hanc noſtram arbitramentalem Sententiam, & Laudum in omnibus, & per omnia, ut jacent, debeant confirmare, approbare, & emologare per publicum Inſtrumentum intra terminum dierum viginti computandorum à die dati noſtri Arbitramenti de quo nobis fidem faciant infra terminum prælibatum. Et quoniam ſuperius ſæpius

eſt facta

ANNO 1441. est facta mentio de guerra per hæc verba proxime guerræ elapſæ, vel ſimilia verba, & de jure, eſt dubium an dicatur guerra quando ſint remotæ offenſiones ad certum tempus; ad tollendum omnem dubitationem declaramus, quod dicta verba, vel ſimilia in quibus mentionem fecimus de guerra elapſa &c. intelligimus loqui de guerra, quæ de proximo viguit, vel vigore inter partes excitata poſt ultimam Pacem jam celebratam Ferrariæ per ſupradictos Illuſtres Dominos Marchiones Eſtenſes, & Salutiarum.

Item ultimo arbitramur ut ſupra, ac etiam declaramus pœnam condignam & convenientem contra partes, ſeu partes quascunque prædictarum, non obſervantes præſens noſtrum Arbitramentum, & Laudum, eſſe ducentorum millium Ducatorum auri ſolvendorum per partem non obſervantem, & applicandorum parti obſervanti. Et ideo mandamus dictis partibus, & cuilibet earum, nec non cuilibet membro, ex dictis tribus principalibus membris comprehenſis in parte Illuſtriſſimæ Ligæ, videlicet Illuſtriſſimi Domini Dominî Venetorum, Magnificæ Communitatis Florentiæ, & Illuſtriſſimi Ducis, & Communitatis Januæ nomine ſupradicto quod præſens noſtrum Arbitramentum, & Laudum debeant approbaſſe, & emologaſſe infrà terminum præfixum, ac quod omnia, & ſingula in hoc præſenti noſtro Arbitramento contenta in perpetuum obſerventur, & adimpleant, ſub dicta pœna, & ad dictam pœnam ducentorum millium Ducatorum, qua pœna ſoluta vel non, omiſſa vel non, remiſſa vel non, prædicta omnia & ſingula ſupra, & infraſcripta firma, & rata ſint, maneant, prædurent, & inviolabiliter obſerventur.

Latum, datum, & in his ſcripris arbitramentaliter pronunciatum, promolgatum, & declaratum fuit ſuprafcriptum Laudum, & Arbitramentum per ſuprafcriptum Illuſtriſſimum, & Excellentiſſimum inſignis Martis alumnum Franciſcum Sfortiam Vicecomitem &c. Arbitratorem per dictas partes ut ſupra aſſumptum, & electum, deputatum, & nominatum pro Tribunali ſedentem in Loco infraſcripto, quem ut ſupra ad hunc actum pro idoneo, & honeſto elegit, & deputavit, & ſic eſſe pronunciavit, & lectum, & publicatum per me Fauſtinum vel Auguſtinum infraſcriptum Notarium electum, & deputatum per eundem Illuſtriſſimum Arbitratorem, ad hunc actum in Caſtro Sanctæ Crucis Civitatis Cremonæ, & in Camera Magna inferiori dicti Caſtri vulgariter nunenpata *la Camera del Pogio* prope foveas Caſtri à duobus lateribus ſub annis Domini 1441. 20. menſis Novembris, die Lunæ hora 21. vel circa; Præſentibus Reverendo in Chriſto Patre, & Domino Domino J. Dei, & Apoſtolicæ Sedis Gratia Epiſcopo ejusdem Civitatis Cremonæ, Magnifico Ugucione de Contrariis, Magnifico & Generoſo Milite Domino Nicolao Marco Guarva de Salerna Oratore Sereniſſimi Regis Renati Jeruſalem, & Siciliæ, Magnifico Milite Domino Nicolao de Montauto de Fogia, Magnifico, & Strenuo Viro Manno de Baritibus, de Neapolis Regni Siciliæ Mareſcalco, & ejusdem Illuſtriſſimi Domini Arbitratoris Squadrerio ſpectabile, & famoſo viro Domino Paſino de Euſtachio Capitanco Galeonum Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani ſpectabilis, & generoſis Militibus Domino Johanne de Stavolis, & Johanne Galeaz de Ponzonibus de Cremona, ſpectabile Viro Angelo de Gallis Secretario Magnifici, & Potentis Domini Comitis Urbini, Nobile, & generoſo Viro Luca de Caponibus, & Bernardo Bruni de Archangelis de Florentia, & aliis quam pluribus omnibus idoneis teſtibus, ad præmiſſa vocatis, habitis, & rogatis.

Et ego Fauſtinus, vel Auguſtinus quondam Bartholomei de Feldo Redolfinis de Narina publicus Apoſtolica, Imperiali, ac per totum Regnum Siciliæ Reginali auctoritate Notarius, & Judex ordinarius conſtitutus, ejusdemque præfibati Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi Domini Franciſci Sfortiæ Arbitratoris Secretarius, quia ſuprafcriptis omnibus, & ſingulis, rogatus interfui aliisque magnis, & variis occupationibus ejusdem Comitis impeditus per alium fidum Virum ſcribi feci, ipſumque ſcriptum legi, ac prælegi, & auſcultavi caute, & diligenter eumque bene exemplatum, & ſcriptum, ac concordare inveni cum originali, nihilque varium à veritate rei geſte comperi. Signum mei Fauſtini Notarii ſupradicti.

Examinavit JOANNES FRANCISCUS STRIGELIUS *Regii Archivii Officialis.*

LXXVIII.

ANNO 1441. 27. Dec.

JOHANNIS FRANCISCI SFORTIA *Marchionis Mantuæ Approbatio & Acceptatio Pacis inter* DUCEM MEDIOLANI *ab una &* DOMINOS LIGÆ *ab altera parte, per* FRANCISCUM SFORTIAM *Vicecomitem & Cremonæ Marchionem ſententiatæ. Datum Mediolani die* 27. *Decembris* (1) 1442. *Indictione quinta ſecundum curſum Mantuæ.* Cum *Ejusdem Approbationis & Acceptationis Fide facta per eundem* FRANCISCUM *Cremonæ Marchionem. Cremonæ die* 1. *Januarii* 1442. [Pièce Authentique, tirée des Archives Archi-Ducales de Mantouë.]

FRANCISCUS Sfortia Vicecomes, Comes, Marchio Cremoneque Dominus, Sanctiſſimi Domini noſtri PP. Sanctæque Romanæ Eccleſiæ Confalonerius ac Illuſtriſſimæ Ligæ Capitaneus Generalis &c. Fidem facimus per preſentes qualiter nobilis, & circumſpectus Vir Matheus de Conradis Conſiliarius infraſcripti Illuſtris & Potentis Domini Domini Marchionis Mantuæ hodie produxit, & preſentavit nobis, vice & nomine prelibati Ill. Domini Domini Marchionis Mantuæ, litteras approbationis, & confirmationis Pacis latæ per nos in hac Civitate noſtra Cremonæ: Quarum Litterarum tenor talis eſt: " JOANNES Franciscus Forciam Vicecomite &c. Attendentes tenorem Sententiæ " arbitramentalis, per Illuſtriſſimum & potentem Dominum Comitem Franciscum Sfortiam Vicecomitem " &c. latæ, & pronunciatæ in Civitate Cremonæ ſub " vigeſimo die menſis Novembris anni proximi præteriti M. CCCC. quadrageſimi primi inter Ill. " Principem, & Ex. Dominum Patrem noſtrum ſingulariſſimum Dominum Mediolani &c. " ex una parte, & Illuſtr. D. Ligæ ex altera " & utrarumque partium Colligatos, Adherentes & " Recomendatos & eidem Sententiæ Inherentes, Pacis beneficio gaviſuri, vigore preſentium noſtrarum " Patentium Litterarum omni efficatiori modo & forma quibus valemus, & debemus eandem Sententiam, " & Arbitramentum quoad nos, & ſtatum noſtrum, " ſeu & noſtros Adherentes, Complices, Recomendatos, Feudatarios & ſubditos ſpectat, ſeu quomodolibet ſpectare poſſit, acceptamus, approbamus, & " ratificamus, totamque continentiam Pacis hujusmodi, & Arbitramenti, & quamlibet ejus partem, tam " in principio, quam in medio, & fine, emologamus, " & confirmamus intelligentes exinde includi, & inclusos eſſe, in ipſius Pacis beneficio, non prejudicando tamen Juribus noſtris in terris hactenus per nos " tentis, & poſſeſſis. In quorum omnium robur, & " fidem preſentes noſtras fieri juſſimus, & rigiſtrari, " noſtrique ſoliti Sigilli Magni impreſſione muniri. " Datum Mediolani die vigeſimo ſeptimo Decembris " M. CCCC. XL. ſecundo Indictione quinta ſecundum curſum Mantuæ." Quas Litteras recepimus, & eas admiſimus, & admiſtimus quantum de jure poſſumus, & debemus, & pro cauſella ipſius Illuſtriſſimi Domini Marchionis preſentes fieri ſerimus juſſimusque per infraſcriptum Secretarium noſtrum deberi ſubſcribi, & noſtri Sigilli impreſſione muniri. Ex Caſtro Civitatis noſtræ Cremonæ die primo Januarii M. CCCC. XL. ſecundo.

L. S.

AUGUSTINUS.

(1) On trouve cette même année dans le corps de la Pièce; mais c'eſt une erreur, il faut lire 1441. On ne ſuivoit point à Mantoue d'autre ſtile que celui de la Nativité, ſelon l'Ere vulgaire. (Il y a.)

ANNO 1441. *Cum ejus Originale in Papyro conſcripto in ſecretiori Archiducali* Mantuæ *Archivio, ſic ut ſupra expedito, aſſervato præſentem ſumptam Copiam omnimò concordare atteſtor*

Ego LUDOVICUS *Nob. olim* H. OCTAVII DE MAZZIIS *filius Civis publicusque Imperiali auctoritate* Mantuæ *Notarius ac dicti ſecretioris Archiducalis Archivi Cancellarius. In quorum fidem hic me ſubſcripſi, ac ſignum atteſtatione ſubjeci, hac die 29. Januarii* 1720.

Ita verum eſſe affirmo

Ego JOSEPH MARIA CASTILEONUS *ejusdem Archivi Præfectus, hac die prima Februarii* 1720.

LXXIX.

1442. 12. Avril. **Erbeinigungs-Vertrag / zwiſchen Churfürſt Fridrich den II. zu Brandenburg / und Heinrich den Ältern / Heinrich den Jüngern / und Johann Hertzogen zu Mechlenburg; Worinn dieſe zuſagen / daß ihre Stände Jenem und ſeinen Brüdern / wie auch ihren Erben / wegen der Eventual-Succeſſion, im fall ſie die Hertzogen ohne Männliche Erben abgehen ſolten / Huldigung thun ſollen. Geben zu Wittſtock den 12. April 1442. Mit Käyſer Fridrichs Confirmation darüber. Geben zu Franckfürt Montags vor St. Margarethen tag 1442.** [MULLERI Reichs-Tags Theatrum Vorſtellung I. Cap. XIII. pag. 183. Information von urſprung des Königreichs Preuſſen / und Marggräfflich-Brandenburg. Eventual-Succeſſions-Rechts an den Mechlenburgiſchen Reichs-Lehen ſub Beylagen Lit. K LUNIG, Europäiſcher Potenzen Gerechtſamen Part. I. Cap. III. Abſatz III. pag. 497. *où il renvoye à ſon* Teutſches Reichs-Archiv. Cont. I. Abtheil. IV. Abſatz III. pag. 7.]

C'eſt-à-dire,

Pacte d'Union hereditaire entre FREDERIC *Electeur de Brandebourg d'une part, & les Ducs de Mecklenbourg* HENRI *l'aîné*, HENRI *le jeune, &* JEAN *d'autre part; par lequel ils reconnoiſſent que leur poſterité Maſculine venant à defaillir, leurs Terres & Seigneuries doivent retourner à l'Electeur, à ſes Freres & à leurs Heritiers, & promettent que leurs Etats & Sujets leur en ferant un Hommage de Succeſſion éventuelle. A Wittſtock le* 12. *Avril* 1442. *Avec la Confirmation de l'Empereur* FREDERIC, *donnée à Francfort le Lundi avant la Sainte Marguerite* 1442.

perſonnes qui n'auront pas été en état par empriſonnement ou empêchement neceſſaire, parce qu'ils ne pouvoient pas pourſuivre leur droit, mais ils ſeront obligez d'en faire la demande dans le ſuſdit tems de deux ans après leur retour ou qu'ils auront pû agir, & pourſuivre l'execution dans la troiſiéme année en la maniere ſuſdite.

ANNO 1444.

IX. Item, ſi quelques perſonnes qui auront ainſi paſſé quelque Obligation, ou en paſſeront, s'enfuyoient ou s'abſentoient après le terme deſdittes Obligations échû & ſe retiroient dans d'autres lieux, que ceux à qui leſdittes Obligations ſeront faites, pourront demander le droit de partage & le pourſuivre ſur les biens deſdits abſents, comme selon ledit droit appartient, & ſi leſdits biens ne ſont pas capables de les ſatisfaire juſqu'à entier payement, ils pourront toûjours demander le ſurplus auxdittes perſonnes qui ſe ſeront enfuyes ou retirées ſelon ledit droit de partage, lors qu'elles ſeront de retour audit pais de partage en la maniere ſuſmentionnée, au moyen deſquels points les differens de nos ſuſdittes quatre bonnes Villes de Louvain, Bruxelles, Anvers & Malines ont été terminez, & ont promis l'une l'autre de les obſerver dès à preſent & à jamais, ſauf à nôtre égard, nôtre droit de Souveraineté, & à l'égard de nos bonnes Villes de Louvain, Bruxelles, Anvers & Malines celui de leur Bourgeoiſie, de partage, & autres, ſans que ceey leur ſoit préjudiciable en tout autre point, & le tout ſans diſſimulation; & comme nos ſuſdites bonnes Villes nous ont prié tres humblement d'y donner nôtre aprobation, conſentement & ratification, ſçavoir faiſons qu'ons eu cela le rapport de noſdits Conſeillers que nous avons deputez à noſdittes bonnes Villes & aprés une meure deliberation là deſſus, & pour le profit, utilité & avantage de nous & noſdittes bonnes Villes, & auſſi pour entretenir une bonne correſpondance & union entre elles, nous avons le ſuſdit accord & amiable apointement, & tous les points cy deſſus bien voulu ratifier & aprouver de nôtre ſingulière grace, & les ratifions & aprouvons par ces preſentes, voulant, ſi beſoin eſt, ſtatuant, & accordant à nos ſuſdites bonnes Villes, & à chacune d'icelles, de tenir leſdits points & chacun d'iceux, & en la maniere qu'ils ſont cy deſſus exprimés, pour fermes & ſtables a toûjours; nous reſervant toûjours nôtre droit de Souveraineté, & celui de Bourgeoiſie, partage & autres de noſdittes bonnes Villes, ſans que cela leur puiſſe porter prejudice ou à perſonne dans aucun point. Si donnons en mandement à nôtre Droſſart de Brabant, à nôtre Maire de Louvain, nôtre Bailli de Bruxelles, nôtre Bailli d'Anvers le Marquis de Ryen, nôtre Bailli de Malines, & tous autres Officiers & Chevaliers & leurs Lieutenants, preſens & futurs, & à chacun d'eux en particulier, d'obſerver ledit accord en tous ſes points, & de les faire obſerver par les ſuſdites parties en general, & par chacune d'icelles en particulier, & d'y contraindre les contrevenants, par toutes les voyes raiſonnables; en témoin dequoy, nous avons, pour nous, nos heritiers & Succeſſeurs, Ducs & Ducheſſes de Brabant, Seigneurs & Dames de Malines, fait appoſer nos ſceaux à ces preſentes Lettres. Donné en nôtre Ville de Bruxelles le premier de Mai l'an de nôtre Seigneur 1444. ſelon le ſtile de nôtre Cour, & plus bas étoit en Latin:

En témoin de l'inſpection & examen des Lettres ſuſdittes, nous Bourguemaitres, Eſchevins & Conſuls de la Ville de Bruxelles ſuſdite, avons fait appoſer nos ſceaux à ces preſentes, préſens leſdits Seigneurs, le jour, mois & an que deſſus, & encore plus bas étoit encore écrit.

Colla-

ANNO 1444. Domini & die menſis ſuperius pronotati.
Ghecollationneert tegheus het groot pampir privillegie boeck, is daer mede by my Secretaris der Stadt van Antwerpen bevonden t'accorderen. P. V. Valken.

XC.

Juillet. FRANCE ET GENES. *Lettres d'abolition generale octroïées par* CHARLES VII. *Roi de France à ceux de* GENNES, *ſe remettans ſous ſon obéiſſance. Données à Tours en Juillet* 1444. [FREDERIC LEONARD. Tom. I. pag. 461.]

CAROLUS, Dei gratia Francorum Rex, ac Januæ Dominus, univerſis & ſingulis præſentis indulti ſeriem inſpecturis, tam præſentibus, quàm futuris, ſalutem. Etſi regnantes eunctis adornari virtutibus deccat, maximè quidem in Principibus commendabilis eſt benignitatis clementia, quæ dum Creatoris exemplo aboiet crimina, & humaniter agit cum Subditis, gloriam ſibi vindicat, & illos ad dilectionem & indiſſolubilem fidei nexum & firmioris amoris inducat. Sanè quoque dudum vivente quondam bonæ memoriæ metuendiſſimo Domino & genitore noſtro Carolo, eadem gratia Francorum Rege, cujus anima quiete fruatur æterna, tuncque ejus vice, ac nomine in Civitate noſtra Januæ, ſuiſque orientis & occidentis ripariis, aliis quoque pertinentiis, quondam Bocicaldo (1) milite, Franciæ Mareſcallo, rectore & gubernatore conſtituto, Civitas ipſa & habitantes in eadem, ripariis & pertinentiis ſuis, quorumdam Civium erroribus & ſiniſtris impulſi perſuationibus, operante nequitiarum autore, à ſolita fidelitatis obedientia, & legitimo domus noſtræ Dominio, non ejtta honoris jacturam, & præſtitæ fidelitatis læſionem, ... duxerunt, & quibusdam ignorantiæ nebulis immerſi longis temporum curriculis indebita multorum juga ſubierunt; tunc tamen, ut diverſorum fidelium & benevolorum noſtrorum Litteræ atteſtantur, ſpretis tyrannorum inſti dominari conantium oppreſſionibus immenſis, commiſſorum & patratorum contra inclitam noſtram Franciæ domum memores & pœnitentes, & erroribus ſuis famæ decus denigrantibus cognitis, tandem reſipientes, ſolitum Dominium & antiquam compleeti fidelitatem jocundè didicimus, communium exceſſuum, delictorum, & aliorum quorumcumque & adversùs dictum metuendiſſimum Dominum & genitorem noſtrum, noſque ſucceſſivè patratorum, generali remiſſione à nobis ſuppliciter per eos imploratа. Nos autem conſiderantes, quòd nil tam peculiare, quàm humanitas & clementia cenſetur in Principibus, quibus divina & humana pariter jura coluntur, cum eisdem Januenſibus liberalitatis noſtræ gratiam exercere cupientes, juſtis de cauſis animum noſtrum inclinantes, harum ſerie de certa noſtra ſcientia, gratia ſpeciali, motuque proprio, habita equidem Conſilii nobis aſſiſtentis deliberatione matura, univerſis & ſingulis Januenſibus in dicta Civitate noſtra Januæ, ripariisque & pertinentiis ſuis habitantibus & incolis utriusque ſexus, omnem & quamcumque culpam, pœnam, & offenſam realem & perſonalem, in quas præfati Januenſes, occaſione novitatis per eos factæ contra paternam fidelitatem, expulſionisque gubernatoris, rectorum & officiatorum, aliarumque perſonarum inibi ad paterna ſervitia tunc militantium, inſuper etiminum, delictorum, exceſſuum, rapinarum, furtorum, violentiæ, raptus, & aliorum maleficiorum, & forefactorum, quovis vocabulo exprimantur, per eos & unumquemque ipſorum in genere & in ſpecie patratorum & commiſſorum, etiam ſi crimen foret rebellionis & læſæ majeſtatis, in quocumque caſue vel gradu, illiusque pœnas declaratas & non declaratas, in quantum Curia noſtra tangitur, vel tangi poteſt, remittimus & indulgemus, perpetuò & gratioſè relaxamus, omnemque ſibi in genere & ſpecie irrogatam infamiæ maculam & rebellionis notam ab eis & unoquoque ipſorum abſtergimus, & abolemus, ipſos & ipſorum unumquemque in genere & ſpecie per beneficium reſtitutionis ad honores, famam, & bona feudalia, & alia quæcumque in integrum reſtituentes. Ita quidem quòd occaſione præmiſſorum damnorum, exceſſuum, aut rebellionis criminum, & aliorum ſupra expreſſorum, ſingulorumque, eorumdem præfati Januenſes, & eorum aliquis vel aliqui in genere & in ſpecie ex officio Curiæ, & alias, modo quocumque ad judicium vocari, citari, trahi, ſeu contra eos quovis prætextu inquiri, ſumptibusque moleſtari, condemnari, & aliàs impeti non poſſint, ſeu turbari, Officiariis noſtris inibi favente altiſſimo deinceps inſtituendis, & ſignanter fiſci noſtri procuratoribus, perpetuum ſilentium imponentes. Quocirca rectoribus & gubernatoribus, aliisque Officiariis noſtris in dicta Civitate noſtra Januæ, ſuiſque ripariis, & pertinentiis ubique ſitis, per nos annuente Chriſti gratia conſtituendis, cuilibetque prout ad unumquemque ſpectare poterit, & ipſorum locatenenti, damus harum ſerie expreſſius in mandatis, quatenus præſentis noſtræ remiſſionis & abolitionis forma, per eos, & unumquemque noſtrorum diligenter attenta, illam præfatis Januenſibus, ad noſtram fidelitatis obedientiam redeuntibus, ubique habitantibus obſervent, & ab aliis faciant tenaciter & inviolabiliter obſervari, nihil contra ipſos in genere & in ſpecie, prætextu quorumcumque criminum quantumvis atrocium, ut ſupra, commiſſorum temporibus retroactis usque in diem invocationis nominis noſtri, & erectionis vexillorum noſtrorum in Civitate prælibata committendorum, attentare, vel attentari facere præſumant, quantum gratiam noſtram caram ſibi cupiunt conſervare, & indignationem non ſubire. Nos etenim quicquid adversus præſentium tenorem fieri vel attentari contigerit in genere vel in ſpecie, ex nunc pro tunc, & contra, irritum, nullum, invalidum & inane decernimus, & expreſsè declaramus, legibus, conſtitutionibus, ſtatutis, ordinationibus, edictis & aliis in contrarium fortè facientibus; quibus de plenitudine Dominicæ poteſtatis, quantum in aliquo contradiceretent derogandum duximus, in hac parte nullatenus obſtituris; has noſtras patentes Litteras pendente ſigillo ac manus propriæ ſubſcriptione munitas, in quibus omnes clauſulas ad earum validationem neceſſarias ſubintelligimus; defectus verò, ſi qui ſint, pro ſuppletis haberi volumus præfatis Januenſibus in præmiſſorum teſtimonium concedentes. Datum in Civitate noſtra Turonenſi, in menſe Julii, & anno Domini 1444. & regni 22. Signatum, CAROLUS, & ſuper plicam, per Regem in magno ſuo Conſilio, DE LA LOERE.

Extrait ſur l'Original des Lettres patentes du Roi Charles VII. Signées, *Carolus*, & ſur le repli, *per Regem, in magno ſuo Concilio*, de la Loere, duëment ſcellées ſur lacs de ſoye verte & rouge au grand ſceel en cire verte, collationné par moi Pierre Aſtier, Notaire Royal, & Greffier des collations en la Ville d'Aix, m'ayant été exhibées & retirées par Maitre Bernard dudit Aix. Ainſi ſigné. Aſtier, Notaire Greffier.

Nous Joſeph Bonfils, Sieur de Boue, Conſeiller du Roi, Lieutenant Criminel, & Juge Royal de la Ville d'Aix, atteſtons à tous qu'il appartiendra, que Maitre Aſtier, qui a ſigné le préſent extrait eſt Notaire Royal & Greffier des collations en ladite Ville d'Aix aux écritures & ſignatures, auquel foi eſt ajoutée, tant en jugement, que dehors: & pour être la vérité telle, nous ſommes ſouſſignez avec notre Greffier, & fait appoſer le ſceel royal audit Aix, le vintquatriéme Décembre, 1625. Ainſi ſigné, *Bonfils & Grue.*

(1) Le Maréchal de *Boucicaut*, Gouverneur de Gennes ſous *Charles IV.*

XCI.

Collationé ſur le grand Livre des Privilèges en grand Papier, par moy Secretaire de la Ville d'Anvers, & trouvé conforme. Signé, P. V. Valken. ANNO 1444.

Juramentum WLADISLAI *Hungariæ & Poloniæ Regis, in manibus Legati Apoſtolici* JULIANI *Cardinalis S. Angeli præſtitum, de Bello contrà Turcas proſequendo. Actum in Segedin* IV. *Auguſti anno* 1444. [DLUGOSSI Hiſtoria Polonica Lib. XII. columna 794.] 4. Août.

NOs Wladiſlaus Dei gratia Ungariæ, Poloniæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Rex, Lithuaniæ Princeps ſupremus, & Hæres Ruſſiæ, ad univerſorum notitiam. Dudum in conventione generali Prælatorum & Baronum ac Nobilium hujus Regni noſtri Ungariæ, Budæ noviſſime celebrata, pro honore Omnipotentis Dei, ac pro defenſione & augmento fidei Chriſtianæ, & pro bono totius Eccleſiæ Catholicæ, præſertim pro liberatione hujus Regni noſtri & partium circumſtantium, quas ipſi Turci multis retroactis annis atrociſſime ſunt perſecuti, & de præſenti perſequi non ceſſant, decernimus, firmamus & ſtabilimus unanimi conſenſu & voluntate totius prædictæ conventionis, ire perſonaliter, & nobiscum ducere iſta æſtate ſeu anno præſentem exerci-

ANNO 1444. tum versus partes Græciæ & Romaniæ, & cum Dei adjutorio totis viribus nostris laborare ad exterminium dictorum impiorum Turcorum, idque pro majoriei firmitate juravimus in manibus Reverendissimi in Christo Patris Domini Juliani Cardinalis S. Angeli, Apostolicæ Sedis Legati, executioni demandare, ad consolationemque totius Christianitatis hanc nostram puram intentionem, ac deliberationem nostris Literis manu nostra subscriptis. Significamus Sanctissimo in Christo Patri, & Domino Domino nostro Papæ, Eugenio IV. & Serenissimis Regibus & Principibus Christianis, propter quod nemo quoquo modo cogitare debet, quin nos tam sanctam deliberationem, solennem, juratam, & ubique publicatam velimus & omnino disponamus Deo propitiante ad executionem & optatum finem deducere. Nihilominus quia nonnulli propter adventum Oratorum Amurathi Imperatoris Turcorum fieri postulatum adhuc dubitare videntur, an prædictam deliberationem Budæ factam & juratam exequi velimus, idcirco ad tollendam ex animis quorumcunque hujusmodi de nobis dubitationem seu suspicionem, aut ambiguitatis scrupulum, & præsertim ut Reverendissimi in Christo Patris & Domini Domini, Franciscus, Venetus, Vice-Cancellarius, & prædictus Dominus Julianus supremus Pœnitentiarius Sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, & Apostolicæ Sedis Legati, nec non Magnifici Capitanei Galearum, tum Illustrissimi Domini Ducis Burgundiæ, quam Illustrissimi Domini Venetiarum per amplius de sinceritate, & integritate mentis nostræ, firmitate nostri propositi, ac observatione nostræ præscriptæ deliberationis & promissionis certificentur, & assecurentur, de consensu & assensu nostrorum Prælatorum, & Baronum apud nos existentium, tam eorum, qui nobiscum ad exercitum venire debent, quam eorum qui in Regno nostro remanent, in verbo Regio, & honore nostro ac sub fide Christiana, in qua sanctissimum baptisma recepimus, & vitam consequi speramus, Domino Cardinali S. Angeli Legato spondemus, promittimus & pollicemur, juramusque & votum facimus S. Trinitati, Patri & Filio & Spiritui Sancto, & Gloriosissimæ Virgini Mariæ Dei Genitrici, ac omnibus Angelis & Sanctis Dei, & præsertim beatis Regibus, Stephano, & Ladislao, Patronis hujus Regni nostri, prædictam deliberationem nostram, & promissionem Budæ factam effectualiter demandare, & infra primam diem Septembris proxime sequentis esse cum nostro exercitu supra vadum Danubii apud Orsthwan, vel apud alia vada & loca interiora & immediate incipere transfretari, & successive continuare effectualiter sine intermissione temporis transfretationem exercitualiter, & in continenti intrare terram quam occupant prædicti Turci & continuare exercitualiter sine dolo & fraude, vel alio quocunque excogitato colore iter nostrum in Romaniam & Græciam, & alias partes, quas tenent Turci, in circa mare, & facere quicquid nobis est possibile, pro viribus & potentia nostra, ut Turci illo anno expellantur de partibus Christianitatis ultra mare, non obstantibus quibuscunque tractatibus aut pacticis seu conclusionibus aut capitulis treugarum factis, vel fiendis, cum Imperatore Turcorum, vel ejus Nuntiis se Ambassiatoribus prædictis ipsius nomine, sub quacumque forma verborum, etiam jurumento, firmatis vel firmandis, quibus omnibus per hanc præsentem nostram promissionem, juramentum & votum volumus expresse & specifice derogare, & derogatum esse, ita ut nullo ingenio, colore vel prætextu quoquo modo cogitari possit, hujusmodi nostra promissio, juramentum, & votum infringi, violari, impediri aut differri valeat vel possit. In cujus rei Testimonium præsentes Literas fieri fecimus & publicari, ac nostri Sigilli, quo ut Rex Ungariæ utimur, appentione muniri. Datum in Segedin quarta die Augusti, Anno Domini M. CCCC. XLIIII.

Et nos Simon de Rosgon Episcopus Agriensis, Regiæ Majestatis supremus Cancellarius, Joannes Episcopus Waradiensis, Raphael Herczog de Zegerzew ad Episcopatum Bosniensem postulatus, & Joannes de Hunniad Wojewoda Transylvaniæ qui cum præfato Domino nostro Rege ituri sumus, promisimus, juravimus, & vovimus in forma superius expressa: Et nos Petrus Episcopus Chanadensis, Laurentius de Hedrewara Regni Ungariæ Palatinus, Georgius de Rosgon Judex Curiæ Regiæ & Comes Posoniі, Simon de Palenez Magister Agasonum Regalium, Michael Orschag de Goth, supremus Thesaurarius Domini Regis, Emericus filius Wojewodæ de Marschali pridem Comes Simigiensis, Paulus filius Wojewodæ Bani de Alsolindwa, Simon Judex de Amod, Magister Pincernarum Regalium, Joannes de Lossoncz, Paulus de Herczog-Zekeczew, Rubertus de Tau, Duces de Macedonia & Sylvester de Thurna Comes, de eadem, qui in hoc Regno remanemus, in signum hujus nostri Contilii & assensus, ad prædicta etiam nostra Sigilla, penes Sigillum dicti Domini Regis appoui fecimus. Datum ut supra &c. ANNO 1444.

Dominus Joannes Wojewoda addidit in juramento & voto suo, quod si prima die Septembris non posset ibi esse, indubitanter infra quatuor aut quinque dies immediate sequentes ibidem constitueretur.

XCII.

Instrumentum publicum, de submissione Oppidi Spinalensis, *atque transportatione omnium appertinentium & jurium in* CAROLUM *Regem Franciæ. Deque Consensu præfati Regis, atque acceptatione omnium in se transportatorum, nec non de applicatione & incorporatione eorum, Regno, Coronæque Franciæ. Actum* 11. *Septembris* 1444. 11. Sept.

[Veritable Origine des Maisons d'Alface, de Lorraine, d'Autriche, &c. aux Preuves pag. 231. Tiré des Archives de Lorraine.]

In nomine Domini Amen.

NOVERINT Universi & singuli hoc præsens publicum Instrumentum inspecturi. Quod anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto, Indictione septima, mentis vero Septembris die undecima, horu decima ante meridiem vel circa, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Domini Eugenii, divina providentia Papæ quarti anno quarto decimo, in nostra Notariorum publicorum & testium subscriptorum ad hoc vocatorum & specialiter rogatorum præsentia, propter hoc personaliter constituti, coram Excellentissimo Serenissimoque ac Christianissimo Principe Domino nostro Karolo Dei gratia Franeorum Rege, Venerabiles & circonspecti viri Baldenetus Diroin, Perrinus Maistre Jehan, Nicolaus Cugueti, & Johannes de Prato junior, existentes quatuor Gubernatores Oppidi Spinalensis Tullensis Diœcesis, & Joannes Moleti, Joannes Thirrieti, Renatus Moleti, Stephanus Baldeneti, & Richerius de la Maitolle Burgenses & habitatores dicti Oppidi, tamquam ipsius Communitatem omnesque habitantes in ea aut saltem majorem ejusdem Communitatis, vel ipsorum habitantium patrem repræsentantes. Considerantes ut dicebant & attendentes damna, incommoda, adversitates & impedimenta gravissima quibus retroactis temporibus variarum guerriarum turbinibus æmulorumque suorum quam plurium violentis persecutionibus, quasi oves sine pastore tuporum faucibus expositi, & capitali protectore destituti, omnique tuitione & defensione carentes afflicti extiterunt & oppressi, & in quasi quadam captivitate recluſi & detenti, pluriniisque eorum æmulis circumvallatis, ac verisimiliter suspicentur & formident posse amplius affligi in futurum, & opprimi. Ad Regiam præfati Christianissimi Principis Majestatem recurrentes & oculos suarum mentium ad eandem tanquam ad veram columnam, verumque & justum refugium dirigentes, quam plurimis justis & rationabilibus suadennibus causis permoti. Ex eorum spontanea voluntate præfatum Christianissimum Principem, eorum verum, naturalem & supremum Dominum, suosque in Corona & Regno Franciæ successores recognoverint & advocaverint, eique & suis in prædictis Corona & Regno successoribus dicta Castrum Villamque Rualmeninum & districtum seu bangium Spinalense cum omnibus & singulis eorum Juribus & pertinentiis universis. Et quicquid Juris, actionis, proprietatis, Dominii, utilitatis, custodiæ, facultatis vel possessionis in eis habent vel habere possunt ad eosque potest, debet vel consueverit spectare, dederunt, asseruerunt, transportaverunt & donaverunt, ac Regno & Coronæ Franciæ inseparabiliter & perpetuis temporibus applicari, uniri & incorporari, in Cameramque Regis Francorum erigi, sublimari, retineri per præfatum Christianissimum Principem instanter petierunt & humiliter deprecati sunt, taliter quod à Regno & Corona Franciæ separari neque extra ipsius Christianissimi Principis vel suorum in Regno Franciæ successorum, per appanagium, partagium, seu aliis quibuscumque modis aut titulis poni vel alienari valeant: seque successores suos in dictis Villis, Castro Rualmenino & districtu, seu bangno habitantes, & omnia & singula sua successorumque suorum in dictis Villis, Castro Spinalensi, Rualmeni-

ANNO 1444. menino & diſtrictu ſeu bangno habitantium bona, cum omni ſubjectionis & fidelitatis recognitione, obligatione & aſtrictione, præfato Chriſtianiſſimo Principi & ſuis in Regno & Corona prædictis ſucceſſoribus ſuppoſuerunt & ſubmiſerunt, tamquam vero, naturali & ſupremo Domino in omnibus & per omnia, ſicut cæteri præfato Principi in ſuo prædicto Regno Subditi hactenus fuerunt, eſſeque debent & conſueverunt. Juraverunt-que & promiſerunt per fidem ſuam manibus in Cœlum levatis tam ſuis propriis, quam nominibus prædictis ſe fore perpetuis temporibus veros ligios homines & fideles ſubditos, & obedientes præfato Chriſtianiſſimo Principi, Coronæque Franciæ & ſuis in Regno prædicto ſucceſſoribus, eique ſervire & obedire adverſus & contra quoscunque mortales, ipſumque Chriſtianiſſimum Principem & ſuos ſucceſſores prædictos ac bonum, utilitatem, commodum, & honorem ſuos cuſtodire, ſervare & tueri, malumque, incommodum aut dedecus vitare, fugare & impedire. Ac omnia & ſingula fidelitatis & ſubjectionis juramenta per ſubditos ligios homines quoscunque Domino ſuo naturali & ſupremo debita taliaque & qualia facere debent & tenentur cæteri præfato Chriſtianiſſimo Principi ad cauſam præfati ſui Francorum Regni ſubditi, dederunt, fecerunt & præſtiterunt; Et cætera omnia & ſingula ſupradicta tenere & perpetuis temporibus inviolabiliter obſervare, nunquamque aliquid in contrarium agere, vel aliquomodo contra venire modo & forma ſupradictis promiſerunt & juraverunt. Quibus per dictum Chriſtianiſſimum Principem auditis & intellectis ea omnia & ſingula ſupradicta laudavit, approbavit & conſenſit, atque pro ſe & ſuis in Regno & Corona Franciæ ſucceſſoribus recepit & acceptavit, præfatasque Villas, Caſtrum Rualmeninum, diſtrictum & bangnum cum ſuis pertinentiis univerſis, in dominium ſuum, Cameram ſuam propriam ſuorumque ſucceſſorum Franciæ Regum retinuit & erexit, easque cum omnibus & ſingulis ſupradictis ſibi ceſſis & tranſportatis & donatis Regno ſuo Coronæque Franciæ perpetuo & inſeparabiliter applicavit, adjunxit, univit, & incorporavit dictosque habitantes in ſuos & ſuorum in præfato Regno ſucceſſorum ſubditos, & homines ligios, retinuit & recepit. De & ſuper quibus præmiſſis omnibus & ſingulis præfati quatuor Gubernatores & Burgenſes nominibus quibus ſupradictis voluerunt & conſenſerunt Litteras præfato Chriſtianiſſimo Principi per ipſius Principis Notarios fieri, & petierunt & requiſierunt, videlicet dictus Chriſtianiſſimus Princeps & quatuor Gubernatores ac Burgenſes prædicti à nobis Notariis publicis ſubſcriptis ſibi fieri & dari publica Inſtrumenta unum vel plura, teſtes invocando circumſtantes. Acta fuerunt hæc publice in dicto Oppido Spinalenſi in domo habitationis Nobilis Viri Georgii Delye Scutiferi, Anno, Indictione, menſe, die, hora & Pontificatu prædictis, præſentibus ad hæc Sereniſſimo Principe RENATO Dei gratia Hieruſalem & Siciliæ Rege, Andegaviæ, Barri, & Lotharingiæ Duce, ac Provinciæ Comite, necnon Illuſtribus Principibus JOHANNE Calabriæ Duce, Carolo de Andegavia Cenomaniæ Comite, Johanne de Borbonio Claromontenſi Belvacenſi Comite, Guillermo de Haricuria de Tancarvilla Comite, Nobile Viro Carolo de Caſtillione Domino de Albania, præfati Siciliæ Regis Conſiliario, ac Magiſtro Nicolao Stephani in Artibus Magiſtro, Canonico de Romaricomonte, & Domino Petro Colini Presbytero Bacalario in Decretis, Curato de Venecyo Tullenſis Diœceſis. Cum pluribus aliis Nobilibus in multitudine copioſa teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Et me Johanne Martini Canonico ſancti Deodati de ſancto Deodato, Tullenſis Diœceſis publico Apoſtolica & Imperiali auctoritatibus Notario. Qui præmiſſis omnibus & ſingulis dum ſic, ut præmittitur, agerentur, dicerentur & fierent una cum Teſtibus ſupra ac Notariis inferius deſcriptis præſens fui eaque ſic fieri vidi & audivi, & in notam una cum dictis Notariis ſumpſi, ex qua hoc præſens publicum Inſtrumentum aliena manu fideliter ſcriptum me aliis impeditis negociis confeci, & in hanc formam publicam redegi, hicque me manu mea propria ſubſcripſi, ſignumque & nomen meum appoſui conſuetum. In fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum præmiſſorum requiſitus & rogatus. Et ego Stephanus Piari Clericus Canonicus Senonienſis publicus Apoſtolica & Imperiali auctoritatibus Notarius, quia præmiſſis omnibus & ſingulis ſic ut ſupra ſcriberentur, agerentur, dicerentur & fierent una cum Teſtibus & Notariis ſupra & inferius ſcriptis præſens interfui, eaque ſic fieri, vidi & audivi & in notam una cum dictis Notariis ſcripſi, ex qua hoc præſens publicum Inſtrumentum manu ſubſcripti Notarii fideliter ſcriptum confeci, publicavi. Et in hanc publicam formam redegi, hicque me ſubſcripſi & ſignum meum ſolitum appoſui in Teſtimonium omnium ſingulorum præmiſſorum requiſitus & rogatus. Et ego Willermus Bertrandi de Spinalo Presbyter Curatus de Longio-Campo Tullenſis Diœceſis publicus auctoritate Imperiali Notarius & Curiæ Tullenſis, Juratus qui præmiſſis omnibus dum ut præmittitur agerentur, dicerentur, & fierent una cum Teſtibus & Notariis ſubſcriptis præſentialiter fui eaque ſic fieri, vidi & audivi, & ut notam recepi, idcirco huic præſenti publico Inſtrumento manu mea propria ſcripto inde confecto & publicato me ſubſcripſi, & ſignum meum ſolitum appoſui unà cum ſignis, & ſubſcriptionibus Notariorum ſubſcriptorum. In Teſtimonium præmiſſorum requiſitus & rogatus. ANNO 1444.

XCIII.

Teſtamentum JOANNIS FRANCISCI DE GONZAGA *Marchionis Mantuæ, quo, præter Legata, Donationes, & pias Diſpoſitiones, ipſe inſtituit* LUDOVICUM *ſuum Filium primogenitum in hæredem totius Marchionatus Mantuæ, cæterosque filios,* CAROLUM *ſecundò,* JOANNEM LUCIDUM *tertiò, &* ALEXANDRUM *quartò Natos jubet habere titulo paternæ hæreditatis, atque in Patrimonio hæreditario certas Terras, Ditiones, & Loca, ibi nominatim expreſſa. Actum in Civitate* Mantuæ *Anno Nativitatis Chriſti* 1444. *Indictione ſeptima, die verò* 23. *Septembris.* [Pièce Authentique, tirée des Archives Archi-Ducales de Mantouë.] 23. Sept.

IN *Chriſti Nomine, Amen.* Anno Nativitatis Ejusdem milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo quarto, Indictione ſeptima, die Mercurii vigeſimo tertio menſis Septembris, tempore Sereniſſimi Principis, & Domini Domini Federici divina ei aſpirante gratia Romanorum Regis, & ſemper Auguſti in Civitate Mantuæ, & in Pallatio reſidentiæ Illuſtris Principis, & Eccelſi Domini Domini Johannis Franciſci Marchionis Mantuæ &c. Videlicet in ejus Camera ad allas picta. Ibi præſentibus Illuſtris & Eccelſus Dominus Dominus Johannes Franciscus Marchio Mantuæ &c. dixit, aſſeruit, & confeſſus fuit hoc eſſe ſuum Teſtamentum, & ultimam voluntatem, quod & quam voluit, & vult valere & tenere jure Teſtamenti & ultimæ voluntatis, & ſi jure Teſtamenti, & ultimæ voluntatis non valeret, ſeu non valebit ex nunc prout ex tunc vult, & mandat illud, & illam valere jure Codicillorum, & donationis cauſa mortis & omni alio modo, via, jure, forma, & cauſa quibus melius, & efficatius valere poterit. Quod quidem Teſtamentum fuit ſubſcriptum, & ſigillatum per infraſcriptos teſtes adhibitos & ſpecialiter rogatos per præfatum Illuſtrem Dominum Teſtatorem in præſentia mei Notarii infraſcripti. Et togavit me prædictus Illuſtris Dominus Teſtator de hiis publicum conficere Inſtrumentum unum & plura, prout opus eſſet, & caſus exigeret in præſentia dictorum infraſcriptorum teſtium ad hæc adhibitorum & rogatorum, quorum Nomina ſunt hæc videlicet.

Spectabilis Dominus Ubertus de Strotiis.
Johannes de Cremona.
Rolandus Suardus.
Magiſter Arrivabenus de Beneduſiis.
Mattheus de Toſabetiis.
Johannes Marcus de Rodiano.

Franciscus Calcagninus, qui juravit corporaliter ſe cognoſcere Teſtatorem & Teſtes.

Ego Jacobus natus quondam Johannini de Andreaſiis Civis Mantuæ & publicus Imperiali auctoritate Notarius his omnibus, & ſingulis præſens fui, eaque rogatus ſcribere ſcripſi & ad majus robur, & confirmationem ſupraſcriptæ ultimæ voluntatis, & Teſtamenti à me Notario de Mandato prædicti Illuſtris Domini ſcripti, & in hanc publicam formam redacti ſignum mei Tabellionatus conſuetum appoſui.

Dominus dominans in Excelſis &c. diſpoſuit mortalibus Regnum ſuum ut illud accipere ſolum promereantur lege certa præparati Chriſticolæ & hac utique de re fideles admonuit ſub ſimilitudine dicens: *Si ſciret Pater familias, qua hora fur veniret, vigilaret utique & non ſineret perfodi domum ſuam. Ideoque*

ANNO 1444. *& vos eſtote parati, quia qua hora non putatis Filius hominis veniet.* Unde & Divinitatis Clementia illum Ezechiam Regem per Iſaiam Prophetam cautum antiquitus reddidit, cum ei dixit, *Dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non vives.* Ideo ego Johannes Franciscus Marchio Mantuæ &c. natus quondam bonæ, ac recolendæ memoriæ Illuſtris & Excelſi Domini Domini Francisci de Gonzaga olim Mantuæ &c. Imperialis Vicarii generalis volens horam noviſſimam pervenire, ne ſine adviſamento Juris hora me comprehendat intellectus, & mentis ratione regolatus pro utili, & pacifico natorum, & ſubditorum meorum ſtatu diſpono me Salvatoris gratia preparare, ac domui meæ per præſens Teſtamentum & ordinationem omnium bonorum meorum diſponere in hac videlicet forma verborum, ut in ſcriptis inferius continetur.

In primis namque Omnipotenti Deo Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, ac Beatiſſimæ Mariæ Matri Dei, & ſemper Virgini Glorioſa intervenientibus meritis & interceſſionibus Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & Beati Johannis Baptiſtæ, ſanctorum Confeſſorum Francisci, Antonii, & Ludovici, Beati Antonii Abbatis, & Beatorum Martyrum Georgii, & Chriſtophori ac Beatæ Catharinæ Virginis & Martyris, & totius Curiæ Cœleſtis triumphantis ſpiritum meum, & Animam meam ſuppliciter recommendo.

Item volo, & mando, quod poſt redditum Deo ſpiritum Corpus meum ſeppeliatur in Eccleſia Beati Francisci Mantuæ, & in ſepultura Illuſtris quondam Domini Genitoris mei mandans, quod dicta ſepultura debeat tolli de columnis ſuper quibus eſt poſita, & deponi in terra plana a latere ſiniſtro introeundo Capellam penes ſepulturam Magnificæ quondam Dominæ Genitricis meæ vel alibi, ubi decentius & conveniens magis in dicta Capella meis Fideicommiſſariis infraſcriptis viſum fuerit, & quod dictæ Columnæ ſuper quibus eſt ipſa ſepulrura ammoveantur, & aliò portentur, quæ Columnæ remaneant ipſi Eccleſiæ; & ſi caſus contingeret, quod obirem extra Mantuam, & obirem in diſtrictu meo, hæredes mei teneantur & debeant curare omnimodò quod quam citius fuerit poſſibile Corpus, ſive oſſa mea ferantur Mantuam, & collocentur in ſepulcro prædicto. Si vero obirem in aliis locis tunc ſit & remaneat diſpoſitioni hæredum meorum, aut dimittendi ibi, aut portari faciendo Mantuam dummodo ubicunque moriar, Corpus meum ſepeliatur in Eccleſia Sti. Francisci, ubi ſunt Fratres Minores, & ſi penitùs ibi non eſſent, tunc volo ſepeliri in Eccleſia Sti. Dominici uti habitent Fratres Ordinis Sti. Dominici, & quod dicti hæredes, & Fideicommiſſarii mei de bonis meis fieri faciant Septimam & Trigeſimam & ſingulis Annis Anniverſarium meum, videlicet Veſperas, Mattutinum & Miſſam mortuorum in Eccleſia, ubi Corpus meum erit ſepultum eis forma, & modo, quibus fit illud Bonæ Memoriæ Illuſtris quondam Domini Genitoris mei.

Item volo, & jubeo, quod ubicumque moriar Corpus meum ſepeliatur de nocte cum ſocietate non ultra viginti perſonarum, computatis perſonis Eccleſiaſticis & illis, quæ portabunt Corpus, & quæ portabunt doperios qui non excedant numerum ſex doperiorum. Et in caſu quo obirem extra Civitatem Mantuæ, nollo quod Corpus prædictum portetur cum majori ſocietate nec majori numero doperiorum, caſu quo hæredes, & Fideicommiſſarii mei illud de loco, ad locum portari faccrent.

Item volo, & jubeo, quod Corpus meum ſit veſtitum, quando portabitur ad ſepulcrum, panno lannæ ſine aliquo alio ornamento, & ſuper ipſo non ſit aliquis pannus ſyrici, & ſic veſtitum ſepeliatur & maneat.

Item volo, & jubeo, quod nec ante depoſitionem dicti mei Corporis, nec poſt, fiat aliqua pompa videlicet Banderiarum, Equorum copertorum, nec diſcopertorum, nec Armorum, nec aliquorum quæ fiunt in ſimilibus pro pompa ſive honore.

Item volo, & jubeo, quod centum Pauperibus Egenis ex bonis meis detur una die infra trigeſimam diem poſt obitum meum Prandium decens, & idoneum, & eadem die veſtiantur ipſi Pauperes a capite uſque ad pedes, videlicet Pelanda & Capuccio ex quibus brachium panni non ſit minoris pretii ſoldorum quinquaginta parvorum & induantur Zupparello a Caligis, & ſubtularibus calcientur; denturque cuilibet ipſorum Ducatus unus, & Groſſus unus Bononiorum duorum pro quolibet eorum Pauperum amore Dei.

Item volo, & jubeo, quod ex bonis meis dentur, & affiguentur tot Congregationi Præsbiterorum Sti. Petri Mantuæ ex quibus veniant percipere Ducatos centum annuatim, aut tot bona emantur, ubi utiliùs, & ANNO 1444. ſecurius meis Fideicommiſſariis videbitur, quod ipſa Congregatio habeat ſingulo anno dictos Ducatos centum, & obinde debeant ipſi Presbiteri celebrare omni die ad Altare Magnum in cantu unam Miſſam ſolemniter pro remedio animæ meæ videlicet die Dominico, Miſſam Sti. Johannis Evangeliſtæ cum Commemorationibus ſanctorum Antonii Abbatis; Chriſtophori Martii, & Barnabæ. Die Lunæ Miſſam pro animæ mea cum Orationibus Patris, & Matris meæ, & aliorum deffunctorum. Die Martis Miſſam Sti. Francisci cum Commemorationibus Sti. Antonii de Padua, & Sti. Ludovici. Die Mercurii in eadem forma, qua die Lunæ. Die Jovis Miſſam Sti. Johannis Baptiſtæ cum Commemorationibus Sanctorum Jacobi, & Philippi, & ſanctorum Simonis, & Judæ. Die Veneris in eadem forma, qua die Lunæ & Mercurii. Die Sabbathi Miſſam Beatæ Mariæ Virginis cum Commemorationibus Sti. Lucæ, & Sti. Matthæi.

Item volo, & jubeo, quod in Eccleſia Cathedrali Sti. Petri Mantuæ de bonis meis fabricetur una Capella ad honorem Sti. Sebaſtiani in eo loco, quo melius videbitur Domino Epiſcopo Mantuæ, & Capitulo, quæ Capella ſuleiatur Apparamentis, Miſſali, Ancona, & aliis neceſſariis, expenſa cujus Capellæ, & omnium dictarum rerum neceſſariarum ſit Ducatorum 400, quæ Capella doteur aut de bonis meis, aut emantur tot bona, ubi tutius, & utiiius videitur, de quibus habeantur Ducati 40. ſingulo anno pro uno Presbitero, & hoc ſecundum quod melius videbitur meis Fideicommiſſariis, qui Presbiter, donec tenuerit dictum beneffitium non poſſit aliud beneffitium habere, & teneatur ſingulis diebus in ipſa Capella celebrare Miſſam, & intereſſe aliis Offiriis, & horis Cantonicis tam diurnis, quam noćturnis quæ celebrantur in dicta Eccleſia, prout alii Capellani dictæ Eccleſiæ tenentur.

Item volo, & jubeo, quod ex bonis meis fiat una Capella in Eccleſia prædicta Sti. Petri ſuper Introitu, qui ſit eundo in locum Confeſſionis a latere Stæ. Luciæ eis modo, & forma, quibus ſtat Capella Sti. Euſtachii illorum fratrum de Gonzaga, quæ Capella ſit ſub vocabulo Sti. Griſogoni, & ad hiſtoriam ſuam pićta, in qua fiat una Planeta drapi ſyrici, cujus brachium non ſit minoris pretii Ducati unius cum dimidio, & alia oportuna uni Præsbitero, unum Miſſale, una Ancona, & unus Calix de untiis viginti quinque argenti aurati, quæ Capella doteur aut de bonis meis, aut emantur tot bona, ubi melius, & ſecurius videbitur, de quibus habeantur Ducati quadraginta ſingulo anno pro uno Presbitero & ſecundum quod melius videbitur meis Fideicommiſſariis, qui Presbiter, donec tenuerit dictum Beneffitium non poſſit aliud Beneffitium habere, & teneatur ſingulis diebus in ipſa Capella celebrare Miſſam, & intereſſe aliis Offiriis, quæ celebrantur in dicta Eccleſia, prout alii Capellani ipſius Eccleſiæ. Patroni autem dictarum duarum Capellarum intelligo, & volo quod ſint hæredes mei & principaliior ipſorum dictos Sacerdotes ad dicta Beneffitia inſtituendos præſentare debeat Domino Epiſcopo, qui nunc eſt, vel pro tempore erit, & Capitulo majoris Eccleſiæ Mantuæ, qui ſimul habeant conferre dictis Sacerdotibus dicta Beneffitia.

Item volo, & jubeo, quod ex bonis meis dentur pro fabrica Eccleſiæ Beatæ Mariæ Virginis de Gratia Ducati mille, qui dentur bonis Civibus, qui habeant diſpenſare illos pro dicta fabrica.

Item volo, & jubeo, quod ex bonis meis dentur Ducati trecenti Eccleſiæ Sti. Antonii de Mantua pro fabrica dictæ Eccleſiæ, aut pro Capella in dicta Eccleſia, aut pro alia fabrica redundante ad decorem dictæ Eccleſiæ, & hoc ſecundum quod melius videbitur Domino Epiſcopo, qui nunc eſt vel pro tempore erit, qui denarii diſpenſentur per bonos Cives ſecundum quod Dominus Epiſcopus prædictus ordinabit.

Item volo, & jubeo, quod fiat una Planeta panni ſyrici, cujus brachium non ſit minoris pretii unius Ducati cum dimidio, cum Stola, & Manipulo ejusdem panni, & unus Calix argenti deaureati de untiis decem octo in Eccleſia Sti. Jacobi de Mantua.

Item volo, & jubeo, quod ſimiliter fiat in Eccleſia Sti. Chriſtophori de Mantua, ubi ſtant ad præſens Fratres Cœleſtini.

Item volo, & jubeo, quod ſimiliter fiat in Eccleſia Sti. Georgii in Burgo Sti. Georgii.

Item volo, & jubeo, quod fiat ſimiliter in Eccleſia Sti. Viti in dicto Burgo.

Item volo, & jubeo, quod ſimiliter fiat in Eccleſia Sti. Johannis a Templo da Mantua.

Item

ANNO 1444. Item volo, & jubeo, quod ſimiliter fiat in Eccleſia Sti. Johannis a Carretis de Mantua.

Item volo, & jubeo, quod ſimiliter fiat in Eccleſia Stæ. Catharinæ de Mantua.

Item volo, & jubeo, quod fiat unus Calix argenti deaureati untiarum decem octo Eccleſiæ Trinitatis Certuſiæ extra Mantuam.

Item volo, & jubeo, quod ſimiliter fiat Eccleſiæ Sti. Lucæ de Mantua ad Altare Sti. Dominici.

Item volo, & jubeo, quod de omnibus Veſtibus meis pannorum ſirici, quæ reperientur in Obitu meo fiat una Planeta pro qualibet Eccleſia, & Altare infraſcriptis, exceptis Veſtibus promiſſis, & donatis aliquibus, de quibus donationibus & promiſſionibus, fiant probationes idoneæ per eos, qui petierint.

Primo Eccleſiæ Stæ. Mariæ de Gratia. Item Eccleſiæ Sti. Antonii de Mantua. Item Eccleſiæ Sti. Andreæ de Mantua. Item Eccleſiæ Sti. Pauli propè Epiſcopatum. Item Altari Sti. Simeonis, qui recepit Dominum Noſtrum Jeſum Chriſtum in ulnas ſuas, & ſi non reperiretur in Mantua, ſeu in Territorio, fiat Eccleſiæ Stæ. Mariæ de Charitate.

Item Altari Stæ. Barbaræ, & ſi non reperiretur in Mantua, requiratur in Territorio, & ſi non reperiretur in Territorio, requiratur alibi, & ibi fiat.

Item Altari ſanctorum Jacobi, & Philippi, quod eſt in Capella quondam Domni Philippi della Molza in Eccleſia Sti. Petri de Mantua.

Item Eccleſiæ Sti. Petri de Mantua. Item Eccleſiæ ſanctorum Simonis, & Judæ de Mantua.

Item Altari Sti. Matthiæ, ſi reperiretur in Mantua, & ſi non in Mantua, requiratur in Territorio, & ſi non in Territorio, requiratur alibi, & ibi fiat.

Item Eccleſiæ Sti. Matthei de Miaretto, Item Eccleſiæ Sſi. Bartholomei prope Mantuam, Item Eccleſiæ Sti. Thomæ de Mantua, Item Eccleſiæ Sti. Barnabæ de Mantua, Item Eccleſiæ Sti. Lucæ de Mantua, Item Eccleſiæ Sti. Marci de Mantua, Item Capellæ Sti. Franciſci in Eccleſia Fratrum Minorum de Mantua, Item Capellæ Sti. Ludovici in prædicta Eccleſia; Item Capellæ ſeu Altari Sti. Antonii de Padua in prædicta Eccleſia, Item Eccleſiæ Sti. Nicolai de Mantua, Item Altari Sti. Juliani, ſi reperiretur in Mantua, & ſi non reperiretur, requiratur in Territorio, & ſi non reperietur in Territorio, requiratur alibi, & ibi fiat.

Item Capellæ Sti. Longini in Eccleſia Sti. Andreæ de Mantua, Item Altari Sti. Sigismundi in Eccleſia Stæ. Catharinæ de Mantua, Item Capellæ Stæ. Margaritæ in Eccleſia Sti. Petri de Mantua, Item Eccleſiæ Stæ. Luciæ de Mantua in Contrata Cervi, Item Altari Stæ. Helisabetth, ſi reperietur in Mantua, & ſi non reperietur in Mantua, requiratur in Territorio, & ſi non in Territorio, requiratur alibi & ibi fiat illi Altari, quod magis indigebit. Item ntri Altari Stæ. Appoloniæ in Eccleſia Sti. Spiritus de Mantua, aut in Eccleſia Stæ. Mariæ de Bethlem quod plus indigebit, Item Eccleſiæ Stæ. Agnetis de Mantua, Item Eccleſiæ Stæ. Claræ de Miaretto, Item Eccleſiæ Stæ. Agathæ de Mantua, & ſi antedictæ meæ Veſtes non ſufficerent, volo quod ematur tantum panni ſirici, qui ſufficiat, qui non ſit minoris pretii unius Ducati cum dimidio pro brachio, & pro ipſo panno emendo vendantur ſuſſultæ meæ, & quæ Veſtibus meis ſunt pro ſupplemento ipſarum Planetarum.

Item volo, & jubeo, quod diſpenſentur Ducati 50. in aliquo laborerio, vel ornamento ad decorem Capellæ Sti. Longini in Eccleſia Sti. Andreæ de Mantua.

Item volo, & jubeo, quod ſimiliter diſpenſentur Ducati 50. in Eccleſia Stæ. Luciæ de Mantua in Contrata Cervi.

Item volo, & jubeo, quod ſimiliter diſpenſentur Ducati 50. in Capella Stæ. Appoloniæ aut in Eccleſia Sti. Spiritus de Mantua, aut in Eccleſia Stæ. Mariæ de Bethlem, prout videbitur melius Domino Epiſcopo antedicto, quæ expenſæ contentæ in his tribus Capitulis proximis fiant per manus bonorum Civium, ſecundum quod melius videbitur prædicto Domino Epiſcopo.

Item volo, & jubeo, quod in Eccleſia Sti. Johannis Laterani in Civitate Romana fiat una Capella juxta conſilium ducorum Cardinalium, qui videantur idoneores meis Fideicommiſſariis, in cujus fabrica, & apparamentis, ac aliis neceſſariis ipſi Capellæ, & in dote ipſius Capellæ pro uno Presbitero, qui quotidie celebret Miſſam, expendantur Ducati tres mille.

Item volo, & jubeo, quod dentur Eccleſiæ Annunciatæ in Civitate Florentiæ Ducati ducenti, & advertant mei Fideicommiſſarii, quod expendantur in fabrica illius Eccleſiæ, ſeu in aliis, quæ ſint, & redundent ad decorem ipſius Eccleſiæ. ANNO 1444.

Item volo, & jubeo, quod fiat ſimiliter, & eo modo, prout in Capitulo præcedenti Eccleſiæ Stæ. Mariæ de Loreto in Provincia Marchiæ Aconitanæ

Item volo, & jubeo, quod fiat ſimiliter, & eo modo, prout in Capitulo præcedenti Eccleſiæ Stæ. Mariæ del Metro extra Fanum.

Item volo, & jubeo, quod expenſis meorum bonorum mittatur una perſona idonea, ſive equeſter, ſive pedeſter, cum ſocietate, vel ſine, ſecundum quod melius videbitur Fideicommiſſariis meis ad viſitandum Eccleſiam Sti. Antonii de Vienna, & ibi faciat oblationem de bonis meis de Ducatis ducentis, qui advertat & deponat ipſos Ducatos per modum quod expendantur in fabrica dictæ Eccleſiæ, ſeu in aliis redundantibus ad decorem dictæ Eccleſiæ, quæ perſona ſalarietur cum ſocietate pro tempore, quo ſtabit in itinere.

Item volo, & jubeo, quod eo modo mittatur unus ad viſitandum Eccleſiam Sti. Jacobi de Galitia cum ſimili oblatione & eisdem modo, & forma.

Item volo, & jubeo in caſu, quo non accederem in vita mea ad Stum. Sepulcrum, quod mei Fideicommiſſarii diligentem habeant informationem ad quam expenſam aſcenderet una Galea ſimilis illis, quæ vadunt in Romaniam pro ſpatio trium menſium, & ſimilter de expenſa, quam facerem cum ſexaginta bachis in tribus menſibus, & etiam de expenſa, quam facerem pro datio decem bucharum in illis partibus ultramarinis, quibus expenſis vilis, acciptantur tot de bonis meis quot aſcendant ad dictam ſummam, & mittantur Romam diſpenſanda pro reformatione, & reparatione Eccleſiæ Sti. Petri, ibidem, vel alibi, prout Sto. Domino Noſtro Papæ viſum fuerit

Item volo, & jubeo, quod ex bonis meis diſtribuantur ad pias cauſas in pauperibus egenis, in domicellabus pauperibus maritandis, & in Eccleſiis reparandis quatuordecim millia Ducatorum ſecundum diſcretionem meorum Fideicommiſſariorum.

Item volo, & jubeo, quod in caſu, quo non recepiſſem quatuordecim millia Florenorum de Camera ante obitum meum, quos habere debeo a Sede Apoſtolica, ut patet Inſtrumento rogato per Petrum del Nigro Notarium Civitatis Venetiarum ſub die primo Octobris 5414. In quo continetur, qualiter Dominus Thomas Mocenigo Dux Venetiarum ad hoc deputatus ſententiavit dictos Florenos 54 mille deberi exburſari mihi per Reverendiſſimum Dominum Antonium Epiſcopum Senenſem, nomine Cameræ Apoſtolicæ, tunc Theſaurarium dictæ Cameræ in Italia Hæredes mei querant cum omni ſolicitudine, quæ ſit poſſibilis illos recuperare qui hæredes, illos, ſive in totum, ſive in parte aſſignare debeant in manibus meorum Fideicommiſſariorum, & ipſis aſſignare omnem expenſam, quam ipſi hæredes in recuperando ipſos denarios, quam expenſam volo, quod Fideicommiſſarii mei dictis hæredibus ex dictis Florenis 14 mille reſtituere debeant, & reſtum detur, & diſpenſetur per ipſos Fideicommiſſarios meos in pauperibus egenis, domicelabus pauperibus maritandis, & in Eccleſiis reparandis.

Item volo, & jubeo, quod per Fideicommiſſarios meos habeatur informatio de Creditoribus meis, & ipſis integraliter per hæredes meos ſatisfiat, & etiam habeatur informatio, ſi quid fuerit per me male ablatum, de bonis meis reſtituatur ſive valutum per prædictos hæredes, & Fideicommiſſarios meos & prædicta fiant infra annum poſt obitum meum; & ſi ultra annum prædictum aliqui reperientur, qui conquererentur, tunc ſatisfiat eis de introitibus Caſtioni Mantuani ut in Capitulo infraſcripto ſignato ante A. continetur.

Item volo, & jubeo, quod in his quæ deffeciſſem mandari executioni Teſtamentum bunæ & recolendæ memoriæ Illuſtris quondam Domini Genitoris mei, hæredes mei ſuppleant, & executioni mandent & habita bona informatione per meos Fideicommiſſarios de omnibus, quæ venirent, & eſſent in onus animæ prædicti quondam Domini Genitoris mei, quæ non eſſent executa, ut debitum requiliviſſet, tunc mandentur executioni de bonis meis per dictos hæredes, & Fideicommiſſarios meos. Et quia inter alia recordor pro uſu Capellæ acceptum fuiſſe unum Calicem ex duodecim, quos prædictus quondam Dominus Genitor meus legaverat duodecim Eccleſiis, volo eundemmet Calicem, ſi extat, dari uni Eccleſiæ quæ videbitur eo magis indigere, & ſi non extaret, fiat alter ejusdem ponderis, & valoris, & detur ut ſupra.

Item volo, & jubeo, quod per hæredes, & Fideicommiſſarios meos dentur, & exburſentur Maſſario Conſortii

ANNO 1444. Conſortii Mantuæ Ducati trecenti, ex quibus ematur una Poſſeſſio, vel alia bona, prout ipſis meis Fideicommiſſariis melius, ac utilius viſum fuerit, & introitum, ſeu fructus dictorum bonorum emendorum ipſe Maſſarius annuatim reſpondeat Fratribus Minoribus Sti. Francisci de Mantua, qui ob inde tenentur ſingulo anno facere anniverſarium meum cum Veſperis, Matutino, & Miſſa mortuorum, & eo modo, quo fit illud bonæ memoriæ prædicti quondam Domini Genitoris mei.

Item cum ſpectabilis quondam Dominus Johannes meus de Gonzaga tempore mortis ſuæ legaverit mihi domum ſuam in Mantua, & quædam alia bona cum onere dandi pauperibus amore Dei, & in ſuorum remiſſionem peccatorum Ducatos tercentos auri, ut in ejus Teſtamento continetur, volo, & jubeo, quod illud legatum de bonis meis, & per hæredes, & Fideicommiſſarios meos executioni mandetur, ut in ipſo Teſtamento continetur.

Item lego, & reliquo Eccleſiæ de Formigoſa Ducatos 50. ex bonis meis ſibi dandos & diſtribuendos in ejus utilitatem, prout Venerabili Domino Euſebio Abbati Sti. Benedicti melius viſum fuerit, & ipſe ordinaverit.

Item volo, & jubeo, quod Monaſterium Stæ. Mariæ ab Angelis extra Civitatem Mantuæ perficiatur, & perfici in totum debeat ſumptibus, & de bonis meis, & ad hoc deputetur unus Civis idoneus, & bonæ condictionis, & famæ, qui hujus laborerii curam fideliter gerat donec completum fuerit.

Item volo, & jubeo, quod eidem Monaſterio ſanctæ Mariæ ab Angelis dentur, & aſſignentur per hæredes, & Fideicommiſſarios meos tot fructus, & introitus, qui aſcendant ad ſummam centum Ducatorum quolibet anno ex his, qui percipiuntur ex Apothecis meis, quæ circa Plateas, & earum confinia ſunt, & hoc pro victu, & veſtitu Fratrum ibi degentium, & ſi aliquibus Libris indigerent ex dictis denariis de tempore in tempus emantur.

Item lego, & volo, quod Monaſterium Sti. Matthei de Miaretto extra Mantuam reformetur, & reformari debeat ſumptibus, & de bonis meis juxta deſignamentum, & proviſionem alias per illos duos ſervos de Jeſuatis, qui hac de cauſa ad illud venerunt quemadmodum informatus eſt Chriſtophorus Murator, qui dictæ proviſioni interfuit, & pro hujusmodi fabrica volo, quod accipiantur lapides, & lignamina, ſi bona ſunt, quæ conducta fuerant pro domo, quam facere intendebam apud Pletulas, & pro eo, quod deficeret ad ſupplementum dicti laborerii, provideatur de bonis meis, & ad hoc deputetur unus Civis idoneus, & bonæ condictionis.

Item lego, & relinquo de bonis meis Eccleſiæ Sti Antonii de Mantua, ultra alia legata ſibi facta, Ducatos centum quinquaginta per totum menſem Novembris proximè futuri dandos, & diſpenſandos pro fabrica, utilitate, vel decore ipſius Eccleſiæ, prout meis Fideicommiſſariis melius viſum fuerit.

Item lego, & relinquo de bonis meis Ducatos tercentos infra dictum tempus, videlicet per totum menſem Novembris futuri, pauperibus, & miſerabilibus perſonis erogandos, & diſtribuendos amore Dei, & in meorum remiſſionem peccatorum.

Item volo, & jubeo, quod Eccleſiæ, & Monaſterio Sti. Andreæ de Mantua, ultra alia legata, dentur ex bonis meis Ducati ducenti auri in fabricam, vel utilitatem ipſius Eccleſiæ convertendi.

Item volo, & jubeo, quod omnes illæ Picturæ quæ erant in Capella veteri in Curia, & quæ deletæ fuerant, quando Pallatium fuit reformatum, repingantur eo modo, quo erant in quadam alia Eccleſia, vel Capella, ubi melius Fideicommiſſariis meis videbitur.

Item volo, & jubeo, quod ex bonis meis dentur, & reſtituantur Zanino de Magiſtris dicto il Chierego Ducati trecenti, & ejus filio Priori Sti. Bartholomei de Quiſtello vel ejus Eccleſiæ prædictæ, ſi tempore vitæ ipſius Prioris non reſtituerentur Ducati centum.

Item volo, jubeo, & mando, quod omnia Decreta per me conceſſa contra jus divinum, vel humanum revocentur, & revocata eſſe intelligantur.

Item ſi quid ullo tempore compiretur a me, vel juſſu meo in jure ſuſpenſum, vel impeditum fuiſſe, quod in alterius damnum, vel præjuditium eſſet, volo eum, vel eos omnes, qui ex talibus ſuſpenſionibus læſi eſſent, reſtituantur ad omne jus ſuum conſequendum perinde ac ſi a me nihil in oppoſitum commiſſum, aut mandatum eſſet.

Item volo, & mando, quod per Fideicommiſſarios mittatur una perſona ad id idonea, & fida in Vallem Lodroni ad locum Sectorii, & videat, ac ſe diligenter informet in quanto damnificatæ fuere duæ Eccleſiæ ibidem quas alias combuſta fuerunt, quando Exercitus Ducalis illac Caſtra metebat, & hoc viſo, tantundem de bonis meis in piis cauſis diſpenſentur, vel cum auctoritate Papali, vel aliter, prout ipſis meis Fideicommiſſariis viſum melius fuerit. ANNO 1444.

Item volo, & mando, caſu quo hoc ego in vita mea non feciſſem, quod per hæredes, & Fideicommiſſarios meos cum maxima inſtantia ad omnem requiſitionem Smi. Domini Noſtri perſuadeatur, & perſuaderi debeat Magnifico Domino Galeaz de Malateſtis Fratri meo, quod ſi habet, vel tenet aliquid indebite, quod ad Romanam ſpectat Eccleſiam, illud eidem Eccleſiæ reſtituat, & in futurum ipſi Eccleſiæ debitum ſemper facere velit, & ſtudeat.

Item volo, jubeo, & mando, caſu quo ego hoc in vita mea non feciſſem, quod per Fideicommiſſarios meos diligens habeatur informatio, & exquiſitiſſima de forma, & tenore Teſtamenti bonæ memoriæ Magnificæ quondam Dominæ Matris meæ Ariminii, & ea habita informatione de quibuscumque Juribus, & actionibus, quæ mihi ex dicto Teſtamento tam jure inſtitutionis, quam legatorum competerent, aut quovis modo competere poſſent tam in denariis quos prædicta Domina Mater mea habebat ad impreſtita Venetiarum, & qui poſt ipſam mihi ſcripti fuerant, quam in poſſeſſionibus & aliis bonis quæ mihi loco illorum denariorum; vel aliter quomodocumque legaſſet, fiat, & fieri debeat Ceſſio, & refutatio in pleniſſima forma omnibus his Religioſis, & piis locis, qui, & quæ ex dicto Teſtamento jus aliquod prætendere poſſent, aut haberent in dictis denariis ad impreſtita Venetiarum, & aliis bonis mihi legatis, & præſertim cuidam Monaſterio Sororum Heremitarum Sti. Auguſtini in Civitate Arimini quod Monaſterium aliàs ædificavit quædam Soror Michelina quæ in dictis denariis ad impreſtira pro dicto ejus Monaſterio jus habere prætendebat, illique loco, & aliis ut ſupra jus habentibus fiant Inſtrumenta, & cautiones, quibus poſſint, nonobſtante aliquo jure mihi competente, dictos denarios, & poſſeſſiones vendicare & conſequi, dictisque, quos præſens negotium tanget detur de hoc notitia, ut poſſint rei, & commodo ſuo intendere, & jus ſuum querere.

Item volo, jubeo, & mando, quod Damni Proſtibuli in Civitate Mantuæ ſtatim ammoveatur, & ammoveri debeat, ita quod pro eo nihil de cætero, & nullo unquam tempore, exigi poſſit, & quicquid a Fello Reſurectionis Domini Noſtri Jeſu Chriſti citra exactum eſt, & ex ipſo perceptum, dari debeat, & errogari pauperibus, & his, qui magis videbuntur indigere.

Item volo, & jubeo, quod omnes Capellæ, apparamenta, Calices, & alia, quæ legavi fieri, fiant ſine armis, & diviſis meis, & pariter ſine nomine meo, ne videantur per quem facta ſint.

Item, ſi poſt mortem meam Venerabilis Dominus Euſebius nunc Abbas Sti. Benedicti dixerit habuiſſe a me in ſecretis, me eſſe obligatum de aliqua quantitate denariorum pro male ablatis, vel dixerit habuiſſe intentionem dandi aliquas denariorum quantitates in pias cauſas, quæ non eſſent deſcriptæ in præſenti Teſtamento, volo, & mando, quod ea, quæ prædictus Dominus Euſebius dixerit ut ſupra per hæredes, & Fideicommiſſarios meos executioni mandentur.

Item volo, & jubeo, quod ſubito, & quamcitius fit poſſibile poſt obitum meum omnia legata mea per hæredes, & Fideicommiſſarios meos executioni mandentur, & fiant, & pro ſatisfactione dictorum legatorum obligo omnes denarios, quos in obitu meo reperirem habere, & in quantum illi non ſufficerent obligo omnia mea jocalia, & Argentaria, & omnes denarios quos in obitu meo exigere deberem a debitoribus meis, a quibus, ſine torquendo ipſos infra terminum ſex menſium poſt obitum meum exigi poterit pro ſatisfactione præmiſſorum, & in caſu, quo omnia ſupraſcripta non ſufficerent ad ſatisfatiendum, volo, quod mei hæredes & Fideicommiſſarii vendant tot de bonis meis, ut puta bona mobilia, ſeu poſſeſſiones quas ſatisfaciant, Et ſi tempore vitæ meæ aliqua ex prædictis legatis executioni mandaverim & reperiantur deſcripta in uno Libro cum coperta corea rubea, ſuper qua fuerit deſcriptum Jeſus Maria, & ſubtus illa verba fuerit deſignatum T & ante poſtas legatorum in ipſo Libro deſcriptum fuerit manu mea hoc verbum *affirmo*, tunc volo, quod hæredes, & Fideicommiſſarii mei ipſa legata minime faciant, ſed intelligantur fore facta.

Item volo, jubeo, & mando, quod ſtatim poſt mortem

ANNO 1444. tem meam vendantur & vendi debeant infraſcripta bona, videlicet Collare Illuſtr. Filiæ meæ Barbaræ, Jocalia, quæ mutuavi Magnificæ Dominæ Facentiæ, & nunc ejus nomine in Civitate Ferrariæ ſubpignorata ſunt, omnia vaſa aurea, & quædam alia Jocalia, ut puta Adamantes, Verghettæ & alia hujusmodi, quæ ſunt in Capſetta mea, & ex pecuniis, quæ ex illis percipientur, incipiantur ea exequi Legata, quæ prius exequenda, & adimplenda videbuntur.

A. Item volo, & jubeo, quod poſt mortem meam per decennium incluſive omnes introitus Poſſeſſionum Curiæ Caſtioni Mantuani, detractis expenſis, ſingulis annis depoſitentur in idoneo & ſecuro loco, & vendantur temporibus debitis ſecundum diſpoſitionem Fideicommiſſariorum meorum, & denarii depoſitentur in idoneo & ſecuro loco, ut ſi caſus contingeret quod aliquis reperiretur eſſe Creditor, vel fuiſſe Illuſtris quondam Domini Genitoris mei, & Dominæ Getitricis meæ, ac etiam Illuſtris Conſortis meæ, nec non, & mei, cui non foret ſolutum debitum, & ſic etiam ſi per eosdem, vel aliquid reperirent male ablatum fuiſſe illis talibus Creditoribus, & pariter illis, quibus male ablatum fuiſſet poſſit ſolvi, & reſtaurari, & per meos Fideicommiſſarios ſolvatur, & reſtituatur, & in fine decenii, dictæ poſſeſſiones ſint illius, qui dominabitur Mantuæ, & ſimiliter id quod ſupererit non ſolutum in fine dicti decenii de dictis introitibus hoc modo, quod caſu, quo aliquo tempore Mundi reperirentur Creditores, & male ablata ut ſupra, hæres meus prædictus, qui dominabitur Mantuæ, ſit obligatus ad ſatisfaciendum integraliter, & ſic volo, & jubeo.

Item quia dedi Illuſtri Conſorti meæ plenum arbitrium teſtandi uſque ad ſummam Ducatorum quinque millium, quos, ut puto, habui pro doribus ſuis, & ſimiliter quod ipſa poſſit teſtari, & legare Veſtes ſuas quascumque, & quælibet drapamenta, quæ reperirentur in Curia in obitu ſuo pro libito voluntatis ſuæ, obligo eidem Conſorti meæ mea bona ad prædicta. Et in caſu quo ipſa decederet ante me, & ego in vita mea fecerim aliquid Legatum, quod ipſa reliquiſſet, & quod Legatum reperiretur deſcriptum in ſupraſcripto Libro rubeo, modo quo ſupra, fore factum, tunc volo quod minime fiat, & reſtum tantum executioni mandetur per Fideicommiſſarios ſuos de bonis meis eo modo, & forma, quibus patet in ſuperiori Capitulo, prout legavi fieri de Legatis meis, & in caſu, quo ante ipſam decederem, & ipſa in vita non adimpleret Legata ſua, volo quod de bonis hæredis mei, qui dominabitur Mantuæ, per dictum hæredem, & Fideicommiſſarios meos prædictæ Conſortis meæ adimpleantur Legata, & ut ita cum effectu fiat obligo, & obligatos eſſe volo omnes introitus poſſeſſionum, quas nunc ipſa Conſors mea tenet & poſſidet, quoad omnia ipſa quæ teſtarent, executioni mandata fuerunt.

Item volo, & mando, quod omnia bona immobilia, ut puta domus, Poſſeſſiones, & alia hujusmodi, quæ, & quæ per Inſtrumenta, ſeu Decreta ſecundum Ordines donaverim, & donabo uſque ad finem vitæ meæ, ſint, & eſſe debeant illorum, quibus donatæ fuerint per me, vel ipſorum hæredum, & ſic jubeo quod per hæredem, & Fideicommiſſarios meos ſervari debeat, & pariter, quæcumque ſcripturæ & Commiſſiones, quæ manu mea extarent.

Item recolens aliàs pet me acceptam fuiſſe poſſeſſionem, & jura quondam Petri de Manzeriis in Caſtione a ſtiveriis, quæ relicta fuerant eum aliquo onere Legatorum, & tunc poſſidebantur ſine aliquo tamen juſto titulo per Nicolaum, & Petrum Fratres de Firmo, & quæ ego poſtea donavi Domino Antonio de Capo cum omni onere, & obligatione ipſorum Legatorum; cum ipſe Dominus Antonius aſſerat ipſam poſſeſſionem & jura deinde vendidiſſe hominibus dicti loci, & in eos penitus tranſtuliſſe ex pacto illam conditionem, & onus Legatorum, volo, & jubeo, quod per Fideicommiſſarios meos, quorum conſcientiam cum in reliquis tum in hoc maxime gravo & onero diligens habeatur informatio, an ipſe Dominus Antonius eo modo, & conditione, quibus aſſerit, vendiderit? quod ſi aliter eſſet, & mihi aut animæ meæ ullum exinde videretur imminere præjuditium, eo caſu volo, & mando, quod provideatur, & provideri debeat, quod ipſe Dominus Antonius dictum onus, & Legata in ſe ipſum ſuſcipiat, & habeat, ac adimpleat, ita ut ego ab eis immunis & exoneratus prorſus ſim, & ſi pro temporibus præteritis ullum ego onus haberem pro introitibus ex dicta poſſeſſione perceptis, volo ſimiliter quod, aut de bonis meis, vel Domini Antonii de Capo, aut per viam Juris provideatur omnimode exoneratione animæ meæ. ANNO 1444.

Item volo, & mando per Fideicommiſſarios meos una cum ſpectabili Juris utriusque Doctore Domino Luca de Vernaceis Conſiliario meo diligentem haberi informationem, an quondam Franciſcus del Bosco propter ejus fugam a me, & alia ejus ſiniſtra portamenta tam in obloquendo de me, quam male ſubgerendo Dominio Venetorum, & inter illud, & me odia, & inimicitias ſerere nitendo meruerit, ut eis bonis jure privari potuerit, de quibus privatus fuit, & ſi jure id fieri potuit, advertatur diligenter an filiabus ſuis, & aliis, qui pro doribus ſuis jus in dictis bonis habebant, illud ſibi reſervatum fuerit, vel poſtea pro eis proviſum? quod ſi factum non eſſet, volo quod pro ipſis doribus vel earum parte, quæ reſtaret, debita fiat proviſio. Verum ſi compertum erit dictum Franciſcum pro talibus exceſſibus, & portamentis bonis ſuis privari non potuiſſe, eu caſu volo, quod ſi quid ex ipſis bonis apud me, vel in bonis meis extarer, quod illico hæredibus dicti quondam Franciſci reſtituatur, liberique aſſignentur. Si verò in toto, vel in parte alienata eſſent, & aliis tradita, tunc diligenter examinentur, & exrimentur, & eisdem hæredibus tantum de bonis meis detur quantum ſuorum fuerit valor, & extimatio.

Item volo, jubeo, & mando, caſu quo in vita mea non veniſſem ad compoſitionem eum illis de *Cavalcabobus* pro terris, & bonis, quas, & quæ habui ex ſuis in Territorio Cremonenſi, & eis juxta ipſam compoſitionem non ſatisfeciſſem, quod ille ex filiis, & hæredibus meis, qui ipſas Terras & Loca in Cremona pro parte ſua habebit teneatur, & cum effectu obligatus ſit ad ipſam compoſitionem faciendam, ad quam Fideicommiſſarii mei venire cutent eis modo, & forma, quibus ipſis melius, & cummodius viſum fuerit tam pro ipſis bonis, quam pro dariis, & introitibus dictorum de Cavalcabobus in dictis Locis. Pro cujus ſatisfactione compoſitionis obligati ſint, & deputentur omnes introitus, ac pecuniæ, qui, & quæ ex poſſeſſionibus nuper factis & faciendis ſuper Valle Victaliana & Doxuli percipientur, ac aliæ terræ, & poſſeſſiones, ſi quæ reſtant, & quas ego nunc teneam in dictis Locis. Pro Curia autem & poſſeſſione Riparoli quam ego teneo, ut eadem libera remaneat dicto hæredi meo, qui Terras Cremonenſes habebit, quoad compoſitionem pro ea facienda ipſe, & alii tres filii, & hæredes mei teneantur, & obligati ſint unusquisque tamen pro rata introitus ſui ſibi per me aſſignandi, ſecundum quam per Fideicommiſſarios meos fiat taxatio, & eo modo, & forma ſint obligati, & teneantur pro toto eo, quod defficeret ad integram ſatisfactionem Compoſitionis faciendæ pro aliis bonis, & terris prædictis ultra introitus prædictos, & pecunias percipiendas ex dictis poſſeſſionibus factis, & faciendis, & ultra illas terras, quas nunc in illis locis haberem non venditas, nec alienatas, quæ omnia, ut ſupra dictum eſt, prius exponi, & dari debeant pro dicta ſatisfactione. Et advertatur; quod hæ Compoſitiones fiant ex libero arbitrio & voluntate ipſorum de Cavalcabobus, amoto omni timore, aut minis quæ per meos quomodocumque ſibi incuti poſſent, & fieri, & quæratur ab ipſis finem, & refutationem habeti.

Item volo, jubeo, & mando, quod Ludovicus primogenitus meus teneatur, & obligatus ſit dare, & aſſignare, ac in manibus tradere ei ex filiis meis, qui Terras prædictas Cremonenſes tenebit Roccam, & Terram Sablonettæ cum omnibus poſſeſſionibus, & introitibus ad illam ſpectantibus, & quod homines ipſius loci abſolvantur, & abſolvi prorſus debeant a præſtatione & redditione quintæ partis omnium frugum quas in terris ſuis colligunt, quæ præſtatio quintæ partis ipſis fuit impoſita poſt guerram proximè præteritam, & quintum in hac parte in ſuum priſtinum ſtatum reſtituant, & gradum. Et ſi ego tempore vitæ meæ non feciſſem volo, & jubeo, quod ſimilitet per meos Fideicommiſſarios ſolerti cura quæratur compoſitio cum illis de Perſico pro introitibus, bonis, ac poſſeſſionibus, quas, & quæ olim habebant in dicta Terra Sablonettæ, & pro ſatisfactione ipſius Compoſitionis dentur ipſis de Perſico, & aſſigneutur omnes Poſſeſſiones, & Terræ tam novæ, quam veteris Curiæ, quas ipſe Ludovicus nunc tenet in Territorio Sablonettæ, & quæ alienatæ non ſunt, & queratur finis, & refutatio, ut proximè dictum eſt in ſuperiori Capitulo, & cum eadem advertentia.

Item volo, jubeo, & mando, quod poſſeſſio, & Curia Bozuli, quam nunc tenet Rolandus Suardus

ANNO 1444. cum omnibus ad illam ſpectantibus libere reſtituatur, & reſtitui debeat Spectabili Dominæ Johannæ olim Conſorti Domini Petri de Rubeis, & filiæ quondam Domini Ugolini de Cavalcabobus, vel ſuis hæredibus, ſi ipſa non extaret; Rolando autem prædicto loco illius, per Lodovicum primogenitum meum vel eum, ex meis, qui Mantuæ dominabitur, dentur, & aſſignentur in Curia Ronchiferrati Ducati trecenti auri de introitu ſingulo anno, videlicet ea pars ipſius poſſeſſionis, de qua habeat omni anno dictos tercentum Ducatos, & de ipſa ſibi Rolando fiat Decretum, vel inſtrumentum ita quod benè caurus remaneat, & non poſſit, neque debeat de dicta poſſeſſione Bozuli amoveri, neque moleſtari, donec prædicta aſſignatio Ronchiferrati ſibi facta fuerit.

Item volo, jubeo, & mando, caſu quo ego hoc in vita non fecerim, quod per meos Fideicommiſſarios diligens habeatur informatio, an per me vel per alios a me cauſam habentes indebitè tenta, & occupata fuerit poſſeſſio, & Curia Sti. Martini ab Agere, quam nunc tenet Matthæus de Corradis? Quod ſi compertum fuerit illam indebitè fuiſſe occupatam, & ad alios de jure pertinere, volo, & mando, quod ipſa poſſeſſio, & Curia, ei, vel eis, ad quos ipſam pertinere conſtabit, liberè reſtitui debeat, & reſignari, & pro frugibus, & introitibus hactenus a me, & ab aliis, quibus ego dedi, habitis & receptis, quæratur compoſitio cum ipſo, vel ipſis, ad quos, ut dictum eſt, eadem poſſeſſio ſpectaret, & juxta ipſam compoſitionem eis, vel de bonis meis, vel eorum, qui dictam poſſeſſionem tenuerunt, ut melius meis Fideicommiſſariis viſum fuerit, ſatisfieri debeat per modum, quod mihi & animæ meæ nullum exinde onus, aut gravamen impendat vel præjuditium.

Item intendens, ut paternum eſt officium, inter filios meos infraſcriptos conſervare caritatem, & unitatem, duxi inter ipſos providere, ne unquam diſcordia poſſit oriri, quæ maximè ſolet inter fratres ex communione generari; ideo inter ipſos dividere volo, & providere prout inferius ſeriatim eoutinetur.

Primo namque lego, do & aſſigno Inclito nato, & primogenito meo *Lodovico* Civitatem Mantuæ cum toto Marchionatu, & territorio Mantuæ, exceptis terris, quas infra aſſignabo infraſcriptis aliis filiis meis, nec non Rocchettum Burgiſortis ultra Padum cum toto Vicariatu Burgiſortis ultra Padum.

Item omnes Terras, Loca, ſeu Caſtra, quæ, & quas ad præſens teneo & poſſideo in Epiſcopatu, & Territorio Veronenſi, cum hoc onere, & gravamine quod ipſe Lodovicus pro ſatisfactione præcedentium, ac ſequentium Legatorum meorum teneatur, & debeat ſingulo anno ſolvere, & exburſare duo millia Ducatorum pro rata ſua uſque ad ipſorum Legatorum integram ſatisfactionem.

Item do, & aſſigno Inclito *Carolo* ſecundo nato meo omnes Terras, Loca, & Caſtra, quas, & quæ ad præſens teneo, & poſſideo in Territorio, & Epiſcopatu Cremonenſi, ſeu tenere, & poſſidere reperiar tempore mortis meæ, cum omnibus Fortalitiis, Jurisdictionibus, Curtibus, & pertinentiis ſuis, excepto Ponte & Fortalitio Pontis Olii Canetti verſus Territorium Cremonenſe, cum omnibus pertinentibus dicto Fortalitio.

Item lego, do, & aſſigno eidem *Carolo* Terras, Loca, & Caſtra infraſcripta, videlicet Terram Luzzariæ, Tuzariæ, Gonzagæ, & Reroli cum Scravalle novo cum omnibus ſuis Juribus, & Jurisdictionibus, Curtibus, & pertinentiis; cum hoc quod ipſe Carolus teneatur ſingulo anno pro ſatisfactione præcedentium, & ſequentium Legatorum meorum ſolvere, & exburſare Ducatos tercentos auri pro rata ſua uſque ad ipſorum integram ſatisfactionem.

Item lego, do, & aſſigno Inclito *Johanni Lucido* tertio nato meo Voltam Cuprianam, Rotingum, & Cæreſaream cum omnibus Fortalitiis, Curtibus & pertinentiis ſuis, & cum tota Curia, & poſſeſſionibus Sti. Martini in Gosnago, intelligendo quod ſola Jurisdictio ſoldorum centum parvorum more ſolito ſpectet ad Vicarios dictorum Locorum. Ab inde autem ſupra ſpectet ad Jurisdictionem Civitatis Mantuæ, & quod homines & perſonæ in dictis Locis habitantes veniant pro ſale Mantuam, & ad ſalarium levent more ſolito. Hoc addito, quod ipſe Johannes Lucidus pro ſatisfactione præcedentium, ac ſequentium Legatorum meorum teneatur exburſare ſingulo anno Ducatos ducentos auri uſque ad ipſorum integram ſatisfactionem.

Item lego, do, & aſſigno Inclito *Alexandro* nato meo omnes Terras, Loca, & Caſtra, quæ ad præſens teneo, & poſſideo, ſeu tenerem, & poſſiderem tempore mortis meæ in Territorio, & Epiſcopatu Brixienſi, & nominatim Pontem & Fortalitia Pontis fluminis Olii apud Cannetum ab utroque latere cum omnibus aliis Fortalitiis, Curtibus, & Jurisdictionibus ſuis; cum hoc quod ipſe Alexander pro ſatisfactione præcedentium, & ſequentium Legatorum meorum teneatur pro ejus rata ſingulo anno ſolvere, & exburſare Ducatos centum auri uſque ad ipſorum integram ſatisfactionem. ANNO 1444.

Item lego, ordino, & diſpono, quod omnia jura, & actiones, quæ mihi de præſenti competunt, vel tempore mortis meæ competerent quacumque ratione, vel cauſa in quibuscumque Locis, ſeu ad quæcumque Loca, Terras, & Jurisdictiones ultra Padum a flumine Situlæ inferiùs in quibuscumque Dioceſibus, ſeu Territoriis, ſint, & eſſe intelligantur Caroli prædicti filii mei, & ſimiliter omnes Adherentes, & Recommendati mei in dictis Locis remaneant dicto Carolo, & ſimiliter & eodem modo a dicto Flumine ſuperiùs ultra Padum, & in Territorio Cremonenſi ut ſupra, ultra Flumen Olii omnia Jura, & actiones, quæ mihi competunt, vel competerent ut ſupra, & Adhærentes, & Recommendati ſint, & eſſe intelligantur, & remaneant prædicto Carolo nato meo, ſemper ſalvis omnibus aliis contentis in ſupraſcriptis Capitulis. Et ſimiliter & eodem modo omnia Jura, & actiones mihi competentes ut ſupra, & Recommendati, & Adhærentes ut ſupra, a Flumine Olii citra in Territorio Brixienſi ſint, & eſſe intelligantur, & remaneant prædicto Alexandro nato meo.

Item volo, & jubeo, quod omnia, & quæcumque, quæ conducerentur de loco ad locum pro uſu dictarum Terrarum, & locorum ſupra deſignatorum dictis Natis meis pro ſe, & eorum hæredibus nihil ſolvi debeat ratione datii, nec tranſitus, niſi eo modo, quo ſolvitur tempore vitæ meæ, ſed in omnibus idem modus teneatur, qui ad præſens tenetur, & ſervatur, Et ſic etiam Cives Mantuani poſſint gaudere, & frui bonis ſuis, & conducere fructus ſuos, & introitus de loco ad locum eo modo, qno nunc utuntur, fruuntur, & conducuntur tempore vitæ meæ in omnibus, & per omnia.

Hæredes autem meos eſſe volo, & inſtituo ſupraſcriptos Natos meos, videlicet Lodovicum, Carolum, Johannem Lucidum, & Alexandrum, videlicet quemlibet eorum in ea parte, quam ſibi ſupra aſſignavi, jubens, & mandans ipſos, & quemlibet ipſorum eſſe, ſtare, & remanere conteutos ſupraſcripta mea aſſignatione, & diviſione, ſeu aſſignationibus, & diviſionibus, & ſic quemlibet ipſorum in ea ſua parte hæredem inſtituo eum ſupraſcriptis ſemper, & infraſcriptis modis, & conditionibus. In omnibus autem aliis meis bonis mobilibus, & immobilibus, juribus, & actionibus ubicumque ſint, & tempore mortis meæ reperiantur ſupraſcriptos meos Inclitos filios equaliter hæredes inſtituo, ſemper firmis remanentibus ſupraſcriptis omnibus & Legatis, & ſeu Prælegatis, & partibus ipſis meis Natis aſſignatis.

Et ſi aliquis ex ſupraſcriptis meis filiis moriretur, vel me vivente, vel poſt mortem meam, volo hunc modum, & ordinem ſervari, videlicet ſi deficeret Carolus ſine hæredibus Maſculis de legitimo matrimonio procreatis vel per Imperatorem legitimatis, pars, quam ſibi aſſigno hoc modo dividatur, & in hac forma videlicet, quod Terræ Mantuanæ Luzzaria, Tuzaria, Razolum, & Gonzaga deveniant ad Lodovicum, & ſuos hæredes. Aliæ autem Terræ, & loca ipſi Carolo relicta inter ipſos filios meos tunc ſuperſtites, vel eorum hæredes ut ſupra legitimos pro rata dividantur, & dividi debeant. Si verò Johannes Lucidus deceſſerit ſine filiis, & hæredibus Maſculis ex eo legitime deſcendentibus, vel nt ſupra ab Imperatore legitimatis; tunc Terræ & loca ſibi aſſignata, videlicet Volta, Cupriana, Rotingum, & Ceresariæ deveniant ad Lodovicum, vel ejus hæredes. Decedente autem Alexandro ſine filiis & hæredibus, ut ſupra legitimis, vel legitimatis ab Imperatore, ſi ſupervixerint Carolus & Johannes Lucidus, tunc medietas omnium terrarum, & locorum, quæ ipſi Alexandro legavi ad dictum Carolum deveniat, vel ejus hæredes, & alia medietas ad Johannem Lucidum, vel ejus hæredes. Quod ſi jam præmortuus eſſet, aut poſtea quandocumque præmoriretur Johannes Lucidus line hæredibus ut ſupra, tunc, & eo caſu medietas ipſarum terrarum, quæ ad eum deveniret, in ipſum Carolum, vel ejus filios transferatur, ita quod decedemibus, nt ſupra dictis Johanne Lucido, & Alexandro ſine hæredibus, tota portio Alexandro aſſigna-

ta

ANNO 1444. ta ad Carolum deveniat. Et quia aliena forte videretur hæc mea diſpoſitio, ſcilicet hanc totam portionem Alexandri ad Carolum pervenire, eſt advertendum quod ego conſideravi Ludovici partem pinguiorem & longe majorem eſſe, & meritò tum quia primogenitus eſt, tum reſpectu Imperialis Privileggii.

Item volo, jubeo, & mando, quod ſupraſcripti filii mei habere, tenere, & gaudere debeant poſſeſſiones, & Curias meas, & quas eis dediſſem, hac modo videlicet unusquisque ipſorum eas, quæ in terris, & locis ſibi aſſignatis ſitæ ſunt, licèt nunc aliter per eos teneretur.

Item volo, & jubeo, quod in quolibet caſu ſupraſcripto, ubi alter ex filiis meis deficeret ſine hæredibus Maſculis, & relictis filiabus Fœminis, quod illi ex filiis meis, qui ſuccederent illi præmortuo teneantur ipſas honorifice maritare, videlicet ille, qui dominabitur Mantuæ, pro duabus partibus, & alter, vel alteri pro reliqua tertia parte.

Item volo, & jubeo, quod ſupraſcripti filii mei videlicet Carolus, Johannes Lucidus, & Alexander, & ejus hæredes teneantur recognoſcere à Lodovico primogenito meo Terras, & loca, quæ ipſis aſſignavi de Marchionatu, & Territorio Mantuano, & alias ab illis, à quibus recognoſcendæ eſſent intelligendo de Lodovico, quam de hæredibus ſuis, qui Mantuæ dominabitur.

Item lego dictis filiis meis ſupraſcriptis, & cuilibet eorum illa debita, & credita, quæ tempore mortis meæ repetiar habere in illis terris, & locis, quas, & quæ cuique ipſorum aſſignavi pro parte ſua, ſalvo ſemper remanente eo, quod diſpoſui ſupra pro executione Legatorum, & Fideicommiſſorum meorum.

Item volo, mando, & jubeo hæredibus, & Fideicommiſſariis meis, quod omnes Inveſtituræ, & ſeu Privileggia, quæ ego recognoſco, ſeu quæ reperiar recognoſcere tempore mortis meæ tam a perſonis Eccleſiaſticis, quam ſecularibus & etiam de Marchionatu Mantuæ, & de omnibus Feudis tam Eccleſiaſticis, quam Imperialibus, & tam temporalibus, quam perpetuis renoventur, & renovari procurentur per meos hæredes, & Fideicommiſſarios communiter, & in perſonam omnium ſupraſcriptorum filiorum, & hæredum meorum, & quod per Fideicommiſſarios meos, quod in dictis renovationibus, & Inveſtituris fiat expreſſa mentio quod tam in Marchionatu prædicto Mantuæ, quam in aliis ſervetur in ſuccedendo modus per me in præſenti Teſtamento ordinatus, & deſignatus & ſi pur hoc obtineri non poſſet in impetratione, & renovatione Inveſtiturarum tenovandarum, nihilominus volo quod inter ſe ipſimet hæredes, & deſcendentes obſervent, & idem volo obſervari, ſi aliqua nova Inveſtitura deberet impetrari de aliquibus terris, & locis, quæ nunc teneo vel tempore mortis meæ tenere contigeret, ſeu ab Eccleſiaſtica perſona, ſeu dignitata; ſemper intelligendo, quod omnia iſta, ſeu renovatio, ſeu nova Inveſtitura peteretur, fiat expenſa, & ſumptus per eum, qui dominabitur Mantuæ.

Item volo, mando, ordino, & jubeo, quod ſi aliquis ſupraſcriptorum Natorum & hæredum meorum, (quod abominor) alter videlicet contra alterum machinaretur, ſeu perpetraret contra vitam, vel perſonam alterius, ultra maledictionem paternam, quam ex nunc eo caſu in eum infero, ſit privatus, & ex nunc eum privo omni beneficio, & ſucceſſione, & ſeu Legato, vel prælegato quæ, & quam ei in præſenti Teſtamento dediſſem.

Item lego, & relinquo Illuſtri Paulæ Conſorti meæ pro ſua habitatione illam partem Pallatii mei, quam ipſa elegerit, & poſſit mutare Lodramenta in dicto meo Pallatio, & rem eligere illam pro libito voluntatis ſuæ, & toties quoties ipſa voluerit.

Item volo, & jubeo, quod Lodovicus primogenitus meus, ſive hæredes ſui debeant reſpondere prædictæ Illuſtri Conſorti meæ toto tempore vitæ ſuæ omnem proviſionem, quam ipſa ſibi taxaverit, & ordinaverit, quam Conſortem meam dilectiſſimam rogo, & obſecro per eam dilectionem, & amorem quem ipſa erga me vivente geſſit, quod aliquo caſu, & aliqua via Mundi nollit relinquere filios noſtros, & ſtatum ipſorum, injungendo & præcipiendo expreſſe prædictis Natis, & hæredibus meis quod ipſum habeant in maximam reverentiam ut Dominam, & Matrem, & non recedant ab ejus monitis, & præceptis, & caſu, quo ipſi ſpernerent eam in verbis, vel in factis, ſciant, eos incuriſſe Maledictionem paternam, quam Maledictionem uſque nunc do ipſis, ſi præſens meum præceptum non ſervabunt, & quam volo ipſis eſſe perpetuam, ſalvo quod ſi ipſos penitebit malè egiſſe, & veniam petierint a prædicta Illuſtri Conſorte mea, & fecerint penitentiam juxta mandata ſua, & ſic de dicta inobedientia confeſſi fuerint, & fecerint penitentiam, tunc dictam Maledictionem revoco, & aliter non. ANNO 1444.

Item volo, & jubeo, quod ſi ſpectabilis miles Dominus Ubertus de Strotiis voluerit ad ſervitia Lodovici primogeniti mei, ſive hæredis mei, qui dominabitur Mantuæ ad Officium Conſilii, & pro Conſiliario ſtare, hæres meus, qui dominabitur ut ſupra ſibi dari, & reſponderi facere teneatur ſingulo menſe Ducatos viginti; Quem Dominum Ubertum, ut fideliſſimum meum ipſi meo hæredi recomitto. Et ſi caſus contingeret, quod propter infirmitatem ſeu ſenectutem ipſe non poſſet ſervire, volo quod dicta proviſio reſpondeatur ut ſupra toto tempore vitæ ſuæ.

Item licèt ſit naturale, & conveniens, quod habeantur cari, & amentur illi, qui ſunt conſanguinitate conjuncti, & faciendo oppoſitum ſit inhumanum & irrationabile ipſis hæredibus meis omnes meos conjunctos conſanguinitate ſecundum conditiones, & qualitates eorum ſtricte recomitto.

Item recomitto prædictis hæredibus meis omnes, & quoscumque, quos ego tenui ad ſervitia mea, & ſimiliter omnes qui ſteterunt ad ſervitia bonæ, & recolendæ Memoriæ Illuſtris quondam Domini Genitoris mei, eos exortando quod potius ad eorum ſervitia exerceant, & habeant provectos & probatos, quam alios novos, quoniam debent credere ipſi hæredes mei, quod prædictus quondam Illuſtris Genitor meus, & ego non tenuiſſemus ipſos ad ſervitia noſtra, niſi ipſi Beneficiis digni fuiſſent, & caſu quo fuiſſem begligens ad ipſum remunerandum ſervitores, bortor prædictos hæredes meos ad ſupplendum pro me erga ipſos.

Item Domini, & Salvatoris mei memor Charitatis immenſæ, quam de dilectione ſtatum irrefragabili cum eſſet è ſeculo tranſiturus Cordibus Diſcipulorum impreſſit, volo, quinimo mando Natis meis, & ei maximè qui Civibus, & Civitatis hujus præerit Dominio, ut ipſos omnes Concives meos quos utique Domicilium cordis mei ſemper caros pietate ſervavit ampleƈtantur, charitatis ſubſidio moniant, fuleiant Beneficiis, & eos clementer ſuſcipians recommiſſos, ipſos inſuper Concives meos, & Patritios meos pleno exoro effeƈtu ut filios meos humanitate foveant, clementia recipiant, & amicitia tueantur, ac eis conſilia tribuant, præſtentque ſubſidia quoniam talibus ſemper eos rexi, & Chriſti gratia dilexi.

Item cum Andreas de Gonzaga dicat, & conqueratur, ſe alias indebite privarum, & ejectum fuiſſe de poſſeſſione cujusdam Poſſeſſionis quam habuit, & nunc tenet ſpectabilis miles Dominus Guido de Gonzaga quondam Feltrini, volo, & jubeo quod de hoc diligens habeatur informatio, & ſi ita eſſe compertum fuerit, quod idem Andreas ad poſſeſſionem prædictam reſtituatur, & deinde jus & juſtitia partibus miniſtretur.

Item volo, jubeo, & mando, quod de bonis meis reſtituatur & reſtitui debeat dos ſua contenta in ejus Inſtrumento dotali Sorori Zenevriæ Uxori quondam Phebi de Salimbenis Camerarii mei.

Item licet Andreas de Mapheis Nobilis Veronenſis nullum hucusque habuerit Inſtrumentum, neque Decretum, neque poſſeſſionem Corriggii Vitidis in Cremonenſi, quam ſibi dedi, volo nihilominus, jubeo, & mando, quod eadem poſſeſſio ſua ſit, & eſſe debeat, aut quod loco illius ſibi detur, & aſſignetur alia poſſeſſio equivalentis pretii, & introitus.

Item volo quod ex libris meis in ſacra pagina deutur, & aſſignentur Fratribus Dominæ Stæ. Mariæ ab Angelis illi, quos Venerabilis Dominus Euſebius Abbas Sti. Benedicti dixerit, & ordinaverit, & ſimiliter Cæciliæ filiæ meæ.

Item volo, quod ſtatim poſt mortem meam Venerabilis Dominus Benignus Cannonicus Mantuanus, & Capellanus meus vice mea viſitet Eccleſias, & loca Sti. Bartholomei extra Portam Prædellæ Stæ. Mariæ ab Angelis Certuſinæ, & Dominæ Stæ. Mariæ de Gratia, & in ipſis locis quædam vota mea exſolvat, & adimpleat, & loco Stæ. Mariæ de Gratia offerat Ducatos decem auri, ſibi illico dandos, ut ordinavi.

Item volo, & mando, quod per hæredes, & Fideicommiſſarios omni inſtantia quæratur ab Illuſtriſſimo Domino Duce Mediolani exigi, & haberi omnes quantitates denariorum, quas ab ejus Eccellentia quacunque ratione, & cauſa habere debeo, & quod ipſæ omnes pecuniæ in toto, vel in parte, prout exactæ fuerint deputentur, & deputari, & exhiberi debeant ad ſatisfa-

ANNO 1444. tiendum, & pro ſatisfactione ſuprafcriptorum, & infraſcriptorum meorum Legatorum.

Item volo, & jubeo quod infra unum menſem a die obitus mei hæredes & Fideicommiſſarii mei mittant, & mittere debeant unum Calicem valoris Ducatorum centum offerendum Capellæ, ſeu Eccleſiæ, ubi Corpus Beati Bernardini de Senis ſepultum eſt pro uſu dictæ Eccleſiæ, ſive Capellæ.

Item cum his diebus præteritis ſentiens me hac periculoſa infirmitate laborare ſcripſerim S. D. Noſtro ſupplicans ejus Sanct. quod facultatem, & poteſtatem concedere dignaretur Venerabili Domino Euſebio Abbati Sti. Benedicti abſolvendi me a quibuscumque peccatis, & delictis meis, & eadem petitioni meæ benigne annuens hoc ipſum conceſſerit ſub hac conditione, ut ejus Brevi plane conſtat, quod vel me viveute, vel decedente Idem Dominus Euſebius deberet ad ejus Sanctitatem de omnibus informatus accedere, & ego proponerem mihi quæcumque ejus Sanctitas ordinaſſet, diſponeret fatienda cum dicto Domino Euſebio adimplere, exequi volo, jubeo, & mando, quod hæredes mei, videlicet eorum unusquiſque teneantur, & obligati ſint pro rata ſua quod ego non potui executioni mandare in omnibus, & per omnia, ut Sanctitas Domini Noſtri ſtatuerit, & ordinaverit cum eodem Domino Euſebio.

Item concedo Inelitæ filiæ meæ Cæciliæ, quod libere, & ſine contradictione alienjus hæredum meorum, poſſit ad ſuum beneplacitum Monaſterium ingredi, & profiteri, habito, & obtento prius Privileggio a Sede Apoſtolica modo, & forma, de quibus conſtat Venerabili Domino Euſebio Abbati Sti. Benedicti.

Item tenore præſentis Legati revoco, & revocatas eſſe volo quascumque acceſſiones, quas ego cuivis feciſſem de bonis pertinentibus ad Monaſterium Sti. Benedicti de Padolirono, & volo, atque mando, quod hæredes mei, & ille præſertim, qui Mantuæ dominabitur, teneatur ab eodem Monaſterio recognoſcere, & ſe inveſtiri facere de bonis quæ tenebunt ad dictum Monaſterium ſpectantibus, & maxime de Jurisdictione hominum, ita ut dictis Juribus, & Jurisdictione legitime uſi, & gaudere poſſint; dictumque Monaſterium, & Monacos ibi degentes, ejuſque Jura, & bona ſub eorum protectione, favore, & præſidio habere perpetuo, & pariter alia Monaſteria, & Fratres, & ſervos Dei in dictione mea, & illis auxilio, & favore pro poſſe ſemper aſſiſtere, & in omnibus commendatos habere.

Item abſolvo hæredes quondam Johannis de Avogadris olim Camerarii mei ab omnibus rationibus reddendis de denariis, & aliis, de quibus debitor reperiretur in quocumque loco ſeu Offitio pro ratione reddenda, ex quacumque cauſa, & ſic per hæredes meos nollo, quod ulla ſibi detur moleſtia.

Item volo, & jubeo quod legatæ, & Fideicommiſſa mea ſuprafcripta per Fideicommiſſarios meos executioni mandentur eo modo, & ordine, ut in præſenti meo Teſtamento expreſſum & declaratum eſt.

Item quoniam Alexander natus meus minor eſt, & ætatis non legitimæ, volo, quod donec compleverit vigeſimum primum annum nihil poſſit vendere, nec alienare aut de negotiis ſuis diſponere ſine conſenſu, & licentia Illuſtriſſimæ Conſortis meæ ejus Genitricis, & ipſa interim decedente, Lodovici nati meſ, ſub quorum cura, tutela, ac regimine eumdem Alexandrum in dicta minori ætate relinquo & eſſe volo.

Item volo, jubeo, quod omnia Decreta Civilitatum, & exemptionum per me conceſſa à principio Guerræ proxime præteritæ citra & poſtea per biennium jam elapſum de mandato meo ſuſpenſa nunc locum habeant, & eis uti, & gaudere poſſint illi omnes quibus conceſſa fuerunt, nonobſtante ipſa ſuſpentione de ipſis factis ut ſupra.

Fideicommiſſarios autem meos, & horum omnium meorum Legatorum & ultimæ diſpoſitionis Executores ordino, facio, relinquo, & eſſe volo Illuſtriſſimam Conſortem meam Paulam Marchioniſſam Mantuæ, Reverendiſſimum in Chriſto Patrem Dominum Epiſcopum Mantuanum, qui nunc eſt, vel pro tempore fuerit uſque ad ipſorum omnium Legatorum integram ſatisfactionem, nec non Venerabilem Dominum Euſebium de Mantua nunc Abbatem Sti. Benedicti de Padolirono non ut Abbatem, ſed ejus perſonam etiam quando Abbas non foret.

Item Venerabiles, ac ſpectabiles Dominos Conſiliarios meos, videlicet Dominum Carolum de Ubertis Archidiaconum Mantuanum, Dominum Franciscum de Folenghis Canonicum Mantuanum, Dominum Ubertum de Strotiis, Dominum Lucam de Vernaceis, Jur: Utr: Doctorem Mattheum de Corradis, & Johannem de Crema, volens, & mandans quicquid per ipſos pro dictorum omnium Legatorum, & ultimæ diſpoſitionis meæ executione actum, factum, concluſum, & deliberatum fuerit, locum habeat, & inconcuſſe ſervari, & adimpleri debeat. Et ſi aliquo caſu ipſi omnes præmiſſis intereſſe non poſſent, volo quicquid eorum majori parti placuerit exequi debeat perinde ac ſi per omnes concluſum, & deliberatum fuiſſet, neque propter aliorum abſentiam, vel defectum ipſorum Legatorum meorum, & ultimæ diſpoſitionis executio aliqualiter retardari vel impediri quo minus poſſit, ut per me ordinatum eſt.

ANNO 1444.

Sigillum mei Uberti.

Ego Ubertus de Strotiis Civis, & habitator Mantuæ dico, & aſſero me eſſe adhibitum in Teſtem præſenti Teſtamento facto per Illuſtr. & Ex. Dominum Johannem Franciscum Marchionem Mantuæ &c. ideo me propria manu ſubſcripſi, & meo ſigillo ſigillavi die vigeſimo tertio menſis Septembris 1444.

Sigillum mei Johannis.

Ego Johannes de Cremma Civis & habitator Mantuæ dico, & aſſero me eſſe adhibitum in teſtem præſenti Teſtamento facto per Illuſtr. & Ex. Dominum Johannem Franciscum Marchionem Mantuæ &c. ideo me propria manu ſubſcripſi, & ſigillo meo ſigillavi die Mercurii vigeſimo tertio menſis Septembris 1444.

Sigillum mei Arrivabeni.

Ego Arrivabenus de Beneduſiis Civis & habitator Mantuæ dico, & aſſero me eſſe adhibitum in teſtem præſenti Teſtamento facto per Illuſtr. Principem & Ex. Dominum Dominum Johannem Franciscum Marchionem Mantuæ &c. ideo me propria manu ſubſcripſi, & ſigillo meo ſigillavi die Mercurii vigeſimo tertio menſis Septembris 1444.

Sigillum mei Rolandi.

Ego Rolandus de Suardis Civis, & habitator Mantuæ dico, & aſſero me eſſe adhibitum in teſtem præſenti Teſtamento facto per Illuſtr. Principem, & Exceſſum Dominum Dominum Johannem Franciscum Marchionem Mantuæ &c. ideo me propria manu ſubſcripſi, & ſigillo meo ſigillavi die Mercurii vigeſimo tertio menſis Septembris 1444.

Sigillum mei Matthei.

Ego Mattheus de Toſabetiis Civis, & habitator Mantuæ dico, & aſſero me eſſe adhibitum in teſtem præſenti Teſtamento facto per Illuſtr. Principem, & Exceſſum Dominum Dominum Johannem Franciscum Marchionem Mantuæ &c. ideo me propria manu ſubſcripſi, & ſigillo meo ſigillavi die Mercurii vigeſimo tertio menſis Septembris 1444.

Sigillum mei Johannis Marci.

Ego Johannes Marcus de Rodiano Civis, & habitator Mantuæ dico, & aſſero, me eſſe adhibitum in teſtem præſenti Teſtamento facto per Illuſtr. Principem, & Exceſſum Dominum Dominum Johannem Franciscum Marchionem Mantuæ &c. ideo me propria manu ſubſcripſi, & ſigillo meo ſigillavi die, menſe, & millefimo ſuprafcriptis.

Sigillum mei Francisci.

Ego Franciscus de Calcagninis Civis, & habitator Mantuæ dico, & aſſero me eſſe adhibitum in teſtem præſenti Teſtamento facto per Illuſtr. Principem, & Exceſſum Dominum Dominum Johannem Franciscum Marchionem Mantuæ &c. ideo me propria manu ſubſcripſi, & ſigillo meo ſigillavi die, menſe, & millefimo ſuprafcriptis.

Omnimodi confert cum Originali ſcripto in Papyro ſeptem teſtibus, cum totidem Sigillis munito in ſecretiori Archiducali Mantuæ *Archivio aſſervato præſens Copia; prout ſic atteſtor*

Ego LUDOVICUS *Filius Nob.* H. OCTAVII DE MAZZIIS *Civis publicusque Imperiali auctoritate* Mantuæ *Notarius ac dicti Archidacatus ſecretioris Archivii Cancellarius. In quorum fidem hic me ſolita cum atteſtatione ſubſcripſi, hac die* 21. *Decembris* 1719.

Ita verum eſſe affirmo

Ego JOSEPH MARIA CASTILEONUS *ejusdem Archivii Præfectus, hac die* 22. *Decembris* 1719.

XCIV.

ANNO 1444. 24. Sept.

XCIV.

Churfürſt DIETRICHS zu Meyntz Conſens, in die Confirmation, welche **Kayſer FRIDRICH/ Churfürſt FRIDRICH** dem II. und ſeinen Brüdern/ über die Marck- und Chur-Brandenburg/ item über alle Ihre Brieffe auf Lehn/ Angefälle/ Zölle und andere Gerechtigkeiten/ gegeben hat. Geben zu Nürmberg am Donnerstag nach St. Mauritius Tag/ Anno 1444. [Information vom Urſprung und Verfolg des Königl. Preuſſiſchen und Marggräffl. Brandenburgl. Eventual Succeſſions Rechts an den Mechlenburgiſchen Reichs-Lehen/ in Beylagen ſub Lit. N. apud LUNIG in Grundveſte Europäiſcher Gerechtſamen Lib. I. Cap. III. Abſatz III. von Churbrandenb. pag. 497. ubi remittit ad ſuum Reichs-Archiv. Part. Spec. Abtheil. IV. Abſatz III. pag. 12.]

C'eſt-à-dire,

Conſentement de DIETRIC *Electeur de Mayence à la Confirmation accordée par l'Empereur* FRIDERIC, *à* FRIDERIC II. *Electeur de Brandebourg & à ſes Freres du Marc-Graviat & Electorat de Brandebourg, & de tous les Diplomes d'Inveſtiture, de Fiefs, d'Expectances, de Succeſſions, de Peages, & d'autres Droits obtenus par lui ou par ſes Prédeceſſeurs. A Nuremberg le Jeudi après la St. Maurice* 1444.

WIr Dietrich von Gottes Gnaden/ des heiligen Stuels zu Meintz Ertz-Biſchoff/ des heiligen Römiſchen Reichs in Deutſchlande Ertz-Cantzler und Churfürſte/ bekennen öffentlich mit dieſem Briefe/ So alsdann vor Zeiten der Allerdurchleuchtigſte Fürſt und Herr/ Herr Sigemund/ Römiſcher ꝛc. König/ zum Ertzen alß ein rechter Römiſcher König/ und auch darnach als ein vollkommener gekrönter beſtetigter Keyſer zue ſolcher Gedechtnuß etwan Herrn Friedrichen/ Marggraffen zue Brandenburgk/ des heiligen Römiſchen Reichs Ertz-Cammerern/ und Burggraffe zue Nurnberg/ auch ſeligen Gedechtnüs/ und ſeinen Erben die Marcke zue Brandenburgk mit dem Chur-Fürſtenthumb und Ertz-Cammerer Ampt gegeben und verſchrieben hat/ nach laut der Brieffe darüber gegeben/ Und nun aber der Allerdurchleuchtigſte Fürſt und Herr/ Herr Friederich/ Römiſcher König/ zue allen Zeiten Mehrer des Reichs/ Hertzog zu Oeſterreich/ zu Steyre/ zue Cernnen und zu Crain/ Grauſſe zue Tyrroll ꝛc. dem hochgebornen Fürſten/ Herrn Friedrichen/ Marggraffen zu Brandenburgh/ des heiligen Römiſchen Reichs Ertz-Cammerer/ und Burggraffen zue Nürmberg/ alß einem Churfürſten des heyligen Römiſchen Reichs/ unſerm beſondern Freunde und Mit-Churfürſten/ und Seinen Brüdern und Ihren Erben/ dieſelben Marcke zue Brandenburg von neues verſchrieben/ und Ihn auch alle andere Ihre Brieffe/ und Privilevia, Handveſſten/ Freyheiten/ Herligkeiten/ Herkommen/ alte Gewohnheiten/ Hand-Gerichte und Gerechtigkeiten/ wie die unſonderbar Nahmen haben mügen/ des Marggrafſthums zue Brandenburg/ und des Burggrafſthums zue Nurenberg verſchrieben/ verſiegelt und beſtenliget hat/ daß alles die Brieffe darüber gegeben/ unverbehalten und ausweiſen/ und alß Und dann/ alß einem Churfürſten des heyligen Reichs gebuerlich iſt/ Unſern Willen vollbort zu allen obgeſchriebenen Gaben/ Sachen und Brieffen zu geben/ darum ſo geben Wir unſern Willen/ Vollbort/ darzue/ confirmiren und beſtetigen das williglichen alß ein Churfürſte und Ertz-Cantzler des heyligen Römiſchen Reichs/ mit Krafft dieſes Brieffes/ in obgeſchriebener Maſſe alle Ihre Brieffe/ die Juen von dem obgenannten Unſeren gnedigſten Herrn den Römiſchen Königen/ inſonderheit über alle Ihre Lehn/ Angefelle/ Zolle/ und andere Gerechtigkeit und Freiheit gegeben worden ſeyn/ und in aller Weiſe und Forme/ wie das dem genannten Marggraff Friederichen/ alß einem Churfürſten des heyligen Römiſchen Reichs/ und ſeinen Brüdern auch Fürſten des Reichs/ und Iren aller Erben gebuerlich und not iſt/ ohne alles Geferde/ und des zue wahren Urkunde und Beſtantnüß/ haben wir obgenannter Dietrich Ertz-Biſchoff zue Meintz/ Unſer Inſiegel mit Wiſſen und gutem Willen an dieſen Brieffe heiſſen hangen. Der gegeben iſt zue Nurnberg nach Gottes Geburt Vierzehenhundert Jahre/ und darnach im Vier und vierzigſten Jahre/ am Donnerſtage nach Sanct Mauritius Tage.

(Mit einem anhangenden Siegel.)

ANNO 1444. 22. Oct. SAVOYE ET BAVIERE.

XCV.

Contract de Mariage, entre LOUIS *Duc de Baviere, &* MAROUERITE *de Savoye, fait le* 22. *Octobre* 1444. [S. GUICHENON, Hiſtoire Génealogique de la Maiſon de Savoye, Preuves. pag. 347.]

IN nomine Domini, Amen. Ex hujus veri & publici Inſtrumenti ſerie, modernis & poſteris uotum ſit. Quod hac ſolerti prævia deliberatione conſilii ſpeculantes Prælati Principes, & Orthodoxæ Fidei Cultores, videlicet *Illuſtriſſimi Principes Domini* LUDOVICUS *Dux Sabaudiæ, Chablaſii, & Auguſtæ, Sacri Romani Imperii Princeps, Vicariuſque perpetuus,* MARCHIO *in Italia, Comes Pedemontium, Gebennenſis; Baugiaci, Valentinenſis & Dienſis, Baro Vaudi, Foucignaci, & Bengeſii, Niciæque, & Vercellarum Dominus*; nec non Ludovicus Comes Palatinus Rheni, Sacri Romani Imperii Princeps, Electror & Archidapifer, ac Bavariæ Dux, qui licet conſanguinitatis gradu juuſti ſint, animadvertentes tamen Zelum Fraternum inter Inclitiſſimos Principes ipſorum Progenitores diutiùs continuatum affectantes, itaque ſuorum inhærendo veſtigiis Progenitorum, hujusmodi diutiùs continuata affinitatis fœdera, quæ fluentis temporis progreſſus jugiter elongat, propagare pariter & augere. Idcirco his & aliis juſtis & laudabilibus moti conſiderationibus; propter infra ſcripta ſpecialiter perageuda in Civuate Maguntina, præſentibus Dominis Teſtibus, ac nobis Secretario, Notariſque & Tabellionibus publicis ſubſcriptis, Perſonaliter conſtituti Illuſtriſſimus Princeps Dominus Otho Comes Palatinus Rheni, & Bavariæ Dux, præfati Domini Ducis Ludovici Comitis Palatini Rheni Patruus ex una; nec non Reverendiſſimus in Chriſto Pater Dominus Joannes de Grolea Apoſtolicæ Sedis Protonotarius, & Vicecamerarius, Adminiſtratorque perpetuus præpoſituræ Montis-jovis, Procuratores, & Procuratoris nominibus eorundem Illuſtriſſimorum Dominorum Principum Bavariæ, & Sabaudiæ Ducum; conſtantibus ipſorum Dominorum Ducis Otthonis; & Vicecamerarii Procuratorum Litteris patentibus, quarum tenores de verbo ad verbum inferius inſeruntur partibus ex altera. Ipſis namque Partibus ſeu verius ipſarum Procuratoribus præcipuè per ſolertem interpoſitionem, ac ſinceram perſuationem Reverendiſſimorum in Chriſto Patrum, ac Illuſtriſſimorum Dominorum Jacobi Trevereníis per Galliam & Regnum Arelatenſe, ac Theodorici Colouienſis Eccleſiarum Archiepiſcoporum ac Weſtphaliæ, & Angariæ Ducis per Italiam, Sacri Romani Imperii Principum, Electorum, & Archicancellariorum tractantibus & invicem conferentibus de Matrimonio inter *Sereniſſimam Dominam Margaretam de Sabaudia, Jeruſalem & Siciliæ Reginam, Sororem præfati Illuſtriſſimi Domini Ducis Sabaudiæ*, & memoratum Illuſtriſſimum Dominum Ludovicum Ducem Bavariæ Deo, ac ipſius Sancta Matre Eccleſia annuentibus fœliciter contrahendo, unaniniter & ſponte, mutuis & ſolemnibus ſtipulationibus hinc inde iutervenientibus, ad laudem Supremi Patris, & Almæ Virginis Glorioſæ ejus Matris, quæ ſolo verbo fœcunda extitit, fecerunt, inierunt & contraxerunt Matrimoniala fœdera, pacta, conventiones, & tractatus quæ ſequuntur. In Primis quidem Illuſtriſſimus Princeps Dominus Ludovicus Sacri Romani Imperii Princeps, Electror, & Dux Bavariæ accipiet in Uxorem ſuam legitimam Sereniſſimam Dominam Margaretam de Sabaudia, Jeruſalem & Siciliæ Reginam, & recipiet ipſa eum in ejus Virum, & Sponſum legitimum, ſeque in facie Sanctæ Matris Eccleſiæ deſponſabunt ut infra ſcribitur: Videlicet, quod Illuſtriſſimus Princeps Dominus Ludovicus Dux Sabaudiæ præfatus pro dote ejusdem Margaretæ eidem Illuſtriſſimo Principi Domino Duci Bavariæ conſtituet Summam centum & viginti quinque millium florenorum Renenſium, & hoc pro dote omnique jure, parte, portione, quarta legitima, & alia qualibet reclamatione ſibi qualitercumque competentibus, & competituris in bonis ſuis Paternis, Maternis, Fraternis & Sororinis, ſalva tamen ſemper & remanente eidem Dominæ Margaretæ legitima ſucceſſione, prout de Jure communi aliis non extantibus liberis in futurum adveniente. Quæ quidem ſumma dotalis eidem Dominæ Sponſæ ſolvetur modo ſequenti; Scilicet in adventu præfatæ Dominæ Margaretæ in Baſiles quinquaginta millia florenorum ſimilium, Reſiduum verò ad tres annos à tempore transductionis ejusdem Dominæ immediatè ſequentis

LUDOVICUS Regis Francorum Primogenitus Delphinus Viennenſis. Notum facimus univerſis præſentibus pariter & futuris, quod cum verteretur ſeu verti formidaretur controverſiæ materia inter nos ex una, & Illuſtrem conſanguineum noſtrum LUDOVICUM Sabaudiæ Ducem partibus ex altera; ex eo quod prætatus conſanguineus noſter dicebat & proponebat Comitatus Valentinenſem & Dienſem cum ipſorum pertinentiis univerſis ſibi pertinere debere, ex diſpoſitione Teſtamentaria dilecti conſanguinei noſtri Ludovici de Pictavia Valentinenſis & Dienſis quondam Comitis, ex ſecundo gradu inſtitutionis per eum factæ in ejus Teſtamento de perſona Ducis Sabaudiæ ipſius Ducis moderni conſanguinei noſtri genitoris, cujus inſtitutionis conditionem aſſerebat eveniſſe plnribus mediis per ipſum, ſeu ipſius nomine ſpecificatis & declaratis, & propterea quod loca, Caſtra, Villæ, & aliæ res quæ & quas tenemus ſeu alii ſub noſtra protectione de ipſis Comitatibus, debebat ſibi relaxari & expediri, petendo & requirendo eum maxima inſtantia, ita ſibi fieri, offerendo quod habita pacifica poſſeſſione prædictorum locorum, Caſtrorum, Villarum, & aliorum membrorum dictorum Comitatuum paratus erat, tam erga Metuendiſſimum Dominum meum quam nos, facere quidquid debebat & tenetur ad cauſam ſendi, ob quod prædictis Comitatibus poteſt eſſe altrictus. Ex adverſo pro parte noſtra diceretur & proponeretur, quod imo dicti Comitatus Valentinenſis & Dienſis nobis pertinent & pertinere debent ex primo inſtitutionis gradu, in Teſtamento dicti quondam Ludovici de Pictavia conſanguinei noſtri Comitis Valentinen. & Dien. deſcripto, in quo Delphinus Vienn. quisquis ſit, ſuit hæres univerſalis inſtiturus, negando præſcriptam conditionem adjectam in ſecundo ſubſtitutionis gradu eveniſſe. Et ulterius quòd præfatus conſanguineus noſter Dux Sabaudiæ pro Terra & Baronia Foucigniaci, ac aliis pluribus Caſtris, Villis, locis, feudis, retrofeudis, tradxis in excambium, permutatis, & etiam aliis infeudatis, ſeu feudum per bonæ memoriæ Illuſtrem Principem Dominum Carolum primogenitum Sereniſſimi Domini Joannis Francorum Regis Delphinum Viennenſem, noſtrumque proavum, & cum aſſenſu & auctoritate ejusdem præfati Sereniſſimi Regis Joannis noſtri avi, Illuſtri quondam Domino Amedeo tunc Sabaudiæ Comite proavo præfati conſanguinei noſtri Ludovici Ducis Sabaudiæ nobis erat aſtrictus ad feodum, fidelitatem & homagium juxta modum & formam in litteris ſupradictis excambii factis contentos & deſcriptos; cujus feudi recognitionem & fidelitatis juramentum præſtari nobis petebamus. Atque pro parte ipſius conſanguinei noſtri replicabatur: quod noſtris minime obſtantibus propoſitis, conditio inſtitutionis factæ de prædicto Duce Sabaudiæ præfati noſtri conſanguinei genitoris in Teſtamento dicti Ludovici de Pictavia Valent. & Dienſis Comitis, extitit purificata per media jam ipſius ex parte propoſita, quæ latius, dum opus foret, declarabitur. Quamobrem eidem noſtro conſanguineo prædicto Duci Sabaudiæ pertinent & pertinere debent, ut aſſerebatur, ipſi Comitatus. Et quia reſpectu dictorum feudorum Foucigniaci, & aliorum locorum & terrarum in excambium permutationem in feudum datorum ſeu datarum, paratus erat facere ea ad quæ rationabiliter teneretur, pariterque Comitatuum prædictorum Valentin. & Dienſ. habita omnium Villarum, Caſtrorum, & membrorum ipſius Comitatus pacifica poſſeſſione, pluraque alia hinc inde dicerentur & proponerentur: tandem conſiderantes nos & dictus conſanguineus Dux Sabaudiæ modernus conſanguinitatem & affinitatem, quibus ad invicem conjunguntur, mutuum & ſincerum amorem Domorum Franciæ atque Delphinatus & Sabaudiæ ab antiquitate jam longæva, cupientes via amicabili omnem ambiguitatis & contentionis materiam occaſione præmiſſorum inter nos tollere. Et ut pax & finis apponatur negotio & diſcordiarum tollatur omnis occaſio atque ſopiatur, nos & ipſe conſanguineus noſter Dux Sabaudiæ prænominatus, ſeu noſtri Commiſſarii Communes Procuratores ad hoc deputati, noſtrisque juſſu & præcepto expreſſi, & quorum factum habuimus & habemus ratum & gradatum, de autoritate, beneplacito, conſenſu & voluntate prædicti Domini mei Metuendiſſimi, ſcimus, immunivimus, captavimus, appunctavimus & concordavimus, concordiamque, tranſactionem, accordium & appunctuamentum de præmiſſis ſecimus in modum qui ſequitur. Et primò ipſe præfatus conſanguineus noſter Dux Sabaudiæ pro ſe & ſuis hæredibus ac ſucceſſoribus quibuscumque, pro nunc in futurum credit, quittat, tranſfert & transmittit nobis, & noſtris ſucceſſoribus Delphinis, pro nobis & præfatis ſucceſſoribus noſtris, omne & quidquid juris, actionis, rationis, petitionis, dreituræ, partis, proprietatis & poſſeſſionis habet, ſeu ſibi competere poteſt & debet occaſione dictæ inſtitutionis in ſecundo gradu, ſibi aut ſuo parti factæ, aut aliis quovismodo in ipſis Comitatibus Valent. & Dien. ipſorumque pertinentiis & dependentiis quibuscumque: volens ut de ipſis juribus, actionibus, rationibus, petitionibus, dreituris, proprietatibus & poſſeſſionibus & aliis quibuscumque rebus, nobis & ſucceſſoribus noſtris per eum eesdis, quittatis & remiſſis, agere & excipere, nosque & ſucceſſores noſtri eisdem rueri poſſimus, quemadmodum ipſe ante hanc ceſſionem, quittationem & remiſſionem facere poterat & potuiſſet: conſtituens nos in eisdem procuratorem in rem noſtram propriam & in locum ſuum in eisdem juribus, actionibus, & rationibus per eum in ipſis Comitatibus prætentis, nobis & ſucceſſoribus noſtris ceſſis, quittatis & remiſſis, nos & dictos ſucceſſores noſtros ponendo, nihil juris, actionis, rationis vel alterius relevationis in eisdem retinendo, ſed in nos & noſtros ſucceſſores totaliter transferendo, nosque de eisdem præſentium lineæum traditione inveſtiendo: promittens inſuper caſtrorum de Bair, Surbatii, Ponſini, Chalanconis, & omnium aliorum locorum, terrarum, ceterarumque rerum, quæ & quas ipſe tenet, ſeu ſub ejus manu tenentur & poſſidentur in dictis Comitatibus, ſeu occaſione dictæ inſtitutionis in ſecundo gradu factæ, aut alias poſſeſſionem naturalem, civilem, realem, actualem & corporalem nobis ſeu noſtris Nunciis ſufficientem poteſtatem aut mandatum à nobis habentibus, tealiter & de facto tradere & expedire, ſeu tradi & expediri facere intra ultimum diem menſis Maii proximè futuri, ceſſantibus minimeque obſtantibus difficultatibus altercationibus & controverſiis quibuscumque; eidem tamen conſanguineo noſtro reſervatis fructibus retroacto tempore per eum & ſuos prædeceſſores & Officiarios, in & de dictis Comitatibus, Caſtris, Villis, locis & rebus, quæ ipſorum tenuerunt manibus percepti absque aliqua reſtitutionis de illa unquam fienda. Item dictum, actum & conventum fuit inter nos & dictum conſanguineum noſtrum, eidemque conſanguineo noſtro accordavimus & cuncteſſimus, quòd omnes & ſinguli proceſſus, inquiſitionales condemnationes & expleta facti & facta contra quascumque perſonas cujuscumque conditionis fuerint, in Curiis Delphinatus & dictorum Comitatuum, quæ tenuerunt & foverunt partem præfati conſanguinei noſtri in dictis Comitatibus Valentin. & Dienſi & ſine couſtu caſſantur & annullantur, & pro caſſis, nullis & irritis habeantur, ita quod de cetero nulla moleſtia vel inquietatio eisdem perſonis poſſit vel debeat fieri: mandantes ex nunc Gubernatori, Conſilio, & ceteris Officiariis Delphinalibus & dictorum Comitatuum, quod ita faciant absque difficultate quacumque. Ulteriusque inter nos & dictum conſanguineum noſtrum Ducem Sabaudiæ actum & conventum exitit, quod ipſe teneatur & debeat Nobis, ſeu Nuncio noſtro aut Procuratori mandatum ſufficiens & poteſtatem à nobis habentem recipiendi, recepiſſe confitendi, acquittationem dandi, & liberatam faciendi, dare ac ſolvere, & realiter & de facto expedire & tradere in Civitate Gebennenſi ſummam quinquaginta quatuor millium ſcutorum auri ponderis ſexaginta decem pro marca per terminos infra ſcripros, videlicet in nundinis Paſchæ proximæ viginti quinque millia ſcutorum auri, & in nundinis menſis Auguſti proximè ſequentis viginti mille ſcuta auri, & in nundinis feſti Omnium Sanctorum proximè inde ſequentis, novem mille ſcuta auri; quæ ſummæ aſcendunt ad dictam ſummam quinquaginta quatuor millium ſcutorum auri ponderis ſupradicti. Item nos Delphinus memoratus de conſenſu & autoritate prædictorum, præmiſſis mediantibus, & ex cauſa præſentis concordiæ & transactionis, pro nobis & ſucceſſoribus noſtris ex nunc in futurum cedimus, quittamus, transferimus, & perpetuò remittimus prætato conſanguineo noſtro Duci Sabaudiæ, pro ſe & ſuis hæredibus & ſucceſſoribus univerſis ſeudum, fidelitatem, & homagium, ad quæ ipſe nobis tenetur & teneri poteſt & eſt altrictus pro dictis Terra & Baronia Foucigniaci ac aliis Caſtris, Villis, locis, ſeudis, retroſeudis, & rebus ceteris quibuscumque in excambium & permutationem, & etiam alias in infeudationem prædictorum dicto Amedeo quondam Sabaudiæ Comiti, ipſius moderni Sabaudiæ Ducis pro-

ANNO 1445.

ANNO 1445. vò traditis per dictum Serenissimum Dominum Carolum Delphinum Viennensem nostrum proavum, ac quicquid juris, rationis, drituræ, proprietatis, aut alterius reclamationis in eisdem feudo, fidelitate, homagio, ac rebus quibuscumque de ipso feudo moventibus, aut movere valentibus habemus & habere possumus, nos devestientes pro nobis & nostris successoribus quibuscumque de eisdem feudo, fidelitate & homagio, ac omni jure directi Dominii, & alio quocumque, quod habere possumus quovismodo in rebus, Castris, Villis, & locis de ipso feudo moventibus, occasionibus supra dictis; dictumque consanguineum nostrum Ducem Sabaudiæ de prædictis præsentium traditione investiendo, nihilque juris, actionis, rationis, partis, proprietatis, aut alterius reclamatione in præmissis & quolibet eorum retinendo; sed illa omnia in præfatum consanguineum nostrum Sabaudiæ Ducem totaliter transferendo, ipsum etiam in eisdem juribus feudi, fidelitatis, homagii, & directi Dominii rerum prædictarum & aliis quibuscumque Procuratorem in rem suam propriam constituendo, & in locum nostrum ponendo & inducendo. Item actum extitit & conventum inter nos memoratum Delphinum, & Illustrem consanguineum nostrum Ducem Sabaudiæ prædictos, quod etiam occasione remissionis dictorum homagii, feudi, & fidelitatis Terræ Baroniæ Fouciguiaci ceterorumque in excambium datorum & aliorum infeudatorum dicto quondam Sabaudiæ Comiti, teneatur & debeat ipse Dux nos quittare & liberare, nosque quittat & liberat, cum pacto de ulterius à nobis vel nostris successoribus aliquid non petendo de summa trium millium ducatorum, in quibus eidem consanguineo nostro tenemur ex causa mutui nobis gratiosè facti, ut apparet per cedulam manu nostra signatam. Item actum fuit & conventum inter nos & dictum consanguineum nostrum, quod nos tenebimur & debebimus per Officiarios Cameræ nostræ Computorum Gratianopol. perquiri facere omnia & singula instrumenta & informationes, dictam Terram & Baroniam Fouciguiaci & alia Castra, Villas, Terras, loca, feuda, retrofeuda, & alias quascumque res in dictis permutationibus, excambiis & infeudationibus expressas & designatas, concernentia & concernentes, præsente aliquo parito ad hoc parte dicti consanguinei nostri Sabaudiæ Ducis deputando, & alias ac illa tradere tradique & expediri facere præfato consanguineo nostro seu ejus Nuncio ad hoc potestatem habenti, infra sex menses à data præsentium immediatè sequentes. Et pariter fiet ex parte consanguinei nostri Ducis Sabaudiæ respectu instrumentorum & informationum concernentium dictos Comitatus Valentinen. & Dieuf. in Crota fua Chamberiacensi aut alibi existentium, quorum & quarum fiet nobis, aut Nuntio nostro, liberatio & expeditio modo & forma superius tactis. Quæ omnia supra & infra scripta volentes nos præfatus Delphinus nostri ex parte adimplere, promittimus bona fide & in verbo Principis, in quantum nos tangit & tangere potest, stipulante etiam subscripto nostro Secretario Regioque Notario, nomine & ad opus ipsius consanguinei nostri Sabaudiæ Ducis, & suorum ac omnium & singulorum quorum interest, aut interesse poterit in futurum, nos perpetuo tenutos & observaturos, & nunquam contra ea directè vel indirectè venire, nec alicui contravenire volentes quovismodo consentire, sub obligatione & expressa hipotheca omnium & singulorum bonorum, &c. In quorum Testimonium præsentes Litteras fieri jussimus & nostro sigillo sigillari. Datum Bayonæ tertia die mensis Aprilis, anno Domini 1445. *Ainsi signées*, per Dominum Delphinum in suo Consilio, in quo erant Domini de Castillione, de Bueil, d'Estissac, du Plessis, de Bosfrogues, de Targe, Magister Regnerius de Boulligny, & plures alii, Bochetel.

ANNO 1445. gé, & accordé sur lesdits debats en certaine forme & maniere, plus à plein contenuës és Lettres sur ce faites; savoir faisons, que vûes par nous lesdites Lettres, & en sus icelles grand avis & meure deliberation, lesdites Lettres & le contenu en icelles, de nôtre certaine science avons loüé, ratifié, aprouvé, & confirmé, & par la teneur de ces presentes, loüons, ratifions, aprouvons & confirmons, & accordons de point en point selon leur forme & teneur. Si donnons en mandement par ces presentes à nos amez & feaux Conseillers les Gens de nôtre Parlement, de nos Comptes, & Tresoriers de Paris, au Senéchal de Baucaire, Baillis de Vivarois & de Valentinois, & à tous nos autres Justiciers, ou leurs Lieutenans, & à chacun d'eux, si comme à lui apartiendra, que lesdites Lettres dessus transcrites, & le contenu en icelles, ils tiennent & fassent tenir & garder sans les enfreindre, ni souffrir aller aucunement à l'encontre. Car ainsi nous plaît-il, & voulons être fait par ces presentes, ausquelles en témoin de ce nous avons fait mettre nôtre scel. Donné à Chinon au mois d'Avril, l'an de grace 1445. & de nôtre Regne le vint quatrieme. Par le Roi, Giroudeau.

CI.

Rescriptum FRANCISCI FOSCARI *Ducis Venetiarum ad Locumtenentem suum Provinciæ Forijulii, circa Transactionem cum* LUDOVICO *Aquilejense Patriarcha nuper sanctam, & ejus observationem. Datum* 28. *Julii* 1445. 28. Juill.

[FERDIN. UGHELL. Italia Sacra. *Aquilejenses Patriarchæ*, Tom. V. col. 140. prior. Edit. *Rom.* & col. 123. ult. *Venet.* Anno 1720.]

FRANCISCUS FOSCARUS *Dei Gratia Dux Venetiarum &c.*

NOBILIBUS & Sapientibus Viris Matheo * Victori de suo Mandato Locotenenti Provinciæ Forijulii, & successoribus suis, fidelibus, dilectis, & dilectionis affectis. Sicut vobis notissimum esse patet, devenimus ad transactionem, & conclusionem (1) Transactionis, & concordiam dudum practicatam, cum Reverendissimo Domino Cardinali Aquilejensi Camerario Apostolico, in facto Patriarchatus & Patriæ Aquilejensis. Per quam Transactionem (a) illi damus & libere relaxamus Terras Aquilejæ, Sancti Danielis, Sancti Viti, & eorum Dominium in spiritualibus, & temporalibus, sicut per alias nostras, & per copiam instrumenti videre poteritis. Verum vobis declaramus, & mandamus, quod omnes Jurisdictiones, Jura & Consuetudines Capitulorum & Canonicorum Aquilejen. Civitatcn. & Utinen. observetis, & faciatis inviolabiliter observari, sicut & alias vobis, & prædecessoribus vestris scripsimus & mandavimus. Nam per hanc Concordiam & Transactionem, dictis eorum privilegiis, jurisdictionibus, & consuetudinibus in nihilo derogatur, imo volumus quod (b) ea manuteneantur & observentur, sicut temporibus Patriarcharum præteritorum, & tempore nostri Dominii usque ad hodiernum diem conservatæ fuerunt, & si forte aliquid innovatum, vel immutatum esset, faciatis in pristinum statum & conditionem omnino restitui, ac per futura tempora observari. Datum in nostro Ducali Palatio die 28. Julii Indict. 8. Anno 1445.

* *Al.* Victuri.

(a) *Al.* Cla.

(b) *Al.* cla.

CII.

Communitatis Florentiæ Assecuratio LUDOVICO *Marchioni Mantuæ data, de non offendendo Terras, Urbes, & Oppida ejus, intrà annum post stipendium suum absolutum. Dat. Florentiæ die* 28. *Januarii* 1446. [Pièce Authentique, tirée des Archives Archiducales de Mantouë.] 1446. 28. Jan.

PRIORES Artium, & Vexillifer Justitiæ Populi, & Communis Florentiæ. Illo. & Mago. Domino Domino

(1) Cette Transaction fut faite en 1444. entre *Louis de Scarampe Mezarota*, Patriarche d'Aquilée & Cardinal de la sainte Eglise, & les *Venitiens*. Elle contenoit une cession générale de tout le Temporel du Patriarchat à la Republique, moyennant une Pension annuelle de trois mille Ecus d'Or, & la Restitution des Terres d'*Aquilée*, de St. *Vitus*, & de St. *Daniel*. C'est ce qu'on apprend du meme *Ughellus*. La Transaction manque. [Du M.]

Ratification du susdit Traité, par CHARLES VII. *Roi de France, Pere de* LOUIS XI. *à Chinon, au mois d'Avril* 1445.

CHARLES par la grace de Dieu, Roi de France. Savoir faisons à tous presens & à venir, comme à l'occasion des Comtez de Valentinois & de Diois, plusieurs grands debats, questions & controverses aient été pieça meus entre nous, lors que tenions le Dauphiné en nos mains, d'une part. Et nôtre tres-cher & tres-amé Cousin le Duc de Savoie d'autre. Et depuis que avons ledit Dauphiné baillé à nôtredit tres-cher & tres-amé Fils le Daufin de Viennois, entre nôtredit Fils d'une part, & nôtredit Cousin d'autre; entre lesquels nosdits Fils & Cousin ait puis nagueres pacifié, transi-

ANNO 1446. Domino Ludovico Marchioni Mantuæ Fratri, & Amico noſtro cariſſimo ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum. Quanquam tanta inter nos ſit caritas, & benevolentia, ut nefas quodammodo ſit ſuſpicari, non ſolùm Bellum, verùm etiam minimam discordiam inter nos excitari poſſe, tamen cum exemplum Litterarum Ill^mæ. Dominatus Venetorum legiſſemus quo ita promittebatur à dicto Dominatu ſe contra veſtram Excellentiam, contrave ejus Urbes, contra denique Oppida, Locave intra annum finito veſtro ſtipendio, finitoque tempore, per quod noſtræ Ill^mæ. Societati militaveritis non eſſe venturum, ut à Veſtra Excellentia in federe, & pactis noſtris, Venetorumque Reipublicæ promiſſum eſt, per id tempus contra neminem noſtrum, eorumve Loca ſe eſſe facturum, non alienum duximus hoc idem ſcribere, promittere, & approbare. Sicque ſpondimus, promittimus, ratumque haberi volumus, fore ut nihil per id tempus annuum finito Veſtro ſtipendio contra Veſtram amicitiam, ejuſve Statum, & amplitudinem, noſtra Resp. temptet, paret, aut molietur. Quam Epiſtolam Teſtimonii, & fidei publicæ vim habere volumus: Itaque in ejus calce noſtri Palatii conſuetum Sigillum impreſſimus. Datum Florentiæ die XXVIII. Januarii M CCCC XLVI.

L. S.

(B. L.)

Cum ejus Originali ſic ut ſupra expedito in membrana conſcripto, ac in Archiducali ſecretiori Mantuæ *Archivio adſervato, ſed ut verius in Papyro conſcripto, præſentem ſumptam Copiam omnimò conferre atteſtor,*

Ego LUDOVICUS *Nob. olim* H. OCTAVII DE MAZZIIS *filius Civis publicusque Imperiali auctoritate* Mantuæ *Notarius ac dicti ſecretioris Archiducalis Archivii Cancellarius hic me pro fide ſolita cum atteſtatione ſubſcripſi hac die* 31. *Januarii* 1720.

Ita verum eſſe affirmo

Ego JOSEPH MARIA CASTILEONUS *ejuſdem Archivii Præfectus, hac die prima Februarii* 1720.

CIII.

30. Janv. FRANCISCI FOSCARI *Venetiarum Ducis Aſſecuratio* LUDOVICO *Marchioni Mantuæ facta de non offendendo Terras ſuas, neque amicitiam ſuam per tempus unius anni poſt Stipendium ejus abſolutum. Dat. in Ducali Palatio* (1) *die penultimo Januarii Anno* 1446. *Indictione* X. [Pièce Authentique, tirée des Archives Archiducales de Mantouë.]

FRANCISCUS Foſcari Dei Gratia Dux Venetiarum &c. Illuſtri, & Magnifico Domino Lodovico Marchioni Mantuæ filio noſtro cariſſimo ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum. Singularis eſt noſtra erga Excellentiam veſtram affectio cum Illuſtrem Magnificentiam Veſtram, ac Magnificorum Germanorum veſtrorum in filios cariſſimos habeamus, & continuis temporibus habere intendamus, & maxima animi cum ſinceritate, amore, & dilectione devenimus una cum Spectabile Diotefalvo, Oratore Magnificæ Communitatis Florentiæ ad concluſionem Conductæ veſtræ ad ſervitia, & ſtipendia Ligæ noſtræ ult. præfatæ Magnificæ Communitatis Florentiæ & noſtra, cum potiſſimè firmiſſima ſit nobis ſpes Excellentiam Veſtram nedum per tempus in Conducta prædicta expreſſum. Sed quoad vixit & ſubſequenter Illuſtres natos, & deſcendentes ſuos in vera unione filialique erga nos amore, & benivolentia ſe conſervaturos & quanquam adeo latiſſime noſtram ſinceriſſimam mentem, & amore ad Excellentiam veſtram quanquam firmus paterne erga illam diſpoſiti, Spectabili Oratori Veſtro Domino Lucæ de Varnaciis Juris utriusque Doctori declaraverimus ut non neceſſarium arbitremur aliam facere declarationem, ut tamen ex omni parte notiſſima ſit noſtra paterna caritas ex nunc dicimus, & tenore preſentium declaramus quod ſicuti per capitula nuperimè inter ligam noſtram predictam & Vos concluſa promiſiſtis, & obligatus eſtis quod ipſam Ligam, & loca ſua non venire per tempus, & terminum unius anni poſt firmam veſtram, & ſucceſſivè veſtris Patentibus Literis quum Magnifici Domini Johannes Lucidus, & Alexander Germani veſtri hoc iddem facient ult. quod ſimiliter per terminum unius anni poſt complementum firme veſtræ contra nos vel loca noſtra non venient vel attentabunt, Ita & nos promittimus Illuſtrem Magnificentiam veſtram & loca ſua, ne præfatos magnificos Dominos Johannem Lucidum, & Alexandrum, & eorum Terras, & Loca Magnifici Domini Caroli ſimiliter Fratris veſtri, quas, & quæ in protectionem per Capitula Conductæ veſtræ una cum Magnifica Communitate ſumpſimus non offendere, nec aliqualiter offendi facere. In quorum fidem preſentes fieri juſſimus, & bulla noſtra plumbea pendente muniri. Datum in noſtro Ducali Palatio, die penultimo Januarii; Indictione decima M. CCCC. XL. ſexto.

L. S.

Cum Originali in pergamena ſcripto, ac bullo plumbeo cum cordulis cannabaceis pendente munito, ſic ut ſupra expedito, in ſecretiori Mantuæ *Archiducali Archivio adſervato præſentem ſumptam Copiam omnimò concordare atteſtor*

Ego LUDOVICUS *Nob. olim* H. OCTAVII DE MAZZIIS *filius Civis publicusque Imperiali auctoritate* Mantuæ *Notarius ac dicti Archivii ſecretioris Cancellarius. in quorum fidem hic me ſolita cum atteſtatione ſubſcripſi hac die* 29. *Januarii.* 1720.

Ita verum eſſe affirmo

Ego JOSEPH MARIA CASTILEONUS *ejuſdem Archivii Præfectus, hac die prima Februarii* 1720.

(1) Cette date eſt fauſſe; du moins à l'égard de l'Indiction, dont l'année X. ne concourt pas avec l'année 1446. Celle du penultième Janvier ne s'accorde pas non plus avec celle du 29. marquée dans la Piece précedente. Car s'il eſt vrai que les Lettres d'Affurance, dont on parle par la Seigneurie de Veniſe au Marquis de Mantouë, n'ayent été faites que le 30. Janvier, comment pourroit on les avoir vûes à Florence le 28 du même mois? Cependant la Seigneurie de Florence le dit dans les formes en termes formels. (DUM.)

ANNO 1446.

CIV.

5. Fevr. LE PAPE ET L'ALLEMAGNE. *Conceſſion du Pape* EUGENE IV. *accordée à la requête de l'Empereur* FREDERIC III. *pour faire exécuter en Allemagne, les Decrets du Concile de Bâle acceptez par le Roi* ALBERT, *juſques à ce qu'ils ſoient moderez. A Rome le 5. de Février* 1446. [G. G. LEIBNITZ, Codicis Diplomatici pag. 391. MULLERI, Reichs-Tags Theatrum, pag. 351.]

EUGENIUS, Epiſcopus, Servus Servorum Dei, ad futuram rei memoriam. Ad tranquillitatem & commoda omnium Chriſti fidelium, & præſertim Nationis Germanicæ, quam Apoſtolica Sedes ſingulari affectione proſequitur, diligenti ſtudio intendentes, ea libenter concedimus, per quæ ipſius Nationis perſonarum quieti & commoditatibus conſulatur.

2. Sane ad inſtantiam cariſſimi in Chriſto filii noſtri FREDERICI Romani Regis, Illuſtris & venerabilis Fratris noſtri Theodorici Archiepiſcopi Maguntin. ac dilecti filii nobilis Viri Fridcrici Marchionis Brandenburgenſis per alias noſtras Litteras nonnulla circa Concilium Conſtantienſe ejusque Decreta, nec non futuri convocationem Concilii mentem noſtram concernentia declaravimus, prout in ipſis Literis plenius continetur. Super aliis autem Decretis Baſileæ editis, & per claræ memoriæ quondam Albertum Roman. Regem acceptatis, ex quorum obſervantia Natio Germanica præfata ex pluribus gravaminibus dicitur relevari; contenti ſumus, volumus ac decernimus, quod omnia & ſingula vigore Decretorum hujusmodi cum ſuis modificationibus acceptatorum, per eos, qui illa acceptarunt, vel acceptantibus in natione præfata adhæſerunt uſque in præſentem diem quomodolibet geſta vel acta ſunt, cum omnibus inde ſecutis rata, firma, & inviolabilia perſiſtant; nec in poſterum à quoquam quàvis auctoritate ceſſari, annullari aut irritari, quovis modo valeant, vel revocari: quodque omnes & ſinguli, qui uſi ſunt illis, ac in vim dictorum Decretorum, à die acceptationis eorundem quicquam conſecuti ſant, ſecuri ſint & quieti, nec propterea impetl, turbari aut moleſtari poſſint, quomodolibet in futurum.

3. Super obſervatione verò & modificatione Decretorum eorundem, cum nonnulli Prælati Nationis præfatæ ex eisdem Decretis gravatos ſe fore conqueſti ſint, cumque in illis Apoſtolicæ Sedi, quæ multum in ſuis juribus ex ipſis Decretis gravata dignoſcitur, recompenſatio promiſſa ſit, decrevimus Legatum noſtrum cum ſufficienti poteſtate ad partes Germaniæ hujusmodi transmittere, qui mediantibus Rege, Archiepiſcopo & Marchione præfatis ac aliis ejusdem Nationis Principibus & Prælatis, eum quibus fuerit opus ſuper obſervantia & modificatione Decretorum hujusmodi, nec non ſuper proviſione Sedi prædictæ faciendis, tractare poterit & finaliter concordare.

4. Permittentes interim & indulgentes, quod omnes & ſinguli, qui præfata Decreta receperunt vel recipientibus, ut præmiſſum eſt, adhæſerunt in præfata Natione, illis ſimiliter cum modificationibus, quibus recepta ſunt, liberè & licitè uti poſſint, quos etiam circa ſingula præmiſſa manuteneri & defenſari volumus, donec per Legatum hujusmodi, ut prædictum eſt, concordatum fuerit, vel per Concilium, quod ad prædictorum Regis, Prælatorum & Principum exhortationem convocare proponimus, aliter fuerit ordinatum; non contraventuri, nec contravenientibus conſenſuri quovis modo. Speramus autem & à certo tenemus dictos Regem, Archiepiſcopum, Marchionem & alios Principes & Prælatos tanquam devotos ipſius Sedis non paſſuros medio tempore Romanam Eccleſiam remanere in ſuis juribus ſpoliatam.

5. Hanc autem conceſſionem ad eos, qui declarationi vel obedientiæ per ſuos Prælatos vel Superiores nobis factæ, aut infra ſex menſes faciendæ ſe opponerent, nullatenus extendi volumus, vel eis opitulari. Nos enim ex nunc irritum decernimus & inane, ſi ſecus ſuper hiis à quoquam quavis auctoritate ſciente vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ Conſtitutionis, permiſſionis, conceſſionis & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quadrigenteſimo quadrageſimo ſexto, nonis Februarii, Pontificatus noſtri anno ſexto decimo.

ANNO 1446.

CV.

Déclaration du Pape EUGENE IV. *ſur divers Indults, Dispenſes & Conceſſions accordées à l'Empereur* FREDERIC III. *& aux* PRINCES *d'Allemagne, qui s'étoient ſoumis à lui. Faite à Rome le 7. Fevrier* 1446. [(1) LUNIG, Spicilegium Eccleſiaſticum des Teutſchen Reichs-Archiv. Tom. I. pag. 311. Num. CLVII. LEIBNITZ, Codex Juris Gent. Diplom. Part. I. pag. 392. Bullarium Magnum, Tom. I. pag. 372. 7. Fevr.

EUGENIUS, Epiſcopus, Servus Servorum Dei, ad futuram rei memoriam, inter cætera deſideria cordis noſtri filios quoslibet ad noſtram & Apoſtolicæ Sedis obedientiam exoptantes adduci, illa temporum qualitate penſata, aliquando concedimus, ordinamus & ſtatuimus, per quæ Chriſti Fidelium tranquillitati & commodis, remotis diſſenſionibus & ſcandalis, conſulatur, & exinde animarum ſalutem valeant adipiſci. Sane cum propter diſſenſionem inter uos & eos, qui Baſileæ ſub nomine generalis Concilii remanſerant, dudum exortam, nonnulli Principes, tam Eccleſiaſtici quam ſeculares, Nationis Germanicæ, in quadam neutralitate & animorum ſuſpenſione, à die decima ſeptima menſis Martii de Anno milleſimo, quadringenteſimo, tricеſimo octavo uſque in præſentem diem ſe tenuerint, ea mente, ut aſſerunt, ut poſtmodum unanimi conſenſu in noſtra & Sedis Apoſtolicæ obedientia & reverentia paribus greſſibus incedere poſſent: Et chariſſimus in Chriſto Filius noſter Fridericus, Rex Romanorum; Illuſtris, ac venerabilis frater noſter Theodericus, Archiepiſcopus Maguntinenſis & dilectus filius nobilis Vir, Fridericus, Marchio Brandeburgenſis, Sacri Imperii Electores; ac veuerabiles Fratres noſtri, Fridericus Magdeburgenſis, Fridericus Saltzeburgenſis, & Gerardus Bremenſis, Archiepiſcopi, ac quidam alii Prælati & Principes dictæ Nationis nobis debitam obedientiam per ſuos Oratores præſtiterint, ac uos ſolum Jeſu Chriſti Vicarium recognoverint & profeſſi fuerint.

Nos attentis, quod dictæ neutralitatis & ſuſpenſionis tempore plurima in ipſa Natione acta, geſta, & facta fuerint, quæ confirmationem, indulgentiam & diſpoſitionem, ſuper eis Apoſtolicæ auctoritatis requirunt; præfatorum Regis, Archiepiſcoporum, Marchionis, cæterorumque Prælatorum & Principum Supplicationibus inclinati, omnes & ſingulos, tam Metropolitanarum, quam Cathedralium, aliarumque Eccleſiarum, nec non Dignitatum, etiam Abbatialium, ac poſt Pontificales majorum, & in Collegiatis Eccleſiis principalium, & aliorum Beneficiorum ac Officiorum Eccleſiaſticorum quorumcunque, etiamſi Eccleſiæ curatæ, Canonicatus & Prebendæ fuerint; electiones, poſtulationes, confirmationes, collationes, proviſiones & diſpoſitiones; nec non proceſſus, ſententias, aliaque acta judiciaria auctoritate ordinaria hujusmodi ſuſpenſionis & neutralitatis tempore factas ſeu facta, quæ omnia & ſingula hic haberi volumus pro ſufficienter expreſſis, ac ea rata & grata habentes auctoritate Apoſtolica, ex certa ſcientia confirmamus.

Volentes ac etiam ſtatuentes, ut nulli, qui in poſſeſſione Eccleſiarum, Monaſteriorum, Dignitatum, Beneficiorum, & Officiorum hujusmodi, quacunque etiam eorum, qui Baſileæ poſt translationem & diſſolutionem Concilii ibidem remanſerunt, auctoritate, ea fuerunt aſſecuti, ſuper hujusmodi Eccleſiis, Dignitatibus, Beneficiis & Officiis, ac ſententiis & proceſſibus, (etiamſi in Romana Curia vel extra eam lis, cujus ſtatum præſentibus habemus pro expreſſo, indeciſa prudeat, etiamſi ſuper eis, ad ea vel contra ea fuerit alteri jus quæſitum, ſeu jus aliqui ſe habere prætenderent) ex nunc in antea, in ipſa Curia vel extra eam; Apoſtolica

(1) La Copie de *Lunig* & celle de *Leibnitz*, s'accordent parfaitement bien enſemble; mais la premiere a la ſolemnité de Sceau & des Signatures de plus, & c'eſt pour cela même que nous la preferons ici. Pour celle de *Bullarium Magnum*, elle diſére des deux autres en beaucoup de mots, quoi qu'elle revienne au même ſens. Elle finit auſſi dans la date, qu'on y voit marquée, *Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſeptimo 7 Idus Februarii, Pontificatus noſtri anno ſexto decimo.* (Dum.)

ANNO 1446.

lica vel alia quavis auctoritate impeti, aut quomodolibet ex quavis ratione, vel causa molestari possiot, sed in suis possessionibus pacifice remaneant.

Lites quoque & causas quascunque super hujusmodi Ecclesiis, Dignitatibus, Beneficiis, & Officiis pendentes (illis duntaxat exceptis, quæ coram ordinariis judicibus, apud quos juxta formam dictæ suspensionis & protestationis exinde secutæ licuit litigare, indecisæ pendent) ad nos advocantes auctoritate & scientia prædictis extinguimus, & super eis adversatiis eorum perpetuum silentium imponimus, possessores vero ipsos volumus io suis Ecclesiis, Monasteriis, Dignitatibus, Beocficiis & Officiis pacifice remanere; quibus omnibus ipsas Ecclesias, Monalleria, Dignitates, Beneficia & Officia, quocunque modo vacaverint, auctoritate & scientia prælatis tenore præsentium conferimus, & providemus de eisdem: ac illis, qui passium dictorum, qui Basileæ post nostram translationem sub oomine generalis Concilii remanserunt, auctoritate receperunt, ut illo uti possint, præsentibus concedimus & indulgemus. Illis autem qui non habent, sine difficultate dabimus, & etiam liberè concedemus: Illis tantum personis exceptis, quæ, occasione privationum propter nostram aut Basilcensem adhæsionem factarum, Beneficia detinent, in quibus habeat locum provisio & disposito super his, quæ contra protestationem facta forent, per præfatum Regem & Electures Imperii conjunctim, vel divisim promulgata.

Per hoc autem nulli contendentium super titulo & juribus Ecclesiarum Frisingcnsium & Osilicnsium volumus aliquod præjudicium afferri aut etiam generari, sed liberum sit unicuique eorum jus suum prosequi, justitia mediante.

Propterea omnia & singula, quæ dictis suspensione & protestatione durantibus in præjudicium, gravamen vel læsionem Jurisdictionis, juris vel possessionis Metropolitanorum, Diœcesanorum, Principatuum, Dominiorum, Terrarum Regis & Electorum & Archiepiscoporum prædictorum, nec non aliorum Episcoporum, Prælatorum, Collegiorum, personarum seu rerum quarumcunque contra fœdus protestationis & suspensionis hujusmodi quomodocunque vergentia; Apostolica, vel alia quavis auctoritate concessa, ac in judicio vel extra obtenta: Insuper Ecclesiasticas censuras, multas & pœnas, nec non cujuscunque irregularitatis & inhabilitatis maculas, tam à jure, quam ab homine propter præmissa quomodolibet promulgatas quoque seu infligendas, quoad Regem, Archiepiscopos & Marchionem præfatos, eorumque dominia, Clericos, Subditos & Vasallos, & ad eos quoque, qui infra sex menses à dato præsentium computandos se declaraverint, pro nobis, aut eidem declarationi adhæserint, cassamus, irritamus & annullamus, nullisque esse decernimus roboris vel momenti; omnem irregularitatis & infamiæ maculam sive notam per eos præmissorum occasione contractam penitus abolentes; ac eos rehabilitantes & restituentes ad eorum Ecclesias, Beneficia, Officia, Dignitates & honores quæcunque, ac in pristinum statum, & eum, in quo erant ante præmissa, reponentes; nec noo illis, qui contra ipsos impetratis, concessis vel obtentis, seu impetrandis, concedendis & obtinendis quomodolibet iterentur, etiamsi eis, aut eorum alicui jus quæsitum foret, ex certa scientia de potestatis plenitudine perpetuum silentium imponentes.

Insuper quiscooque obligationes super annatis seu communibus & minutis servitiis, cæterisque juribus, nobis & Cameræ Apostolicæ, seu Collegio Venerabilium Fratrum nostrorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinaliom, cæterisque Officialibus debitis, seu quæ deberi dicerentur occasione quarumlibet Metropolitanarum & Cathedralium Ecclesiarum, Monasteriorum, Dignitatum, Officiorum & Beneficiorum quorumcunque usque in præsentem diem; remittimus, de nostra liberalitate relaxamus, pariter & donamus, eosque qui in hujusmodi debitis obligati essent, ab omni eorum solutione absolvimus & etiam liberamus.

Dispensationes præterea quascunque, nisi tales forent, quas hactenus Sedes Apostolica concedere non consuevit; Indulta quoque, torum conscientiæ respicientia, etiam in casibus Sedi Apostolicæ reservatis, nec non ouvas pro possessoribus sine præjudicio juris quæsiti, ipsa suspensione durante, vel etiam antea à nobis, aut ab eis, qui Basileæ sub oomine Concilii remanserunt, aut Legatorum horum, vel alia quavis auctoritate obtentas, impetratas, concessas seu concessa, ac omnia inde secuta à die datæ concessionis earundem eadem auctoritate confirmamus, perinde si a nobis impetrata fuissent.

ANNO 1446.

Super sententiis autem io Romana Curia, vel in Basilea sub oomine generalis Concilii ante ipsam suspensionem, vel ea durante in quibus uterque litigantium extraordinario titulo nititur, latis, quæ executioni nondum sunt demandatæ; volumus, statuimus & ordinamus, quod hujusmodi sententiæ coram judice ordinario tractentur, & quicquid utraque pars vellet producere, pro jure suo coram eo debeat exhibere, qui quidem Judex summarie simpliciter & de plano sola facti veritate inspecta procedens negotium ipsum unica valeat terminare sententia, à qua nulli partium appellare liceat aut provocare, aut restitutionem aliquam obtinere: per hoc autem nullatenus præjudicare intendimus, eis, qui possessionem Dignitatum, etiam Metropolitanarum, Cathedralium, & Abbatialium seu Beneficiorum quorumcunque ordinaria vel alia auctoritate, sub eadem Natione obtinentes, durante oeutralitate vel suspensione prædictorum vigore processuum in Romana Curia, vel in Basilea sub nomine generalis Concilii obtentorum, aut alias violenter fuerunt spoliati; Sed tam spolia, quam jura eorum denuo coram Judicibus ordinariis cognoscantur, & fine debito terminentur.

Insuper omnes & singulas præfatæ Nationis aut alterius in ea Beneficia, vel Officia obtinentes, personas Ecclesiasticas & seculares, etiamsi Regalis, Archiepiscopalis, Episcopalis vel alterius, Dignitatis fuerint, qui post dissolutionem sive translationem prætati Concilii per nos factam Congregationi Basilecnsium sub nomine generalis Concilii adhæserunt, obcdiverunt aut incorporati fuerunt, qui jam ad nostram obedientiam sunt reversi vel infra sex menses post declarationoem pro nobis factam redierint, seu declarationi ipsi adhæserint; ab omnibus & singulis juramentis, perjurii reatu, ac aliis eensuris & pœnis, si quibus tenerentur aut incurrissent, inflictis, & in tales promulgatis aut propterea infligendis; auctoritate præfata absolvimus & liberamus, ac omnem irregularitatem inhabilitatis & infamiæ maculam sive notam exinde quandolibet forsan contractam abolemus, & in pristinum statum restituimus & reponimus, perinde ac si talia minime emanassent.

Præterea omnes & singulas personas Nationis præfatæ sive alterius Beneficia in ea, vel Officia, sicut præmissum est obtinentes, quæ sub declaratione hujusmodi pro nobis facta vel facienda continebantur; quæ post hujusmodi Concilii translationem Basileæ remanserunt, aut ipsi Congregationi adhæserunt, faverunt, Officiis in eadem præfuerunt, aut in Legatione eorum missi sunt quandoque, aut eis crediderunt; ab omnibus excommunicationis, suspensionis, interdicti, aliisque censuris & pœnis in eas per processus nostros; aut alias inflictis & promulgatis absolvimus; cum his, qui ibidem, seu a proviisi ab ipsis aut eorum autoritate sacros ordines dicto tempore receperant, ut in susceptis ordinibus ministrare valeant, dispensantes.

Volumus insuper, quod singuli Metropolitani Nationis ejusdem, actu jam nobis obedientes, vel qui infra sex menses, ut præfertur, nobis & Apostolicæ Sedi debitam obedientiam præbuerint; confimiles Bullas, sive Literas Apostolicas habeant, super quibus petentibus quibusconque, quories opus fuerit, sub eorum sigillis transumta concedere valeant, eisque in judicio vel extra plena fides, sicot originalibus Literis, per omnia præbeatur. Super Ecclesiis autem Trevcrensi & Colonicnsi, de quibus in petitionibus Regis Archiepiscopi Maguntinensis & Marchionis præfatorum specialis est positus articulus, per alias nostras Literas desuper editas specialiter providimus, prout in eis latius continetur.

Ut autem præmissa eo firmius observentur, pro nobis & successoribus nostris, Romanis Pontificibus, de Venerabilium Fratrum nostrorum, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, Consilio & assensu, pollicemur, omnia & singula supra dicta inviolabiliter observare, & contra ea, vel ipsorum aliquod in toto vel io parte, nullo unquam tempore, quicquam innovare & quod nobis licere non patimur eisdem successoribus indicamus; Decernentes ex nunc irritum & inane, si secus super iis à quoquam, quavis etiam Apostolica autoritate, scienter & ignoranter contigerit attemptari; quinimo, si adversus præmissa Literæ aliquæ aut Mandata ad cujuscunque instantiam, vel etiam si motu proprio, seu ex certa scientia, etiam cum derogatoriis clausulis, sub quacunque verborum forma à nobis seu nostra autoritate ab alio quovis emanassent, seu in futurum emanavent;

ANNO 1446.

rent; tales ex nunc pro infectis volumus haberi, quodque is, contra quem emanarint, aut conceſſæ fuiſſent, aut emanarent, & in futurum concederentur, illis minime obedire teneatur.

Non obſtantibus quibuscunque Conſtitutionibus Apoſtolicis, & etiam eum Decreto irritante, quocunque tenore exiſtant, in genere, vel in ſpecie, per nos, ſeu prædeceſſores noſtros conceſſis, ſeu concedendis privilegiis vel indultis, de quibus ac totis tenoribus eorum ſpecialis & expreſſa etiam de verbo ad verbum mentio in noſtris literis foret facienda; nec non quarumcunque Eccleſiarum ſtatutis & conſuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacunque alia firmitate roboratis, cæterisque in contrarium facientibus quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum confirmationis, voluntatis, ſtatuti, advocationis, extinctionis, impoſitionis, collationis, proviſionis, conceſſionis, caſſationis, irritationis, annullationis, conſtitutionis, abolitionis, reabilitationis, repoſitionis, remiſſionis, relaxationis, donationis, abſolutionis, liberationis, ordinationis, intentionis, diſpenſationis, polliciationis & indicationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſexto, ſeptimo Idus Februarii, Pontificatus noſtri anno ſexto decimo.

Sigillum plumbeum, rubra & flava chorda Bullæ appenſum. In quo duo capita Pauli & Petri cum inſcriptione: (Eugenius) PP. IIII.

(S. P. A. S. P. E.)

Poggius de curia de Thomacellis.

CVI.

21. Mars. **Vereint des Heil. Römiſchen Reichs Churfürſten / worinnen ſie von der Art und Weiſe übereinkommen / den Kirchen-Zwiſpalt zwiſchen Pabſt Eugenio und dem Concilio zu Baſel abzuhelfen. Geſchehen zu Franckfurth / auf Montag nach dem Sountag Oculi 1446.** [MULLERI, Reichs-Tags Theatrum, Vorſtellung I. Cap. XXIII. pag. 278.]

C'eſt-à-dire,

Traité d'Union entre les ELECTEURS *de l'Empire, par lequel ils conviennent des voyes & des moyens pour accommoder & terminer le Schisme arrivé dans l'Egliſe à l'occaſion des Differens du Pape* EUGENE *avec le* CONCILE *de* BASLE. *A Francfort le Lundi après le Dimanche* Oculi, 1446.

Zum erſten / Alſ / leider! groſſe Zwietracht und Unainigkeit in der Heiligen Kirchen entſtanden iſt / und der allerdurchleuchtigſt Fürſt / unſer gnedigſter Herr / der Römiſche König / und unſere gnedigen Herren / die Churfürſten / lange Zeit viel Mühe / Koſte und Arbeit gehabt / und viel Wege geſucht haben / ſolche Zwietracht und Unainigkeit hingn legen / und die heiligen Kirchen in Einigkeit zubringen / das bisher / nach ihrer guten Meinung und Begerung zu ſolchem Ende nicht komen iſt / und / nach viel Raths Betrachtung und Verhorung hant derſelbe unſer gnedige Herren / die Churfürſten / ſolche Meinunge und Wege fürgenommen / als hernach geſchrieben ſteht / in Hoffnung / daß dadurch die heilige Kirche zu Einigkeit kommen / und ſolche Irrungen / Zwoinunge und Beſchwerunge erklärt werden mögen. Zum erſten / daß Pabſt Eugenius die Decret in dem Concilio zu Coſtenz geſetzt / und in dem Concilio zu Baſel erneuert / inhaltende die Gewaltſam der genemen Concilien erkannen und verſtehn ſolle / von Worte zu Worte / als die Form / darüber begriffen / unhelbet. Item das Pabſt Eugenius der Stete eine / nemlich Conſtenz / Seraszburg / Worms / Mennz oder Trier benenne / dahien er ein gemein Concilium berufe / angehende uf den erſten Tag des Meyen / Anno milleſimi quadringenteſimi quadrageſimi ſeptimi / in welchem Concilio erclert werden ſoll die Zwietracht in der heiligen Kirchen von des Bapſtthums wegen und auch ſunſt meſtanden / und das ſolche Bulle unſern Herren / den Churfürſten / geantwortet werde / uf den Tag gen Franckfurt / hiezwiſchen und Calendas Septembris nechſtkommende / als auch ein Form / darüber begriffen / unhelbet. Item / daß er Bullen gebe von den Decreten des Concilii zu Baſel / mit ſolchen Unterſchreiben und in maſſen die durch König Albrechten ſeligen und unſere Herren / die Churfürſten / zu Mentz ufgenommen worden ſind / Verſehungen gegen den Neutretten / die dazwiſchen / als die Protestatio geſchrieht hat / und noch weren wirdet / geſchen weren / oder noch geſchen / und auch den Verſorgnuſſen nach Notturft unſer Nation / als das in Schriften begriffen. Und ſo Bapſt Eugenius ſolches alſo gethan / und die Bullen uf die gemelten Zeit ungeverlich alſo unſern Herren geantwortet hene / ſo ſolt man ihn für ein Bapſt halten / und Ihm gehorſam ſeyn / und doch in dem künftigen Concilio der Erclerunge der obgemelten Zwietracht / in der heiligen Kirchen entſtanden / wirken / und was alſo in denſelben Concilio wird erclaret / das ſollen unſere Herren / die Churfürſten / entrechtiglichen uſnemen / und halten / und ſollen auch zu demſelben Concilio merklichen und treffentlichen ſchicken / alſo daß die Ihren uff den letzten Tag des Aprilis, Anno &c. quadrageſimi ſeptimi, da ſien. Und ob Pabſt Eugenius ſolches nicht thun wolte / ſo were wol zuverſtehen / daß er Fürſatz hene / die heiligen gemeinen Concilia und ihren Gewaltſam ewiglich zuverdrucken / ſo vermainen unſere Herrn / ſolchen Gewalt nicht verderblichen zulaſſen / ſondern ſollen das Concilium zu Baſel vor ein war Concilium halten und dem gehorſam ſin; doch alſo / daß das Concilium zu Baſel unſern Herren eine Bullen gebe / darinnen ſie ſich verſchriben / daß ſie ſich uf eine Zeit und an eine Stadt / die unſere Herren / die Churfürſten / benennen werden / transferiren / und dahin ein Concilium ſetzen ſollen / und daß ſie auch Bullen geben / uf die Verſorgnuſſe / als die Schrift / darüber begriffen / inhelder / und das ſolche Bullen uf Calendas Septembris nechſtkome zu Franckfurt unſern Herren übergeben werden / ungeverlich. Und darum ſollen unſere Herren ihre Botſchafft gen Baſel ſchicken / ſolchs zu werken / Und ſollen doch unſere Herren von der Zeit wegn dem Concilio zu Baſel zu benennen ſich halten / und die fürnemen / alſo / iſt es / daß Eugenius das annimmt und thut / als davon hievor und nachgeſchrieben ſtehet / ſo ſoll die Zeit benennet werden / der erſte Tag des Meyen / anno milleſimi quadringenteſimi quadrageſimi ſeptimi, were es aber / daß Eugenius das nicht thiene / noch thet / als vor und nach geſchriben ſteht / So ſollen unſere Herren benennen dem Concilio zu Baſel achzig Tage / und nicht darüber / die nechſt nach Calendas Septembris nach einander volgen / ein ander Concilium zu decretiren / und ſich dahien zu transferiren / und die Zeit und Stadt ſollen unſere Herren dem Concilio zu Baſel oder ihren Macht-Boten zu Franckfurt benennen / uf dem Tage / der gehalten ſoll werden / uf Calendas Septembris nechſtkumt / und ſoll doch der vorbenanten Stedte eine benambt werden. Und ob es were / das Bapſt Eugenius zuſagte / und alle oben geſchribene Stücke / ſo ſolt man doch das Concilium zu Baſel halten / daß ſie ſich auch transferiren an die Stadt des gemelten künftigen Concilii / und dazu für ſich / und die es mit Ihn halten / das berufen. Item dieweil unſerer gnädige Herren den Weg uf Pabſt Eugenium zum erſten fürgenommen haben / werd es ſich dann alſo ſchicken / daß unſere Herren / ob er den Sachen / als oben geſchriben ſtet / nicht nachkeme / zu dem Concilio zu Baſel ſchlahen würden / als ſie auch alsdann thun ſollen / als vor und nachgeſchriben ſtet / ſol das auch verſorget werden / daß Bapſt Felix ſich keiner Prædendenum / Obrikeit / oder was das ſunſt were / in dem Concilio zu Baſel oder in dem zukünftigen Concilio / dahinn ſie ſich dann transferiren und legen würden / underzuziehen oder annemen / ſondern das Concilium ſoll in allem ſin Weſen bliben / alle Sache handeln und fürnemen / in allermaſſen / als ſie vorgethan haben / ehe Bapſt Felix gekorn were / bis ſolang / daß ſolchs durch das zukünftige Concilium / in Beweſen unſers Herrn / des Königs / ſo ferre er mit unſern Herren / den Churfürſten / darum ſin wolle / und unſere Herren / der Churfürſten / oder ſiner und ihrer Macht-Boten / wie mans dennt halten ſolte / geinnert und erclaret wurde. Wölte aber unſer Herr König mit unſern Herren / den Churfürſten nicht darum ſin / ſo ſoll doch das alſo durch unſer Herren / die Churfürſten / gehalten und dem nachgegangen werden. Item es ſollen unſere Herren / die Churfürſten / auch alsdann eine Vergng zu ſolchen vorgemelten zukünftigen Concilio treffentlichen ſchicken / alſo / daß die uf den letzten Tag Aprilis Anni milleſimi quadringenteſimi quadrageſimi ſeptimi in der Stadt ſin / da ſolch Concilium gehalten werden ſoll / und wer ſie aus ihren Prælaten und Geiſtlichen Perſon zu dem Concilio gut und nutz bedüncket / ſollen ſie mit den Stiften und Cloſtern reden / daß ſie dieſelben / die ihn alſo durch unſer Herren benant wurden / dahien ſchicken / und Ihn ihre Pfründe und Gülte volgen laſſen / als ob ſie perſönlich bey ihren Geiſtlichen Leben ſetzen / doch mit der Preſentien zugeben / ſol ein Geiſt über zwo Perſon nicht beſchweret werden. Item ſoll verſorget werden von dem Concilio zu Baſel / daß ſie in dem oder dem zukünftigen Concilio kein Uffetzung ſetzen / oder fürnemen / beſchen / oder fordern ſolten / es ſy die Uffſetzung des fünften Pfennigs / oder ſunſt / welcherley das were / in Dützſchen Landen / es were dann / daß ſolches geſchehe mit Willen und Wiſſen unſers Herrn / des Königs / als fere / als er auch mit unſern Herren / den Churfürſten / in dieſer ihrer Meinung ſin will / unſer Herren / der Churfürſten / oder ihrer Mächtigoten / oder des mehrern theils uf ihn / und ob das darüber geſtehe / ſo ſolter es nicht ungenommen werden. Item daß unſere gnädige Herren ſolche Erbarkeit und Glauben gröſſiſten Ihn halten / daß Ihr keiner fürnehme oder unterſtehe / den andern gen die Partie / zu der man ſich dann ercleren wirdet / fürzukommen oder ichts zuerwerben / zwiſchen hie und der Zeit des obgemelten zukünftigen

ANNO 1446.

ANNO 1446.

Et ego Angelus de Gallis de Urbino Miles, & Procurator nomine, quo suprà præsentia Capitula propriâ manu subscripsi, & me subscripsi ad fidem, & majus robur omnium præmissorum.

Et ego Petrus Arcangeli de Urbino Miles, & Procurator ut suprà pro corroboracione omnium præmissorum me propriâ manu subscripsi.

Extracta fuit præsens Copia à Registro inscripto sub Littera Q. *Ducis* Philippi Mariæ Anglι *Vicecomitis, & Ducis* Francisci *Primi* Sfortiæ *Vicecomitis existente in Regio Archivio Castri Portæ Jovis Mediolani in Papiro scripto. Dat. Mediolani die trigesimo mensis Octobris anni* 1719.

Examinavit Joannes Franciscus Strigellius *Regii Archivii Officialis.*

CXXIX.

Concession de l'Isle du Château Rouge voisine de l'Isle de Rhode, faite par le Pape Nicolas V. *à* Alfonse *Roi d'Arragon & de Sicile. A Assise, le 6. Octobre,* 1450. [G. G. Leibnitz, Codicis Diplomatici, pag. 402. Raynaldi Contin. Annal. Cæs. Baronii, Tom. XVIII. Anno. 1450.] 6. Octob. Le Pape et Arragon.

Nicolaus V. &c. Inter innumeras & multiplices curas, quibus continuò pro rerum & negotiorum varietate premimur, illam libenter amplectimur, per quam nostra provisionis auxilio & suffragiis Christianum nomen & fides orthodoxa nostris præcipuè temporibus defendatur, crescat, & augmentum suscipiat ac pro hujusmodi defensione militantes, honorem, gloriam & commoda consequantur.

2. Cum itaque nuper fide dignorum relatione perceperimus juxta Insulam Rhodi esse aliam parvam Insulam, incolis & habitatoribus penitus viduatam, in qua quoddam Oppidum, quondam Castrum rubeum nuncupatum, ad hospitale S. Joannis Jerosolymitani pertinens, cujus ædificia, turres & structuræ per Teucros & Saracenos, aliosque Christiani nominis hostes diruta & solo æquata sunt, nec spem ullam esse, quod hospitale illorum reparationi intendere possit, imò periculum maximum imminere, ne Teucri & Saraceni, qui totam illam oram maritimam singulis annis, modo classe, modo copiis pedestribus, hostiliter discurrunt, dictam Insulam occupent, & Castrum ipsum reædificent, quod propter loci & situs oportunitatem, maxima damna circumvicinis Locis Christianorum, & maximè Rhodiis inferre posset; è contra verò, si dictum Castrum per aliquem potentissimum Principem Christianum reædificaretur & muniretur, magna exinde præsidia Christianis adversus perfidos crucis Christi inimicos pararí possent: nam cum eadem Insula portum in mari habeat, classis Christianorum tuto se ibi recipere posset, & Insula ipsa populo & habitatoribus fœcundaretur.

3. Eam ob rem nos potentiam, existimationem, & devotionem charissimi in Christo filii nostri Alfonsi Arago-

ANNO 1450. Aragonum Regis Illustris, considerantes, ac attendentes, piam ejus propositum, & desiderium, ne dum ad Insulam Rhodi & Regnum Cypri, verum ad alias circumvicinas Regiones Christianas conservandas, & à miserrima oppressione ac crudelissima vexatione infidelium liberandas qui pro insensissimo odio, & nefandissima cupiditate, qua flagrant ad nomen Christianum exterminandum, singulis annis, ut audivimus, multa millia Christianorum capiunt, & (quod cum lacrymis, & ingenti animi dolore referimus) miseras eorum animas demoniis fraudulenter prostituere conantur; cupientes quantum cum Deo possimus hanc Barbarorum rabiem in Christianos comprimere, ac animis advertentes, quod Rex Aragonum, potentissimum classem paret, & omnes vires suas exercere velle se obtulit, ad infringendam Teucrorum & Saracenorum superbiam, modo Dominium ipsius Insulæ & Castri ei concederemus, prædictis omnibus matura deliberatione pensatis, eidem Regi concedimus, ut dictum Castrum reædificare, & Insulam hominibus & habitatoribus fœcundare, ipsumque Castrum & Insulam tanquam Dominus liberè & licitè possidere possit quamdiu suæ Celsitudini videbitur & placebit, non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, ac Statutis, stabilimentis, consuetudinibus, usibus ac naturis dicti Hospitalis, quibus omnibus, etiamsi de illis, ac eorum totis tenoribus specialis & expressa mentio habenda foret, hac vice duntaxat specialiter derogamus. Nulli ergo &c. Dat. Assisii anno &c. M. CCCC. L. pridie Non. Octobris, Pontificatus nostri anno IV.

CXXX.

1451. 8. Fevr. **Bewilligung Römischen Königs Friderici, denen Städten Culmen und Thoren, in Preussen gelegen, ertheilet, daß dieselbe zu Beschützung ihrer Privilegien und Freyheiten, mit andern des Landes Städten und Rittern sich verbinden und vereinen mögen. Geben am Montag nach Purificationis 1451.** [SCHUTZENS Chronica rerum Prussicarum pag. 164.]

C'est-à-dire,

Diplome de FREDERIC *Roi des Romains portant Permission & Pouvoir aux Villes Prussiennes de* CULM *&* THORN, *de faire des Unions & Confederations avec les autres Villes, & avec la Noblesse du Royaume pour leur défense & la conservation de leurs Privileges. Donné le Lundi, après la Fête de la Purification* 1451.

WIR Friderich von Gottes Gnaden Römischer König, zu allen zeiten Mehrer deß Reichs, Hertzog zu Oesterreich, zu Steir, zu Kernten, und zu Crain, Grafft zu Tyroll, &c. bekennen, Sintemahl wir von den Gnaden Gottes des Allmechtigen zu Römischer Königlicher Würdigkeit erhebt und gesetzt seyn, so gebühret uns wohl für zu sehen, daß unsere, und deß Heyligen Reichs Unterthanen im Frieden und Einigkeit bleiben, auch ein jeder bey Rechte, altem löblichen herkommen und billichen dingen gehandthabet, und darunder nicht beschweret werden, und wann uns nun unsere und des Reichs liebe Getrewe, die Burgermeister, Rähte und Gemeine der Städte Culmen und Thoren, in Preussen gelegen, haben anbringen lassen, wie daß sie aus ergangenen Sachen sich besorget haben, und besorgen, daß sie in zukünfftigen zeiten, wieder ihre Privilegien, Freyheit und Rechte fürgenommen und beschweret werden, daraus mancherley Zwietracht und Mieschigkeit erwachsen und entstehen möchte, wo solchem mit bequemlichen mitteln nicht begegnet, und dem fürgekommen würde, und uns mit demüthigem fleiß angeruffen und gebeten haben, daß wir ihnen durch gemeines Nutzes, Friedens und Einigkeit willen, darinne gnädiglich geruheten zu ersehen, daß wir mit wohlbedachten Muth, zeitigem Rathe, rechten Wissen und Volkommenheit Königlicher gewalts, den ehegemelten Städten Culmen und Thoren, diese sonderliche Gnade gethan, und ihnen verwilliget, vergunnet und erlaubet, auch volen und gantzen gewalt und macht gegeben haben, verwilligen, gönnen, geben und erlauben auch wissentlich, in krafft dieses Brieffes.

Ob sie sich nun mit andern Städten, auch Rittern und Knechten in Preussen vereiniget, verbunden oder vertragen hätten, oder künfftiglich mit ihnen vereinigen, verbinden oder vertragen werden, alß offt sie deß notturfft bedünken wird, in solcher maß, ob jemand were, der die genandten Städte oder die jenigen, mit denen sie sich vereiniget, verbunden oder vertragen hätten, oder künfftiglich vereinigen, verbinden oder vertragen werden, sonderlich oder besonder, wider ihre Rechte, Brieffe, Privilegia, oder altes löbliches herkommen, dringen, beschweren, vergewaltigen, beschädigen, oder ihr Gut und Habe nehmen wolte, daß sie sich den von derselben wegen, die alß gedrungen, beschweret, vergewaltiget oder beschädiget würden, zu Rechten mechtiglich erbieten, fleiß und arbeit daran zu keren, und denen beystand thun mögen, damit dieselben bey ihren Rechten, Brieffen und altem löblichen herkommen, gehalten, und darwider nicht gedrungen noch beschweret werden. Doch alß, daß diese vorgenandten Städte, auch die Ritter, Knechte und ander, die sich in oben verschriebener maß mit einander vereiniget, verbunden oder vertragen heiten, dem Ehrwürdigen Hohmeister Deutschen Ordens in Preussen, unserm und deß Reichs lieben andechtigen, und andern ihren Ober-Herrn, darunter sie gelegen und gesessen seyn, thun alles das sie ihnen von Rechtswegen, nach Innhalt ihrer Privilegien und Freyheiten, zu thun, pflichtig und schuldig seyn, und wollen auch und meinen, daß alle die, so sich mit den obgenandten Städten also vereiniget, verbunden oder vertragen haben, oder hinfort vereinigen, verbinden oder vertragen werden, diese unsere Gnade und Freyheit haben, und sich der gebrauchen sollen und mögen in allermaß, als die ehegenandten Städte thun mögen, ungefehrlich, und sol sie darum keinerley Freyheit, vielleicht andern von uns oder unsern Vorfahren Römischen Kaysern und Königen, darwider gegeben, nicht irren in keinem wege, davon gebeten wir alle Fürsten, Geistlichen und Weltlichen, Grafen, Frey-Herrn, Ritter, Knechten, Burgermeistern, Gemeinen und allen andern unsern und deß Reichs Unterthanen und Getrewen aus Römischer Königlicher Macht ernstlich und festiglich, daß sie die vorgenandten Städte und die so sich mit ihnen in obgeschriebener maß verbunden, oder vertragen, bey den obengemelten Verwilligungen, Gnaden, Vergnügungen und Erlaubnissen bleiben lassen, und daran und darwider nit keren, dringen noch beschweren, noch daß jemands anderen zu thun gestatten, in keinem wege, so lieb einem jedern sey unser und deß Reichs schwere Ungnade zu vermeiden. Mit Urkund dieses Brieffes besiegelt mit unserm Königlichen anhängenden Sigel. Gegeben und geschehen am Montage nach unser lieben Frawen Tage Purificationis, nach Christi Geburt 1451. Jahres, unseres Reichs im erste Jahre.

Ad Mandatum Domini Regis.

CONRADUS Præpositus Viennensis Cancellarius.

CXXXI.

Contract de Mariage de LOUÏS *Dauphin, depuis Roi de France XI. du nom, avec* CHARLOTE DE SAVOYE, *fait à Geneve le* 14. *de Février* 1451. [S. GUICHENON, Histoire Généalogique de la Maison de Savoye. Preuves. pag. 371. & FREDERIC LEONARD, Tom. I. pag. 49.] 14. Fevr. FRANCE ET SAVOYE.

IN nomine Domini, Amen. Ad conspectum supremi orbis machinæ Conditoris pronus jacens Protoplastus, inter opera rerum quæ summus Opifex ille jam patrarat, nihil quidem salubrius, nihilque sua compagini convenientius professus est, quàm terrestre illud adjutorium mulièbre, quod carnem de carne, & os de ossibus, infuso potius diviuo quam humano præsagio est agnitus. Memorabile igitur & propagandum tale foret matrimoniale Sacramentum, quod præcipuus Autor Cunctipotens Deus ipse sexto die quo fabricam Universi expleverat, digito suo primum instituit, & ineffabili veneratione suscepit, dum filium suum Unigenitum ex nupta nasci decrevit; ex hoc enim Deifico ministerio nedum spirituali nexitudine duo in unum censentur. Sed humanæ speciei fragilitas, quæ in suis individuis servando conteritur, legitima prolis edutione in suo simili conservatur. Nec tantum hoc cœlesti munere roboratum conjugium bona in Terris confert hominibus bonæ voluntatis, sed etiam sceptrigeras regnantium potestates diversimodè interdum lacessitas, divina opitulante gratia compescens pacem propitiat, unionem solidat, subditis unanimitatem confert, rerum commercia coucedit, commentibus arridet, & quos gradatim à prioris originis identitate temporum successus sermone spirituali, quadam cognatione reunit. Quæ omnia sedula meditatione revolventes *Serenissimi Illustrissimique Principes & Dominus Dominus* LUDOVICUS *Regis Francorum Christianissimi Primogenitus, Delphinus Viennæ, Comesque Valentinensis & Diensis, & Ludovicus Dux Sabaudiæ, Chablasii, Augustæ, Sacri Romani Imperii Princeps, Vicarinique perpetuus, Marchio in Italia, Comes Pedemontium, Geberm. &*

ANNO 1451. *Bangnaci, Baro Vnaudi; Faucegnaci, Niciæque & Vercellarum Dominus*, & maximè conſiderantes ſingularem amoris devotionem, & intimæ dilectionis zelum, quo ipſa Illuſtriſſima Domus Sabaud. erga ipſam Sereniſſimam gloriotiſſimam Franciæ Domum ſemper claruit, non poſtponentes etiam ſanguinis & affinitatis fœdera, aliasque conjunctiones & amicitias hactenus utrinque contractas; deſiderantes quoque ipſi Inclitiſſimi Principes Domini Domini Delph. & Dux in ea benevolentia & affinitatis nexu nedum perſeverare; verum etiam illa ſemper in dies propagare, jam ſæpenumero à biennio citra Oratores ſuos ſolemnes hinc inde deſtinaverunt, quorum opera & Tractatu ſermones habiti fuerint, multaque partita in medium deducta datáque & aperta, pro matrimonio & ſponſalitiis inter prælibatum Sereniſſimum Dominum Delphinum, & inclytam Dominam Carolam filiam prætati Inclitiſſimi Domini Ducis Sabaudiæ, auctore Chriſto contrahentis. Hinc ideo fuit & eſt, quod propter infra ſcripta ſpecialiter peragenda in Dominorum Teſtium noſtrorumque Tabellionum publicorum, & Secretariorum ſubſcriptorum præſentia perſonaliter conſtituti præfatus Illuſtriſſimus Dominus Dux Sabaudiæ ſuo & dictæ Dominæ Carolæ ejus filiæ nominibus, Magnifici & Spectabiles Viri Joannes Baſtardus Armaigniaci, Chambellanus & Mareſcallus; & Antonius Bolomerii, Generalis Financiarum, Conſiliatii, Ambaſſiatoresque, Nuntii & Procuratores ſpeciales antelati Domini Delphini, de ſuis mandato & poteſtate edocentes, Litteris Patentibus ipſius Domini Delphini, ſigillo ejus Cancellariæ ad duplicem caudam cera rubea impendenti ſigillatis inferius de verbo ad verbum inſertis. Qui ſiquidem Domini Dux & Ambaſſiatores nominibus prædictis, & infrà viciſſim & mutuis conſenſibus, ſponteque & deliberatè, ut aſſerunt, inierunt, contraxerunt, convenerunt & concludunt fœdera pactaque matrimonialia ſequentia. In primis convenit, promiſit, promittitque & convenit ipſe Illuſtriſſimus Dominus Dux Pater ipſius Dominæ Carolæ, memoratis Dominis Ambaſſiatoribus, ac nobis Notariis & Secretariis prædictis ut decet ſtipulantibus & recipientibus, dare dicto Sereniſſimo Domino Domino Delphino in ejus uxorem & ſponſam legitimam præfatam Dominam Carolam, illamque cum effectu ſineque defectu conducere, aut conduci facere infra octavas proximi Feſti Paſchæ, usque ad locum ſeu oppidum Coſtæ Sancti Andreæ, aut Civitatem Gratianopolis, aut alterum ipſorum locorum, & in eo, quem ipſe Dominus Delphinus voluerit eligere pro illa ibidem ipſi Domino Delphino reddenda, ſupra dicta cauſa expediendaque & deſponſanda. Verſa autem vice, memorati Domini Ambaſſiatores quo ſupra nomine convenerunt & promiſerunt præfato Illuſtriſſimo Domino Duci, & nobis dictis Notariis & Secretariis ut ſuprà ſtipulantibus, quod ipſe Sereniſſimus Dominus Delphinus in loco & termino prædictis, Deo permittente, ſe memoratam Dominam Carolam in ejus uxorem & ſponſam legitimam per verba de præſenti acepipet, & in facie Sanctæ Matris Eccleſiæ prout decet desponſabit; aſſerentes ipſi Domini contrahentes nominibus prædictis, nullum eſſe impedimentum, quominus hujusmodi matrimonium veniat retardandum, aut aliàs impediendum. Item, quia ex conſimilibus matrimoniis quam plurimis onera veniunt ſupportanda, ipſe Dominus Dux Pater pro illis uberius ſuſtinendis, etiam quia ſic ſibi placet, ex ejus certa ſcientia ac voluntate ſpontaneâ, pro dote nomineque & ex cauſa dotis ipſius Dominæ Carolæ ejus filiæ, tenore hujusmodi publici Inſtrumenti, Dominis Ambaſſiatoribus nomine quo ſupra, ac nobis Notariis & Secretariis prædictis ut decet ſtipulantibus & recipientibus, dedit & conceſſit, datque & concedit dicto Domino Delphino pro ſe & ſuis hæredibus & ſucceſſoribus univerſis, ad quos dos hujusmodi de jure ſpectaret, ſummam ducentorum millium ſcutorum auri ad rationem ſeptuaginta pro marca, & hoc pro omni jure, portione, parte, & alia qualibet reclamatione ſibi qualitercumque competentibus & competituris in bonis paternis, maternis, fraternis & ſororinis, de quibus ducentùm millium ſcutis tenebitur & debebit ipſe Illuſtriſſimus Dominus Dux aut ſui prædicti, ſolvere & realiter in numeratis expedire dicto Sereniſſimo Domino Delphino aut ab eo deputandis quinquaginta millia ſcuta terminis ſequentibus; videlicet die celebrationis ſponſalium prædictorum, & receptionis prædictæ Dominæ Carolæ quindecim millia ſcutorum. Item & alia quindecim millia ſcuta poſt ſex menſes celebrationem & receptionem prædictas immediatè ſequentes; reliqua vero viginti millia ſcuta ex dictis quinquaginta millibus reſtantia infra alios ſex menſes tunc & immediatè ſecuturos, ſcilicet in Coſta Sancti Andreæ, vel Civitate Gratianopolis, ſeu uno ipſorum locorum, & in eo quem ipſe Dominus Delphinus duxerit eligendum. Item pro majori ſecuritate aliorum centum & quinquaginta millium ſcutorum ex conſtitutione dotis prædictæ reſtantium, item pro ipſorum facilitori ſolutione, ipſe Illuſtriſſimus Dominus Dux ex nunc pro ſe & ſuis prædictis, illos impoſuit & aſſignavit, imponitque & aſſignat per præſentes ipſi Domino Delphino dictis Dominis Ambaſſiatoribus nominibus quibus agunt, ac nobis Tabellionibus & Secretariis jam dictis ut ſupra ſtipulantibus & recipientibus, ſuper quibuscumque emolumentis & valoribus Gabellæ ſalis Civitatis Niciæ, daciisque & intratis Civitatis Vercellarum, & pertinentiis earumdem univerſis; ita tamen quod illarum exactores ſint & eſſe debeant ſolvendo, ſecurique & de facili conveniendo, teneanturque ſolvere in Civitate Gebennenſi ipſi Domino Delphino aut ab eo deputandis anno quolibet quindecim millia ſcutorum duobus terminis; videlicet medietatem ipſorum XV. millia ſcutorum in Feſto Omnium Sanctorum, incipiendo de anno proximè futuro currente milleſimo quatercenteſimo quinquageſimo ſecundo; & aliam medietatem in Feſto Paſchæ ipſum Feſtum Omnium Sanctorum immediatè ſecuto, & ſic annualiter uſque ad complementum dictorum centum & quinquaginta millium ſcuturum; & de his ſic ſolvendis ipſi exactores ſe ſufficienter obligare & aſtringere debeant erga præfatum Sereniſſimum Dominum Delphinum, ex nunc que prout ex tunc, & è contra intelligantur ſic obligati & aſtricti quibuscumque aliis Aſſignationibus ſuper dictis Gabella, dacus, & intratis quomodolibet factis, aut impoſterum fiendis non obſtantibus; quoniam illis ipſe Illuſtriſſimus Dominus Dux ſcienter & ſponte derogavit derogatque, & derogatum eſſe vult hujus Inſtrumenti per tenorem, conditione tamen per pactum validum & expreſſum adjecta, quòd ſi emolumenta dictarum Gabellæ & intratarum ſummam prædictam quindecim millium ſcutorum annualium non valerent, eo caſu teneatur ipſe Illuſtriſſimus Dominus Dux id quod deficeret alibi de ſuo ſupplere & integrè ſatisfacere; ubi autem plus valerent emolumenta ipſa, illud plus eidem Domino Duci, & ſuis remanebit. Vice autem reciproqua prænominati Domini Ambaſſiatores vigore poteſtatis prædictæ memorati Sereniſſimi Dom. Delphini nomine, eidem Dominæ Carolæ futuræ ſponſæ ipſo Illuſtriſſimo Domino Duce ejus Patre, & nobis Tabellionibus & Secretariis prædictis ut convenit ſtipulantibus, pro dotalitio ipſius Dominæ Carolæ, ſimiliter & nunc donarunt & conſtituerunt, dantque & ſolemniter conſtituunt ſummam decem millium ſimilium ſcutorum annualium, de quibus caſu adveniente ipſa Domina Carola quoad vixerit pacificè gaudebit, conſummato priùs tamen dicto matrimonio, aut dum ad ætatem duodecim annorum legitimam conſummandi ipſum matrimonium pervenerit, & non aliàs, neque ante; quam quidem dicti Domini Ambaſſiatores nomine quo ſuprà, ex nunc generaliter impouunt paritet & aſſignant ſuper quibuscumque Villis, Caſtris, Terris, aliorumque redditibus & pertinentiis univerſis tam Patriæ ſuæ Delphinatus, quàm ipſorum Comitatuum Valentinenſis & Dienſis. Et ulterius pro uberiori ſecuritate ipſius Dominæ Carolæ, pacto expreſſo actum extitit, quod ipſe Dominus Delphinus Communitates ipſarum Patriarum particulariter nominandas, & ad hoc ſufficientes, validè obligari faciet erga ipſam Dominam Carolam, quod ipſo caſu adveniente eidem Dominæ Carolæ obedient, ſibique quoad vixerit dictum dotalitium, videlicet quamlibet ipſorum ratam respondendam, & ſibi contingentem, quam in promiſſionibus hujusmodi faciendis declarari, infallibiliter perſolvent ſub pœna centum millium ſcutorum dictorum, pro ſemel eidem Dominæ Carolæ actu contrario, & in defectu ſolutionis hujusmodi pro ſuo intereſſe applicanda; quas ſiquidem obligationes & promiſſiones ipſe Dominus Delphinus fieri facere tenebitur, ſcilicet de medietate dicti dotalitii infra dictas octavas proximi Feſti Paſchæ, & de alia medietate infra ſex menſes poſt & immediatè ſequentes. Item ſimiliter actum eſt, quod ipſe Dominus Delphinus teneatur, & debeat ſufficienter fidejubere pariter & aſſecurare, de reſtituendo eidem Dominæ Carolæ, ſeu illi vel illis cui pertinebit, caſu reſtitutionis adveniente (quod Deus advertat) id quod de ipſa ſumma dotali ducentùm millium ſcutorum fuerit perſolutum, & per ſimiles terminos quibus reperietur eſſe ſolutum, inchoando tamen infra unum annum poſtquam primum reſtitutio ipſa haberet locum. Item

pro

ANNO 1451.

ANNO 1451. pro ampliori declaratione ipſarum cauſionum & aſſecurationum ſic præſtandarum ſimiliter actum extitit, quod ipſe Dominus Delphinus tantummodo in quolibet termino ſupra declaratorum terminorum, fidejubere & aſſecurare debeat de quantitate ſeu ſumma quæ ſibi ut ſupra ſolvetur, & non de pluri; hoc tamen intellecto, ſi fortè ipſe Dominus Delphinus deficeret aut protelare vellet, hujusmodi ſic dandas ſecuritates, tam reſpectu ipſius dotalitii, quàm etiam aliarum quantitatum de ipſa ſumma dotali ut ſuprà præſtandarum & recipiendarum, eo caſu memoratus Dux Sabaudiæ non teneatur quicquam ulterius ſolvere de prædicta ſumma dotali, quousque ipſe Dominus Delphinus debitè aſſecuraverit, ut dictum eſt, prædictum dotalitium ſeu dourium, & prædictas dotales ſummas ut prædicitur recipiendas. Item etiam actum extitit, quod prælibatus Sereniſſimus Dominus Delphinus, quam primum dicta Domina Carola ad ætatem annorum duodecim pervenerit, curabit & curare tenetur cum effectu & absque defectu, quod ipſa præmiſſis mediantibus, renuntiabit omnibus bonis paternis, maternis, fraternis, & ſororinis, & prædicta dote vocabit ſe contentam, & hoc ſub obligatione omnium & ſingulorum ipſius Domini Delphini bonorum præſentium & futurorum. Item quod jocalia, veſtimenta & alia ornamenta ipſius Domine Carolæ, quælibet dictarum partium pro ſua dignitate & debito facere teneatur & debeat ſecundum utriusque partium honoris & ſtatus decentiam, & prout in ſimilibus caſibus & inter tales Principes eſt fieri aſſuetum. Quæ omnia & ſingula ſupra & infra ſcripta promiſerunt & promittunt dictæ partes nominibus quibus ſupra, & quælibet ipſarum partium prout eam concernere poteſt, pro ſe & ſuis hæredibus & ſucceſſoribus univerſis, juramendis ſuis factis Evangeliis ſacroſanctis, ſubque ſuorum, imò verius pro quibus agunt omnium & ſingulorum præſentium & futurorum expreſſa obligatione bonorum, grata, rata, valida & firma habere perpetuo & tenere, ſiaque una partium alteri & è contra attendere, aſſecurare ſolvereque, & in omnibus & per omnia inviolabiliter obſervare terminis ſtatutis, & nunquam per ſe vel alium contra facere, dicere, vel venire; nec alicui contra facere, dicere, vel venire volenti in aliquo conſentire clam vel palam, tacitè vel expreſsè, quovis quæſito colore; quinimo ipſi Domini Ambaſſiatores ipſa omnia & ſingula ſupra & infra ſcripta emologari, approbari & ratificari facere per prælibatum Sereniſſimum D. Delphinum, infra diem octavam proximi menſis Martii per Autentica ſcripta, in bonaque & valida forma ipſi D. Duci per memoratos Dominos Ambaſſiatores interea temporis mittenda & expedienda; renunciantes propterea præfati Domini contrahentes nominibus præmiſſis, & illorum quilibet in hoc facto ſub vi ſuorum jam præſtitorum juramentorum, omni actione & exceptione doli mali, vis, metus & in factum, omnique læſione, circumventione, fraude, gravamine, & errore, ac juribus quibus deceptis ſuis in contractibus ſubvenitur, omnique appellationis, ſupplicationis, provocationis, ac bonorum ceſſionis remedio, in integrum reſtitutionis beneficio, & omni appellationi, relaxationi & diſpenſationi juramenti, etiam omnibus Privilegiis, Præminentiis, Beneficiis & Indultis impetratis & impetrandis, Patriæque & locorum Conſuetudinibus, nec non omnibus Juribus Canonicis, Civilibus, ac Municipalibus, & aliis quibus ad veniendum contra præmiſſa ſeu ipſorum aliqua ſe juvare poſſent quomodolibet vel tueri, ſignanter juri dicenti generalem Renunciationem non valere, niſi ſpeciali præcedente. De quibus præmiſſis omnibus & ſingulis ipſi Domini contrahentes quibus ſupra nominibus, voluerunt & præceperunt per nos Tabelliones & Secretarios prædictos, ad opus cujuslibet ipſarum partium, fieri unum & plura, ſi opus ſit, tenoris ejusdem publica Inſtrumenta, peritorum dictamine ſi fuerint neceſſe diſtanda, & corrigenda, facti tamen ſubſtantia in aliquo non mutata, ſigillis ipſorum Dominorum ſigillanda & roboranda; quæ ſic acta, geſta & concluſa fuerunt in Civitate Gebennenſi, videlicet in Domo Conventus Fratrum Minorum, in Camera dicti D. Ducis in qua præſentialiter ſuam facit reſidentiam, anno à Nativitate Domini currente 1451. Indictione 14. menſis Februarii; præſentibus illuſtribus Dominis antedicti D. Ducis primo ſecundogenitis Amedeo Principe Pedemontium, & Ludovico Comite Gebennenſi, necnon Reverendis, Magnificisque & Spectabilibus Viris D. D. G. de Saluciis Epiſcopo Lauſanenſi, Jacobo de Turre Cancellario, Joanne Domino Barlati Sabaudiæ Mareſcallo, Jacobo de Balma Domino Albergamenti, Petro de Grolea D. ſancti Andreæ, Jacobo de Vallepergia, Jacobo de Challand, Hectore Joſſelin Conſiliariis, & Franciſco Fabri Secretario præfati Domini Ducis ad præmiſſa adſtantibus, & pro Teſtibus rogatis. *Signé*, P. Bolomerii, & P. de Anneſſiaco Notarii & Secretarii Domini Ducis. Quorum quidem Dominorum Ambaſſiatorum ſupra nominatorum poteſtatis præmentiouata tenor ſequitur & eſt talis. ANNO 1451.

Louis aîné-fils du Roi de France, Daufin de Viennois, Comte de Valentinois & de Diois: A tous ceux qui ces preſentes Lettres verront & orront, Salut. Comme par pluſieurs & diverſes fois & journées, certaines Ambaſſades aient été faites tant d'une part que d'autre, entre nous & nôtre tres-cher & tres-amé Couſin le Duc de Savoie, en eſperance, & intention de parvenir au traité & accompliſſement du mariage de Nous & de Damoiſelle Charlote de Savoie, fille de nôtredit Couſin. Surquoi combien que pluſieurs ouvertures de traité & offre aient été faites de chacune des parties, n'a encor été priſe aucune finale reſolution; & il ſoit ainſi que nous conſiderant les grandes, & anciennes conſanguinitez, & proximité de lignage, & les affinitez, longues lignies & amitié qui de longtems ont été & ſont entre Monſeigneur, Nous & nos Predeceſſeurs, & nôtredit Couſin & les ſiens, deſirant l'entretenement & augmentation d'iceux. Savoir faiſons, que nous conſiderant les choſes deſſusdites, & pour pluſieurs autres cauſes qui raiſonnablement à ce nous ont meûs & meuvent, de nôtre certaine ſcience, & propos déliberé, & meſmement eû ſur ce grande & meure déliberation avec les Gens de nôtre Conſeil, confians à pleiu des ſens, diſcretion, prudence, loiauté, & prud'hommie de nos amez & feaux Conſeillers, Jean Bâtard d'Armagnac, Seigneur de Gourdon nôtre Chambellan, & Maréchal de nôtredit Dauphiné, & Maiſtre Antoine Bolomier, General de toutes nos Finances, iceux avons aujourdhui conſtitué, commis & ordonné, établis & deputez & par ces preſentes conſtituons, commettons, ordonnons, établiſſons, & députons nos Procureurs, Ambaſſadeurs & Meſſagers ſpeciaux, auſquels nous avons donné, & donnons par ces preſentes, pleine & entiére puiſſance, autorité, commiſſion, & Mandement ſpecial de eux transporter par devers nôtredit Couſin, & autres qu'il apartiendra & beſoin ſera, & illec traiter, apointer, accorder, accepter, & du tout conclurre ledit mariage, & ſi beſoin eſt épouſer ladite Damoiſelle, pour & en nom de nous accepter, conſentir, & avoir agreable les ſommes de deniers à nous autrefois preſentées, offertes & promiſes en faiſant ledit mariage; de icelle ſomme moderer & diminuer, ſi beſoin eſt, & de muer, changer, & prolonger les termes & paiemens d'icelle, & en quitter, remettre & delaiſſer telle partie ou portion qu'ils verront eſtre expedient, de promettre, accorder, & aſſurer tel doüaire qu'ils verront bien être, de jurer pour & en nom de nous, & nous obliger d'entretenir, conſommer, & accomplir ledit mariage ſans aucune interruption, & nous en ſoumettre à toutes altriétions ſpirituelles & temporelles, de pouvoir nous obliger nous, & nos Terres & Seigneuries quelconques preſentes, & à venir, tant pour le doüaire que pour les ſommes qui ſe recevront à cauſe dudit mariage, le cas de reſtitution avenant (que Dieu ne veuille) & de ſe faire donner, & paſſer telles Obligations, Lettres, Actes & Inſtrumens qu'ils verront être à faire & neceſſaires, & generalement de faire en tout & par tout touchant ledit mariage, & dépendances d'icelui, tout ainſi que ſerions, & faire pourrions, ſi preſens & en perſonnes y étions, jaçoit que les choſes requierent Mandement plus ſpecial, promettant en bonne foi, en parole de fils de Roi, & ſur l'obligation de tous, & un chacun nos biens, Païs, Terres, & Seigneuries quelconques preſens & à venir, avoir agreable, & tenir ferme, & ſtable à toûjours, mais perpetuellement, ſans jamais aller à l'encoutre pour quelcouque cauſe que ce ſoit, ou puiſſe être, tout ce que par nosdits Conſeillers, Ambaſſadeurs, & Procureurs, ſera fait, procuré, & accordé en ladite maniere, & les circonſtances & dépendances d'icelles, les relever, garder & défendre de tous intereſts, charges & dômmages qu'il pourroit avoir d'icelle cauſe. En témoin de ce, nous avons fait mettre nôtre ſoel à ces preſentes. Donné à Alexan prés nôtre Ville de Romans, le 28. jour de Janvier, l'an de Grace 1451. par Monſeigneur le Dauphin en ſon Conſeil. Signé, Thoreau.

CXXXII.

ANNO 1451. 17. Mars.

CXXXII.

Promiſſio per CAROLUM DE GONZAGA *Marchionem Mantuæ*, FRANCISCO SFORTIÆ *Vicecomiti Duci Mediolani facta, de ſervandis Pactis ei conſtitutis, ſub pœna* 80. *millium Ducatorum. Actum die Mercurii* 17. *Martii anno Nativitatis* 1451. *Indictione* XIV. [Pièce authentique, tirée des Archives Archiducales de Mantouë.]

IN nomine Domini, Anno à Nativitate ejusdem milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo primo, Indictione quarta decima, die Mercurii ſeptimo decimo menſis Martii. Illuſtris Dominus Carolus de Gonzaga Marchio &c. natus quondam Illuſtris Domini Joannis Franciſci Marchionis Mantuæ &c. voluntariè, ſponte, & ex certa ſcientia, & non per vim, nec metum, & non per aliquem errorem Juris, & facti, & alias omnibus modo, Jure, via, & forma, ac cauſa, quibus melius potuit, & poteſt, convenit, & facit infraſcriptas promiſſiones, obligationes, & Juramentum coram ſpectabili, & exhimio Juris utriuſque Doctore Domino Johanne de Amelia Ducali Auditore, & ſpectabili Domino Cicho Simonete Ducali Secretario Procuratoribus, Nuntiis, & Mandatariis Illuſtriſſimi, & Ex. Domini Domini Franciſci Fortiæ Vicecomitis Ducis Mediolani &c. Papiæ, Angleriæque Comitis, ac Cremonæ Domini &c. ad prædicta, & infraſcripta omnia, & ſingula ſpetialiter conſtitutis, & deputatis per Inſtrumentum, ſeu rogitum per me Notarium infraſcriptum die ſexto decimo præſentis menſis Martii. Nec non in manibus ſuis, ac eriam mihi Notario infraſcripto perſonæ publicæ ſtipulantibus, & recipientibus nomine, & vice, & ad partem, & utilitatem præfati Illuſtriſſimi Principis, & Ex. Domini Domini Ducis Mediolani &c. per hæc verba, ut infrà, videlicet:

CAROLUS DE GONZAGA, *Marchio &c. per lo tenore de le preſente, promecto a li dicti Procuratori, & ciaſchuno de loro preſenti, ſtipulanti, & recipienti ut ſupra de ſure, ſtare, & obſervare le ſopraſcripte coſe, & Confine quale per la Ex. ſua mi ſono ſtate ordinate, & deputate, o vero me ſeranno ordinate, & deputate, & ale dicte Confine andare. Et prometto dà quelle non partirme ne quele compero per alchuno modo fin al termine ordinato, cioè fin à tanto che ſrà eſſo Illuſtriſſimo Signore Ducha & la Illuſtre Signoria da Venetia ſua facta, & concluſa pace pandita publice per parte di l'uno, e di l'altro; Et quando non ſequiſſe pace frà le dicte parte, & che ſeguiſſe guerra, in quello caſo della guerra il termiae predicto ſe intenda finito, quando lo dicto Illuſtriſſimo Signore Duca haverà acquiſtato la Città de Breſſa, le quale confine ſiano la Terra di Cerrano o vero di Tiecha di Novarese, o vero Mortara del Paveſe. Et queſto ſe intenda per ſtantia, & reſſidentia mia firma, & mie confine. Et in quanto che io non andaſſe a le dicte confine, o vero andandoli le rompeſſe, & fugiſſe via, ſi che non fuſſe retenuto per eſſo Illuſtriſſimo Signore Duca tunc, & eo caſu promecto all' Ex. ſua pagare Ducati octanta millia d'oro, & in auro nomine pœnæ ſolemni ſtipulatione promiſſa d'applicarſe ad eſſo Illuſtriſſimo Signore Duca in termine de octo anni ad raſone de Ducati dieci milia ſingulo anno da pagarſi quolibet anno. Incomenzando el dicto termine del pagamento quando mi contrafaceſſe in rompere eſſe confine ut ſuprà. Item, che andando un una fiata o più alla preſentia del prelibato Illuſtriſſimo Signore Duca, cum ſua licencia ritornaro ogni fiata a le dicte confine, & ſimiliter andaro alle altre confine boneſte al parere, & voluntà de la Ex. ſua le quale obſervarò ſenza alchuna exceptione, & contradictione, volendo la Ex. ſua mutarme confine, & mi non obſervando quelle, ſe intenda haverle rotte. Item prometto all' Illuſtriſſimo Signore Duca durante il dicto termine non operare, ne tractare, ne temptare alchuna coſa prr eccto, ne indirecto per alchuno queſito colore, ne fare operare, ne tractare per altre perſone quale foſſe contra la Perſona, o vero Stato deſſo Illuſtriſſimo Signore Duca, ſua Conſorte, ſoi figholi, & Fratelli, ne de ſoi Conſigati, & Adherenti, Ricomendati, & ſeguaci, ne de ſoi, overo, Città, Terre, & Loci, & alchuni d'eſſi, & ſe ſentiro, che altri la cerchea, tractarà, o temptarà, de ſubito ne avviſaro la ſua Ex. per Meſſo, o per Lettere. Et juſta poſſe li deſturbarà, & obviarò, & coſſi de altra coſa ſia, o poſſa eſſere danno, manchamento, & preiuditio de la perſona, & Stato deſſo Illuſtriſſimo Signore Duca. Item promecto al prelibato Illuſtriſſimo Signore Duca, che frà el termine de ſei meſi proximi pagarò, & farò il debito efectualiter à tutti quelli debeno havere dà mi in Milano, o in altri Loci de la Ex. ſua, ſi che tutti ſe demandaramo ben contenti dà mi per qualuncha coſa, o per qualuncha cauſone io doveſſe fare alchune coſe, cioè per la mitade infra ſei meſi predicti, & per l'altra mitade infra oltri ſei meſi proxime ſubſequenti. Siche in termine de nuo anno vengano ad eſſere pagati in tutto, accordati integre, & cum effectu. Intendendo, che ſimelmente ſia facto il debito à mi dà quelli me doveſſeno dare in la Territorio deſſo Illuſtriſſimo Signore Duca; Item promecto al prelibato Illuſtriſſimo Signore Duca, durante lo dicto termine de Confine non impazarme, ne tore, ne tenire gente darme dà Cavallo, ne da pedi, quali erano de la mia Conducta, le quale per lo preſente renuntio, & laſſo expreſſe, & ſponte. Et ſimiliter promecto ad eſſo Illuſtriſſimo Signore Duca de non demandare, ne fare domandare a le dicte gentedarme, che ſureno mie, ne ad alchuni deſſi debito alchuno di ſoldo ò di preſtantia, o del ſervito, o non ſervito, ſi veramente chel ſe intenda mi eſſere liberato, & abſoluto dà tutti quelli dinari contanti quali mi poteſſe demandare la Ex. ſua. Et coſi dà quelli denari haveſſe recento dà qui in dieto per via de aſſignamenti a mi facti, & quolli aſſignamenti non haveſſe riſceſſi, intende reſtano all' Ex. ſua, & mi non dovermene più impazzare. Et de, & concedo all' Ex. ſua ogni raſone, & actione a mi foſſe acquiſtata per li dicti aſſignamenti. Et coſi prometto al prelibato Illuſtriſſimo Signore Duca de non impazzarme del governo, & regimento de le mie Terre, ne de qualuncha altra coſa ſpectaſſe à le dicte Terre excepto de le intrade quale Terre ſono di preſente in le mane, & governo de le Illuſtre Signore Marcheſe mio Fratello, & dal preſente dì in ante, intendo, che ele remancheno ſotto el governo, & regimento deſſo Illuſtre Signore Marcheſe mio Fratello, & ogni altra obligatione, che foſſe trà la Ex. ſua, & mi, per preſentes ſe intenda annullata. Item promecto al prelibato Illuſtriſſimo Signore Duca conſignare Miſſer Evangeliſta mio Figliolo al prelibato Illuſtriſſimo Signore Duca, & promecto fare, & curare cum effectu chel ſtarà dove piacerà alla Excellentia ſua, & obedirà à tutti li ſoi commandamenti. Item promecto al prelibato Illuſtriſſimo Signore Duca, che ſe io contrafaceſſe, o vero non obſervaſſe le ſopraſcritte coſe, & promiſſione, cioè ſe faceſſe contra la perſona, o vero lo Stato d'eſſo Illuſtriſſimo Signore Duca, o vero ſe faceſſe, o teneſſe gentedarme dà Cavallo o da pede, o vero, che Miſſer Evangeliſta mio Figliolo fugiſſe, o vero che mi el faceſſe fugire, o vero anche tractaſſe de tore le Terre del Signore Marcheſe mio Fratello, o le mie, & che fugiſſe, & foſſe pigliato, & retenuto, o vero, che alchuna de le predicte coſe commetteſſe, che ſio obligato, & tenuto pagare al prelibato Illuſtriſſimo Signore Duca Ducati ſeſſanta millia ſettanta cinque d'oro, & in auro, ad raſone de Ducati decemillia ſingulo anno, ſecondo ſe contene infra nella promiſſione del prefato Illuſtriſſimo Signore Marcheſe mio fratello, li quali hò riceuto dà eſſo Illuſtriſſimo Duca, per ſoldo à impreſtantia, non obſtante alchuna dicta liberatione mi haveſſe facta eſſo Illuſtriſſimo Signore Duca deſſi dinari; Et in caſo che io non contrafaceſſe in alcuna de le dicte coſe ut ſupra tantumodo fugendo dà eſſe Confine foſſe pigliato, & ritornato in preſone, promecto pagare al prelibato Illuſtriſſimo Signore Duca la mitate delli ſopraſcritti Ducati ſeſſanta millia ſettanta cinque d'oro, cioè Ducati trenta millia trentaſette d'oro, & in auro à la dicta raſone de Ducats dece millia per anno ut ſupra; Quibus ſolutis poſſa il dicto Illuſtriſſimo Signore Duca providere de la perſona mia de ritenirme in preſone, o de remandarme ad confine come ſopra de ſua voluntà; Et de tutte le predicte coſe hò pregato, & eichieſto lo Illuſtre Signore Marcheſe mio Fratello, che prometta per me, & che obſervaro tutte, & ſingule coſe.*

ANNO 1451.

Ità tamen quod unica ſolutio ex qualibet pœnarum appoſitarum in Inſtrumentis facta, per Magnificum Dominum Carolum pro aliqua ex dictis cauſis liberet eundem Illuſtrem Dominum Marchionem pro dicta cauſa, pro qua ſolutio facta eſſet; Et è converſo ſolutio ex cauſa qualibet pœnarum appoſitarum in ipſis Inſtrumentis facta per ipſum Dominum Marchionem liberet à dicta cauſa pro qua ſolutio facta fuerit, præfatum

ANNO 1451. fatum Dominum Carolum, ut unica tantum fiat ſolutio, & pœnarum ſatisfactio per alterum ex eis tantum, ne pœnæ duplicatæ, & unicuique pertinete viderentur. Quæ omnia, & ſingula ſupradicta præfatus Illuſtris Dominus Carolus promixit, & convenit præfatis Dominis Johanni de Amelia, & Cicho Simonetæ Procuratoribus, Nuntiis, & Mandatariis ut ſuprà, nec non mihi Notario infraſcripto perſonæ publicæ ſtipulantibus, & recipientibus nomine, & vice, & ad partem, & utilitatem prælibati Illuſtriſſimi Domini Domini noſtri Ducis Mediolani &c. & per ipſos Dominos Johannem, & Cichum Procuratores, Nuntios, & Mandatarios ut ſupra, ac me Notarium infraſcriptum prælibato Illuſtriſſimo Domino Domino noſtro Duce Mediolani &c. attendere, obſervare, & adimplere in omnibus, & per omnia, & de verbo ad verbum prout ſuperiùs continetur, & fit mentio, & nullo tempore, nulloque modo, cauſa, vel ingenio contrafacere, vel venire aliquo titulo, contradictione, vel cauſa, & omni tempore prædicta omnia rata, grata, & firma habere, & tenere, & executioni mandare. Et pro prædictis omnibus, & ſingulis ſupradictis obſervandis, & adimplendis præfatus Ill. Dominus Carolus juravit, & jurat ad ſancta Dei Evangelia, manibus corporaliter tactis Scripturis ſub fide veri, & legalis Domini, & ſub ypotheca, & obligatione omnium, & ſingularum terrarum, ac bonorum mobilium, & immobilium, & Jurium ſuorum, & hæredum, & ſucceſſorum ſuorum. Et ita, & eo acto, & dicto, quod ſi pro prædictis ullo tempore agi contingerit, poſſit præfatus Ill. Dominus Carolus, & hæredes, & ſucceſſores ſui ubique, & ad prædicta omnia, & ſingula tealiter, & perſonaliter conveniri. Renuntiando præfatus Dominus Carolus exceptioni, quod non poſſit ullo tempore dicere, opponere nec alegare tibi hoc ob vim, metum, nec violentiam factam fuiſſe; & omni accuſationi, probationi, & deffenſioni, quam proindè facere poſſet in contrarium; Renuntiandoque præfatus Dominus Carolus exceptioni non facti, & non celebrati hujusmodi Inſtrumenti, promiſſionis, obligationis, & Jutamenti, & prædictorum omnium, & ſingulorum non ità, & taliter actorum, & factorum, omnique probationi, & deffenſioni in contrarium; Et inſuper etiam renuntiavit præfatus D. Carolus omnibus Legibus, & Capitulis tàm Juris Civilis, quàm Canonici, Conſtitutionibus, Statutis, Decretis, Ordinibus, Conſuetudinibus, Stylis, & aliis quibuscumque Juribus per quæ, vel alterum eorum impediretur peti, & exigi dicta pœna; Quibus omnibus, & ſingulis expreſsè præfatus Dominus Carolus renuntiavit, & renuntiat, quia voluit omninò ad dictas pœnas tenori, & obligarum ſore, & exigi poſſet effectualiter, & ipſo facto. Et inde, & in fidem, & teſtimonium præmiſſorum ejus Domini Caroli propria manu hoc præſens Inſtrumentum ſubſcripſit, & ſigillo ejus conſueto ſigillari fecit; Et indè de prædictis omnibus, & ſingulis juſſum, & rogatum fuit per me Jacobum de Perego Notarium infraſcriptum, & publicum Notarium Mediolanenſem, ac etiam Notarium præfati Illuſtriſſimi, & Ex. Domini Domini noſtri Ducis Mediolani &c. publicum debere confici Inſtrumentum unum, & plura unius ejusdem tenoris. Actum, & datum in Domo ſpectabilis Militis Domini Franciſci de Lauduano ſita in Porta Vercelina, Parochia Sancti Protaxii in Campo intus Mediolani, ubi præfatus Ill. D. Marchio Mantuæ &c. ſuam facit de præſenti reſſidentiam; Præſentibus pro Notariis Marcho de Perego filio mei Notarii infraſcripti Portæ Novæ, Parochiæ Sancti Stephani ad unxigiam & Ambroſio de Baxilicapetu Filio Domini Antonii Portæ Romanæ, Parochiæ S. Nazarii in Brolio. Interfuerunt ibi Teſtes ſpectabilis Miles Dominus Georgius de Mayno filius quondam Domini Aluyſii Portæ Vercelinæ Parochiæ Sanctorum Naboris, & Felicis, ſpectabilis Miles Dominus Franciscus de Lauduano filius quondam Domini Beltrami Portæ Vercelinæ Parochiæ Sancti Protaxii in Campo intus, Dominus Nicolaus de Catabenis de Mantua filius quondam - - - - - Vincentius de Scalona de Cremona filius quondam - - -. Et Johannes de Ulefſiis filius quondam Ambroxii de Civitali, Jacobus Bandi de Malumbris de Cremona filius quondam Ricardi, & Zaninus Bartholomei de Barbatis filius quondam Bartholomei, omnes tres Ducales Cancellarii, & omnes ad præmiſſa ſpetialiter vocari, & rogati, ac noti, & idonei.

Cum Copia in carta pergamena ſcripta, in Archiduca-

li ſecretiori Archivio Mantuæ *aſſervata præſentem ſamptam Copiam omninò concordare atteſtor*

ANNO 1451.

Ego LUDOVICUS *Nob. olim* H. OCTAVII DE MAZZUIS *filius Civis publicusque Imperiali auctoritate* Mantuæ *Notarius ac dicti ſecretoris Archiducalis Archivii Cancellarius. In quorum fidem hic me ſolitu cum atteſtatione ſubſcripſi hac die* 15. *Februarii* 1720.

Ita verum eſſe affirmo

Ego JOSEPH MARIA CASTILEONUS *ejusdem Archivii Præfectus, hac die* 16. *Februarii* 1720.

CXXXIII.

FREDERICI *Romanorum Regis Inveſtitura* ALEXANDRO DE GONZAGA *Filio quondam* JOANNIS FRANCISCI DE GONZAGA, *Mantuæ Marchionis conceſſæ, de pluribus Caſtris, Villis & Jurisdictionibus in Dioceſi Brixienſi ſitis, eique Alexandro vigore paterni Teſtamenti perventis. Datum in Nova Civitate die* 21. *Martii, Anno Domini* 1451. *Regni ſui Anno undecimo.* [Pièce Authentique, tirée des Archives Archiducales de Mantouë.] 21. Mars.

FEDERICUS Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, Auſtriæ, Styriæ, Kainthiæ, & Carniolæ Dux, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, & Portus Naonis, Comes in Hasburg, Tyrolis, Ferretis, & in Ryburg Marchio Burgoviæ, & Lantgravius Alſaciæ. *Illuſtri Alexandro de Gonzaga* Filio quondam *Illuſtris Johannis Franciſci Marchionis Mantuæ* noſtro, & Imperii Sacri fideli dilecto Gratiam Regiam, & omne bonum. Illuſtris fidelis dilecte. Ingens devotionis affectus, & fiucere fidelitatis zelus, quem tu, ac progenitores tui ad nos, & Sacrum Romanum Imperium ſemper habuiſtis, nos inducunt, ut tibi in his quæ tui honoris, ac ſtatus incrementum reſpiciunt, propenſiores ſimus, & ad ea tibi concedenda gratioſius invitemur. Sane pro parte tua Nobis per honorabilem Lodovicum de Crema Decretorum Doctorem, Nuntium, & Procuratorem tuum ſupplex exhibita petitio continebat, *Quatenus te, & hæredes tuos de infraſcriptis Terris, Caſtris, Opidis, Fortaliciis, & Locis, videlicet Canedo cum ponte ſuper Flumen Olii, nec non Revelino, ſeu Fortalicio altra dictum Flumen Olii verſus Territorium Cremonenſe cum omnibus Villis ei ſubjectis*, videlicet *Bozolaco, Aquanegra, Beverara, Moſio, Caſel Romano, Fontanella, Volungo* cum ſuo *Fortalicio*, & *Garzageto*, Item *Caſtro Oſtiani Caſtelgunfreda, Medule*, cum *Villa Guidezoli*, Item *Caſtro à Steveriis* cum Villa *Solfarini*, Item *Caſtro Redoldiſchi* cum *Monte cuculo, Sancto Fermo*, & *Sancto Salvatore*, Item *Caſtro Marianæ*, Item *Caſtro Ajulæ* cum *Caſaloldo*, & ſuo *Fortalicio Ramedelo ſuperiore*, & *inferiore*, & *Mariana* verſus Aquam nigram, Item *Caſtro Lonati*, & univerſaliter de omnibus Rochis, Fortaliciis, Villis Territorii Brixienſis, cum ſuis Curtis, pertinentiis, & Jurisdictionibus, quæ quondam prefatus tuus Genitor tenuit, & poſſedit, & tibi veluti ejus legitimo filio in ipſius Teſtamento reliquit, ac de quibus prefatus *Genitor tuus, ac tu* à quondam *Filippomaria Duce Mediolani* fuiſtis inveſtiti, de Romana Regiæ Dignitatis noſtræ auctoritate inveſtire, & ea tibi, & prefatis hæredibus tuis in beneficium, ac Feudum de novo concedere gratioſè dignaremur. Hos itaque ad premiſſa tua, ac Progenitorum tuorum merita, & preſertim ad fineeram, atque illibatam fidelitatem quam erga nos, & Imperium ſacrum hucusque conſtanter, ac inviolabiliter obſervaſtis dignam conſiderationem habentes, ſano ad hoc Venerabilium, & Illuſtrium Principum,

ANNO 1451. Prelatorum, Ducum, Marchionum, Comitum, Baronum, & aliorum Procerum & Nobilium Sacri Imperii Fidelium dilectorum noſtrorum accedente Conſilio tibi, & hæredibus tuis Maſculis ex te legitime deſcendentibus, *ac in eorum defectum fratribus* tibi *ex predicto Teſtamento Paterno ſuccedentibus* predictas Terras, Caſtra, Opida, Rochas, & Fortilicia ſic ut premittitur per quondam Patrem, & Genitorem tuum in Territorio Brixienſi habita, & poſſeſſa una cum univerſis, & ſingulis eorum & cujuslibet ipſorum Villis, & Curtis, Collonis, & pertinentiis, nec non cum omnibus honoribus, Juribus, ac Jurisdictionibus, Redditibus, & introitibus ibidem tempore mortis Patris tui per te quomodolibet repertis videlicet Daciis, Theoloneis, Vectigalibus, Pedagiis, Guidageis Salmariis, Traverſiis, Imbotatibus, Limitationibus, Condemnationibus damnorum datorum, & aliis quibuscumque Pontibus, Portibus, Paſſibus, Aquis, & Fluminibus publicis, vel privatis, Rivis, Rugeriis, Araſtariis, Poleſinis, Molendinis, Piscariis, Albergariis, Pratis, Paſcuis, Silvis, Nemoribus, Venationibus, Territoriis, & Confinibus, nec non mero, & mixto Imperio, ac omnimoda Jurisdictione, Dominio, & Gladii poteſtate tamquam ad nos, & Sacrum Romanum Imperium *per obitum preſati Ducis Mediolani, quo ad ſuperioritatem, & jus Inveſtituræ devoluta* auctoritate Regia, de certa ſcientia atque plenitudine poteſtatis, damus; & concedimus ex tibi, & prefatis hæredibus tuis in feudum, & beneficium nobile, liberum, francum, & antiquum conferendo prefatum Ludovicum Nuncium, & Procuratorem tuum ad hoc legitimo, & ſufficienti mandato ſuffultum per te, ac tuo nomine humiliter petentem, & acceptantem, prefata auctoritate ſolemniter *Inveſtientes* accepto, & preſtito nobis ab eo in animam tuam debitæ fidelitatis, homagii, & ſubjectionis Juramento volentes & hoc Regio Edicto ſtatuentes quod tu, & prefati hæredes tui, prefatas Terras, Caſtra, Opida, Fortilicia, & Loca ex nunc in antea à nobis, & ſucceſſoribus noſtris Romanorum Regibus, & Imperatoribus, ac ipſo Sacro Romano Imperio immediatè tenere, & recognoscere debeatis, quemadmodum alii nobiles Feudatarii, & Vaſſali Imperii in partibus Lombardiæ ſua Feuda à nobis, & Imperio Sacro tenent, atque recognoscunt, Quodque in eisdem Terris, Caſtris, Villis, & eorum Territoriis plenam, liberam, & omnimodam poteſtatem, ac Jurisdictionem gerere, facere, exercere omniaque & ſingula onera tam realia, quam perſonalia & mixta ibi imponere, exigere, & levare poſſitis, quam & que alii Sacri Imperii Feudatarii, & Vaſſalli in iſtis partibus in terris, & ſtudiis ſibi ſubjectis gerere, facere, & exercere, imponereque exigere, & levare conſueverunt, & ſecundum quod pro noſtra, & veſtra, nec non Sacri Imperii dictarumque Terrarum, & locorum commodo, utilitate, & conſervatione videretis expedire, Adjicientes expreſſe quod ſi forſitan aliqua predictorum Jurium ut pote datiorum, Vectigalium, Pedagiorum, Imbotatuum, Moleudinorum, portuum, pontium, & aliorum hactenus per te, vel predeceſſores tuos ueglecta, vel etiam alia preterquam Imperiali auctoritate, & conſenſu iudebite, & irracionabiliter remiſſa, ſeu condonata forent quo tu & predicti hæredes tui illa noſtra ac Sacri Imperii auctoritate revocare, recuperare, & ad eum ſtatum reducere poſſitis quem major pars Territorii Brixienſis facit, & obſervat quacunque remiſſione, pacto, convention aut temporis curſu non obſtante. Quocirca univerſis, & ſingulis dictarum Terrarum, Caſtrorum, Villarum & locorum ſubditis Civibus, Incolis, Inhabitatoribus, Penſionariis, Cenſuariis, Collonis, Ruſticis, Agricolis, & aliis quibuscumque diſtrictè precipiendo mandamus, Quatenus tibi & prefatis hæredibus tuis ſic ut premittur à nobis inveſtitis ex nunc in antea tamquam eorum veris, legitimis, & naturalibus Dominis in omnibus, & ſingulis premiſſis pareant, & obediant reverenter, exhibeantque in cunctis debitam fidelitatis obedientiam, reverentiam pariter, & honorem, noſtra tamen, & Imperii Sacri ſuperioritate, auctoritate, Jure, proprietate, ac debita recognitione ſemper ſalvis, inſuper univerſis, & ſingulis Principibus, Eccleſiaſticis, & Secularibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Vicariis Poteſtatibus, Capitaneis, Commiſſariis, ac Locumtenentibus, nec non Terrarum, Civitatum, & Locorum Communitatibus, Gubernatoribus, & Rectoribus eorumdem tenore preſentium committimus, & mandamus, Quatenus te, & hæredes tuos predictos, antedictis Terris, Caſtris, Opidis, Villis, Juribus, & Juriſdictionibus, Datiis, Theloneis, Vectigalibus, & ceteris omnibus ſupradictis tanquam à nobis inveſtitum, & inveſtitos uti, frui, & gaudere patiantur, nec vos in aliquo moleſtent, aut perturbent, aut ab aliis quibuslibet ſinant, & permittant quovis modo moleſtari. Volumus etiam ac tenore preſentium de preſata Romana Regia poteſtate declaramus quod ſi de Civitate Brixiæ, & ejus Territorio contingeret aliquam perſonam, ſeu Communitatem per nos, aut ſucceſſores noſtros Romanos Reges, aut Imperatores inveſtiri, aut eosdem in Vicariatum dari ſeu etiam alias datum fuiſſet: cui in hac parte derogamus, & ex nunc volumus eſſe derogatum, quod in hujusmodi Inveſtitura, aut Vicariatu non intendimus, neque volumus predictas Terras, Caſtra, Opida, & Fortilicia aliquatenus compreudi, niſi de hoc ſpetialis, & expreſſa de verbo ad verbum, mentio facta fuerit, & per nos, aut ſucceſſores noſtros preſentibus expreſſe, ac ex certa ſcientia ſpecificè fuerit derogatum. Preſentium ſub noſtræ Regiæ Majeſtatis ſigilli appenſione Litterarum. Datum in Novacivitate die *vigeſima prima* menſis *Martii*, Anno Domini *milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo primo*, Regni noſtri Anno *undecimo*.

ANNO 1451.

R. Ad Mandatum Domini Regis Rdo. Pre, D. Enea Episcopo Senen. referſi.

VALDARICUI WARLTZLI.

Cum Tranſumpto in Lib. Tranſumptorum Fol. 10. *in carta pergamena conſcripto, & in* Mantuæ *Archiducali ſecretiori Archivio adſervato penitus conferre præſentem Copiam atteſtor*

Ego LUDOVICUS *Nob. olim* H. OCTAVII DE MAZZUIS *Filius Civis publicusque Imperiali auctoritate* Mantuæ *Notarius ac prædicti Archiducalis ſecretioris Archivii Cancellarius pro fide, hic me, ſolita cum atteſtatione, ſubſcripſi, hac die* 21. *Decembris* 1719.

Ita verum eſſe affirmo

Ego JOSEPH MARIA CATTELEONUS *ejuſdem Archivii Præfectus, hac die* 22. *Decembris* 1719.

CXXXIV.

Ratificatio JOANNIS DE CARRETO *ſuper Capitulis, Pactis, & Conventionibus, inter ipſum & REMPUBLICAM JANUENSEM, die* 7. *Auguſti anni currentis, initis, nec non ſuper Inveſtiturâ tertiæ partis* Finarii *& Caſtri* Govoni *pro indiviſo nuperrimè facta. Actum in Burgo Finarii, die* 12. *Auguſti* 1451. [Tiré d'une Information de Droit publiée à Milan par ordre du Roi d'Eſpagne, en 1633. ſous le Titre de *Diſcuſſio Quæſtionis Salariæ Finarienſis.*] 12. Août.

IN Nomine Domini Amen. Magnif. D. Joannes de Carreto, quondam D. Lazarini Finarii &c. ſciens, & certam notitiam habeus de Capitulis, Pactis, & Conventionibus nuperrimè initis, & firmatis, ac concluſis inter Illuſtrem, & Excelſum D. Petrum de Campo Fregoſio Dei gratia Ducem Genuæ, Magnif. Conſilium D. D. Antianorum, & ſpectabile Officium Baliæ Civitatis Januæ, Agentes pro ipſo Illuſtre D. Duce, & Excelſo Communi Januæ ex una parte, & Jacobum Janellum de Finario ejus Procuratorem ex altera, quemadmodum de dictis Capitulis, Pactis, & Conventionibus conſtat publicum Inſtrumentum rogatum manu Gothardi de Sarzana Notarii, & Cancellarii Excelſi Communis Januæ ſub milleſimo, & Indictione

ANNO 1451. tione præſentibus die ſeptimo Auguſti, quod Inſtrumentum lectum fuit per nos Notarios infraſcriptos prædicto M. D. Jo. de verbo ad verbum, prout jacet, audienti, & intelligenti, ac etiam ſciens, & certam notitiam habens de infeudatione, & Inveſtitura, tertiæ partis Finarii pro indiviſo, & Caſtri Govoni Villam, & pertinentiam ſuam hominum, ac Jurisdictionum ipſius recepta per ipſum Jacobum Schanellum Procuratorem ſuum ut ſupra nomine ipſius Magnif. D. Joannis, quemadmodum de dictis infeudatione & Inveſtitura conſtat alio publico Inſtrumento ſcripto, & rogato manu prædicti Gothardi de Sarzana Notarii, & Cancellarii Excelſi Communis Januæ ſub milleſimo, anno, Indictione, & die prædictis, quod Inſtrumentum infeudationis, & Inveſtituræ etiam lectum fuit per nos Notarios infraſcriptos præſente M. D. Jo. de verbo ad verbum, prout jacet, præſenti, audienti, & intelligenti, cognito, & intellecto tam vigore dictorum Capitulorum, Conventionis, & pactorum, quam ſupraſcriptæ infeudationis, & inveſtituræ, ſe teneri, & obligatum eſſe ad approbandum, & ratificandum omnia, & ſingula contenta in dictis Capitulis, ac Conventionibus ac in ſupraſcriptis infeudatione & inveſtitura, ac ad jurandum ad ſancta Dei Evangelia corporaliter tactis Scripturis de obſervando ea omnia, quæ in dictis Capitulis, ac Conventionibus, ac etiam in Inſtrumento infeudationis, ac Inveſtituræ contenta ſunt, & promiſit nomine ſuo per ejus jam dictum Procuratorem volens ex omni parte ea, quæ conuenta ſunt in omnibus obſervare, omni modo, jure, via, & forma, quibus melius, ac validius potuit, & poteſt, ſponte, & ex certa ſcientia, nulloque Juris, aut facti errore ductus, ſive aliqualiter circumventus, prædicta duo Inſtrumenta, tam pactorum, & Conventionum, quàm infeudationis, & Inveſtituræ, de quibus ſupra ſit mentio, & omnia, & ſingula, in eis, & quolibet eorum contenta approbavit, confirmavit, & ratificavit, ac approbat, ratificat, & confirmat, & promiſit nobis Notariis infraſcriptis tanquam publicis perſonis Officio publico ſtipulantibus, ac recipientibus nomine, & vice Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. D. Ducis, ac Excelſe Communis Januæ, & aliorum quorumcunque intereſt, intereſt, ſive intereſſe poterit in futurum, & juravit ad ſancta Dei Evangelia corporaliter tactis Scripturis, dicta Capitula, pacta, Conventiones, ac ſupraſcriptam infeudationem, ac inveſtituram ut ſupra, ac omnia, & ſingula in eis contenta perpetuò rata, grata, & firma habere, & tenere, & attendere, & obſervare, & in nullo contrafacere, vel venire per ſe, aut alium aliquem ratione, cauſa, vel ingenio, quam dici, aut excogitari poſſit de jure vel de facto. Renuncians exceptioni dictæ Confirmationis, & Ratificationis, ac ſupraſcriptæ Infeudationis, & Inveſtituræ, ac dictæ promiſſionis ſic ut ſupra non factæ, rei ſic ut ſupra ſe non habentis, doli mali, metus in factum conditioni ſine cauſa, & omni jure, legum auxilio. Quæ omnia, & ſingula ſupraſcripta dictus D. Joannes promiſit nobis jam dictis Notariis ſtipulantibus nomine quo ſupra attendere, & obſervare, & in aliquo non contrafacere, vel venire de jure, vel de facto ſub pœna Januitiorum viginti millium auri in tantum taxa, ratis manentibus omnibus, & ſingulis, ſupraſcriptis, & proinde pro obſervatione omnium, & ſingulorum omnium præmiſſorum dictus D. Joannes &c. hypothecavit, & obligavit nobis jam dictis Notariis ſtipulantibus nomine quo ſupra omnia bona ſua præſentia, & futura, de quibus omnibus quo ſupradictis ea infraſcriptis rogavit, nos Notarios infraſcriptos confici debere præſens Inſtrumentum actum in Burgo Finarii in Viridario Conventus Sanctæ Catharinæ dicti Burgi, anno Domini 1451. Indictione decima quarta die Jovis 12. Auguſti, in præſentia Venerabilis Domini Fratris Laurentii de Cæve Ordinis Prædicatorum, Venerabilis Præsbyteri D. Jo. de Varem, Rectoris Eccleſiæ Sancti Nicolai de Calice Villarum Finarii Berthoni Vertii de Toirano, & Bartholomæi Rogerii de Montevico, Rectoris Scholarum Teſtium ad hæc vocatorum, & rogatorum.

Ego Finarius Scandus de Finario publicus Imperiali auctoritate Notarius ſupraſcriptum publicum Inſtrumentum, una cum Jacobo de Credentia Notario infraſcripto, recepi, & publicavi, ad faciendum igitur rei geſtæ fidem, nomen, ac ſignum mei ſolitis Inſtrumentis appoſui, ac propria manu ſubſcripſi.

Ego Jacobus de Credentia, quondam Thomæ publ. Imperiali auctoritate Notarius præſens ſupraſcriptum publicum Inſtrumentum, una cum ſupraſcripto Finarino Schianello de Finali Notario recepi, & publicavi, igitur ad fidem præmiſſorum omnium propria manu me ſubſcripſi, & meo ſolito ſigno Inſtrumento ſignavi. ANNO 1451.

Ego Conſtantinus de Lunelis Notarius & Cancell. Magn. D. Joannis ſupraſcripto Inſtrumento interfui, & ejus mandato nomen, ac ſignum meum appoſui cum ſigillo ſolito apponi Literis ſuis.

Ego Jo. Baptiſta Paveſius Cancellarius, & Secretarius Sereniſſimæ Reipublicæ Genuenſis, & illius Archivii hoc anno Cuſtos præſcriptum ratificationis documentum ex proceſſu cauſæ Finarienſis in dicto Archivio publico exiſtente de verbo ad verbum fideliterque, licet aliena manu, extraxi, & in teſtimonium veritatis ſubſcripſi die ultimo Auguſti 1619.

Dux & Gubernatores Reipublicæ Genuenſis univerſis, & ſingulis has noſtras viſuris, & inſpecturis fidem facimus, quod ſupraſcriptus Jo. Baptiſta Paveſius, qui præd. ratificationis documentum ex Archivio noſtro publico extraxit, manuque ſua propria ſubſcripſit, tempore prædicto antea, & poſt, & de præſenti fuit, erat, & eſt Notarius publicus Collegii hujus Civitatis, nec non & unus ex Cancellariis, & Secretariis noſtris, & prædicti Archivii hoc anno curam habens ſcripturisque publicis per eum conſectis, & ſubſcriptis in judicio, & extra plena fides adhibetur. In quorum fidem &c. Dat. Genuæ in noſtro Ducali Palatio die ultima Auguſti anni 1619. ſubſcripta Auguſtinus Grita Cancellarius, & Secretarius, & ſigillata cum ſigillo magno &c.

CXXXV.

Capitula & Conventiones inter Illuſtrem Dominum LUDOVICUM DE GONZAGA *Marchionem Mantuæ, & ſpectabilem Dominum* GUIDONEM, *Natum quondam ſpectabilis Domini* FELTRINI DE GONZAGA, *ejus Affinem, quibus ad invicem reſtituunt Caſtrum* Bagnolli, *Regienſis, & Caſtrum* Bozzuli *Cremonenſis aliàs permutata ſeu contracambiata. Datum Reveri 14. menſis Auguſti anno* 1451. *Indictione* XIV. 14. Août.

[Pièce Authentique, tirée des Archives Archi-Ducales de Mantouë.]

In Dei Nomine Amen.

CONVENTIONES, Capitula, & pacta inita, concluſa, & celebrata inter Illuſtrem Principem, & Eccelſum Dominum Dominum Ludovicum Marchionem Mantuæ &c. Ducalem Locumtenentem generalem ex una parte, ac ſpectabilem, & generoſum Militem Dominum Guidonem natum quondam ſpectabilis, & generoſi Milliris Domini Feltrini de Gonzaga ejus affinem ex altera, videlicet:

Primo quod præfatus Illuſtris Dominus Marchio Mantuæ eidem Domino Guidoni dare, tradere, reſtituere, & reſignare, & ſeu tradi, reſtitui, & conſignari facere debeat Caſtrum Bagnolli Epiſcopatus Regini, cum Arce, Fortalitiis, pertinentiis, Juribus, & Jurisdictionibus ſuis, & cum Curia, & poſſeſſionibus ad ipſum Caſtrum Bagnolli quovis modo pertinentibus, & quæ in præſentiarum per præfatum Illuſtrem Dominum Marchionem, ſeu ejus nomine tenentur, & poſſidentur, & ita ex nunc prælibatus Illuſtris Dominus Marchio contentus eſt, vult, & mandat ipſum Caſtrum cum prædictis omnibus dicto Domino Guidoni dari, reſtitui, & conſignari debere, & ipſi Domino Guidoni per præſentes omnimodam licentiam concedit, & facultatem, tenuram, & corporalem poſſeſſionem dictorum Caſtri, Arcis, & Fortalitiorum, Jurium, & Jurisdictionum auctoriuate propria per ſe, vel legitimum Nuntium apprehendendi, ingrediendi, & pro ſuis, & ut ſua de cætero retinendi, & eo modo, & forma, quibus illud, & illa tenere conſueverat cum modis ramen, promiſſionibus, obligationibus, & reſervationibus inferiùs dicendis.

Item quod idem Dominus Guido prælibato Illuſtri Domino Marchioni, & cuilibet ejus Nuntio reſtituere, conſignare, & cum effectu traddere, & relaxare debeat Caſtrum Bozuli Epiſcopatus Cremonenſis, cum Arce, Fortalitiis, Curia, Poſſeſſionibus, Juribus, & pertinentiis ſuis, & his omnibus, quæ aliàs cum dicto Caſtro ipſi Domino Guidoni conſignata fuere ioco, & cambio prædicti Caſtri Bagnolli, & pertinentiarum ſuarum, & ita ex nunc prefato Illuſtri Domino Marchioni Caſtrum ipſum Bozuli cum Arce, & præmiſſis omnibus dimittit, & relaxat, & de eo, ac eis tenutam, & cor-

ANNO 1451. corporalem poſſeſſionem apprehendendi, & rettinendi plenam confert licentiam, & eam quam habet pro nunc Jure ad ſe competenti pleniſſimè confirmat.

Item promittit ſupraſcriptus Dominus Guido prælibato Illuſtri Domino Marchioni pro dicto Caſtro Bagnoli, Fortaliiis, hominibus, & perſonis ibidem habitantibus, & futuris veram, ſinceram, legalem, & omninodam adhærentiam & recommendiſiam, & ad omnem ipſius Illuſtris Domini requiſitionem, mandatum & voluntatem eum dictis Caſtro, Fortaliiis, hominibus, perſonisque ſuis pacem, & bellum, ſeu guerram facere enm quocumque, ſeu quibuscumque Dominis, ſeu Dominiis, vel Communitatibus, & contra quoscumque Dominos, Dominia, vel Communitates, & per dictum Caſtrum, Arecm, Territorium & Diſtrictum ſuum eidem Illuſtri Domino Marchioni, gentibusque ſuis equeſtribus, & pedeſtribus, & aliis, prout præfatus Illuſtris Dominus mandaverit, dare, & præſtare liberum paſſum, tranſitum, receptum, & Victualia pretio competenti, & omnia, & ſingula facere, præſtare, & adimplere, ad quæ quilibet verus & legalis adhærens, & recommendams erga Dominum ſuum tenetur, & obligatus eſt.

Item qnod præfatus Dominus Gnido tempore ejus Vitæ aut in ultima Voluntate nullam facere poſſit alienationem, aut immutationem, vel diminutionem de prædicto Caſtro Bagnolli Juribus, & Jurisdictionibus ſuis ſine licentia & conſenſu præfati Illuſtris Domini Marchionis, ſed omnia in eo ſtatu, & terminis quibus nunc ſunt tenere, & conſervare; ſimiliter non poſſit quovis modo diminuere, neque alienationem ullam facere de poſſeſſionibus nunc exiſtentibus niſi totidem per ipſum Dominum Guidonem de novo acquirantur, atque in locum priorum ſubrogentur.

Item promittat omnes alienationes, permutationes, Conventiones & pacta hactenus factas, & facta tam cum Communitate Regii, quam eum ſingularibus Civibus Reginis ſinna, & rata habere, & nihil contra illas, & illa attentare, vel facere niſi cum voluntate, & licentia præfati Illuſtris Domini Marchionis; Cæteras autem alienationes, & Conventiones cum quibusvis aliis perſonis factas eatenus approbare, & ratas habere, quatenus de jure videbitur eidem Illuſtri Domino Marchioni.

Præfatus autem Illuſtris Dominus Marchio tenore præſentium eundem Dominum Guidonem cum dicto Caſtro Bagnolli, ejusque Arce, Fortaliiis, & Jurisdictionibus, perſonis, & omnibus ibidem habitantibus, & futuris ut ſupra acceptare promittit, & ex nunc acceptat, & recipit in ſnum verum, & indubitatum adhærentem, & recommendatum, & ſub ejus tutella, ptotectione, & deffenſione, promittens ipſum Dominum Guidonem cum dicto Caſtro, Fortaliiis, pertinentiis, & Incolis ſuis, ab omni, & quacumque perſona, Domino, Dominio, vel Communitate, aut Potentia illum in prædictis offendere, turbare, aut moleſtare volente, tueri, deffendere, conſervare, & mantenere pro poſſe, viribusque ſuis, & omnia alia, & ſingula operari facere, & præſtare, qnæ qnilibet Dominus erga ſuum verum, & optimum adhærentem, & recommendatum facere tenetur, & debet.

Quæ quidem omnia, & ſingula Capitula, Pacta, & Conventiones, Promiſſiones, & Obligationes præfatus Illuſtris & Exceſſus Dominus Noſter Dominus Ludovicus Marchio Mantuæ &c. & prædictus ſpectabilis, & generoſus Dominus Guido de Gonzaga ratificant, approbant, emologant, & confirmant, ac promittunt invicem, & viciſſim, videlicet unus alteri, & è converſo ipſa omnia de verbo ad verbum, prout ſuperius jacent, & ſcripta ſunt attendere, obſervare, & adimplere ſine nlla prorſus exceptione ſub hyppoteca, & generali obligatione omninm ſuorum bonotum præſentium, & futurorum, & in fidem, ac robur præmiſſorum prædicta Capitula, Conventiones, & Pacta, præſentemque confirmationem, & ratificationem in hanc formam reddigi mandaverunt per me Jacobum de Andreaſiis Notarium, & Secretarium infraſcriptum, & manibus propriis ſe ſubſcripſerunt, & propriis ſigillis muniri juſſerunt. Datum Reveri quarto decimo menſis Auguſti MCCCCL. primo, XIIII[a]. Indictione.

JACOBUS DE ANDREASIIS præfati Illuſtris & Exceſſi Domini Marchionis Secretarius & Notarius Publicus Mantuanus ſcripſit die ſupraſcripta.

LUDOVICUS Marchio Mantuæ &c.
manu propria.

Ego GUIDO DE GONZAGA &c. ſupraſcriptus omnia ſupraſcripta approbo, & confirmo, & in Teſtimonium me hic propria manu ſubſcripſi, & ſigillo meo ſigillavi. ANNO 1451.

(L. S.) (L. S.)

Præmiſſam Copiam Capitulorum, & Conventionis, extractam fuiſſe ab illius Originali in Papyro a Partibus ſigillato, aſſervato in ſecretori Archidncali Archivo Mantuæ, *ab eidemque ſubſcripto, omninò concordare cum eodem Originali atteſtor, fideinque facio*

Ego LUDOVICUS *Nob. olim* H. OCTAVII DE MAZZIIS *filius Civis publicusque Imperiali auctoritate* Mantuæ *Notarius ac prædicti Archidncalis ſecretioris Archivii Cancellarius, hic me ſolita cum atteſtatione ſubſcripſi hac die* 30. *Novembris* 5759.

Ita verum eſſe affirmo

Ego JOSEPH MARIA CASTILEONUS *ejusdem Archivii Præfectus, hac die ultimâ Novembris* 1719.

CXXXVI.

Conventio ſeparata à Capitulis Ligæ inter Excelſam Communitatem FLORENTIÆ, *&* DUCEM MEDIOLANI, *nec non* PETRUM DE CAMPO FREGOSIO *Januæ Ducem contractæ; Quâ priores, huic certum Stipendium menſuale ſolvere promittunt. Actum Januæ Anno* 1451. *die* 4. *Novembris. Indictione* XIV. 4. Nov.

[Pièce Authentique, tirée des Archives Royales du Château de Milan, Regiſtre R.]

In Nomine Domini Amen.

CUM inter partes infraſcriptas hodie contracta, firmata, & concluſa fuerit Liga, Confœderatio, & intelligentia ad utrinsque partis Status inutuam defenſionem ac manutentionem ſub Capitulis, conditionibus, & formis de quibus in contractu dictæ Ligæ ſcripto, & rogato manu mei Notarii, & Cancellarii infraſcripti continetur Magnificus & ſpectabilis Viri DD. Johannes de Ferrufinis quondam D. Antonii de Alexandria Miles & Legum Doctor Conſiliarius, & D. Antonius de Evidobonis de Terdona qnondam D. Cavalchini Secretarius, ambo Oratores Illuſtriſſimi Principis, & Excellentiſſimi D. Francischi Sforciæ de Vicecomitibus Ducis Mediolani &c. ac ipſius Procuratores, & Mandatarii habentes ad hæc infraſcripta faciendum plennm, largum, & ſufficiens Mandatum ſcriptum, & rogatum manu ſpectabilis Viri Cichi de Calabria quondam Antonii Notarii, & ipſius Illuſtriſſimi Principis Secretarii, hoc anno, Indictione decima quarta ſecundum morem Mediolani, die vero Jovis 16. Septembris viſum, & lectum per me Notarium, & Cancellarium infraſcriptum, ac Magnificus D. Guilielmus Tenalia quondam Francisci Juris utriusque Doctor Civis Florentiæ, & Orator, Sindicus, Procurator, & Mandatarius Excelſæ, & potentis Communitatis Florentiæ habens ad hæc infraſcripta faciendum plenum, largum, & ſufficiens Mandatum ſcriptum, & rogatum manu Ser. Bertolomei olim Ser. Guidonis Jacobi Guidi Civis, & Notarii Florentini, hoc anno, Indictione quinta decima ſecundum morem, & Stilum Civitatis Florentiæ die vero trigeſima menſis Septembris viſum, & lectum per me Notarium, & Cancellarinm infraſcriptum. Conſiderantes qnot onera, & ſumptus accidere occaſione præſentis Ligæ poterunt Ill. Principi, & Ex. D. Petro Campo Fregoſio Dei gratia Januenſium Duci tertio ipſius Ligæ ſocio, ac etiam Magnifico, & preſtanti Militi D. Nicolao de Campo Fregoſio generali

ANNO 1451. generali Januenſium Capitaneo, & Ducali Locum Tenenti. Advertentes hoc eſſe proprium munus veræ, & bonæ ſocietatis ut communibus periculis, ac neceſſitatibus ſuccuratur in præſentia mei Notarii, & teſtium infraſcriptorum ſponte, & ex certa ſcientia, nulloque Juris, aut facti errore ducti, ſive circumventi nominibus quibus ſupra Promiſerunt, & convenerunt ipſis Ill. D. Petro de Campo Fregoſio Duci, & Magnifico ejus Capitaneo, & Locum Tenenti, licet abſentibus, mihi Notario, & Cancellario infraſcripto ſtipulanti, & recipienti nomine, & vice eorum Ill. D. Ducis, aut Magnifici D. Capitanei, & omnium quorum intereſt, intererit, ſeu intereſſe poterit in futurum toto tempore quo ipſa Liga durabit, & tam tempore pacis quam belli ſingulo menſe ſolvere, & numerare, ac ſolvi, & numetari facere cum effectu, ac quod ipſi Illuſtriſſimus Princeps, & Excellentiſſimus D. Dux Mediolani, & Excelſa Communitas Florentiæ, videlicet quilibet pro eorum dimidia dabunt, ſolvent, & numerabunt ipſis Ill. D. Petro Duci, & præfato Magnifico D. Capitaneo, ſeu cui commiſerint ſtipendium menſuale peditum centum quinquaginta ad rationem ſtipendii terteſtris Januenſis, videlicet duas tertias partes dicti ſtipendii ipſi Ill. D. Petro Duci, & tertiam partem ipſi Magnifico D. Capitaneo, de quo ſtipendio menſuali, dictus Illuſtriſſimus D. Dux Mediolani pro ſua ipſius Illuſtriſſimi Principis D. Ducis Mediolani dimidia faciet Ill. D. Petro Duci, & dicto Magnifico D. Capitaneo debitam, & ſpecialem aſſignationem in ſuis Terris ubi ei videbitur. Ex qua aſſignatione dictus Ill. D. Petrus Dux, & magnificus D. Capitaneus ſolutionem menſualem pro ſua ipſius Ill. D. Ducis Mediolani dimidia dictorum peditum centum quinquaginta conſequantur, & percipiat, & de quo ſtipendio peditum centum quinquaginta ipſe Ill. D. Petrus Dux, & Magnificus D. Capitaneus poſſint pro ſuo libito diſponere, & tenere, ac non tenere, ac expendere, & diſtribuere prout ipſi Ill. D. Dux Petrus, & Magnificus D. Capitaneus voluerint ſine contradictione cujuspiam. Quod ſtipendium centum quinquaginta peditum ut ſupra incipiat, & incipere intelligatur a die contractus Ligæ ut ſupra, & duret quam diu ipſa Liga durabit, & tam tempore pacis, quam belli, & quod infra dies quindecim proximos a die contractus dictæ Ligæ ut ſupra celebrati. Ipſi Ill. D. Dux Mediolani, & Excelſa Communitas Florentiæ dabunt, ſolvent, ac numerabunt, & ſeu dari, & ſolvi ac numerari facient, videlicet quilibet eorum pro dimidia ipſis Ill. D. Petro Duci, & Magnifico D. Capitaneo ad ratam ſupraſcriptam ſtipendium menſium duorum pro dictis peditibus centum quinquaginta, ut dici ſolet pro præſtantia.

Promittentes dictis nominibus ipſi Ill. D. Petro Duci, & Magnifico D. Capitaneo licet abſentibus, ac ad cautelam mihi Notario, & Cancellario infraſcripto tanquam perſonæ publicæ ſtipulanti, & recipienti nomine, & vice ipſorum Ill. D. Petri Ducis & Magnifici D. Capitanei, & omnium quorum intereſt, intererit, ſive intereſſe poterit in futurum. Jurantesque ad ſanctæ Dei Evangelia manibus tactis Scripturis prædictam ſolutionem, & omnia, & ſingula ſupraſcripta perpetuò rata, grata, & firma habere, tenere, attendere, & obſervare, & in nullo contrafacere, vel venire per ſe, aut alios, aliqua ratione, cauſa, vel ingenio, quæ dici, vel excogitari poſſet de Jure, aut de facto, ac ſpecialiter ita facere, & curare cum effectu, quod ipſi Ill. Princeps D. Dux Mediolani, & Excelſa Communitas Florentiæ infra dies viginti proximos ratificabunt præſentem contractum, & omnia in eo contenta cum ſolemnitatibus debitis, conſuetis, & opportunis, & dictum Inſtrumentum ratificationis infrà dictum tempus mittent ipſis Ill. D. Duci, & Magnifico D. Capitaneo ſub pœna dupli totius ejus de quo contrafieret in ſolidum ſtipulatione præmiſſa, qua pœna ſoluta, vel non rata, & grata maneant omnia, & ſingula ſupraſcripta cum eadem penæ comiſſione. Pro quibus omnibus, & ſingulis firmiter attendendis, & obſervandis præfati Oratores, & Procuratores ut ſupra obligaverunt ipſis Ill. D. Petro Duci, & Magnifico D. Capitaneo licet abſentibus, & ad cautelam mihi Notario, & Cancellario ſtipulanti, & recipienti ut ſupra omnia ipſorum dictis nominibus bona præſentia & futura. Renuntiantes exceptioni rei, non ſic ſe, aut aliter habentis doli mali metus in factum conditioni ſine cauſa, & omni alii Juris, & Legum auxilio. Actum Januæ in domo Gasparis Maruffi ſita in contrata de Maruffis, ubi ab præſens habitant præfati Oratores Illuſtriſſimi Principis, & Excellentiſſimi D. Ducis Mediolani. Preſentibus ſpectato Viro Gaspare Salvo quondam Manfredi, & Franciſco de Vernatia quondam D. Magiſtri Petri Medici Cancellario Excelſi Communis Januæ, ac etiam Ser. Nicolao Chriſtophori, Onofrii de Frerinis, Cive & Notario Florentino, qui una mecum de prædictis rogatus fuit, teſtibus ad hæc habitis, vocatis, & rogatis 1451. Indictione quarta decima ſecundum Januæ curſum, die Jovis quarta Novembris. Ego Gottardus filius quondam Peroni de Donatis de Berzana publicus Imperiali Auctoritate Notarius, ac Judex ordinarius, & Excelſi Communis Januæ Cancellarius prædictis his omnibus interfui, & rogatus una cum Ser. Nicolao Chriſtofori, Onofrii de Frerinis Cive, & Notario Florentino ſubſcripſi ſigno, & nomine meo appoſito, ut conſuevi, in idem, & teſtimonium omnium præmiſſorum &c. ANNO 1451.

Extracta fuit preſens Copia à Regiſtro inſcripto ſub Litera R. *Ducis* FRANCISCI *Primi* SFORTIÆ *Vicecomitis exiſtente in Regio Archivio Caſtri Portæ Jovis Mediolani in Carta pergamnea ſcripto; Datum Mediolani die trigeſima menſis Octobris* 1719.

Examinavit JOANNES FRANCISCUS STRIGELLIUS *Regii Archivii Officialis.*

CXXXVII.

Ceſſion Marggraff Albrechts zu Brandenburg / an Herrn Ludwig Pfalzgraffen bey Rhein / und Herzogen in Bayern geferti-get. Wodurch Er ihme unter ſeinen Schuz das Cloſter Keißheimb mit ſeinen zugehörungen / obrigkeit / und gerechtigkeit / wie er es bißher gehabt / übergibt / und cedirt; Geben zu Onolzbach den 6. Januarii 1452. [LUNIG, Teutſches Reichs-Archiv. Part. Spec. Theil. III. Abtheil. IV. Abſatz. III. pag 13] 1452. 6. Janv.

C'eſt-à-dire,

*Lettres d'*ALBERT *Margrave de Brandebourg, par leſquelles il cède à* LOUIS *Palatin du Rhin & Duc de Baviere, pour lui & ſes héritiers, la Protection du Monaſtere de* Keißheim *avec tous ſes Droits, & appartenances. A Onolzbach le 6. Janvier* 1452.

WIr Albrecht von Gottes Gnaden Marggrave zu Brandenburg und Burggrave zu Nurnberg / bekennen für uns und alle unſere Erben / und thun kund allermänniglich mit dem Brieff / die ihne anſehen / hören oder leſen / als der hochgebohrne Fürſt / unſer lieber Herr und Vater / Marggrave Friedrich ſeliger Gedächtnuß / und wir das Cloſter Keyßheim mit ſeiner Zugehörung / bißhero in unſer Verſprechung / Schutz und Schirm von Befehlung wegen Kayſer und König gehabt haut; Alſo von beſonderer Liebe und Freundſchafft wegen / ſo wir haben zu dem Hochgebohrnen Fürſten / unſerm lieben Oheim / Herrn Ludwigen Pfalz-Graven bey Rhein / und Herzogen in Nidern- und Ober-Bayern / haben wir Jme das demelt Cloſter mit ſemen Zugehörungen / mit aller Vogtey / Obrigkeit und Gerechtigkeit / auch dem Verzeich-Brieff / den Wir darüber gehabt han / ganz übergeben / und geben ihme die auff und über Crafft diß Brieffs / und weiſen daſelb Cloſter / mit aller Vogtey / Gerechtigkeit und Oberkeit / als der obgenant unſer lieber Herr und Vater ſeliger / und Wir das bißhero gehabt han / an dem obgenanten unſerm lieben Oheim / und ſein Erben / und verzehen uns auch darauff der gemelten unſer Gerechtigkeit / Willen / Herkommens und Gewaltſamb / ſo Wir biß auf den heutigen Tag darüber gehabt han für uns und unſere Erben / ſetzo und hinfür zu allen Zeiten / und auch der genant unſer lieber Oheim / ſo ein mercklich und freundlich Anſehen gethan hat / das wir billich zum groſſen Danck von ihn auffnehmen / ſo bekennen und wollen Wir für uns und unſere Erben / ſemer Lieb auch zur Freundſchafft und Wolgefallen / des obgenanten Cloſters müßig ſtehen / und wider me und ſein Erben hinfür nmmermehr darnach ſtellen / noch daß ammen gar und gentzlich / ungeverde / und das zu Urkund / haben Wir unſer Jnſigel an dieſen Brieff thun hencken / und Wir Johannes von Gottes Gnaden Marggrave zu Brandenburg und Burggrave zu Nürnberg / des obgenanten Marggraff Albrechts Bruder / und wir Margaretha von denſelben Gnaden Gottes Marggrävin zu Brandenburg und Burggrävin zu Nürnberg / des obgenanten unſers lieben Herren / Marggraff Albrechts eheliche Gemahl / bekennen für uns / und unſer Erben / daß ſolch Übergebung des gemelten Cloſters / mit unſerm guten Willen und Wiſſen geſchehen / und zugangen iſt. Sollen und wollen auch darwieder nicht ſeyn / noch thun / in kein weiß / ehn alles Gefährde. Und haben des zu mehrer Sicherheit und Bekandtnuß dieſer obgeſchriebenen Sach / unſer Jnſigel zu des obgemelten un-

ANNO 1452. ſers lieben Bruders und Gemahls Inſiegel an dieſen Brieff thun hengen. Der gebn iſt zu Onolzpach / an der H. Drey Konig Tag / nach Chriſti Geburt / Vierzehen hundert und in dem Zwey und funffzigſten Jahr.

CXXXVIII.

12. Août. *Tranſactio inter* ANGELUM *Abbatem S. Anaſtaſii ad Aquam Sylvam nomine ſuo & dicti Monaſterii ab una, &* COMMUNITATEM SENENSEM *ab altera parte, per quam* Anſedonia *Civitas*, Orbetellum, Herculi Portus, *aliaque decem finitima Oppida traduntur Reipublicæ Senenſi, fiduciario jure, libere, & in perpetuum.* [FERDIN. UGHELLI Italia Sacra Tom. III. Tit. Suanenſ. Epiſc. Col. 830. prior. Edit. *Rom.* & Col. 754. ult. *Venet.* Anno 1718.]

In Nomine Domini, Amen.

ANNO Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſecundo, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri Domini Nicolai, divina providentia, Papæ quinti, Indictione quinta decima menſis Auguſti die duodecima.

CUM hoc ſit, quod Rev. Pater Dominus Fr. Angelus humilis Abbas Sancti Anaſtaſii ad Aquam Salvam extra, & prope Urbem aſſeruerit, & aſſerat infr. Civitatem, Caſtra, Oppida, Terras, Loca & Jura ſpectaſſe, & pertinuiſſe, ſpectare & pertinere ad dictum Monaſterium pleno jure, & illa legitime devoluta eſſe ad ipſum Monaſterium, per mortem quondam Ildebrandini de Soana, filiorum & nepotum ipſius, quibus locatio facta fuerit de dictis bonis, illaque ſibi reſtituenda & relaxanda eſſe, ac cenſum & fructus totius temporis retroacti, & propterea cauſam contra Communitatem, Populum & Officiales Civitatis Senenſis ſeu ejus homines, & Officiales, tanquam illicitos detentores dictarum rerum venerabili Viro Domino Willelmo de Fondera, Cauſarum Sacri Palatii Apoſtolici Auditori committi obtinuerit, coram quo ad nullos actus circa Cauſæ concluſionem proceſſum fuit, ex adverſo vero dicta Communitas, Populus, & Civitas Senarum, ſeu ejus homines, & Officiales, ac ſpectabilis Vir, Dominus Nicolaus de Severinis Orator dictæ Communitatis, nomine ipſius aſſeruerit, & aſſerat dicta bona ſpectare, & pertinere ad dictam Communitatem pleno jure, illaque acquiſita fuiſſe per dictam Communitatem jure juſti belli illati contra Tyrannos turbantes pacificum, & tranquillum Statum dictæ Communitatis, illaque tanto tempore fuiſſe poſſeſſa pacifice per dictam Communitatem, quod non extat memoria contrarii, nec ea de cauſa cenſus aliquis ullo unquam tempore fuerit ſolutus, & propterea, nec ad earum reſtitutionem, neque ad ſolutionem aliquorum fructuum, aut cenſus obligari. Volentes igitur dictæ partes litium anfractus dirimere, & expenſas, & contentiones evitare ad infraſcripta Pacta, Conventiones & Tranſactionem ſponte unanimi conſenſu, parique voto devenerunt, videlicet, quia dictus Dominus Abbas promiſit, & convenit dicto Oratori, ut Procuratori dictæ Magnificæ Communitatis præſenti, recipienti, & legitime ſtipulanti, pro ea haben. ad hæc plenum, & ſufficiens Mandatum, & Procuratorium a dicta Communitate factum in dicta Civitate in Conſiſtorio Magnificorum Dominorum Capitanei, Populi Civitatis prædicti manu Franciſci olim Hieronymi de Senis publici Notarii, & præſentibus teſtib. in dicto Mandato contentis ſub data anni Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſecundo, Indictione quintadecima, tempore Pontificatus Sanctiſſimi Domini noſtri Nicolai, divina providentia Papæ quinti, die quinta menſis Auguſti, per me infraſcriptum Notarium viſum, & diligenter lectum in publica forma, in præſentia infraſcriptorum teſtium dicta, & infraſcripta bona in perpetuam emphyteuſim dare, locare, & concedere, pro cenſu annuo infraſcripto, ac liberare dictam Communitatem a ſolutione totius cenſus præteriti, ad quod ipſa Communitas, aut alii obligarentur, & verſa vice dictus Orator, & Procurator dicto nomine promiſit & convenit dicto Domino Abbati dictam locationem, & in emphyteuſim perpetuam conceſſionem recipere de dictis bonis ſeu juribus, quæ in dictis bonis habet, & quæ ad dictum Monaſterium ſpectarent quoquo modo, & ſolvere pro omni cenſu, & penſione præteriti temporis, & toti eo quod dicto Monaſterio debebatur floren. auri quinquaginta & pro tarto dictæ partes volentes prædicta ad effectum deducere in præſentia mei Notarii, & Teſtium infraſcriptorum ad hæc ſpecialiter vocatorum, & rogatorum dictus Dominus Abbas cum conſenſu infraſcriptorum Prioris & Conventus pro ſe, & nomine dicti Monaſterii, & ſuorum in dicto Monaſterio Succeſſorum ſponte renunciavit, & refutavit, & per pactum de ulterius non petendo remiſit dicto Oratori, & Procuratori præſenti, recipienti, & legitime ſtipulanti vice, & nomine omnium, & ſingulorum, quorum nunc intereſt, vel in futurum poterit quomodolibet intereſſe, id eſt omnia & ſingula jura, nomina & actiones, juſtitias & rationes reales, & perſonales, utiles & directas, tacitas & expreſſas, hypothecarias ſive mixtas, civiles, & prætorias in rem ſcriptas, ac Officium Judicis, quæ, quas, & quod dictus Dominus Abbas dicto nomine, & dictum Monaſterium habet, eisque competunt habere, eisque competere poſſent nunc, & quomodolibet in futurum ratione cenſus, ſive canonis totius præteriti temporis usque nunc. Quam refutationem fecit dictus Dominus Abbas pro eo, quia nunc manualiter, & numeraliter in contantis habuit, & recepit a dicto Oratore, dicto nomine, ſolvente in pecunia numerata dictos quinquaginta Florenos auri, poſt quam receptionem ſe bene contentum, & quietum vocavit, promittens de evictione dictorum Jurium in forma Juris, & inſuper dictus Reverendus Pater Dominus Angelus Abbas præfatus cum conſenſu, præſentia, & voluntate venerabilium virorum Fratris Alani de Francia, Fr. Matthæi de Caſtellione della Peſcura, & Fr. Joannis de Ruſſia Mouſehorum congregatorum de Mandato dicti Domini Abbatis, in loco Capitulari dicti Monaſterii ad ſonum Campanellæ, ut moris eſt, qui facinot, furt, & repræſentant dictum Capitulum & Conventum Abbatiæ præfatæ, ipſique Monachi, cum conſenſu & Auctoritate dicti Domini Abbatis - - - - - - - & reception. & pacto prædictis conſenſerunt, quod dicta Communitas, & ejus Officiales poſſideant, prout, hactenus poſſederunt infraſcripta bona Domino Nicolao de Severinis Oratori, & Procuratori prædicto præſenti, recipienti, & legitimè ſtipulanti, vice, & nomine dictæ Communitatis, & mihi Notario, ut publicæ perſonæ præſenti, recipienti, & legitime ſtipulanti infraſcriptas Terras, Civitates, & Caſtra, Prædia, & Loca, in quibus dudum fuerunt Civitates, & Caſtra, & modo ſunt diruta muralia, & inhabitata facta pro parte ipſarum terrarum, & ſpecialiter Civitatem quæ dicitur Anſidonia, deſtructam, infimul cum porta, quæ vocatur Fenilia, item & portum, qui vocatur Herculis juxta montem Argentarium, nec non & totum montem, qui vocatur Liſium - - - - - - & caſtrum Lilii exiſtens in ipſo monte, item & Inſolam, quæ vocatur Jannuti „ item & totum montem, qui vocatur Argentarium, & Caſtrum in ipſo monte ſitum, quod vocatur Argentaria, & mare juxta ipſum montem verſus habentem milliaria 100. infra pelagus qui eſt infra ejus aqua, & jus navigandi, & ſimiliter piſcandi per ipſum mare, item & caſtrum, quod vocatur Orbetellum, cum ſtaguis circa ipſum, & jus navigandi & piſcandi per ipſam, item & Caſtrum, quod vocatur Marſilianum, item & Caſtrum, quod vocatur Altricoſtum, item & Caſtrum Capaldi, & Caſtrum quod vocatur Moris acutus, & Enti, ſive mous Enti, & Caſtrum, quod vocatur Serpena, & Caſtrum, quod vocatur Stachilatrium, & Abbatiam de Sylva, item & Territorium Collignolli, item & montem de Ceragiolo, item & lacum Buranum, & Molendina, cum homitibus, & vaſallis, juribus vaſallorum, cum Angariis, Perangariis, & Forfacturis, cum Terris ſementaritiis, cultis, & incultis, Nemoribus, Sylvis, Pratis, Paſcuis, Paludibus, Molendinis, Fontibus, Rivis, Salivis, Stagnis, Ponteis, Lacubus, & Argentariis, Viis, Itineribus, Actibus, & omnibus eorum aliis pertinentiis, uſibus, & utilitatibus, pertinentiis, & adjacentiis ſuis, quæ omnia his finibus concluduntur, ab uno latere eſt Pelagus magni maris, ab alio latere eſt Fluvius, qui vocatur Albina, item ab alio latere pergit aqua, quæ vocatur Elſa, & fluit per Serpena, & abunde perfluit per pedem Montis Arſitii, & vadit per piſcinam, & deinde perfluit in Buranum, & profluit in mare magnum prædictum; omnia prædicta, cum montibus & collibus, plagiis, & planitiebus ſuis & cum parietibus antiquis, exceptis Eccleſiis, Oratoriis, & piis locis, eorumque juribus, tenimentis, & poſſeſſionibus exiſtentibus in omnibus, & ſingulis dictis locis conceſſis, quæ in dicto contractu, & conceſſione non venium, ſed excluſa, & excepta intelligantur, ad habendum, tenendum, utendum, fruendum, alienandum, cedendum, & concedendum, & de eis faciendum quidquid eis

ANNO 1452.

ANNO 1452. eis placuerit, pactis, & conditionibus infrascriptis semper salvis; hanc autem dationem, cessionem, & in emphyteusim perpetuam concessionem fecerunt dicti Dominus Abbas, & Conventus eidem Oratori, & Procuratori, ut supra recipienti pro eo, quia dictus Orator, & Procurator, quibus supra nominibus habens ad hoc omnia, & singula, ut dictum est, speciale Mandatum sponte promisit, & convenit dictis Domino Abbati, & Conventui, præsentibus, recipientibus, & legitime stipulan. pro se ipsis, & dicto Monasterio, & eorum in dicto Monasterio successoribus, & mihi Notario infrascripto, ut publicæ personæ præsenti, recipienti, & legitime stipulanti, vice, & nomine omnium, & singulorum, quorum nunc interest, vel in futurum poterit quomodolibet interesse, omni anno in perpetuum dare, solvere, & pagare pro censu, & responsione dictæ commissionis in Festo Paschatis Resurrectionis Domini nostri Jesu Christi libras quindecim auri Ben. Et si post dictum diem infra quindecim dies non solverit, teneatur solvere duplicatum tantum convento etiam, & specialiter declarato, ac solemni pacto, quod si per biennium cessatum fuerit per dictam Communitatem a dicta responsione canonis solutionis, propter hoc dicta bona, & jura non intelligantur ad dictum Monasterium devoluta, sed teneatur tantummodo dicta Communitas ad solutionem dupli dictæ requisitionis, & census dicto Monasterio. Item promisit dictus Orator, & Procurator quo supra nomine dictis Domino Abbati, & Conventui præsentibus, recipientibus, & legitime stipulantibus, ut supra, quod dicta Communitas per se vel alium, seu alios non impedient, quo minus dictum Monasterium extrahat de dictis locis omnibus concess. in emphyteusim omne bladum proprii arboreti, & molendinorum ipsarum Ecclesiarum, & omnem aliam grasiam, & oblata mobilia pro ipso Monasterio, & pro aliis Ecclesiis Monasterii prædicti, si quas tenebit ad manus suas per Mare, & per Terram libere, & sine datio, item non impedire se, vel alium, sive alios, quo minus ipsum Monasterium, aut quilibet Procurator ejus, vel Nuncius intret in possessionem, vel quasi possessionem omnium Ecclesiarum spectan. ad ipsum Monasterium, & Jurium earundem, & quominus Clerici dictarum Ecclesiarum respondeant dicto Monasterio omnia, & singula, ad quæ tenentur, & quo minus ipse Abbas eosdem Clericos cogat ad ea, & in eis instituat, & destituat; imo juvabit dictum Monasterium toto posse, auxilium & favorem præstabit. Item promisit dictus Orator, & Procurator dictis nominibus dicto Domino Abbati, & Conventui præsenti, recipienti, & legitime stipulanti, si aliqua dictorum bonorum reperirentur alienata, pro posse recuperare, & eorum sumptibus, & expensis, & dicti Dominus Abbas, Monachi, Capitulum, & Conventus prædicti promiserunt dicto Oratori, & Procuratori dicto nomine recipienti secundum jura legitime defendere dictas res, & jura, ut supra concessas, & quas possidentur per dictum Conventum ab omni Universitate, Collegio, vel persona; pro quibus omnibus, & singulis observandis, & plenarie adimplendis, dictæ partes ad invicem, & vicissim, videlicet dicti Abbas, & Conventus obligaverunt omnia bona dicti Monasterii, & dictus Orator, & Procurator, nomine quo supra, obligavit omnia bona mobilia, & stabilia dictæ Communitatis Senarum, & maxime bona prædicta, & voluerunt pro prædictis posse cogi, compelli, constringi, & conveniri omni tempore, & in omni Curia, & coram quocunque Judice ordinario delegato, seu subdelegato, diebus etiam feriatis, quibus feriis, & feriatis diebus renuntiaverunt expresse renuntiantes etiam privilegio fori, ac exceptioni doli mali, vis metus in factum conditioni indebiti, ob causam, & sine causa, & generaliter omnibus aliis, & singulis exceptionibus, & defensionibus, quibus contra præmissa, vel aliquod præmissorum dicere, facere, venire, uteri, & sese defendere possent, expresse renuntiaverunt, & juraverunt ad sancta Dei Evangelia, videlicet præfati Dominus Abbas, & Monachi dicti Conventus manus ad pectus ponentes, & dictus Orator, & Procurator sacrosanctis Scripturis corporaliter manu tactis in animas constituentium prædicta omnia, & singula referendo singula singulis firmiter observare, rata, grata, & firma habere, & in nullo contravenire, dicere, vel venire aliqua ratione, jure, modo, titulo, sive causa, sub Obligatione prædictis, & vinculo dicti præstiti juramenti.

Actum in loco Capitulari dicti Monasterii, præsentibus S. Nicolao Laurentii Notario, Martino, Petri, Magistro Martini de Senis, Joanne Puritatis Spetiario, & Joanne Angelo Jacobi Civibus Romanis de regione Sancti Angeli testibus ad prædicta habitis, vocatis, atque rogatis.

Ego Petrus Millinus de Millinis, Civis Romanus, publicus, Dei Gratia, Apostolica, & Imperiali Auctoritatibus Notarius, quia præmissis omnibus, & singulis, dum sic, ut præmittitur, agerentur, & fierent una cum prænominatis testibus interfui, & præsens fui. Ideo ea rogatus scripsi, & in notam redegi, quia aliis occupatus negotiis in hac forma scribere non valui, per alium mihi fidum scribi feci, & facta diligenti auscultatione me fideliter subscripsi, publicavi, & meum signum apposui in fidem, & testimonium omnium præmissorum. ANNO 1452.

CXXXIX.

Brieff Jacob Truchſſſen zu Waldburg / das Er die Jhm von Kayſer Sigmund verſetzte des Reichs Land Vogtey in obern und untern Schwaben Hertzog Albrechten von Oſterreich abgetretten / ſolche aber von gedachten Hertzog und ſie an deſſen ſtatt zu verweſen wieder empfangen habe, welche abtrettung jedoch auf den beding beſchehen / daß woferne innerhalb den angeſetzten Termin Hertzog Albrecht Jhme Waldburg die Pfand-Summam nicht außrichten würde / die abtrettung von keinen Kräfften ſeyn / ſondern Er Waldburg in beſitz ſeiner Pfandſchafft bleiben ſolle. Geben Rotheuburg / am Montag vor des Heyligen Creützes Erhöhung 1452. [Entgegen geſtellte Erinnerung über des löblichen Schwabiſchen Creyſſes intereſſirter Stände publicirte gegen-Information / das Landgericht in Schwaben betreffend / ſub Beylagen Num. II. Apud. Lunig, in Grund-Veſte Europæiſcher Porenzen Gerechtſamen Part. II. Cap. IV. pag. 62.] 17. Sep.

C'eſt-à-dire,

Lettres de Jaques Truchsassen de Waldbourg, *par lesquelles il declare, qu'il a cedé & transporté au Duc* Albert d'Autriche *la Land-Vogthie ou Bailliage Provinciat de la Haute & Basse Suabe, qui lui avoit été engagée par l'Empereur* Sigismond, *& que le même Duc lui en avoit laissé l'Administration, avec promesse de lui payer, en certain terme, la somme promise, avec & sous cette condition, que, si le payement ne se faisoit pas au terme marqué, ladite Cession seroit nulle, & que lui* Waldbourg *demeureroit en possession de ladite Land-Vogthie au même titre qu'auparavant. Fait à Rotenbourg le Lundi avant l'Exaltation de la Sainte Croix* 1452.

Jch Jacob Truchſeſſ zu Waltpurg / Bekenn offentlich / als ich dem Durchleuchtigen Hochgebornen Fürſten und Herrn / Herrn Albrecht / Hertzogen zu Oeſterreich / zu Steyr / ꝛc. meinem gnädigen Herrn / nach deß Allerdurchleuchtigſten Fürſten und Herrn / Herrn Friderichen Römiſchen Keyſers meines allergnädigſten Herrn Erforderung der Loſung deß heiligen Reichs Landvogthey in Obern und Undern Schwaben / die ich Jnnhabens von weyland Keyſer Sigmunden löblicher Gedächtnuß umgehabt / klar getzihen han / ich demſelben meinem gnädigen Herrn Hertzog Albrechten derſelben Land-Vogtey mit allen ihren zugehörungen / als dann mein Satz-Brieff außweiſend / abgetretten han / die dann ſein Gnad mir widumb wiederumbe empfolchen hat / als hab ich demſelben meinem gnädigen Herrn von Oeſterreich gelobt / gelob auch wiſſentlich / in Krafft diß Brieffs / daß ich nun hinfür dieſelben Land-Vogtey von deſſelben meines gnädigen Herrn Hertzog Albrechts wegen / und zu ſeinen Handen mit aller ihr Zugehörung und Nutzung gerechtlich innhaben / verweſen / auch nutzen und nutzen ſoll / als ich dann unther mir gehabt und genoſſen hab. Ob aber durch ſein Gnad und von ſeinen Gnaden wegen / oder ſonſt / ungefährlich ehe mehr Nutzung außerſtunden und zuſtelen / die ſollen ſeinen Gnaden zuſtehen und vorbehalten ſeyn. Da entgegen hat ſein Gnaden ſeinen Brieff mir deßhalben gegeben / gelobt und verſprochen / für ſich und ſeine Erben / daß ſein Gnaden und ſeine Erben mir und meinen Erben ſolch Geldt / als dann in den benannten meinen Satz-Brieffen begriffen iſt / daß in einer Summa bringet / dreyzehen tauſend und zwey hundert Reniſcher Gulden / gut an Gold / und ſchwer gung an der Waag / außrichten / und ohn allen unſern Schaden bezahlen ſollen / und wollen in den vier Tagen in der Faſten nach-künfftig zu Coſtantz in der Statt an unſern ſichern Gewalt ohn all Verben und Eintrag / und daſelbſt ſollen wir dann Jhren Gnaden unſer obgemelde

CASIMIRUS Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, & hæres Ruſſiæ. Ad perpetuam rei memoriam, benignitas Regalis Excellentiæ noſtræ, qua illi propicia inſpirat Divinitas, & naturalis, originalis juſtitia, etſi univerſos, juſtum præſidium noſtrum, & tutelam expetentes, in ſinum ſuæ miſerationis ſuſcipit, & protectionis: ad illorum tamen profectus defenſionem, & commoda inclinatur uberius, qui erga nos & Regnum noſtrum, tam fervido cordis ieruntur affectu, ut calamitates, oppreſſionesque ſuas, hactenus illis, Regentium Tyrannide, multifarie illatas, non per alterius, niſi per noſtram dexteram, credant facilius reſcindi, nec cujuspiam Throno, quam noſtro, a quo priscis temporibus illicita alienatione exciderant, non tam ſuperbo & amaro, quam injuſto, renunciando Imperio, juſtius poſſe, & regi & contineri. Talium liquidem firma conſtantia, fidesque ſincera, non ſolum laudum dignis præconiis attolli, verùm etiam Regalibus meretur, & debet beneficiis compenſari. Significamus itaque univerſis, tam præſentibus quam futuris, qualiter, etſi Magnificorum, Strenuorum, Nobilium, & prudentium Militarium, videlicet terrigenarum Civium, & univerſæ Communitatis Terrarum Pruſſiæ, Culmenſis, Pomeraniæ & Michalovienſis, crebris precibus, & legationibus, ſuperioribus temporibus fuiſſemus rogati, quatenus ipſos, in eorum Juribus, Libertatibus, Immunitatibus, & Privilegiis inſiſtentes, & ſignanter in unione & Liga, per ipſos rite & ſincere inita, & condita, per Magiſtrumque & Ordinem Pruſſiæ admiſſa, ad cujus enervationem & violationem Magiſter & Ordo veriis viis, coloribus & violentiis, hactenus uſus eſt, in quorum firmitate, vel collapſum, fedus pacis perpetuo, cum Magiſtro & Ordine Cruciferorum Sanctæ Mariæ de Pruſſia, per germanum noſtrum, divæ memoriæ Sereniſſimum Principem Wladislaum Poloniæ, & Hungariæ Regem firmatum, dependet, vel eximium, & quod præfatus Magiſter, & Ordo, Liga & unione eorum demolita dirumpere fœdera, novaque bella nobis & Regno noſtro inferre deſtinabant, ipſosque Militares & Cives injuſta ſecum gerere bella impellebant, manu tenere, & defenſare dignaremur, aſſerentes ſe jugum oppreſſionum, calamitatum, & gravaminum, hactenus a Magiſtro, & Ordine, cerviebus eorum, violenta Tyrannide innixum, & præfatæ Ligæ & unionis rupturam nullatenus, niſi proviſio noſtra, qui Ordinis illius fundator, dotator & patronus ſumus, celeriter intervenerit, toleraturos. Nos tamen nullum eorum calamitati præſtandum, cenſuimus nunc ſuffragium. Sed parti utrique reconciliationi perſuaſimus eſſe inſiſtendum, ne alere oriens incendium videremur. Verum cum temporis proceſſu differentia partium adeo crescens invalescere, ut Militares, Terrigenæ & Cives terrarum prædictarum, ſpe extrema deſtituti, & injurjarum magnitudine preſſi, violentis Dominis, Jura, & Privilegia, Immunitatesque eorum, pro libito frangentibus, nullatenus ſibi de cetero parendum duxerunt. Sed legibus Divinis, & humanis innixi, quæ injuſtis Dominis, ſceleris & nephas agentibus, nullatenus parendum decernunt, obedientia, & objectione Magiſtro & Ordini ſubtracta, nosque per magnificos, & ſpectabiles Milites, prudentesque viros, Joannem de Bayſſen, Auguſtinum de Scheve, Gabrielem de Bayſſen, Nicolaum de Valkovo, Judicem Derſchovienſem, Laurentium Zacretas Culmenſem, Rudgerum de Dirken Thorunenſem, Laurentium Pilgum Elbingenſem, Proconſules, Joannem Kaul Brunsbergenſem, Georgium Swach, Krologrodienſem, Nicolaum Rodemar, de Knipaw, Vilhelmum Jordan, Militem, & Joannem Maydeburg, Gdanenſem, Conſules, & Legatos & Nuncios ſuos, cum pleno mandato, & legatione ad nos transmiſſos, imò verò legationibus, & precibus ſolicitarent, quatenus, non jam tantum eorum defenſioni, quantum gubernationi, & regimini inſiſtere, deditionemque eorum, ſubjectionem, fidelitatem, & perpetuam obiectionem, quam nobis ſuo & omnium Militarium terrigenarum, Civium & incolarum totius univerſitatis, terrarum prædictarum, uominibus, obtulerunt, ſuscipere, velut legitimus, juſtus & verus Dominus, & hæres terrarum prædictarum, ac Terras præfatas, ad naturam & ſortem ſuam redeuntes Regno Poloniæ, a cujus corpore, nova & recenti memoria, contra jus fasque ſequæſtratæ fuerant, incorporare, inviscerare, reunire, appropriare, atque conſociare & conſolidare dignaremur, alterius Principatum, & deditionem, ſi regimen, ſi imperium, non tam per eos, nobis delatum, quam ſedditum, abjici contingeret, quæſituri. Nos ſuperiora cogitantes, & animo revolventes, tempora, quibus nonnulla ex Terris prædictis, per Reges & Principes Poloniæ, jure legitimo, & hereditario poſſeſſe, tandem prædeceſſori noſtro Wladislao Regi Poloniæ, bello cum finitimis, & infidelibus occupato, vi & armis per Magiſtrum, & Ordinem Pruſſiæ abstractæ, nunquam juris, & proprietatis Regni noſtri Poloniæ, eſſe deſierant: quemadmodum aliquæ ſententiæ diffinitivæ, Sedis Apoſtolicæ Delegatorum, Terras ipſas Regno Poloniæ adjudicantium, infallibili concludunt argumento. Revolventes inſuper Magiſtrum & Ordinem Pruſſiæ, a prædeceſſoribus noſtris, quondam Poloniæ Principibus, & Dominis, ad impugnationem infidelium, accerſitis, inſtitutum, & dotatum, magis fidelium, & præſertim horum, quorum beneficio inſtituti, dotatique erant, quam barbarorum, & infidelium, impugnationi, contra quos indefeſſe ſe militaturos patentibus Literis aſtrinxerant, vacaviſſe; terrasque eorum uſurpaſſe, nec contra profeſſionem Religionis ſuæ, contra Infideles, aut Thartaros, aut Turcas, Catholica Regna, & Dominia infeſtantes, quamvis crebro fuiſſet expeditum eorum auxilium, militaſſe. Sed & inſuper Reges Poloniæ, cum Thartaris, aliisque Infidelibus, bella gerentes, a tergo invaſos, a gerendo bello in præſens, & inpoſterum Infidelibus avertiſſet, ſuspitionem belli, ab illis imminentis, veritus; potentiis diſtractis, & contra illorum inſidias relictis, vacare infidelium impugnationi, nullatenus, ſicut expediebat Chriſtianæ fidei potuiſſe. Quam inſuper fragili & fluxa fide, erga chriſtianum noſtrum genitorem, Dominum olim Wladislaum Poloniæ Regem ſuerunt: quater per illos rupta violataque ſibi fœdera, toties per illos illata arma, quibus Regnum Poloniæ, in ſuam redigere ditionem deſtinaverant: niſi cladibus multiplicibus domiti, obrutique fuiſſent. Nec illis unquam voluntatem, nos & Regnum Poloniæ laceſſendi, ſed facultatem defuiſſe, petita per illos a Conſilio Baſilienſe, & Sede Apoſtolica, de rumpendo fœdere, ultro cum Regno Poloniæ ſancito, licentia demonſtrat. Silentio tegere non poſſumus, injuriam Magiſtri, & Ordinis Pruſſiæ, in exigenda a mercatoribus, ſubditisque noſtris data, *Pfunthezol*: qua licet ex fœdere exigi, a noſtris transmarinisque mercatoribus, non debebat: ſi Pruſſiæ mercatores ab illa ſolvi quoquomodo contigiſſet: continuata tamen fuit pluribus annis, hujusmodi in noſtris transmarinisque mercatoribus exactio: Pruſſiæ mercatoribus, illius obtinentibus, in notabili parte relaxationem. Portiones inſuper, & ſortes terrarum, Regni noſtri Poloniæ, & magni Ducatus Lithuaniæ, priscis temporibus, per Magiſtrum & Ordinem occupatæ, non ſolum nobis, & Regno Poloniæ, & Ducatui magno Lithuaniæ,

ANNO 1454.

ANNO. 1454. juxta fœderis ordinationem, Magiſter & Ordo Pruſſiæ, retinuit, ſed inſuper, plura & ampliora occupavit. Accedit triſtis, horrendæque Tyrannidis memoria Civium de Thoczno, qui in præcrito bello, in fidem Patris Noſtri conceſſerant, ſæva cædes, & trucidatio: quorum à ſe defectionem, nedum ferro, aut mucrone, ſed nec aliquo levi verbo, aut memoria, nullo unquam tempore, ſe juramento corporali, & Literis repromiſerunt multaturos, per fœdus ultimo cum illis ictum: quod hujusmodi execrando ſcelere, publice violarunt. Quo non contenti, multatorem Vitum Morshyer, ex eo, quod navigiis per flumen Viſla, in coronam merces devexerat, capitali damnaverunt ſententia, ne memorabilis ſui facti, exemplum, cæteros in ſequelam ſimilem traheret, ſed potius læva multatio, quoslibet deterrendo profectum Regni noſtri aboleret. His itaque & pluribus aliis evidentibus legitimisque reſpectibus, perſuali, admoniti, & inducti, communicato, cum Prælatis, Principibus, Baronibus, cæterisque fidelibus Regni, Ducatuum & Dominiorum noſtrorum conſilio, ac de eorum expreſſa voluntate, approbatione, ratificatione, & conſenſu ne Divinæ voluntati, quæ hæreditatem noſtram, occupatione illicita ſolvendam, nobisque reddendam, pia inſideratione cenſuit, videamur reſiliere, & calamitoſis, afflictisque ſubditis noſtris, opem noſtram implorantibus, deeſſe, veritique, ne Dominia, ſortes, Terras, & hereditates noſtras, alius illicitus occuparet, Tyrannusque, ex quo nobis hoſtilitas major conſurgeret, invadat, ad honorem Omnipotentis Dei, ejusque genitricis ſanctæ Mariæ Virginis, ſancti Adalberti Martyris, ſancti Stanislai Prothomartyris Poloniæ, & totius Hierarchiæ cœleſtis, præfatorum Militarium, Civitatum, Terrigenarum, & omnium Incolarum Terrarum Pruſſiæ, Culmenſis, Pomeraniæ & Michalovienſis, in Terra, Marique ſitarum, benevolam, & ſpontaneam deditionem, regimen, tutelam, gubernationem ſubjectionem, obedientiam, accepimus, aſſumpſimusque, & tenore præſentium, non per errorem, aut improvide, ſed de certa noſtra ſcientia & voluntate, in Dei nomine aſſumimus, & acceptamus, Terras prædictas, & Dominia prædicta, Regno Poloniæ reintegramus, reunimus, inviſceramus, & incorporamus, ac uſum participationemque omnium honorum, & jurium, libertatum, & prærogativarum, quibus Prælati, Barones, & Nobiles Regni Poloniæ, hactenus potiti ſunt, & ſignanter, & futurorum Regum Poloniæ, quotiescunque, ſuper illorum electione, & coronatione fieri deliberationem, contingeret, electionem & coronationem adminimus, annectimus, & includimus. Promittentes pro nobis, hæredibus, & ſucceſſoribus noſtris, ac univerſo Regno Poloniæ, quod prædictas Terras, & Dominia, atque Prælatos, Barones, Militares, Nobiles, Cives, Oppidanos, & eujusque ſtatus, conditionis, & præeminentiæ homines exiſtant, hactenus in illis commorantes, & in poſterum commoraturos, favore, gratia, benevolentia, & affectione, Regali proſequemur, & contra quascunque adverſitates, & impugnationes quorumcunque hominum, illis præſtabimus, velut fidelibus & ſubditis noſtris, Regalem aſſiſtentiam & defenſam. Nec illos aut Terras prædictas, à corpore & integritate Regni noſtri Poloniæ alienari, ſequeſtrari, ſcindi, aut amoveri, patiemur. Promittentes inſuper pro nobis & hæredibus, noſtris ſucceſſoribus, quod præfatos Nobiles, Barones, & Cives, atque ſingulos Incolas terrarum noſtrarum prædictarum Pruſſiæ, in Juribus, Libertatibus, Literis, & Immunitatibus eorum, quæ à Principibus, Regibus, & Dominis prædictarum terrarum, obtinent, obſervabimus, fovebimus, & defendemus, nec unquam ea violabimus, aut prævaricabimur, aut prævaricari, aut violari quomodolibet permittemus. Si autem alicui Civitati, vel privatæ perſonæ Privilegium amiſſum fuerit, aliud de conſilio Conſiliariorum terrarum illarum gratioſe dabimus, & largiemur, dummodo in hæreditatis, & bonorum illorum, quorum à nobis petetur, Literalis invocatio, petens fuerit, in pacifica & continua poſſeſſione, & præſcriptionem habente. Ut autem noſtræ libertatis, æquitatis, & juſtitiæ dextram, in his ſubjectionis eorum, & noſtræ acceptationis, fælicibus, dante Domino, primitiis ſentiant in univerſos, & quemlibet eorum effuſam, & in mutatione Principum, mutatam etiam, & ſublatam deprehendant oppreſſionem, datiam, quæ in vulgari *Pfundzol* dicitur, item omnia delonea in aquis, & terra, nova aut antiqua obſervamia, in Terris duntaxat Pruſſiæ, quomodolibet conſtituta, item in Terra Pomeraniæ exactionem, ſive Datiam, quæ *porcus* alias *Narzaſch*, veteri inſtitutione Ducum Poloniæ vocabatur: Regia munificentia tollimus, abrogamus, & deponimus, ac ſolutionem illarum perpetuis temporibus reſolvimus, dimittimus, & relaxamus, nullo unquam tempore, per nos, aut ſucceſſores noſtros Reges Poloniæ, ex quacunque cauſa, aut occaſione inſtituendam, aut imponendam. Item licet Magiſter, & Ordo, tempore occupationis terrarum prædictarum, omnia bona, & merces, quarumcunque manerierum, Divina permiſſione, naufragium in Mari paſſorum, velut propria ex naufragio, quaſi juris ſui facta occupabant: nos tamen qui Rex Catholicus ſumus, & ſortem hujusmodi, naturali & divino Jure, Sedis Apoſtolicæ damnatam decreto, velut crudelem & injuſtam execramus, pollicemur, quod res & bona, cujuscunque ponderis, aut valoris exiſtant, earum perſonarum, quæ Maris naufragio periclitabuntur, nunquam per nos, aut Officiales noſtros, velut noſtras, aut juris noſtri factas, petemus aut requiremus. Sed illas, absque aliqua diminutione, per eos quorum ante naufragium fuerant, aut per illorum propinquiores demonſtratione evidenti propinquitatem probantibus, colligendas, & in uſus convertendas, beneplacitos decernimus, contrariæ conſuetudini, aut Juri, vel potius corruptelæ, pro nobis, & ſucceſſoribus noſtris renunciando, miſi ſore nullus bonorum hujusmodi extaret, juſtus hæres & ſucceſſor. Quoniam in caſu tali, bona ex naufragio habita, noſtræ poteſtati volumus ſubjacere. Item omnes Milirares, Nobiles, Cives, & Incolas terrarum prædictarum, in jus, conditionem, & proprietatem Regni Poloniæ translatos, & inviſceratos, hac etiam proſequimur prærogativa, quod Dignitates, & Officia, hactenus illic conſiſtentia, & in poſterum conſtituenda; Item Caſtra, & tenutas Civitatum, & locorum, in terris prædictis, nulli extraneo, aut forenſi, ſed proprio indigenæ, juxta obſervantiam aliarum Terrarum Regni noſtri, conferemus. Item omnes cauſas notabiles, dictas Terras concernentes, cum communi conſilio Conſiliariorum prædictarum terrarum tractabimus, terminabimus, & diffiniemus. Item Terras prædictas, ſub noſtro regimine, & Regni noſtri Poloniæ corpore conſiſtentes, in ſuis antiquis gadibus, limitibus, & terminis conſervabimus, tuebimur, & defendemus, nec terminos & gades terrarum ipſarum, in aliquo diminui, vel periclitari, vel dividi, à limitibus Regni uti partes individuas, nullatenus patiemur. Item cum Terræ ipſe, & homines, ipſas incolentes, variis hactenus legibus, ſive juribus, videlicet Magdeburgenſi, & Culmenſi, Polonicali hæreditario, & Pruthenico, in decidendis eorum quibusvis quæſtionibus, & adminiſtratione juſtitiæ utebantur, quod etiam illis, ſub noſtro Principatu, & regimine, volumus firmum eſſe, & perenne: ea licentia attributa, ut liceat nnicuique de uno jure, in aliud, ſine tamen præjudicio aliorum, quo voluerit transmigrare. Item, cum monetæ, juſtam & fidelem libram, pondusque habentis, cuſſio, terram quamlibet vehementer, & nobilitet, & fœcundet, volnmus, ut in quatuor locis terrarum prædictarum, videlicet Thorun, Elbing, Kinsberg, & Gdansk, bello præſente durante, fidelis, & juſta, imaginem noſtram & inſcriptionem tituli noſtri continens, cudatur, moneta, præfatorum Militarium, Civium, Terrarum prædictarum, impenſis. Pace autem, Domino ſuffragante, habita, tantum in Thorun, & Gdansk, ſine præjudicio Privilegii Thorunenſis Civitatis, Regalibus noſtris cudatur impenſis: proviſo tamen quod moneta ipſa, in pondere & grano, libraque debita, nullatenus mutatur: Item, quia nos pro bene gerendis rebus, noſtrorum Dominiorum, in varia ſæpe loca, & à Terris prædictis diſtantia, neceſſe eſt facere deſcenſum, ne igitur per noſtram abſentiam terræ ipſæ aliquod poſſint cuotrahere periculum, vel periclitationem, Nobilem Joannem de Bayſſen, pro illarum tuitione, & legalitate eorum, fide & merito confiſi ad noſtræ duntaxat beneplacitum voluntatis, ac cum conſilio Conſiliariorum Terræ prædictæ deputamus. Ad quem ſub noſtri abſentia, ſuper quolibet defectu & eventu, habeatur recurſus, providentia, proviſione, authoritate, & decreto illius, ſupplendus, & emendandus. Item Mercatoribus, terrarum prædictarum Pruſſiæ, in Regnum, Ducatus, & Dominia noſtra, venientibus, hanc prærogativam & libertatem de cetero volumus obſervare, ut quoties illos in quæcunque loca, Civitates, & Oppida Regni, & Dominiorum noſtrorum, venire cum mercibus eorum, cujuscunque ſpeciei, & manieri exiſtant, contigerit, licitum eis erit, hujusmodi merces in loca, teſtudines, cameras, aut tecta, quarum illis libera præſtari debet arendatio, deponere & pro ſuo

ANNO. 1454.

arbitrio

ANNO 1454. arbitrio exponere venum, ſtratasque omnes, verſus Hungariam, Ruſſiam, Moraviam, Sileſiam, Auſtriam, Saxoniam, Valachiam, liberas habeant: depoſitis tamen teloneis, & ſtratis antiquis Civitatum, Regni, & Dominiorum noſtrorum ſemper ſalvis.

CXLVIII.

Literæ Incolarum Terrarum PRUSSIÆ, CULMENSIS, POMERANIÆ, *&* MICHALOVIENSIS, *renunciationem & ſubſtractionem Obedientiæ,* MAGISTRO *&* ORDINI TEUTONICORUM, *iteratámque deditionem Regno Poloniæ, teſtantes. Actum de anno* 1454. [JOANNIS DLUGOSSI Hiſtoria Polonica Lib. XIII. col. 139.]

IN *Nomine Domini Amen.* Ad perpetuam rei memoriam. Legum divinarum, humanarumque ſalubertimæ Sanctiones, Inſtituta, & Decreta, quoslibet feudales, & ſubditos, jugum ſubjectionis, & obedientiæ permittunt excutere, & in ſortem, regimenque juſtorum Dominorum ſe conferre, & Rectorum, & Principantium temeritas, frænis laxatis licentiæ, devia, & obruta graditur, & manus non ſolum iniquas ad irrogandas injurias, ſed etiam ad effundendum ſanguinem innocentum, cruenta immoderataque audacia porrigens, quaſi apud Dominum ultionum, omnis vindictæ ratio conquieverit, debacchatur. Sed neque ad culpam contumeliamque, juſtus rerum æſtimator retorqueat, ſed potius ad providentiæ argumentum, ſi onere oppreſſionum ſubditi impulſi, opportuno juſtoque mutationis remedio, ſuperbum, injuſtum, atque avarum abrogent imperium, & in ditionem, poteſtatemque alterius transmigrent, conditione, & varietate actionum & temporum, facultatem illis adminiſtrante. Proinde nos Prælati, Barones, Militares, Nobiles, Cives, Oppidani, & Incolæ, videlicet Terrarum Pruſſiæ, Culmenſis, Pomeraniæ, & Michalovienſis, Status Eccleſiaſtici, & ſæculares, ſignificamus tenore præſentium, univerſis, & ſingulis tam præſennibus quam futuris. Qualiter etſi temporibus ſuperioribus, proavi, avi, & genitores noſtri, & tandem nos ipſi, graves innumerabilesque à Magiſtro, & Ordine Pruſſiæ, pertuliſſemus oppreſſiones, dum non ſolum Magiſter, ſed & ſui Commendatores, in nos deſæviendo, plerosque ex nobis, nullo jure ſervato, capitibus plecterent, alios proſcriberent, alios bonis temporalibus multarent. Et quod dictu quoque nefas eſt, Conjuges & filias noſtratium, ſtupris, & adulteriis violentis viciarent. In quosdam ex nobis, ut trucidarentur, & venundaremur, caperemur, & depactaremur, facultatem conferendo. Torque recognoscere cogeremur, & profiteri Dominos, ſuperbe avareque nobis imperitantes, quot Terra Pruſſiæ geſſit Commendatores, cum unusquisque illorum, plenam principandi & imperandi, apud ſe conſiſtere arbitrabatur poteſtatem. Qua quidem inflati licentia obliti profeſſionis ſuæ, qua contra Infideles militare ſpoponderant, nulla offenſa, aut injuria provocati, in Reges, Principesque Poloniæ, quorum beneficio aecerſiti, ad impugnationem Infidelium, dotatique & inſtituti fuerant, arma convertebant. Fœdere primo, cum Domino Caſimiro, deinde cum Domino Wladiſlao, Regibus Poloniæ, quatet per illos firmato, & toties violato, Regni Poloniæ Terras, niſi cladibus domiti fuiſſent, decreverant occupare, cogentes nos, ad gerendum ſecum injuſta bella, licet nobiscum nunquam rem ingratam communicati fuiſſent: cum illos ad illa obeunda, alienos fines occupandi, fomes aut livor, faſtusque, non juſta cauſa urgeret. In quibus, clades, orbitates, fortunarumque & rerum noſtrarum periclitationes illic exceptas, tanto majori amaritudine proſequimur, quanto conſtat nos, imperio noſtrorum Præſidum, coactos, non ſolum corporum, & rerum, ſed etiam animarum noſtrarum, per injuſtas acies ſæpius diſtraxiſſe, discrimen, & capitibus noſtris omne ſcelus injuſti belli expiaſſe, Magiſtro & Ordine, noſtras clades magis ex arce ſpectantibus, quam relevantibus. Verum cum tot mala, nullo termino aut ſpacio videremus finiri: atque nobis, poſterisque noſtris, majores calamitates, orbitates, parati, Magiſtro & Ordine Pruſſiæ, ad rumpendum cum Rege, & Regno Poloniæ, ultimo corporali interpoſito juramento, à quo ſe abſolvi Conſilii Baſilienſis, & Summi Pontificis authoritate, multiplici inſtantia exſpetebant, per caſſum, fœdus & bella, de novo gerenda, aſpirante, conanteque ligam noſtram & unionem diſſolvere, omnem juſtitiam, æquitatemque delentem. Nou quæ illis poteſtatem juſtam adimeret, ſed quæ injuſta illos bella ſuſcipere, & in nos, absque jure & demerito, vacuo uti mucrone, uosque fortunis & rebus noſtris ſpoliare prohiberet. Hanc, cum annis pluribus per nos, Magiſtri & Ordinis conſenſu, ac Imperialibus Privilegiis, & Confirmationibus, deſuper dotati, habuiſſemus in uſu, obſervantia, & praxi, tanto ardore, & cura, & ſolicitudine, pro illius perpetua abolitione, certatim non erubuerunt inſiſtere, ut nos, velut Ethnicos, hæreticosque, coram ſummo Pontifice aſſererent, & deinde ad Imperiale traherent Tribunal. Non quo per abrogationem, violationemque hujusmodi noſtræ unionis & Ligæ, aliquid commodi aut profectus capeſſerent. Sed ut eo liberius, obſtante illis nemine, execranda bella Regi & Regno Poloniæ, certisque finitimis, noſtris tandem cervicibus, ut ſæpe alias accidebat, expianda moverent. Licet autem coram Tribunali Cæſareo comparendi, nulla nos conditio arctaret, vel poteſtas: cum Imperiali ditioni, nunquam nos, remut eſſe ſubjectos: ut tamen nihil reſtaret, quo noſtra argui poſſet juſtitia & pura intentio, quam in his ad pacem recouciliationemque cum Magiſtro & Ordine gerebamus accuſari. Tribunal hujusmodi acceſſimus, & anno prope uno exacto, cum perſonarum noſtrarum ampliſſimo discrimine, in querelis propositionibusque, & replicationibus, verſati fumus. Et licet eſulam pluribus juſtificationibus fundatam haberemus, tantus tamen favor, Magiſtro & Ordini, in pronunciauda Imperiali ſententia, habitus eſt, ut Liga & unio noſtra hujusmodi, pro qua omne certamen fuit exortum, inhibitione Cæſaris, per nos tanquam arbitrio, jure facta, rejecta, caſſaretur: Magiſtro nihilominus & Ordine poſthæc inſtantibus, ut in ſexingentis florenorum millibus, Magiſtro & Ordini ſolvendis, & adeo Magiſtro, & Ordini obnoxii fuiſſe & fore, juxta ac precio empti eſſemus, nova Cæſarea ſententia damnaremur. Vigore cujus, ad tricentorum ex nobis principalium, capitalem trucidationem proceſſuros ſe, & ultionem quamlibet, de nobis, velut ſervis emptitiis & obnoxiis ſumpturos, terrore publico & clamore disponebant. Quæ quidem Cæſarea ſententia, & ejusdem Magiſtri & Ordinis Pruſſiæ inſtantia, ultioque in nos extendenda, adeo nobis indigna, prout erat, viſa eſt, ut non viris modo, ſed etiam fœminis, non Catholicis, ſed Scythis, ſedum, & intolerabile eſſet, ad tantam obnoxietatem, calamitatemque detrudi. Tot igitur & tantis, pluribusque aliis quas (ut noſtro conſulamus honori) ſilentii tegimus velamine, oppreſſionibus, gravaminibus, atque injuriis laceſſiti, præſertim, cum illas videremus in infinitum trahi, & novo genere crescere, & augeri, ſuperbo, avaro, & injuſto prælati Magiſtri & Ordinis Dominio, autoritate & ſuffragio naturalis & humanæ legis renunciavimus: omnem obedientiam, fidem, ſubjectionem, illis, & cuilibet eorum ſubtrahendo. Verum cum Regem & Coronam Poloniæ, præfati Ordinis Patronum, fundatorem, & dotatorem, ac terras prædictas, videlicet Pruſſiæ, Culmenſis, Pomeraniæ & Michalovienſis, à corpore & proprietate Regni Poloniæ, præter juſtitiam & æquitatem, per vim & arma alienatas conſtat extitille, priſco noſtro capiti, & primevo corpori, à quo exciderамus, poſtquam juris noſtri eſſe cœpimus, illico nos reuniendos, reintegrandosque cenſuimus, quo amplius poſſet liquere renunciationem, & ſubtractiouem obedientiæ Magiſtro & Ordini, excutiendo tyrannicum jugum, & ſuperbum, avarumque præſidium per nos factam, non ſolum vendicationem libertatis, ſed juſtum Principatum, Imperium, & ſolium quæſiville: In hunc itaque morem, ad Sereniſſimum Principem Dominum Caſimirum Poloniæ Regem, Magnum Ducem Lithuaniæ, & hæredem Ruſſiæ, & Coronam Puloniæ, in quos jure divino & humano, præfatarum terrarum hæreditatem & omnimodam ſucceſſionem comperimus devolutam, ſolennes noſtros Nuncios videlicet Magnificos, Nobiles, & prudentes Dominos Joannem de Bayſſen, Auguſtinum de Zewe, Gabrielem de Bayſſen, Nicolaum de Verdtan, Judicem Derſchoviensem, Laurentium Zakiziez, de Culmenſi, Rudgerum de Birken, Thorunenſem, Laurentium Pilgrun, Elbingenſem, Proconſules, cum plena facultate transmiſimus, ac ſuæ Majeſtati, & in ſuum regale Thronum, ſolium, ditionem, & poteſtatem, Terras prædictas Pruſſiæ, Culmenſem, Pomeraniæ, & Michalovienſem, & quascunque alias annexas in Terra vel Mari conſiſtentes, perſo-

ANNO 1454.

ANNO 1454. perſonas noſtras, Caſtra, Fortalitia, Civitates, Oppida, Villas, res, fortunas, quæ hactenus in noſtra poteſtate ſunt, & in futurum erunt, dedimus & ſubjecimus, & præſentibus voluntarie, & ſponte, perpetuo damus, & ſubjicimus. Ipſumque Caſimirum Regem Poloniæ, pro unico, juſto, legitimo Domino & hærede ſuſcipimus, recipimus, & acceptamus, ac nos & Terras prædictas in jus, ſortem, proprietatem, & titulum Coronæ Poloniæ, reintegramus, reunimus, incorporamus, & inviſceramus, omnium Privilegiorum, libertatum, & prærogativarum Regni Poloniæ, uſum & participationem, & lignanter communem cum aliis Regnicolis, futurorum Regum Electionem, & Coronationem habituri. Ipſamque deditionem, ſubjectionem, ſuſceptionem, & obedientiam, iterum atque iterum profitemur, atque innovamus, ſubjicientes nos, terrasque prædictas, in perpetuum præfati Domini Regis, & ſuorum Succeſſorum, & Regni Poloniæ, ditionem, gubernationem, protectionem, fidem, poteſtatem, imperium, & regimen. Promittentes pro nobis, hæredibus & Succeſſoribus noſtris, ſub fide, & honore, atque onere præſtiti, per uos juramenti, quod præfato, Illuſtriſſimo Principi, Domino Caſimiro, Poloniæ Regi, ejusque Succeſſoribus Poloniæ Regibus, velut fideles & ſubjecti, quemadmodum cæteri Incolæ ejusdem Regni, parebimus, auſcultabimus, & obedicmus, fideliter & conſtanter, perpetuo in ævum, juribus noſtris ſemper ſalvis. In ipſiusque Domini Regis, & ſuorum Succeſſorum Poloniæ Regum, ditione, poteſtate, gubernatione, ſubjectione, imperio & regimine, ab hac hora, & in perpetuum ſemper perdurabimus, & conſiſtemus, nec ullo tempore, nos à Corona Poloniæ, cujus ſumus individuum, ſcindi, ſequeſtrari, aut alienari permittemus, aut conſentiemus. Promittentes, præfato Domino Caſimiro Regi, & ſuis ſucceſſoribus Regibus Poloniæ, in omnibus felicibus, & adverſis, & quibuscunque caſibus, ope, præſidio, conſilio, & auxilio, fideliter contra quoscunque eorum hoſtes, & adverſarios, & quascunque perſonas Eccleſiaſticas, vel ſeculares, quacunque præfulgeant dignitate, Communitates, Univerſitates, & ſignanter contra Magiſtrum, & Ordinem quondam Pruſſiæ, Almaniæ, Livoniæ, fideliter animo, & rebus, & cum effectu aſſiſtere, & bonum, utile, commodum & honeſtum, ejusdem Domini Caſimiri Regis Poloniæ & ſuorum ſucceſſorum Regum Poloniæ, & Coronam Poloniæ juxta vires & potentias noſtras extremas, efficere, dirigere, & procurare, nec unquam quibuscunque colore, arte, neceſſitate, caſu, opportunitate, vel ingenio, præfatum Dominum Caſimirum Regem, & ſuos Succeſſores Reges Poloniæ, & Coronam Poloniæ deſerere, aut in præjudicium, læſuram, vel offenſam, præſentis ſubjectionis, & deditionis noſtræ, cum Magiſtro & Ordine, & Magiſtris Almaniæ, & Livoniæ, aliquos tractatus, reconciliationes, inſcriptiones, amicitias, fœdera, colloquia vel ſermones, abſque ejusdem Domini Regis Poloniæ licentia ſpeciali vel conſenſu inire, vel per quascunque ſummiſſas perſonas, directe vel indirecte, palam vel clandeſtine, abſque dolo vel fraude ſub fide & honore. Cui quidem Sereniſſimo Principi, cum primum ingreſſus fuerit Terras Pruſſiæ, ad ſuam requiſitionem, plenam præſtabimus, præſtareque, adſtringimus, fidelitatis, ſubjectionis, & obedientiæ perpetuæ, corporali interpoſito juramento homagium.

CXLIX.

8. Janv. LE PAPE ET LE PORTUGAL. *Bulle du Pape* NICOLAS V. *qui donne à* ALFONSE *Roi de Portugal, l'Empire de Guinée, & défend à tous autres d'y aller ſans la permiſſion des Portugais. A Rome le* 8. *Janvier* 1454. [G. G. LEIBNITZ, Codicis Diplomatici. pag. 406. RAYNALDI Contin. Annal. BARONII Tom. XIX. Anno 1454. *oh l'on n'en trouve qu'un Extrait, avec quelques différences, que l'on a notées ici en marge.* DUM.]

(s) ROMANUS Pontifex Regni cœleſtis clavigeri ſucceſſor, & Vicarius Jeſu Chriſti; cuncta Mundi climata omniumque Nationum in illis degentium qualitates paternâ conſideratione diſcutiens, ac ſalutem quærens & appetens ſingulorum, illa perpenſa deliberatione ſalubriter ordinat & disponit, quæ grata divinæ Majeſtati fore conſpicit, & per quæ oves ſibi divinitus creditas ad unicum ovile Dominicum reducat & acquirat eis felicitatis æternæ præmium, ac veniam impetrer animabus, quæ eò certius, auctore Domino, provenire credimus, ſi condignis favoribus & ſpecialibus gratiis eos Catholicos proſequamur Reges & Principes, quos veluti Chriſtianæ fidei athletas & intrepidos pugiles, non modo Saracenorum cæterorumque infidelium Chriſtiani nominis inimicorum feritatem reprimere, ſed etiam ipſos eorumque Regna ac loca, etiam in longiſſimis, nobisque incognitis partibus conſiſtentia, pro defenſione & augmento fidei debellare, ſuoque temporali Dominio ſubdere, nullis parcendo laboribus & expenſis, ſacri evidentia cognoſcimus, ut Reges & Principes ipſi, ſublatis quibusvis dispendiis, ad tam ſaluberrimum tamque laudabile proſequendum opus per amplius animentur.

ANNO 1454.

2. Ad noſtrum ſiquidem nuper, non ſine ingenti gaudio, & noſtræ mentis lætitia pervenit auditum, quod dilectus filius Nobilis Vir Henricus Infans Portugaliæ, Chariſſimi in Chriſto filii noſtri ALFONSI Portugaliæ & Algarbii Regnorum Regis Illuſtris, (a) Patrils inhærens veſtigiis claræ memoriæ Joannis dictorum Reguorum Regis ejus genitoris ac zelo ſalutis animarum, & fidei ardore plurimum ſuccenſus, tanquam Catholicus & verus omnium Creatoris Chriſti miles, ipſiusque fidei acerrimus ac fortiſſimus defenſor, & intrepidus pugil, ejusdem Creatoris glorioſiſſimum uomen per univerſum terrarum orbem etiam in remotiſſimis & incognitis locis divulgari, extolli & venerari, nec non illius ac vivificæ, qua redemti ſumus, crucis inimicos perfidos Saracenos videlicet, ac quoscumque alios infideles ad ipſius fidei gremium reduci, ab ejus incunte ætate toris aſpirans viribus, poſt Ceptenſem Civitatem in Africa conſiſtentem per dictum Joannem Regem, ejus ſubactam Dominio, & poſt multa per ipſum Infantem nomine dicti Regis contra Hoſtes & Infideles prædictos, quam etiam in propriâ perſona, non abſque maximis laboribus & expenſis, ac rerum & perſouarum periculis & jactura, plurimorumque naturalium ſuorum cæde geſta bella, ex tot tantisque laboribus, periculis & damnis non fractus neque territus, ſed ad hujusmodi laudabilis & pii propoſiti ſui (b) perſecutionem in dies magis atque magis exardescens, in Oceano Mari quasdam ſolitarias Inſulas fidelibus propalavit, ac fundari & conſtrui inibi fecit Eccleſias, & alia pia loca, in quibus divina celebrantur Officia, ex dicti quoque Infantis laudabili opera & induſtria quamplures diverſarum in dicto mari exiſtentium Inſularum, incolæ ſeu habitatores, ad veri Dei cognitionem venientes, Sacrum (c) Baptiſmum ſuſceperunt ad Ipſius Dei laudem & gloriam, ac plurimarum animarum ſalutem, Orthodoxæ quoque fidei propagationem, & divini cultus augmentum.

(a) Patrois.

(b) profecutionem.

(c) Baptiſma.

3. Præterea cum olim ad ipſius Infantis perveniſſet notitiam, quod nunquam, vel ſaltem à memoria hominum non conſueviſſet per hujusmodi Oceanum Mare verſus (d) Orientales plagas navigari, illudque nobis occiduis adeò foret incognitum, ut nullam de partium illarum gentibus certam notitiam haberemus, credens ſe maximè in hoc Deo præſtare obſequium, ſi ejus operâ & induſtriâ Mare ipſum usque ad Indos, qui Chriſti nomen colere dicuntur, navigabile fieret, ſicque cum eis participare, & illos in Chriſtianorum auxilium adverſus Saracenos, & alios hujusmodi fidei Hoſtes commovere poſſet, ac nonnullos Gentiles ſeu Paganos uefandiſſimi Machometi Sectâ minimè infectos Populos inibi medio exiſtentes continuò debellare, eisque incognitum Sacratiſſimum Chriſti uomen prædicare, ac facere prædicari, Regiâ tamen ſemper auctoritate munitus, à viginti quinque annis citra, exercitum ex dictorum Regnorum gentibus, maximis cum laboribus periculis & expenſis in velociſſimis uavibus, caravellis nuncupatis ad perquirendum Mare, & Provincias maritimas verſus meridionales partes & polum antarcticum annis ſingulis ferè mittere non ceſſavit, ſicque factum eſt, ut cum naves hujusmodi quamplures portus, Inſulas & Maria (e) perluſtraſſent, ad Ghineam Provinciam tandem pervenirent, occupatisque nonnullis Inſulis, portubus ac Mari, eidem Provinciæ adjacentibus, ulterius navigantes ad oſtium cujusdam Magni fluminis Nili communiter reputati pervenirent, (f) contra illarum partium populos, nomine ipſorum Alfonſi Regis & Infantis per aliquos annos guerra habita extitit, & in illa quamplures inibi vicinæ Inſulæ debellatæ, ac pacificè poſſeſſæ fuerunt, prout adhuc cum adjacenti Mari poſſidentur. Exindè quoque multi Ghinei & alii Nigri vi (g) capti, quidam etiam

(d) Meridionales & Orientales.

(e) perluſtraſſent & occupaſſent.

(f) *Raynaldus ajoute ici par parenthèſe, Ingens illud flumen non ſunt Nilus, ſed Nigrum, poſtea comparatum ad* (g) VI.

(1) Toute cette Préface manque dans *Raynaldus*. [DUM.]

ANNO 1454. etiam non prohibitarum rerum permutatione seu alio legitimo contractu emptionis ad dicta sunt Regna transmissi. Quorum inibi in copioso numero ad Catholicam fidem converfi extiterunt, speraturque divinâ favente clementia, quod si hujusmodi cum eis continuetur progressus, vel populi ipsi ad fidem convertentur, vel saltem multorum ex eis animæ Christo lucrifient.

4. Cum autem, sicut accepimus, licet Rex & Infans prædicti, qui cum tot tantisque periculis, laboribus & expensis, nec non perditione tot naturalium Regnorum hujusmodi, quorum inibi quamplures perierunt, ipsorum nauralium dumtaxat freti auxilio, Provincias illas perlustrari fecerunt, ac Portus, Insulas & Maria hujusmodi, acquisiverunt & possederunt, ut præfertur, ut illorum veri Domini; timentes ne aliqui cupiditate ducti, ad partes illas navigarent, & operis hujusmodi perfectionem; fructum & laudem sibi usurpare, vel saltem impedire cupientes, propterea seu (g) lucri commodo aut malitiâ ferrum, arma, lignamina, aliasque res & bona ad Infideles deferri prohibita portarent vel transmitterent, & ipsos Infideles navigandi modum (h) edocerent, propter quæ eis Hostes fortiores ac duriores fierent, & hujusmodi prosecutio vel impediretur, vel forsan penitus cessaret, non absque offensa magna Dei, & ingenti totius Christianitatis opprobrio; ad obviandum præmissis, ac pro suorum Juris & possessionis conservatione, sub certis tunc expressis gravissimis pœnis prohibuerint, & generaliter statuerint, quod nullus, nisi cum suis nautis ac navibus, & certi tributi solutione, obtentaque prius desuper expressâ ab eodem Rege vel Infante licentiâ, ad dictas Provincias navigare, aut in earum portubus contractare, seu in Mari piscari præsumeret; tamen successu temporis evenire posset, quod aliorum Regnorum seu Nationum personæ invidiâ, malitiâ, aut cupiditate ductæ contra prohibitionem prædictam absque licentia & tributi solutione hujusmodi ad dictas Provincias accedere, in sic acquisitis Provinciis, Portubus & Insulis, ac Mari navigare, contractare, & piscari præsumerent, & exinde inter Alfonsum Regem ac Infantem, qui nullatenus se in iis sic deludi paterentur, & præsumentes prædictos, quamplura odia, rancores, dissensiones, guerræ & scandala in maximam Dei offensam, & animarum periculum verisimiliter subsequi possent & subsequerentur: Nos præmissa omnia & singula debita meditatione pensantes, & attendentes, quod cum olim præfato Alfonso Regi quoscumque Saracenos ac Paganos, aliosque Christi inimicos ubicumque constitutos, ac Regna, Ducatus, Principatus, Dominia, possessiones, & mobilia & immobilia bona quæcumque per eos detenta ac possessa invadendi, conquirendi, expugnandi, debellandi & subjugandi, illorumque personas in perpetuam servitutem redigendi, ac Regna, Ducatus, Comitatus, Principatus, Dominia, possessiones & bona sibi & successoribus suis applicandi, appropriandi, ac in suos successorumque usus & utilitatem convertendi, aliis nostris Literis plenam & liberam inter cætera concessimus facultatem; dictæ facultatis obtentu idem Alfonsus Rex, seu ejus auctoritate prædictus Infans justè & legitimè Insulas, Terras, Portus & Maria hujusmodi acquisivit ac possedit, & possidet, illaque ad eundem Alfonsum Regem & ipsius successores de Jure (i) spectant & pertinent, neque quivis alius ex Christi fidelibus, absque ipsorum Alfonsi Regis & successorum suorum licentia spetialia de illis se hactenus intromittere (k) licitè potuit, nec potest quoquo modo; ut ipse Alfonsus Rex ejusque successores & Infans eò finceriùs huic tam piissimo ac præclaro; & (l) omni ævo memoratu dignissimo operi, (in quo (m) cum animarum salus, fidei augmentum, & illius Hostium depressio (n) procurentur, Dei ipsiusque fidei ac Reipublicæ universalis Ecclesiæ rem agi considicimus,) insistere valeant & insistant, quos subtalis quibusvis dispendiis, amplioribus, seu per nos & Sedem Apostolicam, favoribus & gratiis munitos fore conspexerint; de præmissis omnibus & singulis plenissimè informati, motu proprio, non ad ipsorum Alfonsi Regis & Infantis vel alterius pro eis nobis (o) super hoc (o) sur hoc oblatæ petitionis instantiam, maturaque prius desuper deliberatione præhabita, auctoritate Apostolicâ, & ex certa scientia de Apostolicæ potestatis plenitudine; Literas facultatis præfatas, (quarum tenores de verbo ad verbum præsentibus haberi volumus pro infertis, cum omnibus vel singulis in eis contentis clausulis) ad Cepiensem & prædicta, & quæcumque alia, etiam ante datam dictarum facultatum Literarum acquisita, & ea, quæ in posterum nomine dictorum Alfonsi Regis suorumque successorum & Infantis in ipsis ac illis circumvicinis, & ulterioribus ac remotioribus partibus de Infidelium seu Paganorum manibus acquiri poterunt, Provincias, Insulas, Portus & Maria quæcumque, extendi, & illa sub ejusdem facultatis Literis (p) comprehendi, ipsarumque facultatis & præsentium Literarum vigore, jam acquisita, & quæ in futurum acquiri contigerint, postquam acquisita fuerint, ad præfatum Regem & successores suos ac Infantem, ipsamque conquestam, quam à capitibus de (q) Barador & de Nam usque per totam Ghineam, videlicet versus illam Meridionalem plagam exteudi, harum serie declaramus, etiam ad ipsos Alfonsum Regem, (r) successores suos ac Infantem, & non ad aliquos alios spectasse & pertinuisse, ac in perpetuum spectare & pertinere de Jure; nec non Alfonsum Regem, & successores suos ac Infantem prædictos in illis & circa ea, quæcumque prohibitionis, statuta & mandata, etiam pœnalia, & cum cujusvis tributi impositione facere, & de ipsis, ut de rebus propriis & aliis ipsorum Dominiis disponere & ordinare potuisse, ac (s) nunc & in futurum posse liberè & licitè tenore præsentium decernimus & declaramus. Ac pro potioris Juris & cautelæ suffragio, jam acquisita, & quæ in posterum acquiri contigerit, Provincias, Insulas, Portus, Loca, & Maria quæcumque, quotcumque & qualiacunque fuerint ipsamque conquestam à capitibus de (t) Baradoch & de Nam prædictis Alfonso Regi & successoribus suis Regibus dictorum Regnorum ac Infanti præfatis perpetuò, donamus, concedimus & appropriamus per præsentes. (1)

5. Præterea cum ad perficiendum opus hujusmodi multipliciter sit opportunum, quod Alfonsus Rex & successores ac Infans prædicti, nec non personæ, quibus hoc duxerint, seu aliquis ipsorum duxerit committendum, illius dicto Joannis Regi, per felicis recordationis Martinum V. & alterius indultorum, etiam inclytæ memoriæ Eduardo eorundem Regnorum Regi, ejusdem Alfonsi Regis genitori, per piæ memoriæ Eugenium IV. Romanos Pontifices prædecessores nostros concessorum versus dictas partes cum quibusdam Saracenis & Infidelibus, de quibuscumque rebus & bonis ac victualibus emptiones & venditiones, prout congruit, facere; nec non quoscumque contractus inire, transigere, pacisci, mercari, ac negotiari, & merces quascumque ad ipsorum Saracenorum & Infidelium Loca, dummodò ferramenta, lignamina, funes, naves, seu armaturarum genera non sint, deferre, & ea dictis Saracenis & Infidelibus vendere; omnia quoque alia & singula in præmissis, & circa ea opportuna vel necessaria facere, gerere vel exercere, ipsique Alfonsus Rex, successores, & Infans in jam acquisitis, & per eum acquirendis Provinciis, Insulis, ac Locis quascumque Ecclesias, Monasteria, & alia pia Loca fundare, ac fundari & construi nec non quascumque voluntarias personas Ecclesiasticas, Seculares, quorumvis etiam Mendicantium Ordinum Regulares (de Superiorum tamen suorum licentia) ad illa transmittere, ipsæque personæ inibi eriam, quæ advenerint, commorari, ac quorumcumque in dictis partibus existentium, vel accedentium Confessiones audire, illisque auditis, in omnibus, præterquam Sedi prædictæ reservatis casibus, debitam absolutionem impendere, ac pœnitentiam salutarem injungere, nec non Ecclesiastica Sacramenta ministrare valeant, liberè ac licitè decernimus; ipsique Alfonso & successoribus suis Regibus Portugalliæ, qui erunt imposterum & Infanti præfato, concedimus & indulgemus, ac universos & singulos Christi fideles, Ecclesiasticos, Seculares, & Ordinum quorumcunque Regulares, ubilibet per Orbem constitutos, cujuscumque status, gradus, ordinis, conditionis vel præeminentiæ fuerint, etiamsi Archiepiscopali, Episcopali, Imperiali, Regali, Reginali, Ducali, seu alia quacumque majori, Ecclesiasticâ vel mundanâ Dignitate præfulgeant, obsecramus in Domino, & per aspersionem sanguinis Domini nostri Jesu Christi, cujus, ut præmittitur, res agitur, exhortamur, eisque ùt remissionem suorum peccaminum injungimus, nec non hoc perpetuo prohibitionis edicto districtius inhibemus, ne ad acquisita, seu possessa nomine Alfonsi Regis, aut in conquista hujusmodi consistentia Provincias, Insulas, Portus, Maria & Loca quæcumque, seu aliàs ipsis Saracenis Infidelibus vel Paganis arma, ferrum, lignamina, aliaque à Jure Saracenis deferri prohibita

Cc quoquo-

(f) lucrandi.
(g) decernat.
(i) spectare & pertinere.
(k) licere.
(l) omniam zume.
(m) cum &c.
(n) procuretur.
(p) continetur.
(q) Bassadoc.
(r) prædecessores, suos mos.
(s) interim, tenore mos.
(t) Bassadoch.

(1) Tout ce qui fuit manque dans la Copie de Reynaldus. Il indique seulement le contenu en peu de mots. Se Dare eſt *Bulla apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1454. V. Id. Januarii Pontificatus nostri VII.* en quoi elle diffère de la propre Chronologie, d'une année de Pontificat. [Dum.]

ANNO 1454. quoquomodo; vel etiam absque speciali ipsius Alfonsi Regis, & successorum suorum & Infantis licentia, merces, & alia à Jure permissa deferre, aut per Maria hujusmodi navigare, seu deferri, vel navigari facere, aut in illis piscari, seu de Provinciis, Insulis, Portubus, Maribus & locis, seu aliquibus eorum, aut de conquista hujusmodi se intromittere, vel aliquid, per quod Alfonsus Rex & successores sui, & Infans prædicti, quominus acquisita & possessa pacificè possideant, ac conquistam hujusmodi prosequantur, & faciant per se vel alium seu alios, directè vel indirectè, opere vel consilio facere aut impedire quoquo modo præsumant.

6. Qui verò contrarium fecerit, ultra pœnas contra deferentes arma & alia prohibita Saracenis quibuscumque à jure promulgatas, quas illos incurrere volumus ipso facto, si personæ fuerint singulares, excommunicationis sententiam incurrant; si Communitas, vel Universitas, Civitas, Castri, Villæ, seu Loci; ipsa Civitas, Castrum, Villa seu Locus interdicto subjaceat eo ipso, nec contra facientes ipsi vel aliqui eorum ab excommunicationis sententia absolvantur, nec Interdicti hujusmodi relaxationem Apostolicâ, seu alia quavis auctoritate obtinere possint, nisi ipsi Alfonso, & successoribus suis ac Infanti prius pro præmissis congruè satisfecerint, aut desuper amicabiliter concordaverint cum eisdem: Mandantes per Apostolica scripta Venerabilibus Fratribus nostris Archiepiscopo Ulixbonensi, Silvensi, ac Ceptensi Episcopis, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium seu alios, quotiens pro parte Alfonsi Regis & illius successorum ac Infantis prædictorum, vel alicujus eorum desuper fuerint requisiti, vel aliquis ipsorum fuerit requisitus, illos, quos excommunicationis & interdicti sententias hujusmodi incurrisse constituit, tamdiu Dominicis aliisque festivis diebus in Ecclesiis, dum imbi major populi multitudo convenerit ad divina, excommunicatos & interdictos, aliisque pœnis prædictis innodatos fuisse & esse auctoritate Apostolica declarent & denuntient, nec non ab aliis nuntiari & ab omnibus arctius evitari faciant, donec pro præmissis satisfecerint seu concordaverint, ut præfertur. Contradictores, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ M.CCCC.LIV. vi. Id. Januarii. Pontificatus nostri anno VIII.

CL.

9. Avril. *Tractatus Pacis inter* FRANCISCUM FOSCARI *Ducem &* REMPUBLICAM VENETAM *ab una, & Ducem Mediolani* FRANCISCUM SFORTIAM *à parte altera pro avertendis ulterioribus belli malis fanctæ. In Civitate Laudæ 9. Aprilis* 1454. *Indictione secunda.* [Pièce authentique, tirée des Archives Royales de la Ville de Milan.]

IN Nomine Sancto, & Individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen. Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto die Martis nono mensis Aprilis, Indictione secunda. Cum dulce sit verbum Pacis, & res in se ipsa salutaris que sola in humanis rebus bona simul & jocunda nominatur, cum humani generis inimicus malignitati semper invigilans inter Illustrissimum Principem, & Excellentissimum Dominum Franciscum Foscari Ducem, & Inclytum Dominium Venetiarum &c. pro se suisque Subditis, Vassallis, Complicibus, Adherentibus, Recommendatis, & Confederatis ex parte una, & Illustrissimum Principem, & Excellentissimum Dominum Franciscum Sfortiam Vicecomitem Ducem Mediolani &c. Papiæ Angleriæque Comitem, ac Cremone Dominum, pro se suisque filiis, & hæredibus, ac Colligatis, Adherentibus, Recommendatis, & Subditis ut infra ex parte altera, nonnullos errores, discordias, & scandala seminaverit ex quibus partes ipse tandem ad bellum publicum devenerunt, exindeque infinite rapine, incendia, vulnera, cedes, aliaque horrenda facinora fuecreverint quod in pejus labi quotidie properabant. Cupientes itaque, & intendentes ipse partes amice, fraterne, & pacifice vivere ac vicinari, omnesque bellorum & materiarum discordie removere, miserunt Oratores, & Mandatarios suos Cremam, & postmodum ad Civitatem Laude, in qua quidem Civitate, tandem Spiritu Sancto inspirante, per viam Concordii, Pacti, & Transactionis, ad pacem cum infrascriptis modis, & Capitulis solemniter devenerunt. ANNO 1454.

Idcircò Magnificus, & Clarissimus Miles Dominus Paulus Barbo, Orator, Sindicus, & ad hoc specialis Procurator præfati Illustrissimi Principis, & Excellentissimi Domini, Domini Francisci Foscari, Dei Gratia Incliti Ducis Venetiarum, & Dominii ac Communis Venetiarum, ut de eis Sindicatu, & Mandato speciali plene constat publico Instrumento, scripto, & publicato per circumspectum Virum Clementem de Tedaldinis de Venetiis publicum Imperiali auctoritate Notarium, & ipsius Incliti Domini Ducis, & Dominii Venetiarum Secretarium, in millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto, Indictione secunda, die vigesimo octavo mensis Martii, Bulla plumbea à nobis Notariis infrascriptis viso, & lecto ex una parte, & ipse Illustrissimus, & Excellentissimus Dominus, Dominus Franciscus Sfortia Vicecomes Dux Mediolani &c. Papiæ Angleriæque Comes, ac Cremonæ Dominus, personaliter constitutus pro se suisque filiis, & hæredibus, Subditis, & Vassallis ut supra ex altera. Qui ad laudem, & reverentiam omnipotentis Dei, & Gloriosæ Virginis Mariæ Matris ejus die partes ipse concordes remanserunt, ac Beatorum Johannis Baptiste, Marci Evangeliste, ac Ambrosii Episcopi, & Confessoris, nec non Sancti Bassiani Episcopi, & Confessoris totiusque Celestis Curie Triumphantis, & ad tranquillitatem, & requiem perpetuam partium predictarum Statuumque suorum Sindicario, & Procuratorio proprio nominibus quibus supra, non per errorem, sed sponte & ex certa scientia, ac omni meliori, & efficatiori via, & modo quibus potuerunt, & possent, fecerunt, contraxerunt, transigerunt, celebrarunt, & firmarunt, ac faciunt, contrahunt, transigunt, celebrant atque confirmant inter se nominibus, quibus supra, bonam, veram, puram, sinceram, & irrevocabilem pacem, Deo dante, perpetuis temporibus duraturam cum Capitulis, Pactis, Conditionibus, Modis, Formis, Promissionibus, Obligationibus, & Clausulis infrascriptis, videlicet:

ANNO 1454. de Caponibus, & Cosma Johannis de Medicis eorum Collegis, totâ tamen auctoritate dicti Officii decem Baliæ in ipsis octo iuregrà remanente, neque propter absentiam Nerii, & Cosmæ prædictorum in aliquo diminuta. Advertentes quod die nonâ mensis Aprilis proximè præteriti Pax, Unio, & Concordia contracta, & celebrata fuit in Civitate Laudæ inter Magnificum, & Generosum Equitem Dominum Paulum Barbo Oratorem, & Sindicum Illustrissimi Ducalis Dominii Venetiarum, & Illustrissimum Principem, & Excellentissimum Dominum Dominum Franciscum Sfortiam Vicecomitem Ducem Mediolani pro partibus, Capitulis, & effectibus, & modis, & nominibus in Instrumento dictæ Pacis annotatis, & scriptis, & inter cætera, quod Magnifica Communitas Florentiæ cum omni suo Statu, cumque suis Colligatis, Adhærentibus, Recommendatis, ac Subditis intelligatur esse, ac sit in dictâ Pace pro parte principali, quemadmodum est Illustrissimus Dominus Dux Mediolani præfatus: Item quod partes in dictâ Pace comprehensæ debeant infrà terminum duorum mensium à die celebrati contractus dictæ Pacis proximè futurorum nominare eorum Colligatos, Recommendatos, Consideratos, Adhærentes, & complices, qui sic nominati debeant posteà infrà certum tempus in ipsis Capitulis contentum ratificare, ut beneficio Pacis antedictæ gaudere queant, & prout de prædictis latius constare dixerunt per publicum Instrumentum dictæ Pacis per spectabiles, & Egregios Viros Michaelem de Grassis & Johannem quondam Ambroffii de Ulesis Notarios publicos rogatum, & scriptum; & volentes ipsi de Officio decem Baliæ præfati dictæ Magnificæ Communitatis Florentiæ Colligatos, Recommendatos, Adhærentes, & Complices intrà statutum terminum juxtà formam Capitulorum prædictorum nominare, repræsentantes in prædictis, & infrascriptis omnibus, & singulis ipsam Magnificam Communitatem Florentiæ, habentesque plenissimam auctoritatem, potestatem, & baliam ad prædicta, & infrascripta omnia, & singula faciendum vigore eorum auctoritatis, potestatis, & baliæ, & omni modo, viâ, jure, & formâ, quibus melius, & efficatius potuerunt secundum exigeotiam contentorum in Instrumento Pacis prædictæ vice, & nomine Magnifice, & Excelsæ Communitatis Florentiæ, & pro ipsâ Magnificâ, & Excelsâ Communitate Florentiæ nominaverunt in Colligatos, & Recommendatos, Adhærentes, Complices, amicos, & sequaces ipsius Magnificæ Communitatis Florentiæ infrascriptos videlicet Illustrem Dominum Ducem Mutinæ, & Regii, Marchionemque Estensem & Magnificam Communitatem Bononiæ, Magnificam Communitatem Lucæ, Magnificam Communitatem Perusii, Magnificum Dominum Sigismundum Pandulphum de Malatestis, Magnificum Dominum Malatestam Novellum de Malatestis, Magnificum Dominum Emmanuelem de Applano Plumbini & Magnificos Dominos Augorgium, Tadeum de Manfredis Faventiæ, & Imolæ & Magnificos Dominos Marchiones de Malaspinis de Lunisana, Magnificam Dominam Catharinam de Campo Fregoso Serrazani & Magnificum Premofrinum Comitem Montis Dolii & Magnificum Cerbonem Marchionem Montis Mariæ; Nobiles Viros Filios Johannis de Monte acuto, Nobiles Viros filios Johannis de Alidosiis; Nobiles Viros filios Rayncrii de la Saxetta, mandantes mihi Bartholomæo infrascripto, ut de nominatione prædictâ præsens publicum conficere Instrumentum, committentes insuper spectabili Militi Domino Alexandro Ugonis de Alexandris Oratori Communis Florentiæ de proximo ad Illustrissimum Dominum Ducem Mediolani profecturo, & cuicumque alteri nomine Magnificæ Communitatis Florentiæ hoc agenti, & cuilibet eorum in solidum, ut præsens nominationis Instrumentum Illustrissimo Domino Duci Mediolani præfato, & cuivis alii, cui secundum formam dictorum Capitulorum Pacis præsentandum foret; & seu pro eo, vel eis legitime recipientibus, & agentibus præsentent, & dimittant.

Acta fuerunt prædicta per ipsos de Officio decem Baliæ suprascriptos in Civitate Florentiæ, & in Palatio Populi Florentini, & in Loco solitæ audientiæ præfatorum decem Baliæ, præsentibus Egregio Viro Ser. Johanne Ser. Jacobi de Valvenis Cancellario dictorum decem, & Nobili Viro Bernardo Thomasii de Corbinellis Civibus Florentinis, Testibus ad suprascripta omnia, & singula vocatis, habitis, & rogatis.

Ego Bartholomæus olim Ser. Guidonis Jacobi Guidi Civis Florentinus Imperiali auctoritate Judex ordinarius, & Notarius publicus, & nunc Notarius extractionum, & conductorum Magnifici, & Excelsi Populi, & Communis Florentiæ, dictique Officii decem Baliæ prædictæ nominationi, & omnibus suprascriptis factis per dictos de Officio decem Baliæ, dum sic per eos agebantur, interfui, & de ipsis rogatus fui, verùm aliis occupatus negotiis, & alii fideli Notario hæc scribenda commisi, ideoque me ad ipsorum omnium fidem cum meo solito signo subscripti. ANNO 1454.

Priores Artium, & Vexillifer Justitiæ Populi, & Communis Florentiæ. Universis, & singulis, ad quos præsentes advenerint, salutem, & prosperos ad vota successus, integram, atque plenissimam vobis facimus fidem, quod Egregius Vir Bartholomeus olim Ser. Guidonis Jacobi Guidi Civis noster suprascriptus, qui de prædictis rogatus fuit, fuit, & est publicus Imperiali auctoritate Notarius; & in Arte, & Collegio Judicum, & Notariorum Civitatis nostræ descriptus, ipsiusque scripturis præsertim publicis adhibita est semper, & adhibetur fides. In cujus rei Testimonium has Litteras scribi fecimus, ac nostri soliti sigilli impressione muniri. Datum Florentiæ die XXI. Maii. 1454.

Extracta fuit præsens Copia à Registro inscripto sub Littera C. *Ducis* PHILIPPI MARIÆ ANGLI *Vicecomitis existente in Regio Archivio Castri Portæ Jovis Mediolani, in Papiro scripto. Datum Mediolani die trigesimo mensis Octobris anni* 1719.

Examinavit JOANNES FRANCISCUS STRIGELLUS *Regii Archivii Offitialis.*

CLIII.

Instrumentum traditionis Literarum DUCIS MEDIOLANI, *ad* DOMINIUM VENETUM, *pro Denominatione ejus Colligatorum & Adherentium, in Pace die 9. proximè præteriti mensis Aprilis inter eos facta, suo nomine comprehendendorum. Actum Mediolani Anno Nativitatis* 1454. *die* 28. *Maii, Indictione* II. 28. Mai.

[Pièce authentique, tirée des Archives Royales du Château de Milan, Regiſtre C.]

In Nomine Domini.

ANNO à nativitate ejusdem millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto, Indictione secundâ, die Martis vigesimo octavo mensis Maii, horâ vigesimâ secundâ. Nobilis Vir Dominus Johannes de Caymis Ducalis Offitialis in Curiâ Illustrissimi, & Excellentissimi Domini Domini Domini nostri Ducis Mediolani &c. nomine prælibati Illustrissimi, & Excellentissimi Domini Domini Francisci Sfortiæ Vicecomitis Ducis Mediolani &c. Papiæ, Angleriæque Comitis, ac Cremonæ Domini, accessit ad præsentiam Nobilis, & circumspecti Viri Domini Febi Capellæ Secretarii Illustrissimi Domini Venetiarum existentis, & personaliter inventi in hospitio Puthei sito in hac Civitate Mediolani in Portâ Ticinensi, & ibidem præfato Domino Febo Secretario ut supra nomine prælibati Illustrissimi Domini Domini nostri Ducis Mediolani &c. præsentavit Litteras prælibati Illustrissimi Domini Domini Ducis Mediolani &c. tenoris infrascripti, & à præfato Domino Febo petiit, & requisivit cum instantiâ, quanta potuit, quatenus præfatus Dominus Febus eas Litteras consignare, aut consignari facere velit Illustrissimo Dominio Venetiarum. Qui Dominus Febus eas Litteras cum eâ reverentiâ, quâ decuit, recepit ab ipso Domino Johanne, easque Litteras promisit, & promittit dicto Domino Johanni præsenti, instanti, & recipienti nomine prælibati Illustrissimi, & Excellentissimi Domini Domini nostri Ducis Mediolani &c., consignare, & seu consignari facere quàm citius poterit prælibato Illustrissimo Dominio Venetiarum. Quarum quidem Litterarum tenor talis est, videlicet: Franciscus Sfortia Vicecomes Dux Mediolani &c. Papiæ, Angleriæque Comes, ac Cremonæ Dominus. Patent universis, & singulis præsentes inspecturis, quod cum in Tractatu pacis, & concordiæ die nono proximè præteriti mensis Aprilis in Civitate nostrâ Laudæ initæ, & celebratæ inter Illustrissimum Ducale Dominium Venetiarum, sive Magnificum Militem Dominum Paulum Barbum Procuratorem, & mandatarium suum ejus nomine ex unâ parte, & nos ex alterâ, inter cætera conventum extiterit, quod utraque pars denominare debeat Colligatos, Adhærentes, & Recommendatos suos, & hinc inde Litteras denominationis hujusmodi intrà duos menses à data ipsius Contractus

ANNO 1454. tractus Immediate ſecuturos deſtinare, velimusque nos ea, quæ noſtri parte fieri incumbunt, liberaliter adimplere, ex certâ noſtri ſcientiâ, & non per errorem, ſed omni meliori modo, viâ, jure, & formâ, quibus melius, & validius poſſumus, hos omnes intraſcriptos in noſtros Colligatos, Adhærentes, & Recommendatos harum ſerie præfato Illuſtriſſimo Ducali Dominio Venetiarum denominamus, videlicet pro Colligatis, & Adhærentibus noſtris Illuſtrem, & Exceſſam Communitatem Florentiæ, cum omnibus ſuis Colligatis, Adhærentibus, Recommendatis, Confœderatis, complicibus, ſequacibus, ſtipendiatis, & ſubditis, Illuſtrem, & Magnificum Dominum Ducem, & Communitatem Januæ cum omnibus ſuis Colligatis, Adhærentibus, Recommendatis, Confœderatis, Complicibus, ſequacibus, ſtipendiatis, & ſubditis, Illuſtrem Dominum Ludovicum Marchionem Mautuæ pro Civitate, & Terris ſuis, & Magnifici Domini Alexandri Fratris ſui, ac etiam pro Terris, & Locis, quæ olim erant Domini Caroli Fratris ſui, & quas de præſenti tenet, & poſſidet, & omnibus aliis Terris, & Locis, quas, & quæ tenet mediatè, vel immediatè, Magnificam Communitatem Anconæ cum omnibus Terris, & Locis ſuis, quas, & quæ de præſenti poſſidet, Magnificum Dominum Sigismundum Pandulphum de Malateſtis cum omnibus Civitatibus, Terris, & Locis, quas, & quæ tenet, & poſſidet ipſe, & ſui mediate, vel immediate, Magnificam Communitatem Lucæ, Magnificum Dominum Malateſtam Novellum de Malateſtis cum omnibus Civitatibus, Terris, & Locis, quas, & quæ de præſenti tenet, & poſſidet ipſe, & ſui mediate, vel immediate, Magnificum Dominum Alexandrum Sfortiam pro Piſauro, & aliis Terris ſuis, Magnificum Dominum Allorgium de Manfredis Faventiæ; Magnificum Dominum Tadeum de Manfredis Imolæ; Magnificos Dominum Boſium Sfortiam, & Comitem Galeaz de Archo pro eorum Locis, & Terris in partibus Tusciæ; Magnificos Dominos de Liga Confœderatorum, Magnificum Comitem Henrichum de Vacho, Magnificum Joannem Philippum de Fliſco pro Terris Diœceſium Placentinæ, Terdonenſis, & Parmenſis, quas, & quæ de præſenti tenet, & poſſidet, nec non pro aliis Terris, & Locis, quas, & quæ tenet, & poſſidet in Vallibus Berberiæ, & Scripiæ, & pro Recommendatis Nobiles de Cochonate ex Comitibus Radicatæ pro Loco Ticiueti, & aliis Locis ſuis, ſpectabiles Marchiones Mutatii, Magnificum Dominum Spinetam de Campo Fregoſio pro Gavio, & aliis Terris ſuis in Luneſana, ſpectabiles Floramontem, & Fratres de Malaspinis Marchiones Villæ Franchæ, Magnificos Dominos Marchiones Ineiſiæ, Magnificum Dominum Johannem Bartholomæum de Carreto cum omnibus Terris, & Locis ſuis, Magnificum Dominum Marcum de Carreto, Dominum Nicolaum Scenam, Joannem Baptiſtam, & Leonellum de Auria Condominos Vallis Humeliæ, Petrem Franciſcum, & Joannem Franciſcum de Guttuariis, ac eæteros conſanguineos ſuos, ſpectabilem Isnardum Malaspinam Marchionem Culmoriui, ſpectabilem Comitem Carolum Johannem de Cacharanis pro Caſtro, & Rochâ Aratii, Nobilem Henrichum de Auria Marchiones Petregrotæ; Boldracum, Dominum Emmanuelem, & Barthulomæum Fratres de Scarampis quondam Domini Antonii, ſpectabilem Dominum Bartholomæum de Curtemilio, Dominum Johannem, & Nepotes de Auria pro Moruello, Franciſcum de Carreto pro Novello, Monforte, & Monteclaro, Antonium, Johannem, & Franciſcum de Carreto pro adhærentiâ Vallis Burmidæ, Carreti, & Arguelli, Manfredum, Henrichum, Raphaelem, Proſperum, & Benedictum de Carreto pro adhærentiâ Prunci, Levicis, & Carreti, Spinetam, & Fratres de Carreto pro adhæreutiâ Milleſimi, Venſtrii pro dimidia, & toto Zengio, Franciſcum quondam Fraylini de Carreto pro Loco Spigni, Marraciæ, & Malaxinæ, Bartholomæum, & Fratres de Carreto pro Feudo Ponti, Johannem quondam Galeoti de Carreto de Finario pro adhæreutiâ Amiraldi, Georgium, & Carolum de Carreto pro adhærentiâ Zuccharelli, Bardaneti, & eæterorum aliorum Caſtrorum, Antonium de Scarampis de Cavo pro quarta totius Ruqucti, Boldracum, Johannem Petrum, Danielem, & eæteros Nobiles de Falletis pro Locis Pocapaleæ, Lamoræ, & Seraloughæ, Joannem Antonium Spinulam pro Caſtro Lerviæ, Principalum Marchionem Malaspinam Militem pro Locis ſuis, hæredes quondam Filippi de Auria pro Loco Sorelli, Dominum Ludovicum, & Dominam Catharinam matrem ejus pro Sarzano, Sarzanello, & aliis Terris, quas tenent tam citra, quam ultra Macram, Johannem Bormel, & eæteros de familiâ Grimaldorum. In Valle Scripiæ autem Dominum Jacobum de Fliſco, & Fratres, & Dominum Georgium, & Fratres de Sanguineto, Dominum Stefanum de Auriâ, pro Vuada, & Tagliolo, Dominum Jacobum, & Fratrem, ac Nicolaum de Spinulis pro Francavilla, Dominum Galeotum, & Hectorem Fratres de Spinulis pro Catarolo, Dominum Filippum, Baptiſtam, & Fratres ac Zuffrinum de Spinulis pro Sancto Chriſtophoro, Dominum Georgium Militem, & Doctorem, Galeotum, & Fratres, Carotium, & Fratres de Burgo Bucconis de Spinulis pro Arquate, Lucam, & Franciſcum, Fratres, & Affines, Gotofredum, Cattanium, Lucianum, Johannem, & Chriſtianum, ac ſuos, Barnabam, & Damianum de Iſola omnes de Spinulis pro preda biſaria; Item pro loco Cagiæ; Item pro Damelio, Damianum, & Baptiſtam Fratres de Iſola pro Iſola, & Vuriana, Carolum, & Fratres, Nicolaum, Paulum, & Raphaelem de Spinulis de Ronco, Carotium, Jacobum, & Elianum de Spinulis pro Burgo Foruariorum cum omnibus Vallium Scripiæ, & Barberiæ participibus Loci Buzalis. In Valle autem Barberiâ, Johannem, & Fratres, Symonem, Johannem Antonium Aſtorem quondam Leonelli, Filippum de le Done, & Fratrem, Baptiſtam, & Fratres de Spinulis pro Caſtro Montiſtori, Dominum Alexandrum Doctorem, Joannem, & Fratres, ac Lanzalotum de Spinolis pro Monte Zardino, Jacobum Spinolam pro Rochâ, Petrinum, & Fratres quondam Baldaſſaris, Baptiſtam de la Cabella pro Cromonte, Petrinum ſupraſcriptum pro loco Bugnati; quam quidem denominationem omnium ſupraſcriptorum præſentari fecimus hac præſenti die Nobili, & circumſpecto Viro Felco Capella Secretario Illuſtriſſimi Dominii Venetiarum. Mediolani in Hoſpitio Potbei per Johannem de Caymis Officialem in Curiâ noſtrâ, rogantes prælibatum Illuſtriſſimum Ducale Dominium Venetiarum, ut de præſentium receptione per ſuas Literas nos certiores reddat. In quorum omnium fidem, & Teſtimonium præſentes fieri fecimus, & regiſtrari, noſtrique conſueti ſigilli munimine roborari. Datum Mediolani die 28. Maii 1454. Cichus: Et de prædictis rogatum fuit per me Jacobum de Perago Notarium publicum, & etiam Notarium, & Scribam præfati Illuſtriſſimi, & Exceſſentiſſimi Domini Domini noſtri Ducis Mediolani, publicum confici debere Inſtrumentum unum, & plura unius, & ejusdem tenoris. Actum in dicto hoſpitio de Putheo ſito ut ſuprà. Interfuerunt ibi Teſtes Dominus Johannes de Uteis Ducalis Cancellarius, Bartholomeus de Perago filius quondam Domini Ambroſii Pontæ Romanæ, Parochiæ ſancti Joannis Itolani Mediolani, Jacopinus de Cipellis Filius Domini Pedrachi Portæ Novæ, Parochiæ ſancti Steſani ad Nuxigiam Mediolani, & Johannes de Pero filius quondam Domini Henrici habitans in loco de Viganore, Plebis Maſſaliæ, Ducatus Mediolani, omnes Teſtes noti, idonei, vocati, & rogati.

Ego Jacobus de Perago filius quondam Domini Vanini Civitatis Mediolani Portæ Novæ Parochiæ Sancti Steſani ad Nuxigiam Notarius publicus, & etiam Notarius, & Scriba præfati Illuſtriſſimi, & Exceſſentiſſimi Domini Domini noſtri Ducis Mediolani rogatus tradidi, & ſubſcripſi, & aliis occupatus per alium ſcribi feci, in fidem, & Teſtimonium præmiſſorum.

Extracta fuit præſens Copia à Regiſtro inſcripto ſub Littera C. *Ducis* PHILIPPI MARIÆ ANGLI *Vicecomitis exiſtente in Regio Archivio Caſtri Portæ Jovis Mediolani in Papiro ſcripto. Datum Mediolani die trigeſimo menſis Octobris anni* 1719.

Examinavit JOANNES FRANCISCUS STRIGELLIUS *Regii Archivii Officialis.*

CLIV.

Inſtrumentum Denominationis Colligatorum, Adhærentium & Recommandatorum DOMINII VENETI *in Pace cum* DUCE MEDIOLANI *Laude facta comprehendendorum. Actum Venetiis, Anno Nativitatis* 1454. *die* 4. *Junii Indictione* II. [Pièce authentique, tirée des Archives Royales du Château de Milan, Regiſtre C.] 4. Juin.

In Chriſti nomine, Amen.

ANNO à Nativitate ejusdem milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo quarto, Indictione ſecundâ, die

ANNO 1454. die quarto menſis Junii. Illuſtriſſimus Princeps, & Excellentiſſimus Dominus Dominus Franciſcus Foſcari Dei gratiâ Inclytus Dux, Dominium, & Commune Venetiarum, advertentes, ac conſiderantes, quod die nonâ menſis Aprilis proximè decurſi Pax, & bona concordia contracta, & celebrata fuit in Civitate Laudenſi inter præfatum Illuſtriſſimum Dominum Ducem, Dominium, & Commune Venetiarum, Colligaros, Adhærentes, Confœderatos, Recommendatos, complices, ſtipendiarios, ſequaces, & Subditos, ac Feudatarios ſuos ex unâ parte, & Illuſtriſſimum, & Excellentiſſimum Dominum Franciſcum Sforciam Vicecomitem Ducem Mediolani, Papiæ, Angleriæque Comitem, ac Cremonæ Dominum cum ſuis Colligatis, Adhærentibus, Recommendatis, & aliis ut ſupra nominatis, ex alterâ parte, modis, pactis, Capitulis, & conditionibus in Inſtrumento dictæ celebratæ Pacis deſcriptis, particulariterque contentis; inter quæ quidem Capitula eſt unum ſpeciale, quo cavetur, quod infrà terminum menſium duorum à die concluſæ Pacis inchoandorum unuſquiſque partium teneatur, & debeat nominare Colligatos, Adhærentes, Recommendatos, complices, & ſequaces ſuos, eosque in ſcriptis dare, qui ſic nominati infra alios tres menſes ſubſecuturos, Pacem ejusmodi, ſi illius beneficio gaudere voluerint, approbare, & ratificare teneantur; volentesque, & intendentes ipſe Illuſtriſſimus Dominus Dux, & Inclytum Dominium, & Commune Venetiarum ea omnia, quæ conventa, & firmata ſunt per pacem prædictam effectusliter adimplere juxta continentiam Capituli Pacis ejusdem, ex certâ ſcientiâ, & firmo propoſito dederunt, ac denominaverunt, ac dant, & denominant præfato Illuſtriſſimo Domino Duci Mediolani infraſcriptos eorum Colligatos, Adhærentes, Confœderatos, Recommendatos, complices, & ſequaces, qui in dictâ pace, & concordiâ includantur, earumque beneficio habeant gaudere cum omnibus Colligatis, Adhærentibus, Confœderatis, Recommendatis, complicibus, ſequacibus, ſtipendiariis, & ſubditis ſuis: Nomina autem Colligatorum & aliorum ut ſupra ſunt iſta videlicet: Sereniſſimus, & Excellentiſſimus Dominus Alfonſus Rex Aragonum, & Utriuſque Siciliæ citra, & ultra Farum, tanquam pars principalis, & licet melius, & honorabilius nominari poteſt; Illuſtriſſimus Dominus Dux Sabaudiæ, Ill. Dominus Dux Sigismundus Auſtriæ, Ill. Dominus Dux Mutinæ, & Regii, ac Marchio Eſtenſis, Ill. Dominus Marchio Montisferrati, Reveren. in Chriſto Pater Dominus Epiſcopus Tridentinus, Magnificus Dominus Sigismundus Pandulfus de Malateſtis Arimini, Magnificus Dominus Comes Urbini, Magnificus Dominus Malateſta Novellus Cefennæ, Magnifica Communitas Sennarum, Magnifica Communitas Lucana, Magnifica Communitas Bononiæ, Magnifica Communitas Anconæ, Magnificus Dominus Comes Goritiæ, Magnificus Dominus Carolus de Gonzaga, Magnifica Domina Catharina de Ordelaffis, ac Magnifici Domini Cechus, & Fratres Forlivii, Magnifici Nobiles de Corrigiâ, Magnificus Comes Johannes Veglie, & Segniæ, Magnificus Dominus Georgius, & Petrus de Lodrono, ſpectabilis Dominus Graciadeus de Campis, & ſpectabilis Domina Eliſabetha de Greſta, mandantes mihi Notario infraſcripto, ut de nominatione prædictâ publicum, & autenticum conficiam Inſtrumentum.

Actum Venetiis in Ducali Palatio in ſalâ dnarum nappparum, præſentibus ſpectabilibus, & ſapientibus Viris Domino Franciſco della Siega Honorando Cancellario Venetiarum, Ser. Hieronymo de Nicuola, & Ser. Alexandro à Fornariis Ducalibus Secretariis ad hæc voceatis ſpetisliter, & rogatis. In fidem autem, & evidentiam præmiſſorum præfatus Illuſtriſſimus Dominus Dux præſens Inſtrumentum fieri juſſit, & ſuâ bullâ plumbeâ pendente muniri.

Ego Nicolaus de Graſſis filius quondam ſapientis Viri Domini Bartholomæi publicus Imperiali auctoritate Notarius, & Judex ordinarius, ac præfati Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi Domini Ducis, Dominii, & Communis Venetiarum Secretarius prædictis omnibus interfui, & ea de mandato præfati Illuſtriſſimi Domini Ducis, Dominii, & Communis Venetiarum ſcripſi, & publicavi, ſigno meo appoſito conſueto.

Extracta ſunt præſens Copia à Regiſtro inſcripto ſub Litteris C. *Ducis* PHELIPPI MARIÆ ANOLI *Vicecomitis exiſtente in Regio Archivio Caſtri Portæ Jovis Mediolani in Papiro ſcripto. Datum Mediolani die trigeſima menſis Octobris anni* 1719.

Examinavit JOANNES FRANC. STRIGELLIUS *Regii Archivii Officialis.*

CLV.

ANNO 1454. 28. Juin. BOURGOGNE ET BOURBON.

Diſpenſe donnée par le Pape NICOLAS V. *pour le Mariage entre* CHARLES *Comte de Charolois, &* ISABELLE DE BOURBON. *A Rome le* 28. *Juin* 1454. [FREDERIC LEONARD, Tom. I. pag. 55.]

NIcolaus Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Venerabilibus Fratribus Tornacenſi, & Atrebatenſi Epiſcopis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Romani Pontificis præcellens auctoritas rigorem Juris manſuetudine temperans, interdum nonnulla concedit, quæ fieri dicti Juris ſeveritas prohibet; preſertim dum rationabiles cauſæ perſuadent, ac perſonarum, & locorum qualitate penſatâ id conſpicit in Domino ſalubriter expedire; oblatæ ſiquidem nobis nuper pro parte dilecti filii nobilis Viri CAROLI, Comitis de Caroleis, & dilectæ in Chriſto filiæ nobilis mulieris YSABELIÆ dilecti filii nobilis Viri Caroli Ducis Borbonii natæ petitionis ſeries continebat, quod pridem ſui conſanguinei & amici, ut mutua quæ inter ipſos benevolentia longo tempore viguit, firmius perſeveraret, & conſervaretur; ac etiam Comitatus de Caroleis, cujus ipſe Carolus Comes exiſtit, rutiùs gubernari, ac per ipſum Comitem, & ſucceſſores ſuos in ſtatu pacifico, & tranquillo manureneri poſſit, concorditer diſpoſuerunt, & tractarunt, ut præfati Carolus & Yſabella infimul matrimonium contraherent, & propterea, ac ex certis aliis rationabilibus cauſis ipſi Carolus, & Yſabella deſiderant invicem matrimonialiter copulari. Sed quia ſecundo conſanguinitatis gradu invicem ſunt conjuncti, eorum deſiderium hujusmodi in hac parte adimplere nequeunt, diſpenſatione Apoſtolicâ ſuper hoc non obtentâ. Quare pro parte Caroli Comitis, & Yſabellæ prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut præmiſſis attentis eisdem Carolo Comiti, & Yſabellæ providere in hac parte de opportunæ diſpenſationis gratiâ, de benignitate Apoſtolicâ dignaremur. Nos igitur, qui pacem & concordiam inter cunctos Chriſti fideles, & præſertim generis nobilitate polleutes, vigere ſemper, & augeri ſupremis affectibus deſideramus, hujusmodi ſupplicationibus inclinati, fraternitati veſtræ de qua in his & aliis ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, per Apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus quatenus vos vel alter veſtrum, ſi eſt ita, dictaque Yſabella propter hoc rapta non fuerit, eum eisdem Carolo, & Yſabella, ut impedimento quod ex conſanguinitate hujusmodi provenit, non obſtante, matrimonium inter ſe liberè contrahere, & in eo poſtquam contractum fuerit, licitè remanere poſſint, & vsleant, auctoritate noſtra diſpenſetis, ſeu alter veſtrum diſpenſet, prolem ſuſcipiendam exindè legitimam nuntiando. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo quarto, quarto Kalendas Julii, Pontificatus noſtri anno octavo. *Signé* Pe. de Noxeto. *Sur le repli*, gratis. De mandato Domini noſtri Papæ, A. de Veneriis. *Scelé d'une Balle de plomb pendante à double ficelle.*

CLVI.

2. Juillet. SAVOYE ET MONTFERRAT.

Contract de Mariage de JEAN *Marquis de Montferrat, avec* MARGUERITE DE SAVOYE, *fille de* LOUÏS *Duc de Savoye, fait à Chamberi le* 2. *Juillet*, 1454. [S. GUICHENON, Hiſtoire Généalogique de la Maiſon de Savoye. Preuves. pag. 375.]

EX hujus veri publici Inſtrumenti ſerie modernis & poſteris incidè notum ſit, Quod in Teſtium, Notariorum & Secretariorum infra ſcriptorum præſentia, Perſonaliter conſtituti *Illuſtriſſimus Princeps & Excelſus Dominus noſter Dominus Ludovicus Dux Sabaudiæ, Chablaſii & Augaſtæ, Sacri Romani Imperii Princeps, Vicariusque perpetuus, Marchio in Italia, Princeps Pedemontium, Gebenn. & Baugiaci Comes, Baro Vuaudi & Fuciguiaci, Niciæque, Verſellarum & Friburgi Domanus*, ex una: & Illuſtris Dominus JOANNES Marchio Montisferrati ex alia: Nec non *Illuſtris Domina* MARGARETA DE SABAUDIA, Filia prælibati Illuſtr. Domini noſtri Sabaudiæ Ducis ex altera partibus. Sequitur eſt inde, Quod dictus Dominus Marchio conſentit, accipit & retinet per verba & conſenſum de

ANNO 1454. de præſenti in ſuam & legitimam Sponſam & Uxorem antelatam Dominam Margaretam de Sabaudia ; & ipſa D. Margareta de conſenſu præfati Domini noſtri Ducis ibidem præſentis conſentit, accipitque & retinet per conſimilia & eadem verba de præſenti prædictum Dominum Marchionem in ejus Virum & Sponſum legitimum plenarièque cum omni interventu ſolemnitatis opportunæ invicem Matrimonium contrahentes. Quibus ſic actis præfatus Illuſtriſſimus Dominus noſter Dux, pro omni jure, parte, portione & portagio, legitima, aliaque qualibet reclamatione ſibi qualitercumque competentibus & competituris in bonis Paternis, Matemis, Fraternis & Sororinis ipſius Dominæ Margaritæ ac ipſius hæredum & ſucceſſorum, donat atque conſtituit in dotem & pro dote, donat & cedit præfatæ Dominæ Margaretæ pro ſe & ſuis liberis & ab eisdem deſcendentibus; Videlicet centum mille ſcuta auri nova de Sabaudia ad rationem ſexaginta ſex ſcutorum pro marcha, quæ ſolvere promittit ipſe Illuſtr. D. noſter Dux per Juramentum ſuum ad Sancta Dei Evangelia corporaliter præſtitum, & ſub obligatione omnium bonorum ſuorum mobilium, immobilium, præſentium & futurorum in quavis terum ſpecie & ubilibet conſiſtentium, antedicto D. Marchioni vel ſuis per terminos & ſolutiones infra ſcriptas. Videlicet in prima ſolutione fienda tantum ad quantum aſceudere poterit pars quæ ultrà Montes in ditione prætati Illuſtriſ. D. noſtri Ducis Sabaud. prætextu ſubfidii ad cauſam hujusmodi Matrimonii imponeudi percipietur & habebitur, ſalvo & per expreſſum reſervato, quòd ſi dictus Illuſtriſſimus Dominus noſter Dux ex urgenti cauſa vel alio (quod Deus avertat) iocouveniente forſitan contingente, dictam partem ſubdii ſeu aliquam partem ejusdem caperet & percipere, quòd eo caſu alibi tantundem dicto Domino Marchioni aſſignare efficaciter ſit aſtrictus & ſolvere atque ſuppiere, Anno vero ſequente ſex mille ſcuta, & ſic ſucceſſivè, & de anno in annum; anno tevoluto quolibet ſex mille ſcuta ſingulis terminis ad ſingula bene relatis, usque ad complemeurum ſolutionis dictæ dotalis Summæ; Retento in inſuper per præfatum Illuſtriſſimum Dominum noſtrum, ad opus ſui & ſuorum de voluntate & conſenſu præfatorum Dominorum Marchionis & Margaritæ Sponſorum promiſſorum, quòd caſu quo ipſa Domina Margarita decederet ab humanis ſine liberis naturalibus & legitimis, quòd eo caſu prædicta dos ad præfatum Dominum noſtrum Ducem & ſuos hæredes & ſucceſſores tevertatur, pertineatque & ſpecter pleno jure. Cujusquidem Matrùnonii contemplatione ipſe Dominus Marchio pro ſe & ſuis hæredibus & ſucceſſoribus quibuscumque, dat & conſtituit cauſa dotalicii ſeu dotarii antefatæ Dominæ Margaritæ, videlicet quatuor mille ſcuta auri conſimilis valoris & ad rationem prætactam annualia; Quodquidem dotalicium habebit & percipiet ipſa Domina Margarita ſine turbatione quacumque, ſi & quandocumque ipſum Dominum Marchionem Sponſum cum liberis & ſine liberis præcedere courigerit, & hoc, quandiu ipſa Domina Margarita fuerit in humanis & non ultrà; & ulterius ad rationem pro quolibet centenario quinque ſcnta annui redditus, de eo quod de ſupradicta dote ſolutum reperietur; quæ aſſignatio ad ſui opus & ſuorum Succeſſorum eſſe debeat, quandiu ipſa Dos apud ipſos ſucceſſores remanebit. Et pro ſecuritate dicti dotalicii ſeu Doarii, caſu prædicto eveniente, ad opus dictæ Dominæ Margaritæ fienda, ipſe Dominus Marchio ex nunc prout ex tunc & vice verſa affectat, obligat & aſſignat eidem Dominæ Margaritæ caſtra Locagii & territoria Tridini, Motam Burgi ſancti Martini & Montis Barucii pro mantione & habitatione ſua, unà etiam cum juribus, pertinentiis, fructibus, exitibus, cenſibus, obventiombus, emolumentis & aliis quibuſlibet valoribus eorundem; & ita quòd ipſo caſu eveniente, Dominus Marchio qui pro tunc fuerit, conſtituere debeat atque poſſit in dictis Locis aſſignatis Caſtellanos & alios Officiarios; qui Caſtellani & Officiarii reſpondere teneantur dictæ Dominæ Margaritæ ejusve cauſam habituris, aut Procuratoribus & Nuntiis ſpecialibus ad hoc depurandis, de præmentionatis ſibi ut præmittitur aſſignatis, computareque de eisdem, & plenariam rationem reddere ſequente condigna ſatisfactione; eosdemque fructus, exitus, valores habeat & percipiat, illisque gaudeat eadem Domina Margarita caſu adveniente prædicto (quod abſit) quamdiu vitam duxerit in humanis; Et ſe & ſuos & ejus bona obligat ipſe Dominus Marchio & aſtringit; Acto per actum ſolemne & expreſſum inter dictas partes, quòd caſu quo præ aſſignata ſufficientia non eſſent, & prædictæ annuæ Summæ dotalitii non corresponderent, eo caſu Dominus Marchio & tunc ſucceſſores ejus ſuper aliis ſuis Dominiis, Jurisdictionibus, & Territoriis, etiam redditibus, exitibus & valoribus ſufficientibus ejusdem Marchionatus; videlicet in Locis propinquioribus dictorum Locorum aſſignatorum ſupplere effectu teneantur & debeant, atque teficere condecenter, & prædicta quatuor Loca ut cætera & infra ſcripta manutenere, attendereque pleno enm effectu usque ad dictum valorem; ſic quod omninodè juxta præmiſſorum formam eadem Domina Margarita aſſequi valeat & obtinere dictam annuam dotalicii Summam quatuor mille ſcutorum. Item caſu dotis teſtituendæ eveniente, ipſe Dominus Marchio vel ſui hæredes dotalem Summam ſuperiùs conſtitutam, ſi tamen ſoluta fuerit, ſeu partem quæ inde expedita exiabit, reſtituere teneantur & debeant per conſimiles ſolutiones & terminos quibus reperietur perſoluta dicto Domino noſtro Duci Sabaudiæ ſeu ejus hæredibus; & propter ea ipſe Dominus Marchio pro ſe & ſuis omnia & ſingula bona ſua quæcumque in quavis ſpecie conſiſtentia obligat, & tenore præſentium aſtringit. Item eſt ulterius actum hoc per pactum validum & expreſſum, quòd Primogenitus ex præfatis Dominis Marchione & Margarita ſponſatis præmiſſis de hujusmodi Matrimonio procreandus ſuccedere debeat in dicto Marchionatu, ſecundum bonos uſus & conſuetudines in talibus obſervatos. De quibus omnibus ſupernominati contrahentes per nos dictos Notarios Secretariosque inferius nominatos, fieri juſſerunt pariter & requiſiverunt ad opus cujuſlibet partium unum & plura ſi opus fuerit tenoris ejusdem publicà Inſtrumenta, corrigenda, etiam reficienda ſi opus ſit ipſis in judicio, vel ne productis Peritorum conſilio & dictamine, facti tamen ſubſtantia in aliquo non mutata. Acta & data fuerunt præmiſſa univerſa & ſingula in Caſtro Chamberiaci, videlicet in Camera in qua præfatus Illuſtriſſimus Dominus noſter Dux Sabaudiæ pernoctare ſolet; die ſecunda Julii, anno ſalutiferæ Nativitatis Chriſti currente milleſimo quatercentefimo quinquageſimo quarto, Indictione ſecunda, cum eodem anno ſumpta, ubi Teſtes ad præmiſſa omnia & ſingula fuerunt præſentes vocatique ſpecialiter & rogati; Videlicet, Illuſtris Dominus Amedeus de Sabaudia Primo-natus Pedemontium Princeps, nec non Ludovicus de Sabaudia Comes Gebennenſis Secundogenitus præfati Illuſtriſſimi Domini noſtri Sabaudiæ Ducis; & Petrus de Borbonio, Ludovicus de Cabillone, ac Reverendus in Chriſto Pater Dominus Bernardus de Carreto ex Marchionibus Savonæ, Abbas ſancti Quintini Dioceſis Savonenſis Decretorum Doctor, Spectabiliſque Jacobus de Balma Albergamenti, Petrus de Balma Ruppis Dominl, Joannes de Montelupello Dominus Chautagnæ, Guilleimus de Viriaco Præſidens Computorum Milites, ac Nobiles & Egregii Scutiferi Joannes de ſancto Georgio, Guiderus de ſancto Georgio ex Comitibus Blandratæ, Georgius & Ludovicus ex Comitibus Valperguæ.

ANNO 1454.

CLVII.

Capitula Pacis & Concordiæ inter FRANCISCUM SFORTIAM *Vice-Comitem Ducem Mediolani ab una, &* JOANNEM *Marchionem Montisferrati &* GUILELMUM *cæteresque ejus Fratres, a parte altera, mediante* RENATO *Siciliæ Rege, quibus Civitas* Alexandria *cum Diſtrictu ſeu Dioceſi ceditur & transfertur præfato Duci Mediolanenſi per eundem Marchionem Montisferratenſem ejusque Fratres in perpetuum. Actum Mediolani die* 17. *Julii* 1454. *Indictione* II. Cum RATIFICATIONE *Marchionis Montisferrati. Data Caſalii die* 7. *Auguſti* 1454. [Pièce authentique, tirée du Regiſtre C. des Archives Royales de la Ville de Milan. On en a une autre Copie tirée des Archives Archiducales de Mantouë, qui convient de mot à mot avec celle-ci.] 17. Juill.

In Nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis feliciter. Amen.

ANNO à Nativitate ejusdem milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo quarto, indicione ſecundâ, die Mercurii decimo ſeptimo menſis Julii. Infraſcripta ſunt pacta, conventiones, reconciliationes, pacificationes, & Capitula facta, & factæ per, & inter Magnificum

ANNO 1454. nificum Militem, & Eximium Juris Utriusque Doctorem Dominum Thomasium de Renate Ducalem Secretarium, & Mandatarium, ac Procuratorem, & Mandatario, & Procuratorio nomine Illustrissimi, & Excellentissimi Domini Domini Francisci Sfortiæ Vicecomitis Ducis Mediolani, & Papiæ, Angleriæque Comitis, ac Cremonæ Domini, ad hæc, & alia facienda spetialiter constitutus, ut constat publico Instrumento illius Procuratorii, seu mandati, tradito, & rogato per Magnificum Dominum Cichum de Calabria Ducalem Secretarium, ac Notarium Imperialem die heri parte unâ, & Reverendum in Christo Patrem, & Dominum Dominum Nicolaum Episcopum Massilienſem Procuratorem, & Mandatarium Serenissimi, & Gloriosissimi Domini, Domini Renati Jerusalem, & Siciliæ Regis ad hæc, & alia facienda spetialiter constitutus, ut constat per Litteras prætati Serenissimi Domini Regis ejus sigillo sigillatas in cartâ membranâ in cerâ rubeâ tenoris hujusmodi videlicet. Renatus Dei gratiâ Jerusalem, & Siciliæ Rex, Ducatuum Andegaviæ, & Barri Dux, Comitatuum Provinciæ, Subcalquerii, ac Pedemontis Comes. Universis, & singulis præsentium seriem inspecturis salutem. Inter cæteras pectoris, & archani nostri curas, eam præcipuam duximus, quâ discussiones Guerræ, Jurgia, quæ inter Illustrissimum Consanguineum nostrum Ducem Mediolani ex unâ, & Illustres Consanguineos nostros Marchionem de Monteferrato, Guilelmum ejus Fratrem partibus ex altera occaxione Civitatis Alexandriæ, & Castrorum ejus Diœcesis, jamdiù ortæ, & suscitatæ erant, in quibus per partes ipsas cum omnimodâ, & potestate plenaria communiter quadam spetiali confidentia, ut bis crederet discussionibus, & Guerrarum fomitibus in arbitrum arbitratorem publicis constantibus documentis fuimus electi, in nostris manibus, utrobique tractatu, è medio dirimerentur, & eis finis imponeretur, quo diversis cogitationibus, & partitis in nostræ mentis acie curiosè revolutis, ipsa aliqua pro bono pacis, & tranquillitate ipsarum partium exco.itata, in vim nostræ arbitratoriæ nobis attributæ potestatis, partibus jam dictis per Reverendum in Christo Patrem nostrum Collaterâlem Consiliarium Nicolaum Massilienſem Episcopum, nobis confidentissimum in majoribus comprobatum, quem ad hoc expresse de certâ nostrâ scientiâ apud quamlibet ipsarum partium in patriâ Lombardiæ duximus destinandum, circa hæc nobis vacare non valentibus, mandamus tractari, & partes ipsas extirpato guerrarum, & dissensionum fomite ad pacis, & quietis amœnitatem hortari, & suscitari; Et propterea eidem nostro Consiliario Episcopo Massilienſi, virtute ipsius nobis attributæ potestatis, prædicta scientia, & cum nostri nobis assistentis Consilii deliberatione, auctoritatem, facultatem, & spetiale mandatum tenore præsentium damus, & concedimus, sibi expresse committentes, ut ex nostri parte, nostroque numine ad quamlibet ipsarum partium, ubi degerint, personaliter accessurus, eas, & quamlibet ipsarum cunctim, & divisim moneat, ex parte nostrâ exortet, & pacis, & concordiæ super dictis quæstionibus, dissentionibus, ac injuriis tractatus parturiendum eidem Episcopo nostro Consiliario quoscumque apponat, moneat, tractet, dissentionesque hujusmodi amicabiliter componat, & alias pro posse faciat, quæ sibi fieri, & expleri videbuntur sibi possibilia ad pacem ipsam, & tranquillitatem inter partes ipsas parturiendum, eidem Episcopo nostro Consiliario, vigore dictæ nobis attributæ potestatis, tenore ipsarum præsentium, potestatem omnimodam, & spetiale mandatum dantes, & expresse concedentes, quotiens sibi fuerit visum, nostro nomine, & pro nobis causam hujusmodi compromissi, & partes cum Castris, Fortiliciis in nostris manibus repositis, & adhuc existentibus ad pristinum statum, in quo ante tempus, & tempore dicti in nos facti Compromissi erant reducendi, & reponendi, sibi Episcopo in præmissis, & circa præmissa tractanda, complenda, & perficienda, vices nostras totaliter committentes, mandantes propterea, virtute dictæ nostræ arbitratoriæ potestatis, partibus jam dictis, & earum cuilibet, illas gratiosè hortantes, & requirentes, ut ipsi nostro Consiliario Episcopo Massilienſi, fuisque exortacionibus, tractatibus, & apponendis concordiis, partitis, & persuasionibus auditum præbeant, adhibeant, & persuadeant, sicut nobis. Datum in Civitate nostrâ Aquensi per manus nostri prædicti Regis Renati die vigesimâ tertiâ mensis Aprilis, anno Incarnationis Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto per Regem in suo Consilio prædicto. Joannes Trelleuranus. Registrata Colle. Nec non etiam Procuratorem, Oratorem, & Mandatarium, & mandatario, & Procuratorio nomine Illustrium, & Magnificorum Dominorum Joannis Marchionis Montisferrati Domini Guilelmi ejus Fratris, & aliorum Fratrum suorum, pro ut constat publico Instrumento tradito, & rogato, ac subscripto per Francischinum de Medicis Notarium auctoritate Imperiali die duodecimo præsentis mensis Julii parte altera, per, & inter eas partes principales, & earum Adhærentes, Collegatos, Confederatos, Complices, Feudatarios, Vassallos, & Subditos attendenda, & observanda, ac attendendæ, & observandæ pure, realiter, & bonâ fide, absque ullis dolo, fraude, fallaciâ, versutiâ, fictione, & simulatione ut infrà videlicet. Primò quod per, & inter ipsas partes fiat, & per præsentes fit plenaria, integra, & generalis remissio, & perdonatio quarumcumque injuriarum, offensionum, derobationum, damnificationum, captivationum hinc inde ab hodie retro per unam partem, vel ejus Subditos, Vassallos, Feudatarios, Adhærentes, vel Complices, aut gentes contra alteram, seu ejus Adhærentes, & ut suprà, & è converso factarum, ita taliter, quod perinde habeantur quantum ad ipsas partes ut suprà, ac si prædicta, & aliquod prædictorum commissa, facta, aut perpetrata minime fuissent, salvis tamen infrascriptis. Item quod Subditi, Vallalli, Complices, & Adhærentes dictarum partium congruâ relatione habitâ possint, & valeant in terras, & Dominia utriusque partis hinc inde stare, morari, practicare, mercari, & conversari simul, & ad invicem amicabiliter, & pacifice, pro ut faciunt, & facere possunt Subditi Dominorum amicorum; & inter quos nullatenus ulla differentia extitisset, & absque ullo respectu, quod præteritis temporibus inter eas partes guerra, discordia, & inimicitia viguerit. Item quod si reperiretur per alteram dictarum partium, vel ejus gentes, Subditos, vel Adhærentes ut suprà occupata fuisse, vel apprehensa, à tempore mortis Illustrissimi quondam Domini Philippi Mariæ Ducis Mediolani, etiam citra, aliqua bona immobilia, possessiones, Terras, domos, castra, aquas, seu jura aquarum alicujus, seu aliquorum ex Subditis, vel Adhærentibus ut suprà alterius partis, quod dicti occupatores, seu talia bona tenentes teneantur, & debeant hinc ad dies viginti talia bona, Terras, & possessiones libere, & absque ullâ oppositione, contradictione, exceptione, vel morâ dimittere, & relaxare illis, qui talia bona, & possessiones tenebant, & possidebant ante talem occupationem, non obstantibus aliquibus alienationibus, translationibus, contractibus, distractibus, infeudationibus, investituris, vel aliquibus aliis hinc retro talium occaxione factis, licetque illis, qui dicta bona tenebant ut suprà, & eorum successoribus talia bona apprehendere, & in eis intrare etiam propriâ auctoritate, dummodo talia bona aliquâ aliâ justâ occaxione, quam propter guerram, & differentiam apprehensa non fuissent, quo casu jus fiat summarie, & expedite per jusdicentem competentem; spetialiter autem, & expresse actum, & conventum est, quod restituatur Nobilis vir Joannes de la Mota de Casali, pro quo factæ sunt variæ representationes hinc inde ad integram possessionem, seu quasi omnium bonorum, quæ habet, & tenebat in Loco, & posse Caudiæ, & ubi suo nomine, & nomine Nobilis Consortis suæ spectant de jure, prout, & sicut erat ante guerram, & deinde fiat justicia partibus, & super iis omnibus ex nunc fiant Litteræ opportunæ tam per prætatum Illustrissimum Dominum Dominum Ducem Mediolani, quam etiam per prætatos Dominos de Monteferrato pro in solutum dationibus, & representatis hinc inde secutis omnino tollendis, & annullandis, & pro missione in possessionem ipsorum omnium. Item quod prætati Illustres Domini Marchio, Guilelmus, & eorum Fratres teneantur, & debeant per totum præsentem mensem Julii ex toto dimittere, & relaxare prætato Illustrissimo Domino Domino Duci, seu agentibus pro eo, Terras, Castra, & Villas Boschi, Fragaroli, Panoni, Guargneti, Solerii, Refrancolii, Petrosæ, Rochani, Spzanerii, & Quatuordeani cum eorum fortiliciis, juribus, pertinentiis, territorio, Jurisdictionibus, Vassallis, Vassallizziis, hominibus, & Subditis quibuscumque: Et generaliter omnia alia quæcumque, Terras, Villas, Castella, Loca cum eorum fortilitiis etiam ut suprà, qui per prælibatum Dominum Dominum Ducem Philippum Mariam, vel ejus nomine, vel habentes causam ab eo ante ejus mortem tenebantur, & possidebantur per se, aut ejus Adhærentes; Et spetialiter Terras, Castra, Villas, & Loca, ac homines Pergamaschi, Carrentium, Coneti, & Berogni, quæ tenebantur, & possidebantur per Spectabiles Marchiones Incisæ, ac etiam Castrum Castinaschi, quod tenebatur

ANNO 1454.

ANNO 1454. batur per ſpectabiles Nobiles de Gatuniis Recommendatos, & Adherentes præfati Illuſtriſſimi Domini Ducis, ſeu aliquem eorum mediate, ſeu immediate, & ſive per eosdem Dominos Marchionem Gulielmum, & Fratres, vel aliquem eorum teneantur, & poſſideantur, ſive per alium, vel alios quoquo modo ab eis, vel aliquo eorum cauſam habentem, vel habentes, exceptis Caſtris, & Terris Filizani, & Caſſinarum cum ſuis Territoriis, & quas tamen Terras, & Caſtra Filizani, & Caſſinarum cum Territoriis, ut ſuprà teneatur præfatus Dominus Gulielmus in feudum nobile recipere, & de eis ſe in feudum inveſtire, ac recognoscere à præfato Domino Domino Duce ſolemniter, & in formâ conſuetâ, & eum infraſcripta pactis, & conventionibus in Inſtrumento dicti Feudi, & in ipſo Feudo apponendis, quod liceat præfato Illuſtriſſimo Domino Duci, & ejus filiis, ſucceſſoribus infrà biennium prætato Illuſtri Domino Gulielmo dare in cambium, & loco, & ſcontro dictarum terrarum, & Caſtrorum Filizani, & Caſſinarum cum eorum Territoriis ut ſuprà aliquam aliam terram, vel Territorium tanti redditus, quanti ſunt dictæ Terræ Filizani, & Caſſinarum, iecundum ordinationem duorum eligendorum unius pro qualibet parte, qui poſſint eligere tertium, ſi non poterunt eſſe concordes, & tunc teneatur præfatus Dominus Gulielmus dictas Terras, & Caſtra Filizani, & Caſſinarum cum Territoriis ut ſuprà dimittere, & relaxare libere, & expedire præfato Domino Duci, & ejus ſucceſſoribus ut ſuprà, & ſe de dictâ aliâ terrâ, ſeu Terris æquivalentis redditus ut ſuprà eodem modo ut ſuprà in feudum inveſtire à præfato Domino Duce, & ſeu ejus filiis, & ſucceſſoribus ut ſuprà. Item quod præfati Illuſtres Domini Marchio, Gulielmus, & Fratres teneantur, & debeant infrà viginti dies proxime futuros dimittere, & relaxare, ac ex toto liberare infraſcriptos Magnificos, & Spectabiles Dominos Joannem de Carreto Finarii, & etiam Joannem Bartholomeum de Carreto Marchiones, & etiam Nobiles tenentes Locum Milefimi, Rochetam Tavagni, & Nobiles de Ineſa ab omni obligatione, & juramento fidelitatis, & adhærentiæ, & recomendationis, ad quas teperiantur obligati ipſis Illuſtribus Dominis Marchioui, Gulielmo, & Fratribus pro illis videlicet tantum bonis, Caſtris, & Locis, pro quibus ſupraſcripti Nobiles recognoscebant, & obligati erant Illuſtriſſimo quondam Domino Filippo Mariæ Duci Mediolani, & etiam ſic, & tali modo, quod in eodem ſtatu, & gradu, quibus erant tempore prælibati Illuſtriſſimi Domini Domini Philippi Mariæ, ſint, & remaneant prælibato Illuſtriſſimo Domino Duci Mediolani. Item quia mediantibus bonis, & laudabilibus operibus, & intercеſſionibus Reverendiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Domini Nicolai Epiſcopi Maſſilienſis, etiam juſſu, & mandato Sereniſſimi, & Glorioſiſſimi Domni Domini Renati Jeruſalem, Sicilia Regis, in quem alias fuerat compromiſſum, pro ut conſtat publico Inſtrumento tradito per Dominos Joannem Bottum, & Stefanum de Calvinis Notarios, per, & inter præfatos Illuſtriſſimum Dominum Dominum Ducem Mediolani parte una, & prælibatos Illuſtres Dominos Marchionem, & Gulielmum de Monteferrato, ſeu eorum Procuratores parte alterâ, pro, & de cauſis, riſis, litibus, quæſtionibus, occupationibus, guerris, differentiis, moleſtiis, & turbationibus tunc inter dictas partes quommodolibet prætenſis, vertiſque, & vertentibus, & quæ verti, dici, & eſſe poſſent, generaliter, & ſpetialiter, & de ablationibus Terrarum, ſive Caſtrorum capturis, damnis, & injuriis hinc inde ſecutis, & pro ut in eo compromiſſo continetur, tractata, & concluſa fuit, & eſt recta, ſincera, & pura reconciliatio, Pax, concordia, & amicitia inter prælibatum Dominum Dominum Ducem Mediolani, & præfatos Illuſtres Dominos Marchionem, Gulielmum, & Fratres de Monteferrato, ſeu ipſum Dominum Epiſcopum poteſtatem, ac mandatum ad hoc habentem, eorum de Monteferrato nomine, quarum reconciliationis, Pacis, & conventionum occaxione, & effectu ſublatæ ſunt, & penitus extinctæ dictæ lites, quæſtiones, controverſiæ, guerræ, ac inimicitiæ, quarum occaxione, ac pro quibus ſedandis, extinguendis, & auferendis, & de quibus factum extiterat dictum Compromiſſum, ſique conſequentes dici debeat dictum Compromiſſum, & omnia ejus occaxione ſecuta, & ſpetialiter ratificationes, petitiones, requiſitiones, prorogationes, dilationes fore extincta, & extinctas; Tamen ad clariorem evidentiam, & ad omnem bonam finem, & effectum eisdem partibus, & utrique earum melius profuturos, ipſæ partes, videlicet ſupraſcriptus Dominus Thomas Mandatarius, & Procurator prælibati Illuſtriſſimi Domini Domini Ducis Mediolani parte una, & memoratus Reverendiſſimus Dominus Dominus Nicolaus Epiſcopus Maſſilienſis Procurator, & Mandatarius præfatus Illuſtrium Dominorum Marchionis, Gulielmi, & Fratrum de Monteferrato, & eorum nomine parte altera, renuntiaverunt, & præſentium tenore renuntiant dicto Compromiſſo, & contentis in eo; nec non omnibus, & ſingulis ratificationibus, approbationibus, petitionibus, reſponſionibus, & actis, ac protogationibus, & dilationibus proindè factis, & ſecutis in cauſa dicti Compromiſſi, vel ejus occaxione, ita, & taliter quod per præfatum Sereniſſimum Dominum Dominum Regem inter dictas partes, nec occaxione eorum, de quibus in dicto Comptomiſſo fit mentio, nulla fiant, nec fieri poſſint, aut debeant præcepta, arbitria, arbitramenta, declarationes, aut ſententiæ, nec facta, aut facta valeant, nec teneant, immò ſint nullius robotis, vel effectus: videlicet ſupraſcripta in præſenti Inſtrumento contenta valeant, & effectum ſortiantur inconcuſſum, aliquibus in contrarium non obſtantibus. Item quod præfati Illuſtres Domini Marchio, Gulielmus, & Fratres, & quilibet eorum teneantur, & debeant renuntiare totaliter, & omninò, & per præſentes, idem Dominus Dominus Nicolaus Epiſcopus Maſſilienſis Procurator, & Mandatarius, & Procuratorio nomine ut ſuprà præfatorum Illuſtrium Dominorum de Monteferrato, & cujuslibet eorum præfato Domino Thomaſio dicto Procuratorio, & Mandatario nomine præfati Domini Domini Ducis præſenti, ſtipulanti, & recipienti pro ſe, ſuis, & ſucceſſoribus ſuis renuntiavit, & renuntiat ſponte, & ex certâ ſcientia, & nullis errore, aut ignorantia ductus, omnibus, & ſingulis juribus, actionibus, rationibus, allegationibus, quæ ipſis de Monteferrato, aut alicui, vel aliquibus eorum in, aut pro Civitate Alexandriæ Bregollo, aut ejus diſtrictu, vel Dioceſi, aut in Terris, Caſtris, Fortilitiis, Vaſſallis, Feudis, Subditis, & hominibus dictorum diſtrictus, & Dioceſis, ac quibuscumque præmanentiis, ſuperioritatibus, honoruntiis, dignitatibus, ac tegaliis in ipſis diſtrictu, & Dioceſi dici poſſent, vel allegari quovis modo mediate, vel immediate eis, vel alicui eorum pertinere, aut ſpectare, vel in futurum, vel in aliquem eventum, vel conditionem pertinere, vel ſpectare poſſe tam vigore, vel occaxione Privilegiorum, ſeu Beneficiorum eis, vel eorum anteceſſoribus, aut alicui eorum ab Imperatoriâ Maeſtate, ſeu Regia Romanorum conceſſorum, ſeu Indultorum, quàm etiam vigore cujuslibet alterius Privilegii, Beneficii, Conceſſionis, donationis, translationis eis, vel ut ſupra conceſſorum, factorumque à quacumque perſona, Communitate, & Dominio qualicumque, & quantacumque dignitate, aut ſublimitate præfulgente, aut etiam cujuslibet Inveſtituræ, vel Feudi quommodolibet habitorum ut ſuprà, aut etiam ſi dici poſſet eos, vel aliquem eorum in patribus illis conſtitutos fuiſſe Vicarios, ſeu Vicarium generales, ſeu generalem in partibus illis à præfata Sereniſſima Imperatoriâ Maeſtate, ſeu Regiâ Romanorum, vel etiam occaxione cujuslibet electionis, vel translationis, promiſſionis fidelitatis, homagii, vel juramenti factorum, vel quæ facta reperirentur per Populum, ſeu Commune, vel homines ipſarum Civitatis, Terrarum, vel alicujus earum: Et generaliter & quacumque alia cauſa, vel occaxione, quæ dici poſſet, vel excogitari modo aliquo, vel ingenio etiam à prædictis omniùò diverſa, aut extranea, & tam majori, quàm minori, & tam ſimili, quàm diſſimili, dicens, & proteſtans nomine quo ſuprà, quod præfati Illuſtres Domini de Monteferrato, nec aliqua perſona pro eis nullo unquàm tempore, vel loco allegabunt, proponent, aut producent, nequè allegari, proponi, aut produci facient aliqua, vel aliquod prædictorum, immò cuicumque ea alleganti, vel allegare volenti obviabunt, & contradicent; & ad cautelam ſi qua jura in prædictis, aut occaxione prædictorum ipſis de Monteferrato, vel alicui eorum competunt, aut pertinent, vel ſpectant, ea ipſa jura præfatus Reverendiſſimus Dominus Dominus Epiſcopus dicto nomine ſponte, & ex certâ ſcientiâ, & ut ſuprà, ac animo deliberato, titulo præſentium conventionum, & reconciliationis ut ſuprà, in ſupraſcriptum Dominum Thomam Procuratorio, & Mandatario nomine præfati Domini Domini Ducis Mediolani, præſentem, ſtipulantem, & recipientem, & per eum in præfatum Illuſtriſſimum Dominum Ducem Mediolani, & pro ſe, & ejus filiis, & ſucceſſoribus tranſtulit, & transfert, ac ceſſit, & cedit omnibus modo, jure, via, & forma, quibus melius potuit, & poteſt,

ANNO 1454.

ANNO 1454. teſt, & totaliter, & effectualiter à præfatis Dominis de Monteferrato, & quolibet eorum prorſus, & radicitus abdicando. Item præfatus Reverendus Dominus Dominus Epiſcopus dicto nomine renuntiat, abſolvit, & liberat ſupraſcriptum Dominum Thomam dicto Procuratorio, & in mandatario nomine præfati Illuſtriſſimi Domini Domini Ducis Mediolani, ſtipulantem, & recipientem, à quadam aſſertâ proviſione Ducatorum duorum millium annuarim præſtandorum per præfatum Dominum Dominum Ducem præfato Domino Gulielmo, quo usque ei daretur cambium æquivalens, & à qualibet alia promiſſione & obligatione de quibus aſſerunt fuiſſe confecta Capitula in Civitate Laudæ die nono menſis Madii milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo, & demum ratificata per Inſtrumentum in dicta Civitate Laudæ die vigeſimo ſexto menſis Maii ejusdem anni per publicum Inſtrumentum rogatum per publicum Notarium, per ipſum Illuſtrem Dominum Gulielmum. Item præfatus Dominus Thomas Procurator, & Mandatarius prælibati Illuſtriſſimi Domini Domini Ducis Mediolani, & ejus nomine per præſentes remiſit, ac plenariè, abſolutè, & liberè remittit, & indulget Communitatibus, & Univerſitatibus, ac ſingulatibus perſonis Terrarum, Caſtrorum, Locorum, ſeu Villarum reſtituendarum, & relaxandarum præfato Illuſtriſſimo Domino Duci, ſecundum formam præſentis Contractus, omnes, & ſingulas offenſas, injurias, depræda tiones, rebelliones, proditiones, delicta, & crimina per prædictas Communitates, Univerſitates, ſeu ſingulares perſonas ipſarum commiſſas, & commiſſa, aut attemptatas, & attemptata contrà præfatum Illuſtriſſimum Dominum Dominum Ducem, & ejus Statum, guerra durante inter ipſas partes, ſeu ab initio ipſius guerræ; & hoc etiam ſive præmiſſorum occaſione ſecuti ſint aliqui proceſſus, contumatiæ, banna, multæ, ſententiæ, condemnationes, confiscationes, aut bonorum publicationes, ſive non; quæ omnia per præſentes irritat, annullat, revocat, & abolet cum omnibus eorum effectibus, ita tamen quod per prædicta non intelligantur comprehenſi, neque liberati hi, qui proditionem aliquam feciſſent, vel commiſiſſent contrà præfatum Dominum Dominum Ducem in, vel, de aliquo Fortalitio, Arce, vel Rocha, quorum cuſtodia ad eos ſpectabat, ſeu eis commiſſa fuiſſet, quibus non intelligatur facta indulgentia, aut remiſſio aliqua. Quare præfatus Reverendus Dominus Dominus Nicolaus Epiſcopus Maſſilienſis, Procuratorio, & Mandatario nomine præfatorum Illuſtrium Dominorum de Monteferrato, & ut ſupra pro una parte, & præfatus Dominus Thomas, Mandatarius, & Procuratorio nomine prælibati Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi Domini Domini Ducis Mediolani &c. ex altera, & utraque, & altera earum dictis modis, & nominibus, quibus ſupra, promiſerunt, & vadiam dederunt, obligando ſe ſe dictis modis, & nominibus quibus ſuprà, & omnia ſua bona præſentia, & futura, mobilia, & immobilia pignori ſibi viciſſim, & ad invicem, videlicet una pars alteri, & altera alteri præſentibus, ſtipulantibus, & recipientibus viciſſim, & ad invicem, quod præfatæ partes, & utraque, & altera earum modis, & nominibus quibus ſuprà, ſemper, & omni tempore præſens Inſtrumentum pactorum, & conventionum, pacis, & reconciliationis, & omnia, & ſingula ſupraſcripta, & in præſenti Inſtrumento contenta attendent, obſervabunt, adimplebunt, ac executioni mandabunt, & ratum, gratum, & firmum, & rata, grata, & firma habebunt, & tenebunt, & nullo tempore contrafacient, nec venient aliqua ratione, nec cauſa, de jure, nec de facto; Et hæc omnia ſub fide bonorum, & legalium Dominorum, & ſub proditione fidei eorum, & ſub refectione, & reſtitutione omnium expenſarum, damnorum, & intereſſe litis, & extrà proindè fiendarum, & ſubſtinendarum prædictorum cauſa, & occaſione: Et etiam ſub pœnâ, & nomine pœnæ ſolemniter promiſſæ, & in ſtipulatione deductæ, Ducatorum quinquaginta millium auri in auro dandorum, & ſolvendorum per partem non attendentem, & attendere, & obſervare recuſantem prædicta omnia alteri parti prædicta attendenti, & attendere, & obſervare cum effectu volenti prædicta omnia, & ſingula, qua pœnâ ſoluta, & exacta, vel non, nihilominus prædicta omnia, & ſingula in præſenti Inſtrumento contenta, rata, grata, & firma ſint, & permaneant, & executioni mandentur per, & inter ipſas partes ut ſupra; Renuntiando exceptioni dictæ partes, & utraque earum modis, & nominibus, quibus ſuprà viciſſim, & ad invicem non facti, & non celebrati hujusmodi Inſtrumenti pactorum, conventionum, pacis, & reconciliationis modo, & forma prædictis, & prædictorum, & infradictorum omnium, & ſingulorum non ita, & taliter actorum, & factorum, & omni probationi, & defenſioni in contrarium; Renuntiando etiam, ac renuntiaverunt, & renuntiant ipſæ partes, & utraque, & altera earum viciſſim, & ad invicem, exceptioni quod non poſſint ullo tempore dicere, opponere, nec allegare ſibi ob hoc vim, vel violentiam, aut metum factum fuiſſe. Inſuper ipſæ partes, & utraque earum modis, & nominibus quibus ſupra, juraverunt, & jurant ad ſancta Dei Evangelia, videlicet præfatus Dominus Dominus Epiſcopus, ut ſupra, ſuper pectus ſuum, & ſupraſcriptus Dominus Thomas, Mandatarius, & Procuratorio nomine prælibati Domini Domini Ducis, manu corporaliter tactis Scripturis, quod ſemper, & omni tempore præſens Inſtrumentum pactorum, & conventionum, pacis, & reconciliationis, & omnia, & ſingula ſupraſcripta in præſenti Inſtrumento contenta, rata, grata, & firma habebunt, & tenebunt, & nullo tempore contrafacient, nec venient aliqua ratione, cauſa, vel occaſione, de jure, nec de facto, & ſub amiſſione fidei, & quod non petent, nec implorabunt relaxationem hujus Sacramenti, & petenti, & obtinenti reſiſtent, & caſu quo obtinerent, ea non utentur, nec uti permittent: Et quæ omnia, & ſingula fecerunt, & faciunt dictæ partes, & utraque earum dictis nomiuibus, & modis quibus ſupra viciſſim, & ad invicem, eo acto, & dicto, quod ſi pro prædictis, vel aliquo prædictorum ullo tempore agi contigerit, poſſint ſemper, & omni tempore, ubique, & ſub quolibet Dominio, & jusdicente, & cauſarum Auditore tam Eccleſiaſtico, quam Sæculari taliter conveniri; renuntiando omnibus, & ſingulis infradictis videlicet, quod non poſſint ullo rempore dicere, opponere, nec allegare cauſas collocatas, nec collocandas, ferias ordinarias, ſolemnes, & repentinas, nec aliud cauſarum interdictum: Et conſtituerunt ipſæ partes, & utraque earum viciſſim, & ad invicem dictis modis, & nominibus, quibus ſupra, ſe ſe, & omnia ſua bona mobilia, & immobilia, præſentia, & futura, videlicet quod una pars nomine alterius, & altera, nomine alterius, & pro eis viciſſim, & ad invicem tenere, & poſſidere, vel quaſi; Ita quod adveniente caſu petitionis fiendæ licear, & licitum ſit parti illi, pro quâ agi contingerit, etiam ſua propria auctoritate, & ſine auctoritate judiciali, & ſine banno, ſervitore, aut Nuntio Communis Mediolani, nec alterius Communitatis, aut Civitatis, vel Terræ, & ſine alia contumatia, vel conventione, vel ſolemnitate, & impune ubique invenerit de bonis, rebus, & juribus alterius partis dare debentis, ea bona, & res, & de eis bonis, & rebus accipere, robare, conteſtare, ſaxire, ſequeſtrare, occupare, capere, & detinere, & in corporalem poſſeſſionem, & tenutam intrare, vendere, & alienare, & ſibi eximari facere, & in ſolutum accipere, & retinere usque ad plenam ſolutionem, & integram ſatisfactionem omnium prædictorum, pro quo agi contingerit, & expenſarum, damnorum, & intereſſe litis, & extra proinde fiendarum, & ſubſtinendarum prædictorum cauſa, & occaſione: Et de prædictis præfatæ partes, & utraque earum dictis modis, & nominibus quibus ſupra, viciſſim juſſerunt, & rogaverunt per me Notarium infraſcriptum publicum debere confici Inſtrumentum unum, & plura unius ejusdem tenoris. Actum in Hoſpitio Puthei ſito in Civitate Mediolani, in Portâ Ticinenſi, Parochiâ Sancti Sebaſtiani, præſentibus Protonotariis Antonio de Sirturi filio quondam Leonardi, & Marco de Perego filio mei Notarii infraſcripti, ambobus Civitatis Mediolani Portæ Novæ, Parochiæ ſancti Stephani ad Nuxigiam Notariis, & Protonotariis. Interfuerunt ibi Teſtes ſpectabilis Baſilius de Blancatis de Aviniono, ſpectabilis Miles Dominus Joannes de Stampis, filius quondam Domini Achilolì Portæ Ticinenſis, Parochiæ ſancti Georgii in Palatio, Venerabilis Miles Dominus Bordonus de Calio Præceptor domus Jeroſolimitanæ, ſpectabilis Juris utriusque Doctor Dominus Raphael de Buſſeto de Terdona, Dominus Oldratus de Scachabaronis, filius quondam Domini - - - - - Portæ Ticinenſis, Parochiæ ſancti Georgii in Palatio Mediolani, Chriſtophorus de Putheo filius quondam Domini Anſelmi Portæ Ticinenſis, Parochiæ ſancti Sebaſtiani Mediolani, & Nicolinus de Dalfinonubus filius quondam Domini Chriſtophori dicti Raynæ Portæ Ticinenſis Parochiæ ſanctæ Mariæ Beltradis, omnes teſtes noti, idonei, vocati, & rogati.

ANNO 1454.

Subſcriptus Ego Jacobus de Perego filius quondam Vanini Civitatis Mediolani Portæ Novæ Parochiæ ſancti Stefani ad Nuxigiam Notarius publicus rogatus tradi-

di,

ANNO 1454. di, ſcripſi, & me ſubſcripſi, & ſuperius gloſavi ubi legitur, & per eum in præfatum Illuſtriſſimum Dominum Dominum Ducem Mediolani pro ſe, & ejus filiis, & ſucceſſoribus.

Subſcriptus cum ſigno Tabellionatus antepoſito: Ego Jacobus de Peregu filius quondam Domini Vanini Civitatis Mediolani Portæ Novæ Parochiæ ſancti Stefani ad Nuxigiam Notarius publicus rogatus tradidi, & me ſubſcripſi.

Examinavit JOANNES FRANCISCUS STRIGELLIUS *Regii Archivii Officialis.*

CLVIII.

7. Août. *Ratificatio Pacis Mediolani Anno* 1454. *die* 17. *Julii inter* FRANCISCUM SFORTIAM *Ducem Mediolani, &* JOHANNEM *Marchionem Montisferrati initæ, facta ex parte dicti Marchionis, Caſalis* 7. *Auguſti* 1454. *Indict.* II. [Pièce authentique, tirée des Archives Royales de la Ville de Milan.]

In nomine Domini Noſtri Jeſu Chriſti Amen.

ANno a Nativitate ejusdem milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo quarto, Indictione ſecunda, die ſeptimo mentis Auguſti. Actum in Caſali ſancti Evaſii Vercellenſis Dioceſis in Cantono Lacus, videlicet in Caſtro magno dictæ terræ in Camera magna ſuperiori deverſus Torcellum præſentibus ſpectabilibus, & Egregiis Viris Dominis Georgio de Carretto ex Marchionibus Saone, & Curretto de Natis de Aſt Legum Doctoribus Bertholomeo Della Sala, & Guidetto de ſancto Georgio ex Comitibus Tiandrate omnibus Conſiliariis infraſcripti Illuſtriſſimi Domini Marchionis, Teſtibus notis, vocatis, & rogatis, ac in præſentia mei infraſcripti Notarii. Cum altas per & inter Reverendiſſimum in Chriſto Patrem, & Dominum Dominum N. Dei gratia Epiſcopum Maſſilienſem, & Comitem, Sereniſſimi, & glorioſiſſimi Domini Domini Regis Renati Jeruſalem, & Sicilæ, Conſiliarium, & Oratorem, Procuratorem, & Mandatarium, nec non Mandatarium, & Procuratorem, & Oratorem, & Procuratorio, & Mandatario nomine Illuſtrium, & Excelſorum Dominorum Joannis Marchionis Montisferrati, Guilielmi, Bonifacii, & Reverendi in Chriſto Patris Domini Teodori Prothonotarii fratrum de Monteferrato pro una parte, & Magnificum Militem, & eximium Juris utriusque Doctorem Dominum Thomam de Reate Ducalem Secretarium, ac Mandatarium, & Procuratorem, & Mandatario, & Procuratorio nomine Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi Domini Francisci Sfortiæ Vicecomitis Ducis Mediolani, Papiæ Angleriæque Comitis, ac Cremonæ Domini pro parte altera facta, & celebrata fuerint, & ſint pacta, conventiones, reconcilliationes, pacificationes, & capitula, prout, & ſicut continetur, & ſit mentio in Inſtrumento indè confecto, tradito, rogato per Jacobum de Perego Notarium publicum Mediolani anno præſenti milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo quarto, & die Mercurii decimo ſeptimo mentis Julii proxime præteriti. Modò in præſentia mei Notarii & Teſtium ſupraſcriptorum ad hæc ſpecialiter vocatorum, & rogatorum præfatus Illuſtris, & Excelſus Dominus Joannes Marchio Montisferrati, natus quondam Illuſtris, & Excelſi Domini Joannis Jacobi Marchionis Montisferrati ſuo nomine proprio voluntariè, ſponte, deliberatè, & ex certa ſcientia, motuque proprio, ac animo deliberato, lectu priùs, & vulgarizato per me Notarium infraſcriptum dicto Inſtrumento pactorum, conventionum, reconciliationum, pacificationum, & capitulorum, de quibus fit mentio cum omnibus, & ſingulis in eo contentis, ad ejus plenam, & claram intelligentiam, ita & taliter quod omnia, & ſingula contenta in ipſo Inſtrumento ac eorum effectum, vires, & robur plenè, & clarè intellexit, prout præfatus Illuſtris Dominus Joannes Marchio ad inſtantiam & requiſitionem mei Notarii infraſcripti ſtipulantis, & recipientis nomine ut infrà dixit, & proteſtatus fuit ac dicit, & proteſtatur omnibus modo, jure, via, & forma, quibus melius potuit & poteſt, ad petitionem, inſtantiam, & requiſitionem ac interrogationem mei Notarii infraſcripti ſtipulantis, & recipientis nomine, & vice præfati Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi Domini Francisci Sfortiæ Vicecomitis Ducis Mediolani, Papiæ Angleriæque Comitis, ac Cremonæ Domini, nec non cujusvis alterius perſonæ cujus intereſt, intererit, ſeu intereſſe poterit, & poteſt quomodolibet in futurum, intervenientibus ibidem omnibus ſolemnitatibus tam juris, quam facti ratificavit, approbavit, confirmavit, & laudavit, & rattificat, approbat, confirmat, & laudat ſupraſcriptum Inſtrumentum pactorum, conventionum, reconciliationum, pacificationum, capitulorum & omnia, & ſingula in ſupraſcripto Inſtrumento contenta, appoſita, inſerta, narrata, & ſpecificata in omnibus, & per omnia, ac de verbo ad verbum prout in ſupraſcripto Inſtrumento continetur, & ſit mentio. Promittens denique præfatus Illuſtris, & Excelſus Dominus Joannes Marchio ſuo nomine, ſub obligatione ſui, & omnium bonorum ſuorum præſentium, & futurorum pignori mihi jam dicto Notario infraſcripto ſtipulanti, & recipienti, numine, & vice, & ad partem, & utilitatem præfati Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi Domini Domini Ducis Mediolani, & cujuslibet alterius perſonæ cuya intereſt, intererit, ſeu intereſſe poteſt, & poterit quomodolibet in futurum. Nec non & juravit, & jurat ad ſancta Dei Evangelia manibus corporaliter tactis Scripturis quod præfatus Illuſtris, & Excelſus Dominus Joannes Marchio ſemper, & omni tempore præſens Inſtrumentum rattificationis, laudationis, & confirmationis, nec non ſupra ſupraſcriptum Inſtrumentum pactorum, conventionum, reconciliationum, capitulorum, & pacificationum, & omnia, & ſingula ſupraſcripta, & in eis contenta attendet, obſervabit, adimplebit, & executioni mandabit, & rata, grata, & firma habebit, & tenebit, & nullo tempore contrafacere, nec veniat aliqua ratione nec cauſa de jure, nec de facto, & hæc omnia ſub fide boni, & legalis Domini & ſub perditione fidei ejus, & ſub reffectione, & reſtitutione omnium expenſarum, damnorum, & intereſſe litis & extra proindè fiendarum, & ſubſtinendarum prædictorum cauſa, & occaſione, & ſub pœna Ducatorum quinquaginta millium auri, & in auro, de qua in dicto Inſtrumento ſit mentio, qua pœna ſoluta, & exacta, vel non, nihilominus dictum Inſtrumentum, & omnia, & ſingula in eos contenta, & de quibus ſupra ſit mentio rata, & grata, ac firma ſint, & permaneant, & in executionem mandentur per & inter dictas partes. Renuntiando præfatus Illuſtris, & Excelſus Dominus Dominus Joannes Marchio exceptioni non facti, & non celebrati hujusmodi Inſtrumenti rattificationis, approbationis, laudationis, & confirmationis, modo, & forma prædictis, & prædictorum, & infraſcriptorum omnium & ſingulorum non ità, & taliter actorum & factorum omni probationi, & defenſioni in contrarium. Renuntiando etiam, ac renuntiavit, & renuntiat præfatus Illuſtris Dominus Joannes Marchio exceptioni quod non poſſit ullo tempore dicere, opponere, nec allegare ſibi ob hoc vim nec violentiam, aut metum factum fuiſſe, & de prædictis præfatus Illuſtris, & Excelſus Dominus Marchio juſſit, & juber per me Notarium infraſcriptum publicum debere confici Inſtrumentum unum, & plura unius, & ejusdem tenoris.

Ego Franciſchinus de Medicis quondam Evaſii de Caſali ſancti Evaſii Vercellenſis Dioceſis publicus Imperiali auctoritate Notarius ac Secretarius præfati Illuſtris, & Excelſi Domini Domini Marchionis Montisferrati, præſcriptis omnibus, & ſingulis dum ſic ut præmittitur agerentur, una cum prænominatis teſtibus præſens fui, & hoc Inſtrumentum mihi fieri juſſum recepi, & in hanc publicam formam redegi, ſcripſi, & me ſubſcripſi cum appoſitione ſolitl ſigni mei in Teſtimonium veritatis.

Nos Joannes Bartholomeus de Carreto, Marchio Saonæ, Miles, & Poteſtas Terræ Caſalis ſancti Evaſii pro Illuſtri, & Excelſo Domino Montisferrati: Notum facimus univerſis, & ſingulis præſentes Litteras inſpecturis, quod ſupraſcriptus præclarus Franciſchinus de Medicis, qui recepit, & in publicam formam redegit ſupraſcriptum Landationis, Approbationis, Rattificationis, & Confirmationis Inſtrumentum, a decem annis citra anteaque, & ipſum tempus fuit, erat, & eſt publicus, fidus, & authenticus Notarius, ac deſcriptus in matricula Notariorum Communis Caſalis, & ad ipſum pro aliis Inſtrumentis, & Actis publicis conficiendis habitus fuit, & habetur recurſus tanquam ad publicum, fidum, & authenticum Notarium, Inſtrumentisque Actis, & Scripturis ſuis, tam publicis quam privatis, & tam in judicio, quam extrà, adhibita fuit, & de præſenti adhibetur plena, & indubitata fides tanquam Inſtrumentis, Actis, & Scripturis publici, fidi, & authentici Notarii. In quorum Teſtimonium

per

ANNO 1454.

ANNO 1454. per infraſcriptum Aluyſium Bazanum publicum, & Caſalenſem Notarium præſentes fieri juſſimus, & regiſtrari noſtrique ſigilli munimine roborari. Datum Mediolani die vigeſimo Auguſti milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo quarto.

Subſcriptus Ego Aluyſius de Bazanis publicus, & Caſalenſis Notarius præſcriptas Litteras Teſtimoniales Juſſu, & Mandato præfati ſpectabilis Domini Poteſtatis ſcripſi, & me ſubſcripſi.

Examinavit JOANNES FRANCISCUS STRIGELLIUS *Regii Archivii Officialis.*

CLX.

30. Août. *Tractatus Pacis inter* LUDOVICUM *Ducem Sabaudiæ, &* FRANCISCUM SFORTIAM *Vice-Comitem, Ducem Mediolani, quâ variæ Terræ, Caſtra, & Loca, cum omnibus fidelitatibus, homagiis, & adhærentiis dicto Duci Mediolani relaxantur, & reſtituuntur. Actum Mediolani die* 30. *Auguſti, Indict.* II. *Anno* 1454. [Pièce authentique, tirée du Regiſtre C. des Archives Royales de la Ville de Milan.]

Imbreviatura mei JACOBI DE PEREGO *Notarii Publici.*

IN nomine ſacroſanctæ, & Individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, totiusque Curiæ Cælestis triumphantis, Amen. Anno à Nativitate ejusdem milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo quarto, Indictione ſecundâ, die Veneris (1) trigeſimo menſis Auguſti. Conſiderantes Illuſtriſſimi Principes Dominus Ludovicus Dux Sabaudiæ &c. & Dominus Franciscus Sforcia Vicecomes Dux Mediolani &c. Pacem ex omnibus in humano genere rebus ſaluberrimam, optimam, ſuaviſſimamque rem eſſe, ut eâ ipſâ nihil umquam magis vel Deus, vel natura præſtiterit, tum & ſi cunctis mortalibus æqua ratione deſiderabilius, tum tamen maximè ipſis Regibus atque Principibus, ex quibus dependet & ſalus, & quies, & vita Populorum; Conſiderantes etiam quod optimos, & verè Chriſtianos Principes decet eam ipſam eſſe Pacem, per quam veriùs Deitatis cultus colitur, Urbibus, & Principatibus ſuis tranquillitas datur, bonitati, virtuti, & ſapientiæ præſtatur locus, per quam deniquè optima omnis humanæ naturæ conditio naſcitur, alitur, fovetur, ſuſtinetur, amplificatur, & usque ad perfectam, ſummamque gloriam extollitur; Conſiderantes pariter poſt contractam aliquando felici augurio, atque firmatam inter eos Pacem, diſſenſiones quasdam, atque diſcordias inter ſe ſe inſurrexiſſe, & quædam quaſi bella ſubona, ſive caſus illis, ſive fortuna, ſive potius ratio locum dedit. Intelligentes quod ſicuti poſt naufragia, optimi, ſapientiſſimique conſilii res eſt eductas ex Maris fluctibus, & aliqua ex ſui parte confractas naves in melius reformare: Sic poſt iras, atque diſcordias benivolentiæ, Pacis, & amicitiæ reintegrare conſilia: Hæc, inquam, ſupradicta omnia conſideramus præfati Domini Duces, & ea cum ſimilibus hujusmodi multis pro optimis, ſubtiliſſimisque ſuis ingeniis penitus animadvertentes, infraſcriptos Magnificos, atque clariſſimos Procuratores, & Oratores tuos ordinarunt ad ea, prout infrà parebit, conficienda, ex quibus & veteris ſupradictæ aliàs confectæ Pacis firmitas corroboretur, & nova utriusque Principis ſtatui, atque Dominio maximè, ſaluberrimeque conducentia pacta, conventionesque ſuperadjiciantur: Quo reliqui omnes non ſolum Principes, ſed & totius Orbis privati homines diluciditſime, apertiſſimeque cognoscant bonam inter hos ipſos, veramque affinitatem, vicinitatem, atque amicitiam & modò eſſe, & perpetuò fore, talem profectò quòd & Ducibus ipſis, atque Principibus & gloriam in Terris, & felicitatem in cælis, & eorum Subditis fructum, conſolationem, & emolumenta ſit procul dubio paritura; Et primum ipſius Illuſtriſſimi Domini Sabaudiæ Ducis Procuratorum, atque Oratorum, videlicet Magnifici Domini Jacobi ex Comitibus Vallispergiæ maximi Cancellarii Sabaudiæ, & Spectabilis Domini Gabrielis de Cordona Thexaurarii ejusdem præfati Domini Ducis Mandatum ſequitur in hunc modum, & formam videlicet. ANNO 1454.

Ludovicus Dux Sabaudiæ, Chablayſii, & Auguſtæ, Sacri Romani Princeps Imperii, Vicariusque perpetuus, Marchio in Italia, Princeps Pedemontium, Geberuiensis, & Bangiaci Comes, Baro Vuaudi, & Fontiginati, Nytiæque, Vercellarum, & Friburgi Dominus. Univerſis, modernis, & poſteris ſerie præſentium fiat manifeſtum, quod cum petitio, ſive querela advertus nos nuper fuerit ſuscitata per Illuſtrem Conſanguineum noſtrum Cariſſimum Ducem Mediolani prætextu, & occaxione quarumdam Terrarum, certarumque fidelitatum, homagiorum, & adhærentiarum per nos poſt deceſſum felicis recordiæ Illuſtris Fratris noſtri Cariſſimi Domini Philippi Mariæ quondam Ducis Mediolani adeptarum, & habitarum; Et quas Terras, fidelitates, homagia, & adhæremias dicebat ipſe Conſanguineus noſter Dux Mediolani ad ſe pertinere, & ſpectare debere, illasque Terras more bellicoſo, ſive guerridico invadere moliretur, & jam magnam partem ſuarum gentium armigerarum prope Loca dictionis noſtræ ultramontanæ limitropha deſtinaſſet. Quo perpenſato, adeò quod ut nobis nihil impingi contingat, quod defectu noſtri guerra, aut alia calamitas in ditione noſtra inſurgat, ideò ſuperinde ad eumdem conſanguineum noſtrum Ducem Mediolani pro omnium bona Pace, & Concordia ſuper præmiſſis omnibus, & ſingulis tractanda, fienda, & penitus concludenda in præſentiarum duximus deſtinandos Magnificos Conſiliarios, fidelesque noſtros lincere dilectos Dominos Jacobum ex Comitibus Vallispergiæ Cancellarium, Ludovicum de Sabaudia Dominum Racconixii Conſanguineum, & Mareſchallum, nec non dilectum fidelem Gabrielem de Cardona Thexaurarium noſtros Sabaudiæ generalem; Ecce quod nos de ipſorum Cancellarii, Mareſchalli, & Thexaurarii noſtrorum ſupraſcriptorum circumſpectionibus, & fidelitatibus meritò confiſi, ex noſtra certa ſcientia, & voluntate ſpontanea eosdem Cancellarium, Mareſchallum, & Thexaurarium facimus, conſtituimusque, & creamus per præſentes noſtros veros, & irrevocabiles Procuratores, certosque, & indubitatos Nuntios ſpeciales, & generales, ita quod ſperialitas generalitati non deroget, nec è contra, ad tractandum cum prælibato Conſanguineo noſtro Duce Mediolani de, & ſuper quæstionibus, & differentiis ſupraſcriptis, pactionesque incundum, nec non Terras ipſas, fidelitatesque, & homagia, & adhærentias ut ſuprà per nos à deceſſu dicti quondam Domini Philippi Mariæ habitas, & adeptas, ſi expediens fuerit, & neceſſarium præfato conſanguineo noſtro Duci Mediolani cum omni jure, actione, & ratione quacumque in illis Terris, fidelitatibus, homagiis, & adhærentiis à morte ſupraſcripti Domini Philippi Mariæ quondam nobis ut ſuprà ſpectantibus, & pertinentibus, ſpectareque, & pertinere debentibus, cedendum, quietandum, & renuntiandum, illasque Terras, fidelitates, homagia, & adhærentias deliberandum, & omninò remittendum, etiam in dicta Pace concludendum modo, & forma, qui ſibi magis conventientes videbuntur, ad quæ omnia, & ſingula modo præmiſſo peragenda eisdem Dominis Jacobo Cancellario, Ludovico Mareſchallo, & Gabrieli Theſaurario, & duobus ex eisdem in ſolidum plenam, & liberam præſentibus poteſtatem impartimur, & proindè valere volumus, ac ſi per nos geſta eſſent, & concluſa; Promittentes propterea bonâ fide, in verbo Principis, pro nobisque, & noſtris, ac ſub noſtrorum expreſſa obligatione bonorum, nos ratum, gratum, & ſtabile perpetuò habituros, & pleno cum effectu obſervaturos omne id, & quidquid in præmiſſis, & circa præmiſſa per dictos Procuratores noſtros, ſive duos ex ipſis actum, geſtum, conventum, promiſſum, deliberatum, remiſſumve fuerit, atque concluſum, ipſosque ab omni onere relevare, cum cæteris clauſulis opportunis etiam cum omni alia ſolemnitate, jurisque, & tacti renuntiatione, ad hæc neceſſaria pariter & cautela, Secretario noſtro, Notarioque ſubſcripto more publicæ perſonæ, ad opus omnium quorum intererit, ſtipulanti, & ſolemniter recipienti, has Litteras noſtras juſſimus conficiendas datas Chambericci die decimâ quartâ Julii anno Domini milleſimo quatercenteſimo quinquageſimo quarto. Signatum Lops. Per Dominum, præſentibus Illuſtri Petro de Borbonio, nec non Dominis Joanne Domino Chontaigiue, Petro de Balnia, Domino Ruppis, Martino le Franc Præpoſito Lauſannenſi, Ginotino de Nores, Francisco de Thomatis Præſidente Gebenuenſi, Ludovico Boninardi Magiſtro Hospitii. H. Laboryer. Quia autem pro tractandis Capitulis

(1) Cette Date paroît juſte en toutes ſes parties. La Feria & l'Indiction y correſpondent au quantième du mois & de l'an, & le tout enſemble convient à la Regence de *Bronyon Sforce* le bâtard, Succeſſeur de *Philippe Marie*; ce qui ne ſeroit pas, ſi l'on devoit corriger cette Date ſur celle de la Dénomination des Adherens & Recommandés de *Louis* qui ſuit. Voyez la Note qu'on y a faite. (Ouvr.)

ANNO 1454. Capitulis præſentis Pacis, & Conventionum infraſcriptarum transmiſſi ſunt ab Illuſtriſſimo Domino Duce Sabaudiæ varii Procuratores, & Oratores, ne umquam opponi, vel dubitari poſſit, antenominatorum Dominorum Procuratorum mandata minus roboris forſitan habuiſſe, propter alia, aliorumque divertorum Mandatariorum mandata, ſuoſequitur, & optimo conſilio interfuerunt hic ſubſequens Inſtrumensum præfati Domini Ducis Sabaudiæ de revocatione per ipſum facta de aliis omnibus Procuratoribus ſuis ad hanc materiam, & de prænominatorum confirmatione.

Ludovicus Dux Sabaudiæ, Chablayſii, & Auguſtæ, Sacri Romani Imperii Princeps, Vicariusque perpetuus, Marchio in Italia, Princeps Pedemontium, Gebennenſis, & Bangiati Comes, Baro Vuaudi, & Fontignati, Nitiæque, Vercellarum, & Friourgi Dominus. Univerſis ſerie præſentium fieri volumus manifeſtum, quod nos ſuperioribus, & noviſſimis diebus pro nonnullis Concordiis, Pace, Liga, Unione, Conventionibus, matrimonialisque contrahendis, ac aliis circa hæc tractandis, & perficiendis inter nos, & noſtros parte una, & Illuſtrem conſanguineum noſtrum cariſſimum Ducem Mediolani, & ſuos parte altera plures, & diverſas fecerimus Commiſſiones, quibus præſentialiter fidulo, maturinsque in animo noſtro revoluris, futurisque effectibus earumdem efficatius conſideratis, cæterisque aliis quam plurimis laude dignis moti reſpectibus, ipſas omnes Commiſſiones in quibusvis perſonis, & ſub quavis verborum forma factas protinus, & expreſſe, motuque proprio annullamus, & revocamus, ac revocatas, & annullatas fore, & eſſe decernimus per præſentes; reſervantes ſolum Commiſſiones per nos factas in perſonas benè dilectorum fidelium Oratorum noſtrorum Magnifici Domini Jacobi ex Comitibus Valiſpergiæ Sabaudiæ Cancellarii, Magnifice Domini Ludovici de Sabaudia Domini Raconixii, Sabaudiæ Mareſchalli, ac ſpectabilis Gabrielis de Cardona Theſaurarii noſtri Sabaudiæ Generalis; Quas, cæteris, ut præfertur, revocatis, & rejectis tam in materia prædicti contrahendi matrimonii, quam aliorum ſuperius ſpecificatorum, in ſua roboris firmitate manere volumus, & decernimus, ac illas dumtaxat denuo, ubi opus ſit, confirmamus, & validamus, hanc noſtram firmam concluſionem tenore præſentium declarantes. Datum Armeſſiati die quindecima Auguſti, anno Domini milleſimo quatercenteſimo quinquageſimo quarto. Signatum Loys. Per Dominum, præſentibus Dominis Illuſtri Petro de Borbonio, nec non Joanne Domino Chontaigne, Petro de Balnia Domino Ruppis, Martino le Franc Præpoſito Lauſannenſi, Ginotino de Nores, Franciſco de Thomatis Præſidente Gebennenſi, Ludovico Bonivardi Magiſtro Hoſpitii. Declauſo.

Excellentiſſimi verò, & Illuſtriſſimi præfati Domini Ducis Mediolani Procuratorum ad hæc videlicet Magnifici, & Spectabilium Domini Comitis Franciſci de la Mirandula, Domini Georgii de Mayno Militis, Domini Petri de Puſterla Ducalis aulici, Domini Cichi de Calabria Ducalis Secretarii, Domini Jacobi Calcaterræ in utroque Jure Doctoris Procuræ, & Mandata ſubſequuntur in hæc verba, videlicet:

FRANCISCUS SFORTIA Vicecomes Dux Mediolani, Papiæ, Angleriæque Comes, & Cremonæ Dominus. Sic comprobatum habemus non modò fidam in nos fidem, & devotionem, verum etiam rectitudinem, modeſtiam, æquanimitatem, prudentiam, integritatem, & plurimarum, ac magiarum quidem rerum experientiam, & uſum Magnifici amici dilectiſſimi Comitis Franciſci de la Mirandula, ac Spectabilium, & Egregiorum Domini Georgii de Mayno Militis, & affinis, Petri de Puſterla aulicorum, Cichi de Calabria Secretarii, & Domini Jacobi Calcaterræ Doctoris cariſſimorum noſtrorum, quod nullum tanti ponderis, tantæque importantiæ negotium eſt, cujus curam, & adminiſtrationem non libenter eis committamus, & nobis abundè non ſundeamus id laudabilem per manus ſuas effectum, & finem habiturum. Ampliſſimam ergo de hiis, & tamquam de nobismet ipſis fiduciam aſſumentes ipſos Dominos Comitem Franciſcum, & Georginm, ac Petrum, Cichum, & Dominum Jacobum, tenore præſentium ex certa ſcientia, & de noſtræ plenitudine poteſtatis, ac omnibus modo, jure, via, cauſa, & forma, quibus melius, & validius, & ſolemnius, ac efficacius poſſumus, & ira quod quatuor, & tres etiam eorum in aliorum abſentia perficere, & concludere poſſint, facimus, creamus, & conſtituimus noſtros veros, legitimos, ſolemnes, & auteniticos Procuratores; Commiſſarios, Nuntios, & Mandatarios, & quidquid dici melius, & eſſe poſſit, ſpecialiter, & expreſſe ad Procuratorio nomine noſtro praticandum, & tractandum, ineundum, concludendum, & firmandum cum Illuſtriſſimo Domino Ludovico Duce Sabaudiæ, ſive cum exiſtentibus hic in præſentiarum ſuis Oratoribus, & Procuratoribus, ſive cum aliis quibuscumque ipſius Domui Ducis Sabaudiæ nomine, & mandato legitimam ad Inſtrumenta conficienda diſpoſitionem, & Procuram habentibus, inter ipſum Dominum Ducem, & nos, Pacem, Concordiam, Unionem, Intelligentiam, & Conſæderationem, & quodcumque pactorum, & fœderum genus cum illis Capitulis, verborum appoſitionibus, tenuinis, reſervationibus, clauſulis, ſolemnitatibus, modis, & conditionibus, & formis, de quibus, & pro ut ipſis Commiſſariis, Procuratoribus, Nuntiis, & Mandatariis noſtris, de noſtra mente plenius inſtructis videbitur, & placebit. Item ad re jurandum, accipiendum, & capiendum ab ipſis Legatis liberationem, abſolutionem, & quietationem omnium jurium, & actionum, quæ, & quas præfatus Dominus Dux Sabaudiensis pertinere quoquo modo, & ſpectare ſibi prætenderet in Terris, Fortalitiis, Jurisdictionibus, & pertinentiis aliquibus Valentiæ, Baſſignanæ, Burgifranchi, Pecceti, Petræ Mariatorum, Fraxcaroli, Bremidæ, Turris Beretorum, ſancti Angeli, Caſtri Noveti, Paleſtri, Conſlentiæ, Caſſinæ de Baſſis, Villatæ de Candia, Bolgari, Caſalis Gualoni, Villatæ de Bulgaro, Vicolongi, Comitatus Blandratæ, Montis Caſtri, Pernatæ, & Caſſinis Caſſinellarum recepti, ſimulque ſi, & hujusmodi ſunt aliæ, & aliarum quarumcumque. Quas quidem Terras, Oppida, Fortilitia, Villas, & Loca noviter recuperavimus, & in poteſtatem, ditionemque noſtram redegimus, quemadmodum & à Potentiſſimo, & Illuſtriſſimo nunquam delendæ memoriæ Principe Domino Duce Philippo Maria Patre, & Prædeceſſore, noſtroque honorandiſſimo tenebantur, & legitimè poſſidebantur. Item & ad pariformiter poſſulandum, requirendum, accipiendum, aſſumendum, & capiendum immine noſtro dimiſſionem, translationem, & à cujuscumque obligationis nexu liberationem, abſolutionem, & quietationem, acceſſionem omnium, & ſingulorum, qui Colligati, Conſæderati, Adhærentes, Recommendati, Feudatarii, Vaſſalli, & Subditi erant præfati Illuſtriſſimi Domini Ducis Philippi Mariæ Patris, & Prædeceſſoris noſtri, qui adhæſerunt, ſeu ſe dederunt ipſi Domino Duci Sabaudiæ, & nobis pertinent, ſicuti ipſi Domino Duci Philippo Mariæ pertinebant: Quos quidem omnes, & ſingulos pro nominatis hic, & ſufficienter expreſſis haberi decernimus cum Terris, Fortilitiis, Oppidis, Locis, Villis, Pertinentiis, & Jurisdictionibus ſuis; Et ad fieri proindè faciendum unum, & plura publica, & autentica Inſtrumenta cum illis pactis, appoſitionibus verborum, capitulis, ſolemnitatibus, terminis, clauſulis, conditionibus, modis, & formis, quæ, & quemadmodum ipſis Commiſſariis, Procuratoribus, Nuntiis, & Mandatariis noſtris de noſtâ mente latiſſime inſtructis videbuntur, & placebunt. Et generaliter ad omnia alia, & ſingula in præmiſſis, & circa præmiſſa, & eorum occaſione facienda, quæ neceſſaria, utilia, expedientia, & opportuna fuerint, quæque nos ipſi perficere poſſemus, ſi præſentes adeſſemus. Dantes, impertientes, & concedentes præfatis Commiſſariis, Procuratoribus, Nuntiis, & Mandatariis noſtris plenum, largum, generale, & ſpeciale Mandatum in præmiſſis, & circa ea, & quodlibet eorum, etiamſi talia forent, quæ Mandatum exigerent magis ſpeciale, vel ut nimis generalia dici veriſimiliter poſſent in præſenti Mandato non comprehendi, nec venire, quæve nos ipſi facere poſſemus ut ſuprà, & perficere, & vices noſtras eis totaliter, ac integre committentes: Et denique promittentes ſub obligatione omnium noſtrorum bonorum præſentium, & futurorum, rata, grata, & firma habere, & obſervare, attendere, & adimplere, & executioni demandare quæcumque per antenominatos Commiſſarios, Procuratores, Nuntios, & Mandatarios noſtros dicta, promiſſa, actitata, & concluſa fuerint, aut per quatuor, vel tres etiam eorum ut ſuprà, in aliorum abſentia, & contra ea non facere, nec venire directè, nec per indirectum, palam, nec occultè, nec alio quæſito colore, præſentibus per unum menſem proximum firmiter valituris. In quorum teſtimonium præſentes fieri, & regiſtrari juſſimus, noſtrique ſigilli munimine roborari. Datum Mediolani die vigeſimo Auguſti milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo quarto. Signatum Vincentius.

Hæc autem Mandata Procuratorum utriusque partis ut ſupra,

ANNO 1454. ſuprà, Nobis, Secretario, & Notariis infraſcriptis ad ſuprà, & infradicta, atque dicenda regatis de verbo ad verbum inſerſerere prout jacebant, & ſe habebant, optimum, conſultiſſimumque viſum eſt pro conficiendorum omnium robore, ac firmamento.

Præfati Magnifici, & Clariſſimi Domini Procuratores memores Pacis inter Excellentias Dominorum ſuorum initæ, & juratæ anno milleſimo quatercenteſimo quinquageſimo, die vigeſimo ſexto menſis Decembris, ac omnium, & ſingulorum in ea comprehenſorum, & contentorum, cujus tenorem hic pro expreſſo, & repetito haberi voluerunt, & volunt, præſertim ejus Capituli, quod incipit: *Item actum exitit* &c. ac memores etiam omnium, & quorumcumque exinde ſecutorum, & per ipſos, vel alterum eorum geſtorum, contractorum, ſeu factorum, volentes, ſalvis infraſcriptis, & ſupraſcriptis prædictæ Pacis vinculo, & obligationi inhærere, ac in ea perſiſtere, & perſeverare, eam penitus approbantes, & confirmantes, niſi quatenus in præſenti Contractu contentis aliqualiter adverſatur, dictam Pacem ut ſuprà confirmaverunt, & in ea, ſalvis ut ſuprà, omnimode perſeverare volunt, & perſeverant, & in quantum expediat, etiam ex abundanti, propter ſubortas poſt dictam Pacem inter eos controverſias, turbationes, & contentiones, de novo fecerunt, & faciunt, quam pro majori inter ipſas partes pace, & tranquillitate perpetuis temporibus inter ſe ſe ſincere, & inconcuſſe, bona fide, & invinlabiliter obſervare, & ex toto manutenere convenerunt, & ſolemniter promiſerunt cum infraſcriptis Capitulis, Conventionibus, & pactis videlicet.

In primis præfati Procuratores pro eorum Illuſtriſſimis Principalibus, & ipſorum filiis, deſcendentibus, & ſucceſſoribus ſuis, ac pro eorum, & cujuslibet eorum Colligatis, Adhærentibus, Confederatis, Complicibus, Subditis, ſequacibus, & Recommendatis, inhærentes Paci ſupradictæ inter ipſos alias factæ, & in ea, ſalvis tamen infraſcriptis, perſiſtentes, & perſeverantes, &, in quantum expediat, de novo bonam, liberam, & ſinceram unionem, & tranquillitatem, & perpetuam Pacem ineuut, & firmant.

Item Procuratores prædicti nominibus quibus ſuprà, & ut ſuprà fecerunt, & faciunt viciſſim liberam, & totalem quietationem, remiſſionem, & liberationem de omnibus, & ſingulis damnis, injuriis, offenſis realibus, ſive perſonalibus, aut mixtis, quæ partes ipſæ, aut earum gentes, & ſubditi quoquo modo adverſus ſe invicem inculliſſent, & feciſſent, & tam opere, quam conſilio, vel auxilio; Et generaliter de quacumque invaſione, occupatione, apprehenſiuue, ſeu perturbatione uſque in præſentem diem iuvicem, vel per alteram partium adverſus alteram quommodolibet illatis, & totaliter, remittemesque ſibi generaliter, & viciſſim omnes partes, & omne intereſſe, ad quas, ſeu quod una pars alteri, ſeu altera alteri usque in præſentem diem quommodocum, ut obligata eſſet; Et hæc niſi in quantum ad præſentis Contractus, & contentorum in eo corroborationem quovis modo cederent.

Item convenerunt Procuratores prædicti ut ſuprà pro ipſorum Dominis, eorumque filiis, Succeſſoribus, Colligatis, Adhærentibus, Recommendatis, Complicibus, ac Subditis ut ſuprà nullo quovis modo ſe ſe, aut eorum Statum, Subditos, aut Vaſſallos, Colligatos, & ut ſuprà, vel bona offendere, vel moleſtare, turbare, vel damnificare realiter, nec perſonaliter, aut mixtim, directè, vel indirectè, palam, vel occulte, aut alio quæſito colore, aut guerram ullam, turbationem, vel moleſtiam inferre, ſeu offendenti, vel offendere volenti conſentire, aut auxilium, conſilium, vel favorem quoquo modo præſtare, niſi talis offendens eſſet Colligatus alterius partis, & id faceret ad defenſam prius tunc ſibi motæ guerræ. Quo caſu dumtaxat liceat ipſi parti, cujus eſſet talis Colligatus, eum defendere, durante, & vigente ipſa Liga, & intelligatur Colligatus, qui ex Liga hactenus facta reperiatur tunc Colligatus, & de qua Liga fiat per prius fides per publicam ſcripturam.

Item conveuerunt dictæ partes dictis ut ſuprà nominibus, quod Subditi, Vaſſalli, Adhærentes, & Recommendati ut ſuprà poſſint, & valeant libere, & impune, ac tuto hinc inde per Terriroria præfatorum Dominorum ire, ſtare, redire, & mercari absque ulla moleſtia, impedimento, & arreſtatione tcali, vel perſonali, aut mixta, & absque ulla novitate, ſimulque quod ſi contingeret, quod aliqui Adhærentes, Recommendati, vel Confederati præfatorum Dominorum Docum prætenderent aliquam injuriam, aut vinlentiam ab altero ipſorum Ducum ſibi inferri, cujus Adhærentes, Recommendati, & Confederati non eſſent; Quod ipſi Duces differentiam hujusmodi intelligant, & diſcordias in Pacem, & concordiam reducant.

ANNO 1454.

Item convenerunt dictæ partes prædictis ut ſuprà nominibus quod non teneatur aliqua ipſarum partium, nec quoquo modo obligata ſit tranſitum Gentium armigerarum equeſtrium, vel pedeſtrium, etiam ab exteris partibus venientium per Territorium, vel ex ſuo Territorio alteri parti aliqualiter concedere, vel permittere, & hoc non obſtante Capitulo Pacis alterius inter ipſos Principes initæ, quod incipit: *Item quod quilibet ipſorum Dominorum poſſit de Territorio alterius* &c.

Item quod omnes, & ſingulæ Terræ, Caſtra, Locu, & Villæ ſitæ, & ſita citra terminos, & confinia olim poſitos, & ordinata inter Nuvarium, & Vercellas à bonæ, & felicis memoriæ Domino Duce Philippo Maria inter ipſos Dominum Ducem Philippum Mariam, & Dominum Ducem Sabaudiæ cum pertinentiis ſuis ſint, & eſſe debeant pleno Jure, & omnimodo Imperio, Jurisdictione, & Dominio præfati Domini Ducis Mediolani, & ad ipſum omnimode ſpectent, & ſpectare debeant, nec de eis, aut eorum parte præfatus Dominus Dux Sabaudiæ, vel ejus Officiales ſe ſe quoquo modo impedient, vel impedire poſſint, exceptis Terris Caſſiuellarum, & Recepti, quæ reſtituantur, & reſtitui debeant ipſi Domino Duci Sabaudiæ cum omni eorum Territorio, Poderio, & diſtrictu, qui ſpectaret &c. à dictis verò confinibus ſuprà per Territorium Vercellenſe ſit, & eſſe debeat pleno Jure ut ſuprà præfati Domini Ducis Sabaudiæ ut ſuprà; Ideò autem per Territorium Vercellenſe dictum eſt, quoniam Villata de Candia, quatenus ſit ultra dicta confinia, cum tamen non ſit de Territorio Vercellenſi, conventum eſt quod ſicuti nunc eſt, ita in futurum ex præſenti Contractu remanere debeat ipſi Domino Duci Mediolani. Hoc etiam acto, & expreſſe declarato inter partes prædictas, quod ſi aliqua Terrarum, quæ ſint citra prædicta confinia habeat aliquid Territorii, vel aliquam ſui partem ultra ipſa confiuia, in nihilo respondere teneatur, aut ſe ſubmittere Jurisdictioni Domini Ducis Sabaudiæ, ſed corresponderе in totum Terris ſuis. Hoc quoque acto, & declarato inter partes prædictas, quod quibuscumque Subditis Dominorum præfatorum, & cujuscumque ſtatus, gradus, & conditionis ſint, habentibus poſſeſſiones, & bona in Dominio, & Terris partis alterius, liceat, & licitum ſit illis pacifice, libere, & quiete uti, frui, & gaudere, ac de fructibus eorum pro libito ſui disponere; Et quod reſpectu onerum ab ipſo Domino Duce Mediolani ſuper ejus Terris, & Territoriis impouendorum Subditi præfati Domini Ducis Sabaudiæ in ipſius Domini Ducis Mediolani Terris, & Territoriis bona poſſidentes eo modo, & æque benè, ueque plus, neque minus tractabuntur ſicuti Subditi proprii ipſius Domini Ducis Mediolani, à quo onera ipſa imponentur.

Item quod Rebelles, & Banniti partium capiantur ad petitionem partis, cujus eſſent, intelligendo tamen de rebellibus pro crimine *Læſæ Majeſtatis*, & hoc Capitulum publicari debeat per proclama.

Item convenerunt nominibus quibus ſuprà, quod ipſe Dominus Dux Sabaudiæ poſt, ac ultra dimiſſas prælibato Illuſtriſſimo Domino Duci Mediolani Terras Valentiæ, Baſſignanæ, Burgi Franchi, Peceti, Pretæ, Frescaroli, Turris de Berctis, Bremidæ, Sancti Angeli, Caſtelli Noveti, Paleſtri, Caſſinæ de Boſſiis, Conflientiæ, Villatæ de Bulgaro, Vicolongi, Comitatus Blandratæ, Montis Caſtelli, Præneſtæ cum ſuo Territorio, Villatæ de Candia Bulgari, Caſalis Gualloni, & aliarum, quæcumque ſint, noviſſimè recuperatarum per ipſum Dominum Ducem Mediolani, quas etiam cum eorum Fortilitiis, Juribus, Imperiis, Jurisdictionibus, hominibus, fidelitatibus, homagiis, præmiuentiis, honorantiis, regaliis, pertinentiis, & ſuperioritatibus quibuscumque; nec non omnia, & ſingula jura quocumque modo, & quacumque ex cauſa pertinentia, ſeu quæ dici poſſent pertinere in, aut ſuper, vel pro eis, & qualibet, vel aliqua earum, aut ad eas, vel earum occaxione; Et ſpetialiter, & nominatim vigore, & occaxione cujusdam Contractus, & Inſtrumenti Pacis antedictæ, ſeu Conventionum, & promiſſiouum alias factarum per, & inter ipſum Dominum Ducem Sabaudiæ, & ipſum nunc Dominum Ducem Mediolani, nondum tamen tunc Dominum Ducem Mediolani, & eorum occaxione ſecutorum, executorum, & factorum eidem Domino Duci Mediolani, ſponte, & ex certa ſcientia, & animo deliberato dimittere, & relaxare teneatur, & ſic in eum ex præſenti

ANNO 1454. seni contractu, quantum in se est, dictæ partes dictis ut suprà nominibus dimittunt, & relaſſant, & pleno jure, & omni titulo, quo melius, & efficacius possunt, dant, & transferunt, ita ut suprædictorum omnium respectu in his illatu, jure, & gradu sit, & permaneat, in quibus Illustrissimus quondam Dominus Philippus Mariæ Dux fuerat.

Item dicti Procuratores præfati Domini Ducis Sabaudiæ dictis ut suprà nominibus libere relaxant, & liberant prætato Domino Duci Mediolani, ac eidem ex toto relaſſant, & ab omni juramento, promiſſione, seu obligatione penitus liberant, & absolvunt, factis quidem, seu contractis post mortem Illustrissimi Domini Ducis Philippi omnes, & singulos Vaſſallos, Adhærentes, & Recommendatos, sive sint ex Nobilibus de Candia, sive de Coconate, sive de Carreto, sive de Castro Novo, sive de Curtiniillio, sive de Ponte, sive de Romagnano, sive de Visco, sive de Flisco, sive de Bonromels, sive de Grimaldis, sive de Auria, sive de Ferrariis, sive ex aliis Nobilibus quibuscumque, cujuscumque agnationis sint, & parentelæ, qui Illustrissimi Domini Ducis Philippi tempore mortis suæ Vaſſalli, aut Adhærentes, aut Recommendati fuiſſent, qui tamen non fuiſſent Subditi, vel Vaſſalli, aut alias Adhærentes prætati Illustrissimi Domini Ducis Sabaudiæ ante mortem prætati Illustrissimi Domini Ducis Philippi, eos omnes in eum primum ſtatum, formam, gradum, conditionem, & modum reducendo, in quo fuerant tempore mortis ipſius prætati Domini Ducis Philippi, nec non omnes, & singulas eorum omnium, & cujuslibet eorum Terras, homines, præeminentias, honorantias, ſuperioritates, Regalia, Imperia, ac Jurisdictiones cum omnibus eorum Forteliziis, Caſtris, Oppidis, ac Juribus, ac ſpeciliter omnes, & singulos habitatores, incolas, territorios dictarum terrarum relaſſatarum, & nominatarum ut suprà, & cujuslibet earum ab omni promiſſione, obligatione, dominio, obedientia, ſubjectione, & homagii, fidelitatis, & juramenti nexu, quibus ſibi quovis modo tenerentur, remittunt, relaxant, & liberant ut suprà, ita ut à modo in antea non ſint, nec esse intelligantur prætati Domini Ducis Sabaudiæ Conſiderati, Colligati, Adhærentes, Recommendati, Vaſſalli, Feudatarii, Obedientiarii, nec Subditi, nec aliquo vinculo homagii, fidelitatis, juramenti, vel ſubjectionis aliqualiter eidem aſtricti, ſed omnino, & omni reſpectu ſint, & permaneant aſtricti, obligati, Fideles, Vaſſalli, & Adhærentes ſæpe dicto Illustrissimo Domino Duci Mediolani, ejusque filiis, & hæredibus, ac ſucceſſoribus in Statu, & Ducatu; Et suprædicta intelligendo de his tantum, qui tempore mortis ipſius Domini Ducis Philippi ejus Feudatarii, Vaſſalli, Adhærentes, Recommendati, vel Colligati fuiſſent, de quibus liberatio, & relaſſatio, & relaſſatio ſive exceptione fit ut suprà; Si verò aliqui eſſent, quos prætati Domini Duces, ſcilicet quondam Illustrissimus Dominus Dux Philippus, & Illustrissimus Dominus Dux Sabaudiæ ante mortem prætati ipſius Domini Ducis Philippi pro Feudatariis, Vaſſallis, Adhærentibus, Recommendatis, aut Colligatis ſuis accepiſſent, & ſibi aſtrinxiſſent, & obligaſſent, qui debito Jure eſſe debuiſſent alterius eorum Vaſſalli, Adhærentes, Recommendati, aut Colligati, contingatque de hujusmodi, aut eorum aliquo aliquam in futurum dubitationem, contentionem, vel discordiam exoriri, ex nunc prætati Domini Procuratores dictis ut suprà nominibus eligerunt, & eligunt, unusquisque pro parte ſua confidentes ſuos, pro ipſo ſcilicet Domino Duce Sabaudiæ, Dominos aut Zofredum Aluigi, aut Gulielmum de Sudigliano Doctores, & prætati Illustrissimi Domini Ducis Sabaudiæ Conſiliarios, & pro Ipſo Domino Duce Mediolani Dominos aut Seevam de Curte, aut Jacobum Calcaterram Doctores, & Domini ſui Conſiliarios, qui omnem in prædictis, & circa prædictorum quamlibet differentiam, & controverſiam cognoscant, & pro juſtitia debito Jure definiant; Convenerunt que ut Locus Caſalis ſancti Evarii Diœceſis Vercellenſis tanquam communis, & acceptus utrisque partibus ſit iſte, in quo ſe transferentes, & ibi quantum opus, & neceſſe fuerit commorantes ſuprædicti electi Domini confidentes, & Commiſſarii antedictarum altercationum, diſſentionum, contentionum, & diſſinitionum cauſas cognoscant, terminent, & expediant. Hoc enim addito, quod ſuprafcripti Domini Commiſſarii, electi, & ordinati ut suprà habeant, & teneantur cognoscere, & terminare de omnibus violentiis, & de omni injuſtitia, quas, & quam Subditi præfatorum utrorumque Ducum, & Dominorum prætenderent à tempore aliis contractæ Pacis, de qua ſuprà, ſibi factis, & illatas eſſe à quibuscumque Magiſtratibus, Officialibus, & Jusdicentibus ipſorum Dominorum Ducum ſummariè, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura judicii cognoscendo, & decidendo. ANNO 1454.

Item, quod ſi contingat aliquos Subditos, Vaſſallos, Feudatarios, Adhærentes, vel Recommendatos ipſarum partium recentium habere pro Juſtitiæ conſecutione, & juribus ſuis vel ad ipſos prærſatos Dominos Duces, vel ad eorum Officiales, taliter in effectu ab ipſis Dominis Principibus, & eorum Officialibus in conſecutione juſtitiæ ſuæ tractentur, quod nullam omninò conquerendi cauſam, vel occaſionem habeant, & nullum obindè recurſum neceſſitentur habere ad Dominum ſuum conquerentes juſtitiæ denegationem ſibi factam eſſe.

Item convenerunt prædictæ partes dictis ut suprà nominibus Procuratores, quod præfatus Illustrissimus Dominus Dux Sabaudiæ teneatur de præſenti confirmare, & ratificare Privilegia, Conventiones, Pacta, & Litteras quasdam aliàs usque de anno milleſimo tercenteſimo trigeſimo ſexto die quarto decimo menſis Junii Communitati, & Univerſitati Mercatorum hujus Inclytæ Urbis Mediolani conceſſa, & conceſſas per Inclytum olim Dominum Aymonem Comitem Sabaudiæ, ac deinde per Illustrissimum Dominum Amedeum ſeniorem Comitem Sabaudiæ confirmatas, ratificatas, & de novo conceſſas cum additionibus quibusdam ſub anno Domini milleſimo tercenteſimo quadrageſimo ſeptimo die vigeſimo tertio menſis Maii, demum quoque confirmatas, ratificatas, & de novo conceſſas per Illustrissimum Dominum Amedeum Comitem Sabaudiæ, Ducem Chablayſii, Augustæ, in Italia Marchionem genitorem ſuum ſub anno milleſimo tercenteſimo nonageſimo nono, die vigeſimo ſecundo menſis Martii, ut conſtat publicis Documentis, & Privilegiis indè confectis, mandando, & curando omnimodè ut prædicta Privilegia, Conventiones, Pacta, & Litteræ prorſus, & inviolabiliter quantum ad ſe, & ſuos pertinet, obſervantur per totum Territorium, Jurisdictionem, Dominium, & confinia Domini Ducis prætati.

Item promittunt prætati Oratores præfati Illustrissimi Domini Ducis Sabaudiæ, quod Gaſpari de Stella peditum Conneſtabili reſtituentur illi Ducati ſui, quos ſibi asportavit Antonius de Cantono Cancellarius ſuus, infra terminum duorum menſium proximorum, & immediate futurorum, promiſerunt que ut de eorum Ducatorum quantitate, & numero ipſius Gaſparis ſuprædicti juramento ſtetur.

Item quod præſens Contractus debeat ratificari per partes principales infra menſem unum, quonam quamvis ad ſuperiora ante acta, & inferiora omnia legitimè conficienda Procuratores, & Oratores ipſarum partium optima, & ſufficientiſſima mandata habeant, & de Jure firmiſſima, tamen ipſorum Principalium, ſcilicet antedictorum Illustrissimorum Dominorum Ducum ratificationem intervenire major, & uberior ſecuritas erit, & ad ipſorum contrahentium animorum quietationem amplior, & landabilior, & elapſo ipſo menſe infra dies quindecim indè proximè ſecuturos teneantur dictæ partes altera alteri deſtinare ratificationem præſentis Contractus cum Incluſione, & inſertione præſentis Inſtrumenti de verbo ad verbum, prout jacet.

Promittentes inter ſe ſe dictæ partes, ſive earum Procuratores ut suprà nullo unquam tempore guerram, offenſam aliquam, aut Status inquietudinem, vel turbationem ullo quovis modo movere, facere, vel imierre, aut moveri, facientí, vel inferenti, vel movere, aut facere volenti conſentire, aut auxilium, vel favorem aliquem dare, vel impendere per ſe, vel alium, vel alterius nomine, mediate vel immediate, directè vel indirectè, aut alio quovis quæſito colore, & quacumque ratione, vel cauſa, quæ per ipſas partes, aut aliquam ipſarum partium à tempore dictæ initæ Pacis citra, & usque in præſentem diem aliqualiter dici, allegari, vel quovis modo excogitari poſſit, ratis tamen, & firmis manentibus omnibus, & ſingulis ſuprafcriptis, & pro quibus omnibus ſolemniter, bona fide, ac ſincere attendendis, & obſervandis juraverunt dictæ partes, ſive earum Procuratores ut suprà tactis ſanctis Evangeliis manibus prædicta omnia, & ſingula omnimodè attendere, & obſervare, non obſtantibus aliquibus geſtis, factis, ſive contractis à tempore dictæ Pacis usque in præſentem diem per ipſas partes, aut ipſarum aliquam, quæ in quantum ad præſentis Contractus, & Pacis obſervationem, ac omnium & ſingulorum in præſenti Contractu contentorum quoquo modo refragarentur, aut eis, vel alicui eorum in aliquo adverſarentur, partes prædictæ, aut aliqua ipſarum nullatenus opponere, dicere, vel allegare quovis modo poſſint,

ANNO 1454. poſſint, vel poſſit; Et quantum ad præſentem Contractum, ac ejus robur, & firmitatem, & contentorum in eo penitus habeantur, ac ſi facta, contracta, & geſta aliqualiter non fuiſſent, intelligendo tamen ratis, & firmis manentibus omnibus ſuprà ſcriptis.

Quare dicti Procuratores, & Mandatarii prælibati Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi Domini Ducis Sabaudiæ pro una parte Procuratoriis nominibus, quibus ſuprà, & præfati Procuratores, Mandatarii prælibati Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi Domini Ducis Mediolani, pro alterâ parte viciſſim, & ad invicem quibus ſupra nominibus promiſerunt, & vadiam dederunt obligando ſe ſe dictis modis, & nominibus, quibus ſuprà, ſingula ſingulis congrue referendo, & omnia ſua dictis nominibus bona præſentia, & futura, mobilia, & immobilia pignori ſibi viciſſim nominibus quibus ſuprà, & ad invicem, videlicet una pars alteri, & altera alteri præſentes, ſtipulantes, & recipientes viciſſitu, & ad invicem ſingulorum, & ſuprædictorum omnium ut ſuprà contentorum continentiam, qualitatem, tenorem, & formam; quodque ſupraſcriptæ partes dictis modis, & nominibus quibus ſuprà, & utraque earum viciſſim, & ad invicem ſemper, & omni tempore præſens Inſtrumentum Pacis, & Couventionum, ac Capitulorum, ac omnia, & ſingula in præſenti Inſtrumento contenta nominibus quibus ſuprà attendent, obſervabunt, adimplebunt, & executioni mandabunt, & ratum, gratum, & firmum, & rata, grata, & firma habebunt, & tenebunt, & nullo tempore, nec aliquo modo ut ſuprà dictum contrafacient; Et hæc pariter omnia, & ſingula ſub fide bonorum, fidelium, & legalium Dominorum; quam eum omnes, tum potiſſimum Principes decet obſervare; & ſub refectione, & reſtitutione omnium expenſarum, dannorum, & intereſſe litis, & extrà prolide tendarum, & ſuſtinendarum prædictorum cauſa, & occaſione viciſſim, & ad invicem; & etiam ſub pœnâ, & nomine pœnæ ſolemnier quibus ſuprà nominibus promiſſæ, & in ſtipulatione deductæ Ducatorum centum millium auri in auro, dandorum, & ſolvendorum per partem non attendentem, & non obſervantem, & attendere, & obſervare recuſantem prædicta omnia, & ſingula alteri parti attendenti, & obſervanti, & attendere, & obſervare volenti cum effectu ſupraſcripta omnia, & ſingula; quâ pœnâ ſolutâ, & exactâ, vel non, nihilominus prædicta omnia, & ſingula ſupraſcripta, & in præſenti Inſtrumento contenta in omnibus, & per omnia, & de verbo ad verbum pro ut in præſenti Inſtrumento continetur, & ſit memo, rata, grata, firma ſint, & permaneant, & executioni mandentur per, & inter ipſas partes, & utramque earum viciſſim, & ad invicem. Renuntiando exceptioni præfatæ partes, & utraque earum viciſſim, & ad invicem modis, & nominibus, quibus ſuprà non facti, & non celebrati hujusmodi Inſtrumenti Pacis, Conventionum, & Capitulorum modo, & formâ prædictis, & prædictorum, & infradictorum omnium, & ſingulorum non ita, & taliter actorum, & factorum, & omni probationi, accuſationi, & detenſioni in contrarium. Renuntiando etiam, & renuntiaverunt, & renuntiant ipſæ partes, & utraque earum viciſſim, & ad invicem dictis modis, & nominibus, quibus ſuprà, exceptioni, quod non poſſint illo tempore dicere, opponere, nec allegare ſibi ob hoc vim, nec violentiam, aut metum factas eſſe, & omni ſive doli, ſive alterius cujuscumque modi exceptioni, aut excuſationi, quam proinde facere poſſet in contrarium, & ſub omni alia qualibet ſolemnitate tam juris, quam facti renuntiatione ad hæc neceſſaria, aliter & cautelæ; Et de quibus omnibus præmiſſis, & ſingulis præfati Magnifici Domini Procuratores, & Mandatarii præmiſſis modis, & nominibus quibus ſuprà juſſerunt, & rogaverunt per nos Joannem Philippum de Guaſchonibus prælibati Illuſtriſſimi Domini Domini Ducis Sabaudiæ Secretarium, & Jacobum de Perego prælibati Illuſtriſſimi Domini Domini Ducis Mediolani Scribam, & Notarios ſubſcriptos, & utrumque noſtrum fieri duo publica Inſtrumenta ejusdem tenoris, videlicet ad opus cujuſlibet partium unum.

Actum in Civitate Mediolani in Hoſpitio Puthei ſito in Portâ Ticinenſi, Parochiâ ſanctæ Sebaſtiani, videlicet in ſalâ reſidentiæ præfati Magnifici Domini Jacobi Sabaudiæ Cancellarii, præſentibus Pronotariis Matfeo de Suganappis filio quondam Domini Andreæ Portæ Vercellinæ, Parochiæ Sanctæ Mariæ Secretæ, & Petro de Carmenate filio quondam Domini Joannis Portæ Carnaræ, Parochiæ ſancti Protaſii ad Monacos, ambobus Civitatis Mediolani Notariis, & Pronotariis Interfuerunt ibi teſtes Magnificus, & celebertimus Doctor Dominus Baptiſta de Goano Orator Illuſtris Comitatus Januæ natus quondam Domini Barnabæ, Spectabilis Juris Utriusque Doctor Dominus Gulielmus de Sandigliano, natus quondam Domini Dominici Civis Vercellarum, circumſpectus Dominus Franciscus de Valpergia Legum ſtudens natus Domini Catellani ex Comitibus Vallispergiæ, Nobiles Dominus Euſebius de Burgaro natus quondam Domini Antonii ſimiliter Civis Vercellarum, Jacobus de Laſtria natus Domini Zaneti Civis Yporigiæ, Dominus Georgius de Via filius quondam Domini Criſtofori Cancellarius Communitatis Januæ, Nicolinus de Arborio natus quondam Nobilis Antonii etiam Cives Yporigiæ, Aluyſius de Moinardo filius quondam Moinardi Civis ſimiliter Vercellarum, Criſtoforus de Puteo hoſpes ipſius Puthei natus quondam Donini Anſelmi, Nobiles Viri Domini Joannes de Ulexiis natus quondam Domini Ambroxii, & Criſtoforus de Cambiago filius Domini Jacobi Ducalis Cancellarii, Nobilis Vir Dominus Georgius de Aliprandis quondam Domini Antonii Portæ Vercellinæ Parochiæ Monaſterii novi, & Jacopinus de Capellis natus Domini Pedrachi Portæ novæ, Parochiæ ſancti Stephani ad Nuxigiam Mediolani omnes teſtes noti, idonei, vocati, & rogati. ANNO 1454.

Subſcriptus cum ſigno Tabellionatus antepoſito Ego Jacobus de Perego filius quondam Domini Vanini Portæ Novæ, Parochiæ Sancti Stephani ad Nuxigiam Notarius publicus, ac etiam Notarius, & Scriba prælibati Illuſtriſſimi Domini Domini mei Ducis Mediolani, juſſus, & rogatus tradidi, & alîs occupatus per alium ſcribi feci, & in fidem, & teſtimonium præmiſſorum ſignum mei Tabellionatus appoſui, & me ſubſcripſi una cum ſupraſcripto Philippo Notario, & Ducali Sabaudiæ Cancellario.

Subſcriptus Ego Joannes Philippus de Guasconibus de Trechate Novarienſis Dioceſis natus Domini Gerardi, olim Burgenſis Clavaſii publicus Imperiali auctoritate Notarius, ac prælibati Illuſtriſſimi Domini Domini Ludovici Ducis Sabaudiæ Secretarius, præmiſſis omnibus, & ſingulis, dum ſic, ut præmittitur, fierent, præſens fui una cum prænominatis teſtibus, & exinde hoc præſens publicum Inſtrumentum unà cum egregio, & circumſpecto Domino Jacobo de Perego Notario publico rogatus recepi, quod manu alterius ſcriptum cum Originali concordatum ſolito meo tabellionatus ſigno ſignavi in Teſtimonium veritatis, & in eodem Inſtrumento contentorum.

Examinavit JOANNES FRANCISCUS STRIGELLIUS *Regii Archivii Officialis.*

CLX.

Denominatio Eorum, quos LUDOVICUS *Dux Sabaudiæ, tanquam ſuos Adhærentes & Recommendatos, in Tractatu Pacis cum* FRANCISCO SFORTIA *Duce Mediolani die* 30. *Auguſti* 1454. *concluſo, comprehenſos habere intendit. Datum Taurini* 22. *Januarii Anno* (1) 1450. [Piece authentique tirée du Regiſtre R. des Archives Royales de la Ville de Milan.] 1455. 22. Janv.

LUDOVICUS Dux Sabaudiæ, Chablayſii, & Angroſtæ Sacri Romanii Imperii Princeps, Vicariusque perpetuus, Marchio in Italiâ, & Pedemontium Princeps, Gebennenſis, & Bangiati Comes, Baro Vnaudi, & Funtignati, Niciæque, & Vercellarum Dominus. Univerſis ſerie præſentium fieri volumus manifeſtum, quod cum in Tractatu Pacis cum Dei auxilio nuper initæ inter nos ex unâ, & Illuſtriſſimum conſanguineum noſtrum catiſſimum Comitem Franciſcum Sfortiæ partibus ex alterâ inter cætera conventum extitit, quod quilibet noſtrum nominare deberet Adhærentes, & Recommendatos ſuos, & hinc inde Litteras nominationis hujusmodi infra unum menſem à datâ ipſius Contractus Pacis immediate ſecuturum deſtinare. Volentes hoc ideo ea, quæ noſtri parte fieri incumbunt, votive adimplere, ex noſtrâ certâ ſcientiâ, ac maturo ſuper his deliberato Conſilio, pro nobis, & noſtris, prædictos Adhærentes, & Recommendatos noſtros infrà ſerie nominamus, videlicet Sereniſſimum Principem Regem Franciæ Dominum meruendiſſimum, Illuſtriſſimos

(1) On voit bien que cette Date eſt contrompue; puis que le Traité principal, dont cette Denomination eſt une ſuite fut fait en 1454. Il faut lire 1455. Voyez la note ſur le Traité même. [D. M.]

ANNO 1455. simos Principes Dalphinum Viennensem ejus primogenitum, & ceteros Duces, & Principes Sanguinis Inclytæ Domus Franciæ, Marchionem Moutisferrati, Joannem Ludovicum de Flisco Comitem Lavaniæ, Consanguineos nostros carissimos, Dominum Ludovicum de Boleris Vicecomitem Reillianæ, Antonium de Romagnano Milites, & Franciscum de Novel pro Terris, pro quibus non essent Vassalli, Communitates Bernæ, & Vallesicum, ac ipsorum Adhærentes, Confœderatos, & Colligatos, & pro nominatis eos haberi volumus, & teneri, ac prædictæ Pacis benefitio, pro ut nosmet, debere frui, & gaudere. In quorum Testimonium has Litteras nostri sigilli munimine roboratas, ac in Cancellariâ nostrâ registratas per Trumbettam nostrum harum exhibitorem eidem Comiti Francisco jussimus celeriter deportari. De quarum præsentatione, & receptione rogamus per Litteras suas nos velit certiorare. Datum Thaurini die vigesimo secundo Januarii (a) millesimo quadringentesimo quinquagesimo. Fabri. Per Dominum præsentibus Dominis Jacobo de Turre Cancellario, Ill. de Sabaudia Mareschalo, S. D. Vicecomitis Comite Rupæ, Guillelmo Domino Chuyllie, Amedeo de Challand, Jacobo de Valpergiâ Præsidente Consilii Thaurinensis, Nicodo de Mentone Domino Nerviati, Amedeo de Viviaco, Jacobo de Chaland, H. Domino Cardeti, Vencerio Chabodi, Guillelmo de Coussentia Advocato Fiscali.

(a) Litteræ 1454.

Denominatio Colligatorum Illustrissimi Comitis suprascripti.

Franciscus Sforzia Vicecomes &c. Cum externo die ratificaverimus, & approbaverimus Confœderatos, & Pacem nuper initam, contractam, & celebratam inter Illustrissimum Principem, & Excellentissimum Dominum Dominum Ludovicum Ducem Sabaudiæ ex unâ parte, & nos ex alterâ, pro ut in ipsâ ratificatione apparet. Cum in Capitulis dictæ Pacis caveatur, & contineatur per nos per totum diem vigesimum septimum præsentis mensis denominare debeamus nostros Colligatos, Adhærentes, Complices, Confœderatos, Feudatarios, & Recommendatos, & denominationem ipsorum præfato Illustrissimo Domino Duci mittere debeamus, tenore præsentium omnes, & singulos infrascriptos Complices, & Recommendatos denominamus, & in Capitulis dictæ Pacis insertos esse dicimus, & declaramus, ut beneficio ipsius Pacis gaudere possint. Nomina verò ipsorum sunt hæc, videlicet:

Illustrissimus, & Potens Dominus Joannes Marchio Montisferrati pro loco Bosehi.

Illustris Dominus Guilielmus de Monteferrato armorum Capitaneus pro Civitate Alexandriæ, & Terris, & Locis Alexandrinæ Diœcesis, & aliis, quas, & quæ de præsenti tenet.

Illustris Dominus Carolus Gonzagha pro Civitate Dertonæ, & totius Diœcesis Dertonensis, & aliis Terris, quas tenet in Cremonensi.

Magnificus Dominus Philippus de Bonromeis pro omnibus Terris, & Locis, quas, & quæ de præsenti tenet, & possidet.

Marchiones Incisæ.

Marchiones de Godiliascho.

Marchiones de Malaspinis in partibus Januensibus, Lunesanæ, Parmensibus, & Placentinis.

Magnificus Alexander Sforzia pro Civitate Pisauri, & aliis Terris.

Nobiles de Cochonate ex Comitibus Radicatæ.

Nobiles de Flisco.

Marchiones Mulatii.

Marchiones de Carreto.

Nobiles de Auria.

Domina Luchina de Verme cum omnibus Terris, quas tenet de præsenti.

Nobiles de Crotis pro Rodobio, & Vincialia Comes Franchinus Rusca pro Locis, quos tenet.

Tubias, &

Orto de Mandelo.

Dominus Blasius de Asereto pro Loco Seravalle.

Nobiles de Spinulis.

Nobiles de Grimaldis.

Nobiles de Campo Fregoso pro Scazzana, & aliis Terris suis.

Magnificus Dominus Bosius Sforzia pro sancta Flora & aliis Terris suis.

Petrus Franciscus, &

Joannes Franciscus Fratres de Gutueriis.

Examinavit JOANNES FRANCISCUS STRIGELLIUS *Regii Archivii Officialis.*

CLXI.

ANNO 1454. 30. Aug.

Confœderatio, Unio & Liga, inter Ducale DOMINIUM VENETUM, FRANCISCUM SFORTIAM *Ducem Mediolani, & Communitatem* FLORENTIÆ, *contra omnes Invasores & Turbatores non lacessitos, ad annos viginti quinque & ulterius, contracta Venetiis, die 30. mensis Augusti Anno à Nativitate Domini 1454.* [Pièce authentique, tirée des Archives Royales du Château de Milan, Registre C.]

In Nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

ANNO à Nativitate Domini nostri Jesu Christi millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto, Indictione secundâ, die trigesimo mensis Augusti. Redemptor noster ad humanum genus oculo misericordi respiciens, ne more ferarum per sæculum vagaretur, primum ei decem tulit mandata, quibus ipsum ab injuriâ compesceret, id solum pro tunc contentus exigere, quo, à malo abstineret. Cum verò homini è fluctibus in portum mandatorum jam deducto non satis esset voluisse alterum non lædere, nisi pro caritatis amore proximo opem ferret, misericors, & miserator Dominus escam dedit timentibus se, ineffabili namque, & exuberabili caritatis ardore miseriam humanam prosecutus, proprii Filii Incarnationis primum, ac demum Crucis, & Passionis exemplo nos monuit, quod ad salutem comparandam non satis esset homini abstinere à malo, nisi fiat, quod bonum est, ibde nobis nova septem mandata proveniunt, quæ nos opera caritatis, seu misericordiæ, nuncupamus, quibus alligamur, atque compellimur, non modo ab injuriâ proximi abstinere, sed Dominicæ passionis exemplo sibi plurimum esse benefici; Et cum duæ sint, ut sapientes dicerent, justitiæ partes, prima ut ab injuriâ abstineamus, altera ut ab homine injuriam propulsemus, defecit enim vitæ societatem, qui ad injuriam proximi propulsandam nihil confert studii, nihil operum, nihil facultatum. Sic & vera Pacis, & caritatis religio eisdem incessit passibus, ut cum primum nos ab injuriâ proximi compulisset ad sibi benefaciendum subsequenter redderet cautiores; quæ omnia pie, ac sapienter considerantes Illustrissimus Princeps, & Excellentissimus Dominus Franciscus Foscari Dux, Inclytumque Dominium Venetiarum, atque Illustrissimus Princeps, & Dominus Dominus Franciscus Sforzia Vicecomes Dux Mediolani, Papiæ Angleriæque Comes, ac Cremonæ Dominus; Illustrisque, & Excelsa Communitas Florentiæ, cum per eam, quam humana fragilitas Pacem appellat, quamque, (Deo Laudes) in proximum contraxerunt, jam primum consecuti sunt, ut inter se ab injuriâ bellorum, insidiis, & ferocitate fideliter abstineant, volentes ex imitatione Dominicâ perfectiori caritatis amore se invicem prosequi, ne quos tutari debent, desserere invicem videantur, sed plenam, & uberem, non imperfectam, quam vulgus Pacem appellat, consequantur, ad infrascriptam confœderationem, unionem, intelligentiam, & Ligam amice, & unanimi concordio devenerunt. Ad quam incundam, cum propter absentiam personaliter interesse non possint, usitato Legis consilio, & permissione, suos Sindicos, Mandatarios, Procuratores, Nuntios, de quibus infra constituerunt, & transmiserunt. Ea propter Spectatissimi, & Clarissimi Viri Domini Carolus Marino quondam Domini Rossi, Hieronimus Barbadico quondam Domini Francisci, Procuratores Sancti Marci, & Marcus Donato Juris Utriusque Doctor Domini Natalis, honorabiles Cives Venetiarum Procuratores, Sindici, & Mandatarii antedicti Illustrissimi Domini Ducis, & Inclyti Dominii Venetiarum, ut patet publico Instrumento scripto, & publicato manu circumspecti Viri Emmanuelis Gerardi in præsentibus millesimo, & Indictione, die verò vigesimo primo mensis Augusti à nobis Notariis infrascriptis viso, & lecto, Sindicario, & Mandatario nomine, & pro suis Colligatis, Adhærentibus, Recommendatis, Complicibus, sequacibus, & Subditis ex unâ parte: & Sapientissimi, & clarissimi Milites, & utriusque Juris Doctores Domini Guatnerius de Castiliono, & Nicolaus de Arcimboldis Commissarii, Mandatarii, Oratores, Nuntii Illustrissimi Principis Domini Francisci Sforziæ Vicecomitis Ducis Mediolani, Papiæ Angleriæque Comitis, ac Cremo-

ANNO 1454.

næ Domini, ut patet duobus publicis Instrumentis altero confecto sub præsenti millesimo, & Indictione, die vero undecimo Maii decursi, manu circumspecti Viri Johannis de Uletiis quondam Domini Amorosii de Civitate Austriæ publici Imperiali, Apostolicaque auctoritate Notarii, nec non Cancellarii præfati Illustrissimi Domini Ducis; Altero vero sub eodem millesimo, & Indictione, die vero sexto mensis Augusti præsentis per eumdem Notarium, & ambobus subscriptis per Spectabilem Cichum quondam Antonii de Calabria præfati Illustrissimi Domini Ducis Secretarium à nobis similiter Notariis intiascriptis vilis, & lectis dictis Mandatario, & Procuratorio nomine, & pro ejusdem sui Principis constituentis filiis, & hæredibus, ac Successoribus, Colligatis, Adhærentibus, Recommendatis, Complicibus, sequacibus, & Subditis ex unâ aliâ parte, & sapientissimi, & clarissimi Viri Domini Iohannocius de Pandulphis Miles, & Petrus Spectabilis Cosmæ de Medicis honorandi Cives Florentini, Procuratores, Syndici, & Mandatarii Illustris, & Excelsæ Communitatis Florentiæ, pro ut patet publico Instrumento scripto, & publicato sub præsenti millesimo, & Indictione, die decimo mensis Maii præteriti per Egregium Legum Doctorem Dominum Filippum Andreæ de Balduciis Notarium publicum Florentinum, Officialem, & Scribam reformationum populi, & Communis Florentiæ; & altero Instrumentum prorogationis manu ejusdem die tertio mensis Augusti præsentis, ambobus rogatis, & publicatis per circumspectum Virum Johannem olim Petri de Stia Imperiali auctoritate Notarium à nobis similiter Notariis vilis, & lectis dictis Syndicatio, & Procuratorio nomine, & pro suis Colligatis, Adhærentibus, Recommendatis, Complicibus, Sequacibus, & Subditis ex unâ aliâ parte. Ad laudem, & gloriam Omnipotentis Dei, ejusque Gloriosæ Virginis Matris Mariæ, totiusque cœlestis Curiæ Triumphantis, ad felicitatem, & Pacem totius Italiæ, tranquillitatem, & quietem partium prædictarum, suorumque ut suprà hæredum, & successorum, Colligatorum, Adhærentium, Recommendatorum, Complicium, sequacium, & subditorum, atque omnimodam Pacis perfectionem, & robur, & vinculum caritatis inter partes duraturam, ad rutum, & conservationem Statuum, & Dominiorum antea nominatorum optimo consilio, & animante Deo contrahunt, firmant, & ineunt invicem, & vicissim mutis stipulationibus intervenientibus per singula Capitula specialiter repetitis intrascriptam confœderationem, unionem, intelligentiam, & ligam cum intrascriptis conditionibus, modis, pactis, obligationibus, conventionibus, pœnis, juramentis, ac temporibus, de quibus per Capitula particularius infrà habetur mentio specialis.

Primo namque partes prædictæ pro se se, ac filiis, hæredibus, & successoribus congrue referendo, ubi convenit, nominibus quibus suprà faciunt, firmant, ineunt, & contrahunt bonam, meram, & puram unionem, confœderationem, colligationem, intelligentiam, & ligam duraturam usque ad annos viginti quinque, & ulterius etiam usque ad illud totum tempus, quod ipsis partibus placitum fuerit, ad conservationem, & defensionem Statuum ipsarum partium, & pro Statibus ipsarum per Terram in Italiâ contra omnes de cætero non lacentes, aut provocatos, ubicumque sive in Italiâ, sive extra Italiam Statum habentes, turbantes, seu turbare volentes, aut inquietantes, seu molestantes, vel molestare, seu inquietare volentes partes prædictas, seu earum aliquam, neminem turbantem, molestantem, seu inquietantem excipiendo, undecumque venerit, cujuscumque gradus, & dignitatis existant, etiamsi tales essent, de quibus necesse esset fieri mentionem specialissimam etiam individuo, quæ hic pro fictâ habeatur, ac etiam per mare ubique, si aliqua dictarum partium à Dominis, aut Communitatibus habentibus Statum in Italiâ offenderetur, sint quicumque velint.

Item quod omnes partes prædictæ infrà terminum duorum mensium inchoandorum à die conclusionis præsentis Contractus mittere teneantur Oratores suos ad summum Pontificem, & ad Serenissimum Regem Aragonum adhortandum, & rogandum, ut cum partibus prædictis ligam ingrediantur cum illis conditionibus, Capitulis, & conventionibus honestis, & rationabilibus, de, & pro quibus dictæ partes cum ipsis convenient, & concordes erunt, secundum exigentiam, & decentiam partium, salvis tamen semper manentibus Capitulis Pacis utrinsque Contractus.

Item convenerunt, & promiserunt partes prædictæ habere, & tenere toto tempore dictæ unionis, & Ligæ, videlicet Illustrissimum Ducale Dominium Venetiarum tempore Pacis saltem equites sex mille, & pedites duos mille bonarum gentium sub propriis sumptibus; Illustrissimus Dominus Dux Mediolani obligetur eo tempore Pacis tenere saltem equites sex mille, & pedites duos mille; Excelsa vero Communitas Florentiæ ipso tempore Pacis equites duos mille, & pedites mille; Tempore autem belli obligentur partes ipsæ habere, & tenere, videlicet Illustrissimum Dominium Venetiarum ad minus equites octo mille, & pedites quatuor mille; & prædicta Excelsa Communitas Florentiæ equites quinque mille, & pedites duos mille, omnes sumptibus propriis partium prædictarum.

Item si forte, quod Deus avertat, occurreret, quod ad guerram deveniretur, non possit quovis modo per aliquam partium prædictarum fieri Pax, seu ad aliquam concordiam deveniri, nisi de communi voluntate, & consensu omnium trium partium suprascriptarum.

Item quod factâ conclusione præsentis Ligæ, ulla partium prædictarum devenire non possit ad aliquam intelligentiam, seu ligam cum aliquâ Potentiâ Italicâ, nisi de communi consensu, & voluntate omnium partium prædictarum, nisi illam fecerit sine præjuditio, & cum reservatione Capitulorum præsentis Ligæ, cui nullo pacto liceat derogari.

Item teneantur partes prædictæ, occurrente guerrâ, sicut præfertur, sibi invicem succurrere de gentibus prædictis secundum exigentiam, & opportunitatem partis, sive partium offensarum, & saltem usque ad medietatem numeri gentium per partes promissarum ut suprà, ac etiam gentes ipsas mittere ad omnem locum, & partem Italiæ contra partem offendentem, etiamsi offensa facta fuerit per mare, ad omnem requisitionem partis, sive partium offensarum bonâ fide, & toto posse usque ad guerram ipsam, & impresam per Pacem, aut victoriam finitam. Et hoc totiens fieri debeat, quotiens occurreret casus guerræ, durante tempore præsentis Unionis, & Ligæ.

Item si fortè occurreret, quod propter offensam, quæ fieret per mare ut suprà Illustrissimum Dominium Venetiarum necessarium judicaret classem maritimam parare, contra offendentes habentes Statum in Italia, eo casu teneatur Illustrissimus Dominus Dux Mediolani, & Excelsa Communitas Florentiæ ad omnem requisitionem ipsius Illustrissimi Dominii contribuere pro portione sua expensæ classis prædictæ omni mense Ducatos quinque mille auri, si, & in quantum armata ipsa fuerit Galearum viginti; qui quidem Ducati quinque mille æquâ portione, & pro medietate solvantur per ipsos Illustrissimum Dominum Ducem Mediolani, & Excelsam Communitatem Florentiæ, & si armabuntur naves, computetur, & intelligatur in eo numero expensa cujuslibet navis pro duabus Galeis, si vero armata prædicta minor fuerit Galeis viginti, expensa navium computata ut suprà tanto minus per ratam solvi debeat per præfatos Illustrissimum Dominum Ducem, & Excelsam Communitatem. Reliquum autem expensæ classis prædictæ, etiamsi major fuerit, solvi debeat per Illustrissimum Dominium Venetiarum; & præmissa totiens bonâ fide fieri, & servari debeant, quotiens casus prædictus advenerit.

Item si contingerit, quod ab unâ dictarum partium ad alteram, vel ab alterâ ad alteram in subsidium alicujus partis gentes mittrentur, illa pars, in cujus succursum, & præsidium gentes ipsæ missæ fuerint, teneatur, & debeat eisdem gentibus missis, quando se reperient in Territoriis, & Dominiis suis providere de allogiamentis, stationibus, & victualibus; quæ tamen victualia vendi debeant gentibus partis mittentis, & pretio, quo vendentur gentibus partis, cui mittentur, & etiam in omnibus aliis necessariis, & in similibus consuetis gentes ipsas missas tractare, quemadmodum gentes partis offensæ tractabuntur.

Item quod quælibet partium prædictarum teneatur infra terminum mensium duorum inchoandorum à die celebrationis præsentis Contractus in scriptis nominare suos Colligatos, Adhærentes, Recommendatos, complices, & sequaces; qui quidem sic nominandi infra terminum quatuor mensium numerandorum à die stipulationis præsentis Contractus ratificasse, & prædictam denominationem approbasse teneantur, quo casu beneficio presentis unionis gaudere possint, aliter non: hoc tamen declarato, & intellecto, quod pro Colligatis, Adhærentibus, Recommendatis, nominari possint illi, qui per Paecm nuper factam poterant nominari, & pro quanto nominari poterant. Qui tamen nominandi tunc demum gaudeant beneficio præsentis Ligæ, si infrà tempus ratificandæ Ligæ prædictæ fecerint, & restituerunt, quæ facienda, & adimplenda, ac restituenda veniebant

ANNO 1454.

ANNO 1454. veniebant ex Capitulis Pacis utriusque contractis; cum per hoc Capitulum, nec etiam per tempus suprà limitatum ullatenus derogetur, nec derogatum intelligatur; quin immò illa fieri possint, quæ per Capitula prædicta Pacis utriusque Contractus fieri poterant.

Item quia Illustrissimus Dominus Dux, & Inclyta Communitas Januæ sunt inter Italiæ Potentias magnum, & notabile Membrum, & Pacem hoc anno contractam inter Illustrissimum Dominium Venetiarum ex unâ, & Illustrissimum Dominum Ducem Mediolani ex alià partibus ratificaverunt, & approbaverunt pure, & simpliciter quantum ad partes supranominatas, & ligam contrahentes pertinet, convenerunt partes prædictæ, quod dictis Illustrissimo Domino Duci, & Magnificæ Communitati Januæ reservetur, & reservatus esse intelligatur locus honorabilis intrandi præsentem Ligam cum pactis, Capitulis, modis, & Conventionibus honestis, & rationibus secundum quod ipsis partibus in Ligâ existentibus, & eidem Domino Duci, & Communitati Januæ concordantibus videbitur, & placuerit.

Item quod Illustri, & Excelso Domino Borsio Duci Mutinæ, & Regii, & Marchioni Esteusi &c. pro se, ac filiis, & hæredibus reservetur, & reservatus esse intelligatur Locus honorabilis intrandi præsentem Ligam cum pactis, Capitulis, modis, & Conventionibus honestis, & rationabilibus, secundum quod ipsis partibus in Ligâ existentibus, ac ipsi Illustri Domino Duci Mutinæ simul concordantibus videbitur, & placuerit, firmis tamen, & in omnibus salvis manentibus Capitulis Pacis utriusque Contractus.

Item ut præcidatur omnis materia turbationis Italicæ Pacis, quod si aliqua pars in Ligâ comprehensa, vel quæ post contractum Ligæ Ligam intrabit, aut aliqui Domini, vel Communitates pro Colligatis, Adhærentibus, Recommendatis, aut Complicibus datis per aliquam partium in Ligâ comprehensarum offenderent aliquam ex partibus principalibus, aut Colligatos, Adhærentes &c. alicui partium, non intelligatur Liga violata quo ad alias partes non contrafacientes, sed omnes aliæ partes principales in Ligâ comprehensæ teneantur ad requisitionem partis offensæ contra offendentem subsidia præstare offenso pro ejus defentione, toto posse, & bonâ fide, secundum casus exigentiam, quemadmodum facerent, & facere deberent, si talis offendens non esset in Ligâ tamquam principalis, aut accessorius ullo modo comprehensus.

Item contingente casu guerræ cum aliquâ ex prædictis partibus in Ligâ comprehentis, aut aliquo ex Colligatis, Adhærentibus &c. partes aliæ teneantur non solum non dare transitum, receptum, & victualia gentibus ad offensam alicujus partium transeuntibus, sed illis transitum interdicere, non solum denegando sibi prædicta, sed etiam toto posse, & omni suo conatu obstare, ne transitum habeant ad offensas ut suprà, bonâ fide, & secundum casus exigentiam.

Item quod præsens Liga, & Confœderatio solemniter publicetur die expost declarandâ, cum solemnitatibus, & proceffionibus in similibus consueris.

Item quod præsens Liga, & Confœderatio per partes principales infra terminum dierum quindecim proximè futurorum hinc inde in formâ validâ, & autenticâ per publica Instrumenta, vel Litteras ratificari debeat.

Item quod ex aliquibus, quæ dicta sunt suprà, vel dicantur in Contractu præsentis Ligæ, non intelligatur aliqualiter derogatum contentis in utroque Contractu Pacis, salvis præmissis.

Quam quidem Ligam, Unionem, & Confœderationem, & omnia, & singula suprascripta, & infrascripta promiserunt dicti Sindici, & Procuratores, ac contrahentes suprascripti, & quilibet ipsorum Sindicariis, & Procuratoriis nominibus, quibus suprà sibi invicem, & vicissim unus alteri, & alter alteri, & unus omnibus, & omnes uni stipulationibus debitis hinc inde intervenientibus, & nobis Notariis infrascriptis, & publicis personis stipulantibus, & recipientibus vice, & nomine omnium, quorum interest, vel interesse poterit in futurum, firmam, ratam, gratamque, ac firma, rata, & grata habere, tenere, attendere, observare, & observari facere, & adimplere effectualiter, & in totum, & non contrafacere, dicere, opponere, vel venire per se, vel alium, seu alios, modo aliquo, vel ingenio, directe vel indirecte, tacite vel expresse, de jure vel de facto, aut aliquo quæsito colore, in juditio, vel extrà, in pœnâ, & sub pœnâ Ducatorum ducentorum millium auri, quam pœnam constituunt se soluturos Venetiis, Mediolani, Florentiæ, Bononiæ, & in quolibet alio Loco, Civitate, vel Castro, solemni stipulatione præmissâ. Quæ pœna totiens committatur, & commissa intelligatur, per observantem partem, & in fide stantem à parte non observante, vel in fide non stante totiens peti possit, & exigi cum effectu, quotiens in prædictis, vel aliquo prædictorum fuerit quomodolibet contrafactum, vel contravenitum, aut non observatum, vel omissum; Et pœna soluta, vel non, exacta, vel non, una vice, vel pluribus, nihilominus prædicta omnia, & singula firma perdurent, & sub eadem pœnæ stipulatione debeant à partibus inviolabiliter observari. ANNO 1454.

Pro quibus omnibus, & singulis firmiter observandis, & adimplendis obligaverunt dicti Sindici, & Procuratores sibi invicem, & vicissim nominibus antedictis, & debitis stipulationibus hinc inde intervenientibus pignori omnia eorum, & cujuslibet eorum constituentium bona mobilia, & immobilia, Status, & Dominia præsentia, & futura, ac etiam Subditos, ac bona Subditorum, & cujuslibet eorum.

Renuntiantes sibi invicem, & vicissim partes prædictæ nominibus quibus supra, in prædictis omnibus, & singulis exceptioni dictæ Unionis, Ligæ, & Confœderationis non factæ, non sic factarum promissionum, obligationum, & conventionum suprascriptarum, & prædictorum omnium non sic gestorum, & non sic celebrato Contractus, & omni exceptioni, & cauillationi hinc causâ, vel ex injustâ causâ, privilegio fori, dolo mali, & in facto, novarum Constitutionum, beneficio Epistolæ Divi Adriani, & de fidejussoribus, & omni alii Legum, Jurium, & Constitutionum auxilio, & Legi dicenti generalem renuntiationem non valere, nec non omni privilegio, Litteris, & absolutionibus impetratis, vel impetrandis, quibus contrà prædicta, vel aliquod prædictorum possent se tueri, dicere, facere, vel venire.

Et ad majorem expressionem, & firmitatem omnium prædictorum prædicti Sindici, & Procuratores, & quilibet ipsorum in animabus, & super animabus quorum sunt Procuratores, & Sindici tactis sactis Scripturis ad sancta Dei Evangelia, sic ut præmissum est, in omnibus, & singulis superius nominatis attendere, & observare, & attendi, & observari facere corporaliter juraverunt.

Mandantes, rogantes, & volentes quod de præmissis omnibus, & singulis per nos Notarios infrascriptos unum, & plura confici debeant Instrumenta ejusdem tenoris, & continentiæ.

In præmissorum autem fidem, & robur præfatus Illustrissimus Dominus Dux Venetiarum mandavit præsens Instrumentum bullâ sua plumbea pendente muniri.

Actum Venetiis in Monastetio Sancti Georgii pro nunc Loco residentiæ Spectatissimorum Oratorum Excelsæ Communitatis Florentiæ; præsentibus Venerando, & Reverendo Patre Domino Fratre Simone de Camerino Ordinis Heremitarum Sancti Augustini, Clarissimis, & Famosissimis Juris Utriusque Doctoribus Domino Johanne de Prato, & Domino Francisco de Capitibus Lillæ de Paduâ, ac Circumspecto Viro Ulixe de Alcoris Secretario Illustrissimi Ducalis Dominii Venetiarum, Egregio, & Nobili Viro Johanne de Surigonibus filio quondam Domini Petri, Cive Mediolanensi, ac Egregiis, & Nobilibus Viris Francisco de Castiliono nato Spectatissimi Domini Guarnerii Oratoris, & Mandatarii ut suprà, & Guido Antonio de Arcimboldis nato Spectatissimi Domini Nicolai Oratoris, & Mandatarii ut suprà, ac Guidone de Castilione filio quondam Domini Johannis de Mediolano, & circumspecto Viro Johanne de Castello Notario, & Cive Ferrariensi, Thomasio de Comitibus filio quondam Domini Federici de Mediolano, nec non Egregiis, ac Nobilibus Viris Johanne Francisco nato Spectabilis Militis Domini Rolandi de Medicis, Almerico Johannis Almericii de Benciis, & Pandulfo Johannis de Oricellariis, ac Carolo Antonii Paphi Civibus Florentinis, & aliis Testibus ad præmissa vocatis, habitis, & rogatis.

Ego Dominicus Bellonus quondam Ser. Jacobi publicus Imperiali auctoritate, ac Ducalis Aulæ Venetiarum Notarius prædicta omnia de Actis, & Abbreviaturis infrascripti Egregii Viri Domini Alexandri à Fornacibus, ac ejus jussu traxi, transumpsi, & in hanc publicam formam redegi, & in evidentiam, & Testimonium præmissorum me subscripsi, signumque meum apposui consuetum.

Ego Alexander à Fornacibus quondam Domini Absalonis de Venetiis publicus Imperiali auctoritate Notarius, prætati Illustrissimi Ducalis Dominii Venetiarum Secretarius prædictis omnibus, & singulis interfui, eaque rogatus unà cum infrascriptis Notariis publicis scripsi,

ANNO 1454. scripsi, & publicavi, sed aliis occupatus per suprascriptum Dominicum etiam Notarium publicum ex actis meis transcribi, & in hanc publicam formam redigi feci, & ad evidentiam pleniorem me subscripsi, signumque meum apposui consuetum.

Ego Ambrosius de Cavaleriis filius Domini Francisci de Civitate Mediolani publicus Imperiali auctoritate Notarius, & prædicti Illustrissimi Domini Ducis Mediolani Cancellarius, prædictis omnibus, & singulis interfui, eaque rogatus cum suprascripto, & infrascriptis Notariis publicis, & in hanc publicam, & autenticam formam redegi, & ad evidentiam pleniorem me subscripsi, signumque meum apposui consuetum.

Et ego Joannes quondam Achamani de Caffaretis de Vulteriis publicus Imperiali auctoritate Notarius, & Judex ordinarius, & nunc Cancellarius prænominati Spectatissimi Petri Cosmæ de Medicis Oratoris ut suprà, prædictis omnibus, & singulis interfui, eaque rogatus unà cum suprascriptis, & infrascriptis Notariis publicis scripsi, & in hanc publicam formam redegi, & ad evidentiam pleniorem me subscripsi, signumque meum apposui consuetum.

Ego Pierocius quondam Corbini Bartholomæi Civis Florentinus publicus Imperiali auctoritate Notarius, & nunc Cancellarius prædicti Spectatissimi, & Clarissimi Militis Domini Jannoci Angeli de Pandulfinis Oratoris ut suprà prædictis omnibus, & singulis interfui, eaque rogatus unà cum suprascriptis Notariis publicis scripsi, & in hanc publicam formam redegi, & ad evidentiam pleniorem me subscripsi, signumque meum apposui consuetum.

Ego Johannes Ambrosius de Corbeta filius quondam Domini Francischini Portæ Vercellinæ Parochiæ sancti Nicolai intus Mediolani publicus Imperiali auctoritate Notarius, ac prædicti Domini Nicolai de Arcimboldis Cancellarius rogatus unà cum suprascriptis Notariis tradidi. In cujus fidem propriâ manu, me subscripsi, & signum meum apposui consuetum.

Extracta fuit præsens Copia à Registro inscripto sub Littera C. *Ducis* PHILIPPI MARIÆ ANGLI *Vicecomitis existente in Regio Archivio Castri Portæ Jovis Mediolani, in Papiro scripto. Datum Mediolani die trigesimâ mensis Octobris anni* 1719.

Examinavit JOANNES FRANCISCUS STRIGELLIUS *Regii Archivii Officialis.*

CLXII.

3. Sept. *Instrumentum Acceptationis Communitatis* BONONIÆ *in Ligam inter* DOMINIUM VENETUM, *Ducem Mediolani* FRANCISCUM SFORTIAM, *atque excelsam Communitatem* FLORENTIÆ *ad viginti quinque annos recenter sancitam. Actum Venetiis in Monasterio Sti. Georgii die* 3. *Septembris, Indictione* II. *anno* 1454. [Pièce authentique, tirée des Archives Royales du Château de Milan, Registre C]

In Nomine Domini Amen.

ANNO 1454.

ANNO à Nativitate ejusdem millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto, Indictione secundâ, die tertio mensis Septembris. Cum ad notitiam Magnificæ Communitatis Bononiæ devenerit incundam fore Confœderationem, Unionem, Intelligentiam, & Ligam inter Illustrissimum Principem, & Excellentissimum Dominum Dominum Franciscum Foscari Dei gratiâ Ducem, Inclytumque Dominium Venetiarum ex una parte, & Illustrissimum Dominum Franciscum Sfortiam Vicecomitem Ducem Mediolani, Papiæ Angleriæque Comitem, ac Cremonæ Dominum ex aliâ parte, ac Excelsam Communitatem Florentiæ item ex unâ aliâ parte ad conservationem, & Pacem Statuum, & Dominiorum suorum, immo quoniam omne bonum eo melius qun pluribus conjungatur, ad tranquillitatem, & felicitatem totius Italiæ, considerans præfata Magnifica Communitas Bononiæ quantum Statui suo populari conduxerit, quantumque attulerit commodi, & dignitatis Liga, qua Illustrissimo Dominio prædicto Venetiarum, & Excelsæ Communitati Florentiæ se aliàs alligarunt, atque junxerunt, videlicet ab anno millesimo quadringentesimo quadragesimo tertio, usque in diem præsentem, cupiensque sub eadem intelâ, ac protectione diutius permanere, ac se per longiora Sæcula conservare, atque protegere, infrascriptis suis Oratoribus Venetias transmissis dedit in mandatis procurandi, & omni honesta instantiâ petendi, ut huic novæ Confœderationi, & Ligæ fiendæ inter tres Potentias, & Dominia antedicta suscipiatur, & acceptetur pro Colligatis, Adhærentibus, & Confœderatis à præfatis tribus Potentiis spetialiter cum illis capitulis, pactis, & modis contentis in Ligâ antedictâ anni millesimi quadringentesimi quadragesimi tertii, & per tempus, & terminum, quo hæc nova Confœderatio, & Liga durabit inter tres Potentias, & Dominia antedicta. Cumque præfati Oratores, videlicet Spectabiles Viri Virgilius olim Gasparis de Malvetiis, & Jacobus quondam Pelegrini de Lingratis Cives Bononienses, Sindici, & Procuratores legitime, & solemniter constituti à Magnificis, & potentibus Dominis sedecim Reformatoribus status libertatis Bononiæ Civitatis in sufficienti numero congregatis, & more solito convocatis, & cum consensu, & voluntate Reverendissimi in Christo Patris, & Domini Domini Besserionis Episcopi Tusculani miseratione Divinâ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Niceni Bononiæ &c. Legati Apostolici, sicut apparet publico, & autentico Instrumento Sindicatus scripto, & in formam publicam redacto anno præsenti millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto, Indictione secundâ, die quarto decimo mensis Junii manu Alberti olim Petri de Paritiis Civis Bononiensis publici Imperiali auctoritate Notarii à nobis Notariis infrascriptis viso, & lecto, per quod ipsi Oratores, Sindici, & Procuratores habent ad hæc, & alia facienda plenam libertatem, & facultatem à præfatis sedecim Reformatoribus status libertatis Civitatis Bononiæ, habentes notitiam de conclusione dictæ Unionis, & Ligæ, ac pro exequendis his, quæ ab ipsa sua Communitate habent in mandatis, fecerunt requisitionem prædictam Serenissimo Principi, & Domino Domino Duci antedicto, ac Inclyto Domino Venetiarum, nec non spectatissimis, & Clarissimis Militibus, ac Juris Utriusque Doctoribus Dominis Guarnerio de Castiliono, & Nicolao de Arcimboldis Oratoribus præfati Illustrissimi Domini Ducis Mediolani, ac Spectabilibus Dominis Jannocio Angeli de Pandulfinis Militi, & Petro Spectabilis Cosmæ de Medicis Oratoribus præfatæ Excelsæ Communitatis Florentiæ, ut in dictam Ligam præfata Magnifica Communitas Bononiæ, sicut superius dictum est, suscriperetur; Et prætaxatæ tres Potentiæ, & Dominia pro eorum ad ipsam Magnificam Communitatem Bononiæ affectione, & pro faciendo ei rem gratam, contentæ fuerint, atque sint ipsi Magnificæ Communitati in hoc complacere, ac quod per præsens publicum Instrumentum appareant. Idcirco Spectabiles, & Generosi Dominus Carolus Marino quondam Domini Rossi, & Hieronymus Barbadico quondam Domini Francisci Procuratoris Sancti Marci, Sindici, Procuratores, & Nuntii præfati Serenissimi Domini Ducis, & Inclyti Dominii Venetiarum, ut apparet publico Instrumento Sindicatus scripto, & in publicam formam redacto manu Emmanuelis Gerardi Notarii publici, anno, indictione, mense, & die præsentibus, & bullâ plumbeâ præfati Dominii Venetiarum munito, & à nobis Notariis infrascriptis viso, & lecto; & antedicti Spectatissimi Milites, & Doctores Domini Guarnerius de Castiliono, & Nicolaus de Arcimboldis Oratores, Sindici, & Procuratores præfati Illustrissimi Domini Ducis Mediolani, ut apparet duobus publicis Instrumentis scriptis, & in formam publicam redactis altero sub præsenti millesimo, & indictione, die verò undecimâ Maii, manu circumspecti Viri Johannis quondam Domini Ambrosii de Ulleriis de Civitate Austriæ publici Imperiali, Apostolicaque auctoritate Notarii, nec non Cancellarii prælibati Illustrissimi Domini Ducis, altero vero sub eodem millesimo, & Indictione, die vero sexto mensis Augusti per eumdem Notarium, & ambobus subscriptis per Spectabilem Cichum quondam Antonii de Calabria prælibati Illustrissimi Domini Ducis Secretarium, nec non præfati Domini Jannocius Pandulfino, & Petrus Cosmæ de Medicis Oratores, Syndici, & Procuratores præfatæ Excelsæ Communitatis Florentiæ, ut apparet per duo publica Instrumenta scripta, & publicata, unum sub præsenti millesimo, & indictione, die decimo mensis Maii præteriti per Egregium Legum Doctorem Dominum Filippum Andreæ de Balducis Notarium publicum Florentinum Officialem, & Scribam reformationum Populi, & Communis Florentiæ, & alterum manu ejusdem die tertio mensis Augusti præteriti, ambobus, & publicatis per Circumspectum Virum Johannem olim Petri de Stia Imperiali auctoritate Notarium, à nobis similiter

ANNO 1454. similiter Notariis visis, & lectis. Tenore præsentis Instrumenti dictis Sindicariis, & Procuratoriis nominibus susciperunt, & acceptaverunt, ac susciplunt, & acceptant in prædictam Confœderationem, Unionem, & Ligam factam, & initam inter tres Potentias, & Dominia suprascripta annis viginti quinque duraturam, præfatam Magnificam Communitatem Bononiæ, seu antedictos spectabiles Virgilium de Malvetiis, & Jacobum de Lingratis ejus Oratores, Syndicos, & Procuratores, ac Mandatarios præsentes, & requirentes, se acceptantes nomine, & vice præfatæ suæ Magnificæ Communitatis eum pactis, modis, & conditionibus, ac capitulis infrascriptis, videlicet.

Primo quod præfatus Illustrissimus Dominus Dux, & Dominium Venetiarum, Illustrissimus Dominus Dux Mediolani, & Excelsa Communitas Florentiæ teneantur dare omnes favores possibiles dictæ Magnificæ Communitati Bononiæ ad conservandum ejus libertatem, & statum Populatem.

Item quod dicta Magnifica Communitas Bononiæ teneatur, & debeat esse amica amicorum, & inimica inimicorum præfatorum Illustrissimi Dominii Venetiarum, Illustrissimi Domini Ducis Mediolani, & Excelsæ Communitatis Florentiæ, & viceversa dicti Illustrissimum Dominium Venetiarum, Illustrissimus Dominus Dux Mediolani, & Excelsa Communitas Florentiæ habere debeant amicos dictæ Magnificæ Communitatis Bononiæ pro amicis, & inimicos pro inimicis, declarando quod illi intelligantur inimici Bononiæ, qui contra Civitatem Bononiæ, ejusque districtum, & Comitatum hostilitet venirent, donec illam Civitatem, & Comitatum actualiter offenderent.

Item teneatur, & debeat dicta Magnifica Communitas Bononiæ habere, & tenere sumptibus suis tempore belli equites mille ducentos, & pedites sexcentos; tempore autem Pacis equites sexcentos, & pedites trecentos bonarum gentium, quas gentes armigeras, & pedites, aut earum, vel eorum partem, sicut erit expedicns, ipsa Magnifica Communitas Bononiæ mittere, & exercere teneatur ad favores, & commodo ipsius Illustrissimi Dominii Venetiarum, Illustrissimi Domini Ducis Mediolani, & Excelsæ Communitatis Florentiæ, aut cujuslibet ipsorum Dominiorum in casibus occurrentibus, ad requisitionem eorum, vel alicujus eorum, secundum exigentiam rerum, & temporum, cum securitate tamen dictæ Magnificæ Communitatis Bononiæ.

Item quod dicta durante tempore hujus intelligentiæ, & compositionis facere, vel tractare aliquam Ligam, Confœderationem, Adhærentiam, complicitatem, vel intelligentiam, aut concordiam, nec aliquam practicam tenere cum aliquo Domino, Dominio, Communitate, aut alio, vel aliis quibus sint, nisi intervenciente scitu, & consensu dictorum Illustrissimi Dominii Venetiarum, Illustrissimi Ducis Mediolani, & Excelsæ Communitatis Florentiæ, & è converso dictum Illustrissimum Dominium Venetiarum, Illustrissimus Dux Mediolani, & Excelsa Communitas Florentiæ non possint facere, aut concludere aliquod concordium, Ligam, aut Confœderationem contra præsentem statum libertatis dictæ Magnificæ Communitatis Bononiæ, nec in ejus præjudicium absque scitu, & consensu ipsius Magnificæ Communitatis Bononiæ.

Item quod dicta Magnifica Communitas Bononiæ teneatur, & debeat ad omnem requisitionem, & voluntatem præfati Illustrissimi Dominii Venetiarum, Illustrissimi Domini Ducis Mediolani, & Excelsæ Communitatis Florentiæ, aut siterius ipsorum Dominiorum dare receptum, transitum, & honestos omnes favores, & commoda per destrictum, & Territoria sua quibuscumque gentibus armigeris equestribus, & pedestribus præfati Illustrissimi Dominii Venetiarum, Illustrissimi Ducis Mediolani, & Excelsæ Communitatis Florentiæ, quas dicti Illustrissimum Dominium Venetiarum, Illustrissimus Dominus Dux Mediolani, & Excelsa Communitas Florentiæ, vel alterum ipsorum mittere deliberabunt & volent secundum exigentiam rerum, & temporum pro opportunitatibus, & commodis Status sui de partibus Lombardiæ; vel aliis Locis ipsius Illustrissimi Dominii Venetiarum, & Illustrissimi Ducis Mediolani ad partes Tusciæ, & Romandiolæ, vel aliis Locis ad partes Lombardiæ, vel ad alia Loca ipsius Illustrissimi Dominii Venetiarum, & Illustrissimi Ducis Mediolani, sicut conveniens est hinc mutuæ, & fraternæ intelligentiæ totiens quotiens fuerit opportunum.

Item quod præfata Communitas Bononiæ teneatur, & debeat intra dies vigiun à die præsentis conclusionis, & stipulationis numerandos ratificasse, & approbasse per publicum, & autenticum Instrumentum in solemni, & valida forma præsentem Conventionem, & compositionem, & omnia, & singula in præsenti Instrumento contenta, & nihilominus præsens Contractus, ac omnes Conventiones, Capitula, & promissiones suprascriptæ hinc inde tactæ, & reliqua omnia ut supra conclusa valida sint, & firma, & inviolabiliter observentur. Quæ quidem omnia, & singula suprascripta, & infrascripta præfati Syndici, Oratores, Procuratores, & Mandatarii tam Illustrissimi Dominii Venetiarum, quam Illustrissimi Ducis Mediolani, & Excelsæ Communitatis Florentiæ, ac præfatæ Magnificæ Communitatis Bononiæ per solemnem stipulationem sibi invicem, & vicissim promiserunt, & convenerunt, ac nobis Notariis infrascriptis stipulantibus, & recipientibus vice, & nomine cujuslibet eorum rata, grata, firma, & valida habere, tenere, attendere, observare, & non contradicere, vel venire per se, vel alium, vel alios, aliqua ratione, vel causa, de jure, vel de facto sub pænâ integræ restitutionis, & refectionis omnium, & singulorum damnorum, expensarum, & interesse Litis, & extra; quâ pænâ commissâ, vel non, solutâ, vel non, nihilominus omnia, & singula suprascripta, & infrascripta firma perdurent. Pro quorum quidem omnium observatione præfati Sindici, Oratores, & Procuratores nominibus quibus supra obligaverunt se se, Dominia, Subditos, bona quælibet sua, atque Statum præsentia, & futura. Renuntiantes in præmissis omnibus, & singulis exceptioni contractus non sic celebrati, rei non sic gestæ, promissionis, & obligationis prædictorum non sic tactorum, exceptioni doli mali, conditioni indebiti, & sine causâ, vel injustâ causâ, in factum actioni, constitutioni de pluribus reis debendis, exceptioni de fidejussoribus, & Epistolæ Divi Adriani, Statutis, reformationibus, provisionibus, & quibuscunque aliis ordinamentis, atque consuetudinibus, & Legi dicenti generalem renuntiationem non valere, & Legi, qua cavetur, quod dictæ Legi non possit renuntiari, & omnibus, & singulis aliis exceptionibus, auxiliis, Privilegiis, & beneficiis, quibus, & per quæ contra præmissa, vel quodlibet præmissorum posset aliquid quovmodolibet excipi, vel opponi. Et ad majorem expressionem, & firmitatem omnium præmissorum, antedicti Oratores, Syndici, & Procuratores, & quilibet eorum in animabus, & super animabus eorum, quorum sunt Procuratores, & Syndici, tactis Scripturis ad sanctis Dei Evangelia sic, ut præmissum est, in omnibus, & singulis superius annotatis attenderc, & observare, ac attendi, & observari facere corporaliter juraverunt. Et de prædictis suprascriptæ partes voluerunt per nos Notarios infrascripros unum, & plura Instrumenta confici debere unius, & ejusdem tenoris, & continentiæ.

ANNO 1454.

Actum Venetiis in Monasterio sancti Georgii in Sala majori versus Canale majus; præsentibus Venerabili Fratre Symone de Camarino Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, Spectabilibus, & Famosissimis Juris Utriusque Doctoribus Dominis Joanne de Prato, & Francisco de Capitibus, Egregiis, & Nobilibus Viris Guidone Antonio de Arcimboldis filio præfati Spectabilis Domini Nicolai de Arcimboldis Ducalis Oratoris ut supra, & Francisco de Castilliono nato præfati Spectabilis Domini Guarnerii Oratoris Ducalis ut supra, Egregiis Viris Raphaele Montano Commissario in Venetiis Illustris Domini Ducis Mutinæ, Ulixe de Alaotis Secretario præfati Illustrissimi Dominii Venetiarum, Amoueto Johannis Americi de Bentiis, Pandulfo Johannis de Oricellariis de Florentia, Johanne filio Magistri Zaccariæ de Zannboris de Ferraria, & Tadeo Alberisino filio alterius Tadei de Ferraria, Raphaele Gabrielis de Luperis, Lentio quondam Gerardi de Mantuis, & Carulo Allamani de Blanchinis Civibus Bononiensibus omnibus, Testibus ad præmissa omnia convocatis, habitis spetialiter rogatis, & aliis.

Ego Bertucius Nigro de Venetiis quondam Domini Blasii publicus Imperiali auctoritate Notarius, ac Judex ordinarius, nec non præfatæ Serenissimæ Dominæ Dominationis Venetiarum Secretarius, præmissis omnibus, dum sic agerentur, & fierent, unà cum prænotatis Testibus præsens fui, & rogatus eum infrascriptis Notariis publicis me subscripsi, signumque meum consuetum appusui in fidem, & Testimonium præmissorum.

Ego Ambrosius de Cavaleriis filius Domini Francisci de Civitate Mediolani publicus Imperiali auctoritate Notarius, & Cancellarius præfati Illustrissimi Domini Domini Ducis Mediolani, de prædictis omnibus, & singulis, dum sic agerentur, & fierent, interfui, eaque rogatus unà cum suprascripto, & infrascriptis Notariis

ANNO 1454. publicis ſcribere ſcripſi, & in hanc publicam formam redegi, & ad evidentiam pleniorem me ſubſcripſi, ſignumque meum appoſui conſuetum.

Ego Johannes Ambroſius de Corbeta quondam Domini Franceſchini de Civitate Mediolani publicus Imperiali auctoritate Notarius, ac præfati Domini Nicolai de Arcimboldis Cancellarius, dum ſic agebantur, & fierent, omnibus interfui, eaque rogatus unà cum ſupraſcriptis, & infraſcriptis tradidi, & in publicam formam redegi, & juſſus ſcribere ſcripſi, in cujus fidem propriâ manu me ſubſcripſi, & ſignum meum conſuetum appoſui.

Ego Pieroclus olim Cerbini Bartholomæi Civis Florentinus, ac Imperiali auctoritate Judex ordinarius, Notariusque publicus Florentinus, & nunc præfati Magnifici, & Generoſi Militis Domini Jannocii Angeli de Pandulfinis Oratoris pro Illuſtri, & Excelſa Communitate Florentiæ ut ſupra Cancellarius, prædictis omnibus, & ſingulis, dum ſic agerentur, & fierent, interfui, eaque rogatus cum ſupraſcriptis, & infraſcripti Egregiis publicis Notariis ſcribere ſcripſi, & in hanc publicam formam redegi, & ad evidentiam pleniorem me ſubſcripſi, ſignumque meum conſuetum appoſui.

Ego Carulus quondam Becadelli de Becadellis Civis Bononiæ publicus Imperiali, & Communis Bononiæ auctoritate Notarius, & nunc Cancellarius præfatorum Spectabilium Oratorum Bononienſium, prædictis omnibus, & ſingulis, dum ſic agerentur, & fierent, interfui, & ea omnia cum ſupraſcriptis Notariis ſcribere ſcripſi, & publicavi, ac ſcripſimus, & publicavimus. In quorum fidem hîc me ſubſcripſi, ſignumque meum conſuetum appoſui.

Extracta fuit præſens Copia à Regiſtro inſcripto ſub Littera C. *Ducis* PHILIPPI MARIÆ *Vicecomitis exiſtente in Regio Archivio Caſtri Portæ Jovis Mediolani in Papiro ſcripto; Mediolani die trigeſima menſis Octobris anni* 1719.

Examinavit JOANNES FRANC. STRIGELLIUS *Regii Archivii Officialis.*

CLXIII.

9. Sept. FRANCISCI SFORTIÆ *Ducis Mediolani Ratificatio Confœderationis & Ligæ inter eum &* DOMINIUM VENETUM *atque Communitatem* FLORENTIÆ *initæ. Datum Mediolani. Anno Nativitatis* 1454. *die* 9. *Septembris. Indictione* (1) *tertiâ decimâ.* [Pièce authentique, tirée des Archives Royales du Château de Milan, Regiſtre C.]

In Nomine Domini Amen.

ANNO à Nativitate ejuſdem milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo quarto, Indictione tertiâ decimâ ſecundum Curſum Civitatis Mediolani, die Lunæ nono menſis Septembris. Illuſtriſſimus Princeps, & Excellentiſſimus Dominus Dominus Franciscus Sforcia Vicecomes Dux Mediolani, Papiæ, Angleriæque Comes, ac Cremonæ Dominus natus quondam celebris memoriæ Ill. Domini Sforciæ de Attendolis &c. Cum ad ejus notitiam, & certiſſimam, indubitatamque cognitionem pervenerit, quod in Venetiis die Veneris trigeſimo menſis Auguſti proximè præteriti, inſpirante Divinâ Clementiâ, facta, inita, celebrata, & contracta ſint bona, ſincera, & perfectiſſima Intelligentia, Unio, Confœderatio, & Liga per, & inter Illuſtriſſimum Ducale Dominium Venetiarum, ſeu agentes pro eo, pro ſe, & ſuis Colligatis, Confœderatis, Adhærentibus, Recommendatis, Complicibus, Sequacibus, & Subditis parte una, & prælibatum Illuſtriſſimum Dominum Ducem Mediolani, ſeu per Spectabiles Milites, & Doctores Dominos Guarnerium de Caſtilliono, & Nicolaum Arcimboldum Oratores, & Procuratores ſuos ejus nomine parte alia, ac Illuſtrem, & Excelſam Communitatem Florentiæ, ſeu Agentes pro eâ, pro unâ aliâ parte, ſimiliter pro ſe, & Hæredibus, & Succeſſoribus, & Colligatis, Confœderatis, Adhærentibus, Recommendatis, Complicibus, Sequacibus, & Subditis prædictarum omnium partium ſingulariter referendo, ubi convenit; quodque proinde facta, & concluſa ſunt inter ipſas partes Capitula principalia, quæ Capitula etiam per me Notarium ſibi lecta, & eorum effectum, præfatus Illuſtriſſimus Dominus Dux clare, & expreſſe vidit, cognovit, & intellexit, ut ibidem dixit, & proteſtatus fuit, & dicit, & proteſtatur. Quorum quidem Capitulorum effectus, & ſubſtantia talis eſt.

ANNO 1454.

Primo namque partes prædictæ pro ſe, ac filiis, hæredibus, ac Succeſſoribus congrue referendo, ubi convenit, nominibus quibus ſupra, faciunt, firmant, jurant, & contrahunt bonam, meram, & puram Unionem, Confœderationem, Colligationem, Intelligentiam, & Ligam duraturam usque ad annos viginti quinque, & ulterius etiam usque ad illud totum tempus, quod ipſis partibus placitum fuerit ad conſervationem, & defenſionem Statuum ipſarum partium, & pro Statibus ipſarum per Terram in Italiâ contra omnes de cætero non laceſſitos, aut provocatos ubicumque, ſive in Italiam, ſive extra Italiam, Statum habentes, turbantes, ſeu turbare volentes, aut inquietantes, ſeu moleſtantes, vel moleſtare, ſeu inquietare volentes partes prædictas, ſeu earum aliquam neminem turbantem, moleſtantem, ſeu inquietantem, excipiendo undecumque venerit, cujuscumque gradus, & dignitatis exiſtant, etiamſi tales eſſent, de quibus neceſſe eſſet fieri mentionem ſpecialiſſimam etiam in individuo, quæ hîc pro factâ habeatur; ac etiam per mare ubique, ſi aliqua dictarum partium à Dominis, aut Communitatibus habentibus Statum in Italiâ offenderetur, ſint quicumque velint.

Item quod omnes partes prædictæ infra terminum duorum menſium inchoandorum à die concluſionis præſentis Contractus mittere teneantur Oratores ſuos ad ſummum Pontificem, & ad Sereniſſimum Dominum Regem Aragonum ad hortandum, & rogandum, ut cum partibus prædictis Ligam ingrediantur cum illis Conditionibus, Capitulis, & convenionibus honeſtis, & rationabilibus de, & pro quibus dictæ partes cum ipſis convenient, & concordes erunt, ſecundum exigentiam, & decentiam partium. Salvis tamen ſemper manentibus Capitulis Pacis utriusque Contractus.

Item convenerunt, & promiſerunt partes prædictæ habere, & tenere toto tempore dictæ Unionis, & Ligæ, videlicet Illuſtriſſimum Ducale Dominium Venetiarum tempore Pacis ſaltem equites ſex mille, & pedites bis mille bonarum gentium ſuis propriis ſumptibus. Illuſtriſſimus Dominus Dux Mediolani obligetur eo tempore Pacis tenere ſaltem equites ſex mille, & pedites bis mille. Excelſa vero Communitas Florentiæ equites bis mille, & pedites mille pro ipſo tempore Pacis. Tempore autem belli obligentur partes ipſæ habere, & tenere videlicet: Illuſtriſſimum Dominium Venetiarum ad minus equites octo mille, & pedites quatuor mille, Illuſtriſſimus Dominus Dux Mediolani equites octo mille, & pedites quatuor mille, & præfata Excelſa Communitas Florentiæ equites quinque mille, & pedites bis mille, omnes ſumptibus propriis partium prædictarum.

Item, ſi fortè, quod Deus avertat, occurreret, quod ad guerram deveniretur, non poſſit quovis modo per aliquam partium prædictarum fieri Pax, ſeu ad aliquam concordiam deveniri, niſi de communi voluntate, & conſenſu omnium trium partium ſupraſcriptarum.

Item quod facta concluſione præſentis Ligæ ulla partium prædictarum devenire non poſſit ad aliquam Intelligentiam, ſeu Ligam cum aliquâ Potentiâ Italicâ, niſi de communi conſenſu, & voluntate omnium partium prædictarum, niſi illam fecerit ſine præjuditio, & cum reſervatione Capitulorum præſentis Ligæ, cui nullo pacto liceat derogari.

Item teneantur partes prædictæ, occurrente guerra, ſic ut præfertur, ſibi invicem ſuccurrere de gentibus prædictis ſecundum exigentiam, & opportunitatem partis, ſive partium offenſarum, & ſaltem usque ad inedietatem omnium gentium per partes promiſſarum ut ſupra, ac etiam gentes ipſas mittere ad omnem Locum, & partem Italiæ contra partem offendentem, etiamſi offenſa facta fuerit per mare, ad omnem requiſitionem partis, ſeu partium offenſarum, bona fide, & toto poſſe usque ad guerram ipſam, & impreſiam per Pacem, aut victoriam finitam, & hoc totiens fieri debeat, quotiens occurreret caſus guerræ durante tempore præſentis Unionis, & Ligæ.

Item ſi fortè occurreret, quod propter offenſam, quæ fieret per mare ut ſupra, Illuſtriſſimum Dominium Venetiarum neceſſarium judicaret claſſem maritimam parare contra offendentes habentes Statum in Italiâ, en caſu

(1) La Date de l'Indiction eſt fauſſe. On peut la corriger, en liſant ſeulement tertiæ; comme dans l'Inſtrument de l'Inclination des Alliés & Adherents du Duc qui ſuit; & alors l'Indiction ſera comprſe du 1 ſeptembre. [DUM.]

ANNO 1454. caſu teneantur Illuſtriſſimus Dominus Dux Mediolani, & Excelſa Communitas Floreutiæ ad omnem requiſitionem ipſius Illuſtriſſimi Dominii contribuere pro portione ſua expenſas claſſis prædictæ, omni menſe Ducatos quinque mille auri; ſi, & in quantum armata ipſa fuerit Galearum viginti; qui quidem Ducati quinque mille æqua portione, & pro medietate ſolvantur per ipſos Illuſtriſſimum Dominum Ducem Mediolani, & Excelſam Communitatem Florentiæ; & ſi armabuntur naves, computetur, & intelligatur in eo numero expenſa cujuſlibet navis pro duabus Galeis: ſi vero armata prædicta minor fuerit Galeis viginti, expenſa navium computata ut ſupra tanto minus per ratam ſolvi debeat per præfatos Illuſtriſſimum Dominum Ducem, & Excelſam Communitatem. Reliquum autem expenſæ Claſſis prædictæ, etiamſi minor fuerit, ſolvi debeat per Illuſtriſſimum Dominium Venetiarum; & præmiſſa totiens bona fide fieri, & ſervari debeant, quotiens caſus prædictus adveuerit.

Item quod ſi contingeret, quod ab una dictarum partium ad alteram, vel ab altera ad alteram in ſubſidium alicujus partis gentes mitterentur, illa pars in cujus ſuccurſum, & præſidium gentes ipſæ miſſæ fuerint, teneatur, & debeat eisdem gentibus miſſis, quando ſe reperient in Territoriis, & Dominiis ſuis providere de allogiamentis, ſtacionibus, & victualibus, quæ tamen victualia vendi debeant gentibus partis mittentis eo pretio, quo vendentur gentibus præfatis cui mitterentur: & etiam in omnibus aliis neceſſariis & in ſimilibus conſuctis ipſas gentes miſſas tractare quemadmodum gentes partis offenſæ tractabuntur.

Item quod quælibet partium prædictarum teneatur infra terminum duorum menſium inchoandorum à die celebrationis præſentis Contractus in ſcriptis nominare ſuos Colligatos, Adhærentes, Recommendatos, Complices, & ſequaces, qui quidem ſic nominandi infra terminum quatuor menſium numerandorum à die ſtipulationis præſentis Contractus ratificaſſe, & prædictam denominationem approbaſſe teneantur: quo caſu benefitio præſentis Unionis gaudere poſſint, aliter non, hoc tamen declarato, & intellecto quod pro Colligatis, Adhærentibus, Recommendatis, &c. nominari poſſint illi, qui per Pacem nuper factam poterant nominari, & pro quanto nominari poterant, qui tamen nominandi tanc demum gaudeant benefitio præſentis Ligæ, ſi infra tempus ratificandæ Ligæ prædictæ fecerint, & reſtituerint, quæ facienda, & implenda, ac reſtituenda veniebant ex Capitulis Pacis utriusque Contractus, cui per hoc Capitulum, nec etiam per tempus ſupra limitatum ullatenus derogetur, nec derogatum intelligatur, quin immo illa fieri poſſint. Quæ Capitula prædicta Pacis utriusque contractus fieri poterant.

Item quia Ill. Dominus Dux, & Inclyta Communitas Januæ ſunt inter Italiæ Poteutias magnum, & notabile Membrum, & Pacem hoc anno contractam inter Illuſtriſſimum Dominium Venetiarum ex unâ, & Illuſtriſſimum Dominum Ducem Mediolani ex aliâ partibus ratificaverunt, & approbaverunt pure, & ſimpliciter, quantum ad partes ſupranominatas; & Ligam contrahentes, pertiner, convenerunt partes prædictæ, quod dictis Illuſtriſſimo Domino Duci, & Magnificæ Communitati Januæ reſervetur, & reſervatus eſſe intelligatur Locus honorabilis intrandi præſentem Ligam cum pactis, modis, & conventionibus honeſtis, & rationabilibus, ſecundum quod ipſis partibus in Ligâ exiſtentibus in eisdem Domino Duce, & Communitate Januæ ſimul concordantibus videbitur, & placuerit.

Item, ut præcidatur omnis materia turbationis Italiæ Pacis, quod ſi aliqua pars in Ligâ comprehenſa, vel quæ poſt contractum Ligæ Ligam intrabit, aut aliqui Domini, vel Communitates pro Colligatis, Adhærentibus, Complicibus, aut Recommendatis dati per aliquam partium in Ligâ comprehenſarum offenderent aliquam ex partibus principalibus, aut Colligatos, Adhærentes, alicujus partium non intelligatur Liga violata quo ad alias partes non contrafacientes, ſed omnes aliæ partes principales in Ligâ comprehenſæ teneantur ad requiſitionem partis offenſæ contra offendentem ſubſidia præſtare offenſo pro ejus defenſione toto poſſe, & bona fide ſecundum caſus exigentiam, quemadmodum facerent, & facere deberent, ſi talis offendens non eſſet in Ligâ tamquam principalis, aut acceſſorius ullo modo comprehenſus.

Item contingente caſu guerræ cum aliqua ex prædictis partibus in Ligâ comprehenſis, aut aliquo ex Colligatis, Adhærentibus, partes aliæ teneantur non ſolum dare tranſitum, receptum, & victualia gentibus ad offenſam alicujus partium tranſeuntibus, ſed illis tranſitum interdicere, non ſolum denegando ſibi prædicta, ſed etiam toto ſuo poſſe, & omni ſuo conatu obſiſtere, ne tranſitum habeant ad offenſas ut ſupra bona fide, & ſecundum caſus exigentiam. ANNO 1454.

Item quod Ill., & Excel. Domino Borſio Duci Mutinæ, & Regii, ac Marchioni Eſtenſi &c. reſervetur, & reſervatus eſſe intelligatur Locus honorabilis intrandi præſentem Ligam cum pactis, capitulis, modis, & conventionibus honeſtis, & rationabilibus, ſecundum quod ipſis partibus in Ligâ exiſtentibus, ac ipſi Ill. Duci Mutinæ ſimul concordantibus videbitur, & placuerit: firmis tamen, & in omnibus ſalvis manentibus Capitulis Pacis utriusque Contractus.

Item quod ex aliquibus, quæ dicta ſunt ſupra, vel dicantur in Contractu præſentis Ligæ, non intelligatur aliqualiter derogatum contentis in utroque Contractu Pacis, ſalvis præmiſſis.

Et denique veram, & certam notitiam habens prælibatus Illuſtriſſimus Dominus Dux Mediolani de omnibus aliis conventionibus, promiſſionibus, obligationibus, & clauſulis quibuscumque in eâ Ligâ inſertis, de quibus omnibus traditum, & roganum fuit Inſtrumentum per Ser. Alexandrum Illuſtriſſimi Ducalis Dominii Venetiarum Secretarium, Ambroſium Cavallerum, Johannem Ambroſium de Corbeta de Mediolano, Ser. Johannem, & Perrodum de Florentia Notarios publicos, volens ea omnia exequi, & adimplere, quæ ſua Interſunt, cum nihil gratius, nihil optabilius, nihil denique jucundius prætato Ill. Domino Duci in præſentiarum nuntiari, aut accedere potuiſſet ipſa ſanctiſſima Liga, Unio, & Intelligentia pro bono, Pace, & tranquillitate Statuum, & rerum Italicarum, ad quorum finem, & effectum ipſa Liga contracta eſt, ex certâ ſcientiâ, ac animo mature deliberato, & omnibus modo, jure, via, & formâ, quibus melius, validius, & efficacius potuit, & poteſt ipſam Ligam, Intelligentiam, Confœderationem, & Unionem, & ipſa Capitula, & omnia, & ſingula in eis contenta, ac etiam generaliter omnia, & ſingula acta, geſta, celebrata, & contracta per præfatos ejus Oratores, & Procuratores ejus nomine in prædictis Ligâ, Contractu, ac eriam ſi talia eſſent, quæ ſpetialem expreſſionem, & ratificationem requirerent, approbavit, ratificavit, & confirmavit, ac per præſens Inſtrumentum approbat, ratificat, & confirmat; promittens ſub fide boni, & legalis Principis, & ſub obligatione ſui, & omnium bonorum ſuorum & in manibus mei Cichi Secretarii prælibati Illuſtriſſimi Domini Ducis, & Notarii tamquam publicæ perſonæ ſtipulantis, & recipientis nomine, & vice prælibati Illuſtriſſimi Dominii Venetiarum, & præfatæ Ill., & Excelſæ Communitatis Florentiæ, & omnium, & ſingulorum, quorum Iuterelt, vel interelſe poterit quommodolibet in futurum, quod antedictam Ligam, Capitula, & conventiones, & omnia, & ſingula in eis contenta, & præſens Inſtrumentum ratificationis realiter, & vere attendet, & obſervabit omni tempore, & in nullo contrafaciet directe, vel per indirectum, aut alio quæſito colore, & de prædictis omnibus juſſit per me Cichum Notarium, & Secretarium publicum confici Inſtrumentum, & id pendenti ſigillo ſuo muniri.

Actum Mediolani in Cutiâ Areghi in Cameră ſuperiori ſolitæ reſidentiæ præfati Illuſtriſſimi Domini Ducis prope Turrim, præſentibus Magnifico Francisco de la Mirandula filio quondam Domini Franciſci Militis, Domino Triſtano Sforcia, Magiſtro Gaspare de Piſauro Fiſico filio quondam Magiſtri Venturæ de Ventarellis Poetæ Cumanæ, Parochiæ Sanctæ Mariæ ſecretæ, Baldeſare de Barziis, Johanne Simonetta filio quondam Amonii Secretario, Zannono de Coyvis Sescalco filio quondam Gabrielis Portæ Vercellinæ, Parochiæ Sancti Martini ad Corpus intus, Azino Stampa, Franciſco de Lampugnano, Jacobo de Cueue filio quondam Cavalchelli, & Papo de Burgo Cameratiis, & Zanino de Barbatis filio Bartholomæi Cancellario Portæ Vercellinæ Parochiæ Sti. Prothaſii Teſtibus cognitis, & ad præmiſſa vocatis.

Extracta fuit præſens Copia à Regiſtro inſcripto ſub Littera C. *Ducis* PHILIPPI MARIÆ ANGLI *Vicecomitis exiſtente in Regio Archivio Caſtri Portæ Jovis Mediolani in Papiro ſcripto. Datum Mediolani die trigeſimo menſis Octobris anni* 1719.

Examinavit JOANNES FRANCISCUS STRIGELLIUS *Regii Archivii Officialis.*

ANNO 1454.

CLXIV.

30. Sep. *Inſtrumentum Denominationis, Colligatorum, Adhærentium, & Recommendatorum Excelſi Domini* VENETORUM, *ut in Liga & Confœderatione, cum* DUCE MEDIOLANI *& Communitate* FLORENTIÆ *die* 30. *Auguſti proxime lapſi inita comprehendantur. Actum Venetiis Anno Nativitatis* 1454. *Indictione* II. *die* 30. *Septembris.* [Pièce authentique, tirée des Archives Royales du Château de Milan, Regiſtre R.]

In Chriſti nomine, Amen.

ANNO à Nativitate ejusdem milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo quarto, Indictione ſecunda, die ultimo menſis Septembris. Illuſtriſſimus Princeps, & Excellentiſſimus Dominus Dominus Franciscus Foscari Dei Gratia Inclytus Dux, Dominium & Commune Venetiarum. Advertentes & conſiderantes, quod die trigeſimo menſis Auguſti proxime lapſi Liga, Unio, & bona Confœderatio contracta, celebrata fuit in hac Urbe Venetiarum inter præfatum Illuſtriſſimum Dominum Ducem, Dominium, & Commune Venetiarum, Colligatos, Adherentes, & Confœderatos, Reccomendatos, Complices, Stipendiarios, Sequaces, & Subditos, ac Feudatarios ſuos ex una parte, & Illuſtriſſimum, & Excellentiſſimum Dominum Franciscum Sforciam Vicecomitem Ducem Mediolani, Papiæ, Angleriæque Comitem, ac Cremonæ Dominum cum ſuis Colligatis, Adherentibus, Reccommendatis, & aliis ut ſupra nominatis ex una alia parte, & Ill., & Excelſam Communitatem Florentiæ cum ſuis etiam Colligatis, Adherentibus, Reccomendatis, & aliis ut ſupra expreſſis, ex una alia parte modis, Capitulis, & Conditionibus in Inſtrumento dictæ celebratæ Ligæ deſcriptis particulariterque contentis. Inter quæ quidem Capitula eſt unum ſpeciale, quo cavetur quod infra terminum menſium duorum a die concluſæ Ligæ inchoandum unaquæque Partium teneatur, & debeat nominare Colligatos, Adherentes, Reccomendatos, Complices, & ſequaces ſuos, eosque in ſcriptis dare qui ſic nominati infra alios quatuor menſes ſubſequuturos Ligam hujusmodi, ſi illius beneficio gaudere voluerunt approbare, & rattificare teneantur. Volentesque, & intendentes ipſe Ill. D. Dux, & Inclytum Dominium, & Commune Venetiarum ea omnia, quæ conventa, & firmata ſunt per Ligam prædictam effectualiter adimplere juxta continentiam Capituli ipſius Ligæ, ex certa ſcientia, & firmo propoſito dederunt, & denominaverunt, ac dant, & denominant præfato Illuſtriſſimo Domino Duci Mediolani infraſcriptos eorum Colligatos, Adherentes, Confœderatos, Recomendatos, Compliees, & Sequaces, qui in dicta Liga, & Confœderatione includantur, earumque beneficio habeant gaudere cum omnibus Colligatis, Adherentibus, Confœderatis, Reccomendatis, Complicibus, Sequacibus, Stipendiariis, & Subditis ſuis. Nomina autem Colligatorum, & aliorum ut ſupra ſunt illa videlicet. Illuſtriſſimus Dominus Dux Sabaudiæ. Illuſtriſſimus Dominus Dux Sigismondus Auſtriæ. Ill. Dominus Dux Mutinæ & Regii, ac Marchio Eſtenſis &c. Ill. Dominus Marchio Montiſſerrati, Reverend. in Chriſto Pater Dominus Epiſcopus Tridentinus, Magnificus Dominus Sigismundus Pandulfus de Malateſtis, Arimini &c. Magnificus Dominus Comes Urbini & Magnificus Dominus Malateſta Novellus Ceſene, Magnifica Communitas Senarum, Magnifica Communitas Lucarum, Magnifica Communitas Bononiæ, Magnifica Communitas Anconæ, Magnificus Comes Goritiæ, Magnificus Dominus Carolus de Gonzagha, Magnifica Domina Catherina de Ordelaffis, ac Magnifici Domini Cechus, & Fratres Forlivii &c. Magnifici Nobiles de Corrigia, Magnificus Comes Johannes Veglæ, & Seguiæ, Magnificus Dominus Georgius, & Petrus de Lodrono, Spectabilis Dominus Gratiadeus de Campis, & Spectabilis Domina Eliſabeth de Creſta. Mandantes mihi Notario infraſcripto ut de nominatione prædicta publicum, & authenticum conficiam Inſtrumentum. Actum Venetiis in Ducali Palatio in Sala duarum Naparum; Præſentibus Spectatiſſimo, & Sapientibus Viris Domino Franciſco de la Sicga honorabile Cancellario Venetiarum, Ser. Hieronimo de Nicola, & Ser. Alexandro de Fornacibus Ducalibus Secretariis ad hæc vocatis ſpecialiter, & rogatis. In fidem autem & evidentiam pleniſſimam prælibatus Illuſtriſſimus D. Dux præſens Inſtrumentum fieri juſſit, & ſua bulla plumbea pendente muniri. ANNO 1454.

Et ego Marcus Recanetus natus Egregii Artium, & Medicinæ Doctoris D. Magnifici Andreæ Recaneti Venetiarum Civis publicus Imperiali auctoritate Notarius, ac Judex Ordinarius, ac Ducatus Venetiarum Scriba prædictis omnibus, & ſingulis præſens fui, & ea de mandato præfati Illuſtriſſimi D. Ducis, & Dominii Venetiarum ſcripſi, & in hanc publicam formam redegi ſignumque meum appoſui conſuetum.

Extracta fuit præſens Copia à Regiſtro inſcripto ſub Littera R. *Ducum* PHILIPPI MARIÆ ANGLI *Vicecomitis, &* FRANCISCI *Primi* SFORTIÆ *Vicecomitis exiſtente in Regio Archivio Caſtri Portæ Jovis Mediolani in Carta pergamnea ſcripto. Datum Mediolani die trigeſima menſis Octobris anno* 1719.

Examinavit JOANNES FRANCISCUS STRIGELLIUS *Regii Archivii Officialis.*

CLXV.

14. Oct. *Inſtrumentum Denominationis Colligatorum, Adherentium, & Recommendatorum Domini* FRANCISCI SFORTIÆ *Ducis Mediolani, in Tractatu Confœderationis & Ligæ die* 30. *Auguſti proxime decurſi, cum Domino* VENETORUM; *& Communitate* FLORENTIÆ *inito, ſuo nomine comprehendendorum. Actum Mediolani. Anno Nativitatis* 1454. *Indictione* III. *die vero Octobris.* 14. [Pièce Authentique, tirée des Archives Royales du Château de Mtlan. Regiſtre R.]

In Nomine Domini Jeſu Chriſti feliciter Amen.

ANNO à Nativitate ejusdem milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo quarto, Indictione tertia, die lunæ quarto decimo menſis Octobris ſecundum Curſum Civitatis Mediolani. Illuſtriſſimus Princeps, & Excellentiſſimus Dominus Franciscus Sforcia Vicecomes Dux Mediolani, Papiæ, Angleriæque Comes, ac Cremonæ Dominus. Memoriæ tenens, & habunde certificatus usque die trigeſimo menſis Auguſti proximæ decurſi anni præſentis in Civitate Venetiarum inter Illuſtriſſimum Principem D. Franciscum Foscari Dei gratia Ducem, Excellentiſſimumque Dominium, & Commune, Venetiarum parte una & prelibatum D. Ducem parte alia, ac Illuſtrem, & Excelſam Communitatem Florentiæ pro una alia parte, ſive inter Procuratores, & Mandatarios omnium trium partium ſuprascriptarum pro ipſis partibus. Nec non pro Colligatis, Confœderatis Adhærentibus, Complicibus, Sequacibus, Stipendiatis, & Subditis cujuslibet ipſarum partium ſingula ſingulis congrue referendo bonam, veram, & optimam Unionem, Confœderationem, Intelligentiam, & Ligam concluſam, & celebratam ſolemniter fuiſſe cum modis, pactis, Capitulis, & Conditionibus in Instrumento dictæ celebratæ Ligæ deſcriptis particulariterque contentis, inter quæ Capitula uno ſpeciali cavetur, quod intra terminum duorum menſium à die concluſæ Ligæ inchoandorum unaquæque partium teneatur, & debeat Colligatos, Adherentes, Recomendatos, Complices, & Sequaces ſuos nominare, & in ſic ſcriptis dare, qui ſic nominati infra alios quatuor menſes ſubſecuturos Ligam ejusmodi, ſi ejus beneficio gaudere voluerint, approbare, & rattificare teneantur, & propterea volens, & intendens præfatus Illuſtriſſimus D. Dux Mediolani ea omnia quæ contenta, & firmata ſunt per Ligam prædictam ex latere ſuo effectualiter adimplere juxtà continentiam Capituli dictæ Ligæ, ex certa ſcientia firmoque propoſito, ac aliàs omnibus modo, Jure, via, & forma, quibus melius potuit, & poteſt, dedit, & denominavit, & dat, & denominat præfato Illuſtriſſimo D. Duci, & Dominio Venetiarum infraſcriptos ejus Colligatos, Confœderatos, Adherentes, Recomendatos, Complices, & Sequaces qui in dicta Liga, & Confœderatione includantur earumque beneficio gaudeant cum omnibus Colligatis, Adherentibus, Confœderatis, Reccomendatis, Complicibus, Sequacibus, Stipendiatis, & Subditis ſuis, nomina quorum Colligatorum, & ut ſupra ſunt hæc videlicet. Illuſtris D. Dux,

ANNO 1454. Dux, & Excelſa Communitas Januæ cum omnibus Colligatis, Confederatis, Adherentibus, Reccomendatis, Complicibus, Sequacibus, Stipendiatis, & Subditis ſuis tanquam pars eque principalis in ea honorabili forma, qua nominari poteſt, Illuſtris, & Exc. Dominus Borſius, Dux Mutinæ, Regii, ac Marchio Eſtenſis; Illuſtris D. Ludovicus Marchio Mantuæ pro Civitate, & Terris ſuis, ac Magnifici D. Alexandri Fratris ſui, & etiam omnibus aliis Terris, & Locis quas, & quæ de preſenti tenet, & poſſidet mediate, vel immediate, etiam pro Terris, & locis, quæ olim erant D. Caroli Fratris ſui; Magnifica Communitas Anconæ cum omnibus Terris, & locis ſuis quas, & quæ tenet, & poſſidet Magnificus D. Sigismundus Pandulfus de Malateſtis, Arimini, &c. cum omnibus Terris, & locis ſuis, quas, & quæ tenet, & poſſidet ipſe, & ſui mediate, vel immediate; Magnifica Communitas Bononiæ, Magnifica Communitas Lucana, Magnificus D. Malateſta Ceſenæ &c. cum omnibus Civitatibus, Terris, & locis quas, & quæ de preſenti tenet, & poſſidet ipſe, & ſui mediate, vel immediate, Magnificus D. Alexander Sfortia pro Piſauro, & aliis terris, & locis ſuis; Magnificus D. Aſtorgius de Manfredis Faventiæ; Magnificus D. Thadeus Imolæ; Magnificus D. Boſſius Sfortia pro locis, & terris ſuis in partibus Tusciæ; Magnifici D D. de Liga Confederatorum; Magnificus Comes Henricus de Sacho; Magnificus Johannes Filippus de Fliſco pro Terris & locis ſuis Dioceſis Placentinæ, Terdonenſis, & Parmenſis, quas de preſenti tenet, & poſſidet, nec non pro aliis Terris, Locis quas, & quæ tenet, & poſſidet in Vallibus Barberiæ, & Scrippiæ, qui omnes ſupraſcripti pro Colligatis, & Confœderatis nominantur. Infraſcripti verò pro Adherentibus, & Reccomendatis, videlicet Ill. D. Petrus de Campofregoſio Januenſis Dux pro Adherentia, & Recomendatia Terrarum videlicet novarum Dioceſis Terdonenſis, Vultabii ac Flaoani, Nobiles de Cochonate ex Comitibus Radicate pro Loco Ticineti, & aliis Locis ſuis, Ghiſellus Galeaz, & Antonius Marchiones Mulatii, Magnificus D. Spineta de Campo Fregoſio pro Gavio, & aliis Terris ſuis in Lunefana, Floramons Spineta, & Johannes Antonius Marchiones Malaſpinæ de Villafranca, Magnifici D. Marchiones Inciſæ. Nicolaus Sceva, Leonellus Janus, & Baptiſta de Auria Condomini Vallis Unciliæ, Petrus Franciſcus, & Johannes Franciſcus de Gutueriis Condomini Caſtri Nuvi Caltre Papienſis, & Alcani Aſtenſis. Spectabilis Ismurdus Malaſpina Marchio Cuimorini, Henricus de Auria Dominus Duleis aquæ, Ricardus Azorus Mornellus, Bernardus Antonius, Ricardus, & Petrinus Marchiones Petregrottæ. Baldracus Emanuel, & Bertolomeus de Scarampis Condomini Vingii, D. Bertolomeus de Curte Milio ex Dominis Vingii, & Curtis Millii, Johannes de Auria Dominus Mornetii, Franceschinus de Carreto Dominus Novelli Monfortis, Caſteletti, Sunii, & pro quatuor partibus Chervenzanæ, Antonius Johannes, & Franciſcus de Carreto pro Adherentia Vallis Burnude, Cerreti, & Arguelli, Manfredus, Raphael, Prosper, & Benedictus de Carreto pro Adherentia Prunetti Levicis, & Carreti, Franciſcus quondam Fraylini de Carretto pro Locis, Caſtris, Villis Spigne, Mayrane Rochette, Spigni, Turris Malveſini, & quinque partibus Urſolarum, Johannes de Carreto ex Marchionibus Saonæ, Dominus Finarii pro Finario, & omnibus aliis Locis ſuis, Georgius, & Carolus de Carreto pro Adherentia Zucharelli, Bardaneti, & cæterorum aliorum Caſtrorum ſuorum, Antonius de Scarampis de Cario pro quarta parte Carii, & toto Rochetto, Johannes Petrus, & Daniel, & cæteri Nobiles de Fallettis pro Locis Pocapalte, Lamore, & Seralonge, Princivallus Marchio Malaſpina pro Locis, & Terris ſuis, Bertolomeus Lanība, Gabriel, & Symonettus de Auria heredes quondam Filippi de Auria Condomini Boſelli, Bornel de Grimaldis pro Loco Caroſii, Nobiles de Fliſco pro Savignono, Stefanus de Auria pro Vuado & Tagliolo, Hieronimus Spinula, Ubertus Jacobus Leonellus, Andreas Francus, & Nicolaus de Spinulis pro Francavilla, Galeotus, & Hector de Spinulis Condomini Taxaroli, Baptiſta Spinula de la Cabella, Baptiſta, & Gioſredus de Spinulis, D. Georgius, & Ubertus Carotius, Filippus, Andreas, Nicolaus Luchelius, Georgius, Ubertus, Filippus, Galeotus, Leodrifius, Paulus Carocius Jacobus, & Julianus omnes de Spinulis Condomini Arquate, Jacobus Emanuel, Petrus, Sigismundus, Barnabas, & Catancus de Spinulis Condomini Petre Biſſariæ Montiscavenæ, & Darnetii, Damianus Spinula de Inſula pro parte ſua Inſule, Baptiſta, & Fratres de Inſula Condomini Inſulæ, & Variane, Nicolaus Antonius, & Carolus de Spinalis Condotoini Ronchi, Jacobus Carotius, & Elianus de Spinulis Condomini Burgiſornariorum, Nobiles participes Fuzale, Eſtorinus, Buenorus, Alexander Baptiſta Franciſcus Johannes Antonius, Thomas, Carolus, & Johannes omnes de Spinulis Condomini Montisgiardini, Marchus, Georgius, Matheus, & Franciſcus de Carretto ex Marchionibus Savonæ pro Locis ſuis, Jacobus Spinula de la Rocha, Johannes Antonius Baptiſtinus Bertolomeus Perinus, & Johannes Antonius de Spinulis Condomini Belignani, Ricardus, Johannes Antonietus, Brunnius, & Dominicus de Gutueriis pro loco Mezadrii Papienſis, Laurentius Turchus pro loco Montis Preſatii Papienſis, Franciſcus Dominus, & Emanuel ex Marcionibus Cevæ pro loco Sallarum partium Langarum, Dominos Antonius de Romagnano pro ſancta Victoria, & Polentin, omnes Marchiones Ceve pro ſuis prieviele, & Turris Malpoltieni, ac aliis ſuis Locis, D. Ludovicus de Bolleris, Reverendus in Chriſto Pater, & D. Henricus Epiſcopus Sedimenſis, & Magnificæ Communitatis totius Patriæ Valetii, Nicolaus de Mazeris pro loco Funchi, D. Aluyſius de Fliſco pro Locis ſuis, pro quibus nominari poteſt, Cagnonus, & D. Jacobus Miles ex Comitibus ſancti Martini, D. Petrus de Ferrariis Comites Vintimilii pro omnibus Locis eorum, pro quibus nominari debent Comites Tende pro iis Locis, pro quibus nominari poſſunt, Magnificus D. Ludovicus de Campo Fregoſio, D. Catherina de Campo Fregoſio pro omnibus Terris, & Locis, quos, & quæ tenent, & poſſident; Et de prædictis omnibus, & ſingulis præmissis Ill. D. Dux Mediolani juſſit per me Notarium infraſcriptum confici debere publicum Inſtrumentum unum, & plura ejusdem tenoris. Actum in Civitate Mediolani in Palatio ſolitæ reſidentiæ præfati Domini poſito in Curia Strenghi in Camera Nova poſita juxta Cameram Turris, preſentibus Magnificis, & preſtantibus D. Alexandro de Alexandris Oratore Ill. & Excelſæ Communitatis Florentiæ, D. Roberto de Sancto Severino Nepote præfati Illuſtriſſimi D. Ducis, Gaspare filio quondam D. Tadioli de Vicomercato Comite Valentiæ Ducalibus Armorum Ductoribus, D. Angelo Symoneta, & Andrea de Birago filio quondam D. Manioli Ducalibus Conſiliariis omnibus Teſtibus ydoneis notis, vocatis, & rogatis.

Ego Johannes quondam D. Ambroſii de Uleſis de Civitate Auſtriæ publicus Imperiali, Appoſtolicaque auctoritatibus Notarius, & Judex Ordinarius nec non Cancellarius, & Scriba antedicti Illuſtriſſimi D. Ducis Mediolani, antedictis omnibus, & ſingulis in antedictis Inſtrumentis denominationis preſens fui, eaque rogatus unum ſcripſi, videlicet unum continens denominationem ad Excelſam Communitatem Florentiæ, aliud verò continens denominationem ad Ill. D. Ducem, & Ducale Dominium, me aliis prevento Negotiis per alium fidum mihi ſcribi feci, & poſtea me ſubſcripſi, & publicavi, & in propriam formam redegi, ſignumque meum conſuetum appoſui in fidem præmiſſorum.

Ego Cichus de Calabria prelibati Illuſtriſſimi D. Ducis Mediolani Secretarius præmiſſis omnibus interfui, & de Mandato ipſius Illuſtriſſimi D. Ducis ſuo ſolito ſigillo præſens Inſtrumentum munire feci, ac me propria manu ſubſcripſi in fidem & majus robur omnium præmiſſorum, &c.

Extracta fuit præſens Copia à Regiſtro inſcripto ſub Littera R. *Datum* PHILIPPI MARIÆ ANGLI *Vicecomitis, &* FRANCISCI *Primi* SFORTIÆ *Vicecomitis, exiſtente in Regio Archivio Caſtri Portæ Jovis Mediolani, in Carta pergamina ſcripto. Datum Mediolani die trigeſima menſis Octobris anni* 1719.

Examinavit JOANNES FRANCISCUS STRIGELLIUS *Regii Archivii Officialis.*

ANNO 1454.

CLXVI.

Inſtrumentum Sponſalitii ſeu Matrimonii contrahendi per verba de futuro, per & inter PHILIPPUM MARIAM *ſecundo-genitum* FRANCISCI SFORTIÆ *Vice-Comitis Ducis Mediolani, &* MARIAM *Filiam Ducis Sabaudiæ Mediolani* 13. *Septembris* 1454. *Indictione tertia.* 13. Sept.

ANNO 1454. *tertia.* [Pièce authentique, tirée du Registre C. des Archives Royales de la Ville de Milan.]

In nomine ſanctæ, & Individuæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen.

ANNO à Nativitate ejusdem milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo quarto, Indictione tertia, die Veneris tertio decimo mensis Septembris. Cum ſuperioribus diebus ex nonnullis differentiis, quæ inſurrexerant inter Illuſtriſſimos Principes, & Excellentiſſimos Dominos Dominum Ludovicum Sabaudiæ Ducem, & Dominum Franciſcum Sfortiam Vicecomitem Ducem Mediolani &c. deventum ſit ad confirmationem Pacis olim inter eos firmatæ, & certas pactiones per utriusque Principis Procuratores, ſolemnibus promiſſionibus, & juramentis firmatas. Nunc Magnifici, & generoſi Milites Domini Jacobus ex Comitibus Vallispergiæ, & maximus Sabaudiæ Ducalis Cancellarius, & Ludovicus de Sabaudia natus quondam bonæ memoriæ Illuſtris Domini Ludovici Achaiæ Principis, ac conſanguineus prælibati Domini Ducis Sabaudiæ, Dominus Raconixii, & Sabaudiæ Mareſchallus, Conſiliarii, & Procuratores prælibati Domini Ducis Sabaudiæ ad infraſcripta omnia, & ſingula plenum mandatum habentes, tenoris hujusmodi videlicet:

Ludovicus &c. Univerſis ſerie præſentium fieri volumus manifeſtum, quod cum ex publico relatu diceretur Illuſtrem Ducem Mediolani eſſe in procinctu guerram nobiscum intrandi, & jam partem gentium noſtrarum ad frouterias propterea miſiſſemus, quia vociferabatur gentes ſuas ad Loca ditionis noſtræ ultramontanæ limitropha jam deſtinaſſe. Hinc eſt quod nos volentes Deum, & juſtitiam anteponere, ne nobis impingi poſſit, quod defectu noſtri guerra, aut alia calamitas in Patria ioſurgeret; ideò ad noſtras partes ultramontanas Magnificum Conſiliarium noſtrum ſincere dilectum, & fidelem Dominum Jacobum ex Comitibus Vallispergiæ Cancellarium Sabaudiæ decrevimus, cui poteſtatem, & omnimodam facultatem contribuimus, & per præſentes conferimus unà ſecum vocato Magnifico Conſanguineo, Conſiliarioque, & Mareſchallo noſtro, & fidell ſincere dilecto Lodovico de Sabaudia Domino Raconixii, ſi opus fuerit, quibus, & ipſorum cuilibet in ſolidum plenam, & liberam facultatem, auctoritatemque omnimodam, & poteſtatem conferimus cum præfato Duce Mediolani tractandi; nosque pro querelis ſen ex parte propoſitis, ſeu proponendis ſubmittendi cognitioni Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ, ac alias per viam Contæderationis, Matrimonii, aliarumve pactionum; & inſuper omnes, & ſingulas querelas indeque pacificandi, proque ſalute utriusque Status nova pacta condendi; & generaliter omnia, & ſingula alia, quæ in præmiſſis, & circa præmiſſa opportuna fuerint parirer & neceſſaria, faciendi, gerendique, & exercendi, pro ut ſuæ, & cujuslibet ipſorum discretiones parirer & circumſpectiones expedire noverint. Ad quæ præmiſſa omnia, & ſingula peragenda eumdem Dominum Jacobum, vocato ut ſuprà dicto Domino Ludovico, Procuratorem noſtrum irrevocabilem, certumque, & indubitatum Nuntium ſpetialem facimus, conſtituimusque, & creamus harum ſerie, promittentes pro nobis, & noſtris bona fide in verbo Prineipis, & ſub noſtrorum expreſſa obligatione bonorum nos gratum, ratum, & ſtabile perpetuò habituros, ac pleno cum effectu obſervaturos quidquid in præmiſſis per dictum Proeuratorem noſtrum, ſecum vocato dicto Mareſchallo, tractatum, actum, geſtum, conventum, & promiſſum exiterit, ipſumque ab omni onere relevare, & quantum opus fuerit juditio ſiſti, judicatum ſolvere, cum cæteris clauſulis opportunis, etiam cum omni alia ſolemnitate, jurisque, & facti renuntiatione ad hæc neceſſaria pariter & cautela, Secretario Notario publico ſubſcripto more publicæ perſonæ ad opus quorum intererit, recipiente ſolemniter, & ſtipulante, has Litteras noſtras in teſtimonium concedentes. Datum Camberiati die duodecima Julii anno Domini milleſimo quatercenteſimo quinquageſimo quarto. Ita eſt. Loys. Per Domioum; præſentibus Dominis Joanne Domino Contaguiæ, Guhelmo Domino Menthonis, Mercurino de Ranzio Præſidente Conſilii Camberiati, Francisco de Thomatis Præſidente Gebenuenſi, Ludovico Boninardi, Ballino Sabaudiæ, & Joanne Campionibus. De Clauſo. Nec non Magnifici, & præſtantes Viri Domini Franciscus de la Mirandola, Comes Concordiæ, Bartholomeus Moronus Juris utriusque Doctor Ducalis Conſiliarius, Georgius de Maino Miles Ducalis Aulicus, & Cichus de Calabria Ducalis Secretarius Procuratores præfati Domini Ducis Mediolani ad infraſcripta omnia, & ſingula plenum mandatum habentes tenoris hujusmodi videlicet. ANNO 1454.

Franciscus Sfortia Vicecomes Dux Mediolani, Papiæ, Angleriæque Comes, ac Cremonæ Dominus. Dum conſideramus, & mente, cogitationeque noſtra revolvimus quantum fidei, reverentiæ, & devotionis erga nos, Statumque noſtrum gerunt Magnificus Vir dilectiſſimus noſter Franciscus de la Mirandola, Comes Concordiæ, Spectabiles, & Egregii Viri Dominus Bartholomeus Moronus Juris utriusque Doctor Conſiliarius, Dominus Georgius de Mayno Miles affinis, Petrus de Pulterla Aulici, & Cichus de Calabria Secretarius noſtri Cariſſimi. Dumque antè oculos ponimus ſummam auctoritatem eorum, prudentiam, integritatem, & maximarum rerum experientiam, & ut cupidi ſunt amplitudinis, & gloriæ noſtræ, ac mature, & ſapienter ea omnia exequuntur, & faciunt, quæ voluntatis noſtræ eſſe dignoverint. Nulla res adeò eſt importuna, & gravis, quam fidel eorum libenter non committeremus. Quare de ipſis, non ſecus ac de nobis ipſis ampliſſime confidentes, ipſos Comitem Franciscum de la Mirandola, Dominum Bartholomeum, Dominum Georgium, Petrum, & Cichum tenore præſentium, ex certa ſcientia, & de noſtræ poteſtatis plenitudine, omnibus modo, jure, via, cauſa, & forma, quibus melius, validius, & efficacius poſſumus, ita quod quatuor, & tres etiam eorum in aliorum abſentia perficere, & concludere poſſint, facimus, conſtituimus, & creamus noſtros veros, legitimos, ſolemnes, & autenricos Procuratores, Commiſſarios, Nuntios, & Mandatarios, & quidquid melius dici, & eſſe poſſit, ad Procuratorio nomine noſtro inеundum, tractandum, praticandum, concludendum, & quaslibet pactiones, conventiones, promiſſiones, & obligationes faciendum cum Illuſtriſſimo Principe Domino Ludovico Duce Sabaudiæ, conſanguineo noſtro cariſſimo, ſive cum exiſtentibus hîc in præſentiarum Magnificis Dominis Jacobo de Vallepergia Doctore, & Cancellario, ac Domino Ludovico de Sabaudia Milite Conſiliario, & Mareſchallo Oratoribus, & Procuratoribus ſuis legitimam ad hæc conficienda diſpoſitionem, & procuram habentibus; Et ſpetialiter ad Procuratorio nomine noſtro practicandum, tractandum, concludendum, & faciendum quascumque promiſſiones, obligationes, conventiones, capitula, & concluſiones pro contrahendis ſponſalibus per verba de futuro, cum ætas apta ad ſponſalia pervenerit, & ſucceſſive pro celebrando, contrahendo, & concludendo matrimonio per verba de præſenti, cum ſimiliter ætas habilis ad matrimonium, Deo dante, pervenerit, per, & inter Illuſtrem Dominam Mariam, aut Illuſtrem Dominam Bonam filias legitimas præfati Illuſtriſſimi Domini Ducis Sabaudiæ, ac Illuſtrem, & Inclytum Philippum Mariam filium noſtrum legitimum; Et pro his omnibus, quæ occaxione ipſorum ſponſalium, & matrimonii, & dependentium opportuna ſibi videbuntur, vel expedientia; & proinde etiam quasliber obligationes, promiſſiones, conventiones, pactiones, & concluſiones, ac Capitula celebrandum, & faciendum, ac quæcumque Capitula, & juramenta inеundum; faciendum, & concludendum; & ad fieri proindè facieudum opportuna quælibet Inſtrumenta; & generaliter ad omnia alia, & ſingula in præmiſſis, & circa præmiſſa, & eorum occaxione faciendum, quæ neceſſaria, utilia, & opportuna fuerint, quæve demum nos ipſi efficeere poſſemus, ſi præſentes eſſemus, dantes, impartientes, & concedentes prænominatis Commiſſariis; Procuratoribus, Nuntiis, & Mandatariis, ac etiam tribus ex eis plenum, largum, generale, & ſpetiale Mandatum eum plena, larga, generali, & ſpetiali adminiſtratione in præmiſſis, & circa præmiſſa, & quodlibet præmiſſorum, etiamſi talia forent, quæ Mandatum exigerent magis ſpetiale, vel quæ ut nimis generalia dici poſſent in præſenti Mandato veriſimiliter non venire; quæque demum nos ipſi poſſemus efficere, eisque totaliter, & integre committentes vices noſtras; denique ut ſuprà promittentes ſub obligatione omnium bonorum noſtrorum præſentium, & futurorum rata, grata, & firma habere, obſervare, attendere, adimplere, & executioni mandare quæcumque per dictos Commiſſarios, Procuratores, Nuntios, & Mandatarios noſtros dicta, promiſſa, actiuta, & concluſa fuerint, aut per quatuor, vel tres etiam eorum ut ſuprà in aliorum abſentia,

ANNO 1454. ſentia, & contra ea non facere, nec venire directe, nec per indirectum, palam, nec occulte, nec alio quæſito colore, præſentibus hinc ad unum menſem proximè futurum firmiter valituris. In quorum Teſtimonium præſentes fieri, & regiſtrari juſſimus, noſtrique figilli munimine roborari. Datum Mediolani duodecimo Septembris milleſimo quatercenteſimo quinquageſimo quarto. Angelus Auditor.

Animadvertentes quod præcipuum amoris, & benivolentiæ vinculum, & ſolidum Pacis, ac conſervandæ concordiæ firmamentum eſt affinitatis conjunctio, per quam inter poſteros ad quietationem ſanguinis deveniatur. Conſiderantesque inter Progenitores præfati Illuſtriſſimi Domini Ducis Sabaudiæ, & prædeceſſores in Ducatu præfati Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani centum ferme annis continuis per multiplicata matrimonia vinculum ſanguinis, & amoris perſeveraſſe, & Illuſtriſſimam Dominam Blancam filiam quondam Illuſtriſſimi Domini Philippi Mariæ Ducis Mediolani, & conſortem prælibati Domini Franciſci Sforziæ moderni Ducis Mediolani nomen, & originem traxiſſe ab Illuſtriſſima Domo Dominorum Ducum, & Comitum Sabaudiæ Progenitorum prænominati moderni Ducis Sabaudiæ; Intendentes quoque in præſentiarum concordiam nuperrime factam novo, & firmiori vinculo ſolidare, & veteres affinitates, conjunctionesque per novum matrimonium renovare, ad infraſcriptas pactiones, & conventiones ſtipulatione ſolemni vallatas, Procuratoriis nominibus quibus ſuprà, concorditer pervenerunt ut infra videlicet.

In primis quod fiat, & celebretur, & contrahatur verum, juſtum, & legitimum matrimonium, ſuperveniente tempore debito, inter infraſcriptos Illuſtres Dominum Philippum Mariam, & Dominam Mariam, & pro eo perficiendo, &, Deo dante, celebrando, ac contrahendo, cum legitima ætas ſupervenerit, prælibatus Illuſtriſſimus Dominus Dominus Ludovicus Dux Sabaudiæ, teneatur, & aſtrictus ſit facere, & curare, ac facict, & curabit cum effectu quod ipſa Illuſtris Domina Maria ipſius Illuſtriſſimi Domini Ducis Sabaudiæ filia legitima, & ex eo, & Illuſtriſſima Domina Anna de Cipro Sabaudiæ Duciſſa, præfati Illuſtriſſimi Domini Ducis Sabaudiæ Conjuge legitima, nata, cum pervenerit ad ætatem aptam ad ſponſalia contrahenda, ſolemniter, ac legitime contrahet ſponſalia per verba de futuro, apta, & in talibus requiſita, cum præfato Illuſtre Domino Philippo Maria ſecundo genito prælibati Illuſtriſſimi Domini Domini Ducis Mediolani, & ex eo, & Illuſtriſſima Domina Blanca Maria Duciſſa Mediolani, filia videlicet quondam numquam delendæ memoriæ Illuſtriſſimi Principis Domini Domini Philippi Mariæ Vicecomitis Ducis Mediolani, & demum ſucceſſive ſuperveniente ætate ad matrimonium habili, eadem Illuſtris Domina Maria matrimonium ſolemne, verum, & legitimum contrahet, & celebrabit cum præfato Illuſtre Domino Philippo Maria per verba de præſenti ad verum, & juſtum matrimonium apta, & conſueta; Et verſa vice præfatus Illuſtriſſimus Dominus Dominus Dux Mediolani teneatur, & aſtrictus ſit facere, & curare, ac faciet, & curabit cum effectu quod memoratus Illuſtris Dominus Philippus Maria cum pervenerit ad ætatem aptam ad ſponſalia contrahenda ſolemniter, & legitime contrahet ſponſalia per verba de futuro apta, & in talibus requiſita cum præfata Illuſtri Domina Maria, & demum ſucceſſive ſuperveniente ætate ad matrimonium habili, idem Illuſtris Dominus Philippus Maria ſolemne, verum, & legitimum matrimonium contrahet, & celebrabit cum præfata Illuſtre Domina Maria per verba de præſenti ad verum, & juſtum matrimonium apta, & conſueta, præſulque Illuſtriſſimi Domini Domini Duces, congrua relatione habita temporibus antedictis, debitoſ conſenſus dictis eorum filiis ad prædicta perficienda, & executioni mandanda per ſe, vel legitimos, & ſolemnes Procuratores præſtabunt.

Item quod tempore, quo contrahetur matrimonium ut ſuprà, prælibatus Dominus Dux Sabaudiæ teneatur, & aſtrictus ſit conſtituere, & cum effectu conſtituet dotem ipſi Dominæ Mariæ filiæ ſuæ de ſcutis centum millibus auri ponderis, & cunei Sabaudienſis, videlicet de ſeptuaginta ſeptem pro marcha, dandis, & ſolvendis per ipſum Dominum Ducem Sabaudiæ præfato Domino Duci Mediolani, ſeu antedicto Domino Philippo Mariæ temporibus tunc per ipſas partes limitandis, & declarandis ſeu per perſonas, quas præfati Domini Domini Duces ad hoc eligerint; Et quod in Inſtrumento, quod pro ipſa dote conficiatur apponatur pactum, quod eveniente caſu, quem Deus avertat, diſſolutionis matrimonii per mortem præfatæ Dominæ Mariæ ſine filio, vel filiis, & filia, vel filiabus decedentis, dicta dos, ſeu id, quod pro ea tunc receptum reperiretur, reſtituatur prælato Domino Duci Sabaudiæ; ſi verò dictum matrimonium diſſolveretur per mortem præfati Domini Philippi Mariæ, eo caſu dos ipſa, ſeu id, quod tunc pro ipſa receptum reperiretur, reddi debeat, & reſtitui dictæ Dominæ Mariæ, vel cui reſtituenda de jure communi veniet. ANNO 1454.

Item quod prælibatus Dominus Dominus Dux Mediolani, in tempore conſummandi matrimonii ut ſuprà teneatur, & debeat creare, inſignire, intitulare, & decorare præfatum Illuſtrem Dominum Philippum Mariam de titulis Comitatus Civitatis, & diſtrictus Papiæ cum pertinentiis, Nobilibus, Vaſſallis, & Feudatariis ipſius Civitatis tam ſeparatis, quam non, & his modo, & forma, quibus præfatus Illuſtriſſimus Dominus Dominus Dux de præſenti tenet, & poſſidet, & non aliter; & eidem etiam in Titulum aſſignare Civitatem, & diſtrictum Terdonæ cum Juribus, & pertinentiis ipſius Civitatis, Nobilibus, Vaſſallis, & Feudatariis tam ſeparatis, quam non, & ut præfatus Dominus Dux Mediolani poſſidet de præſenti ut ſuprà; Ita tamen cum his modo, & lege, quod prælibatus Illuſtriſſimus Dominus Dominus Dux Mediolani habeat toto tempore vitæ ſuæ Dominium, Regimen, Superioritatem, ac emolumenta, & commoditates, hæc non omnimodam poſſeſſionem, & adminiſtrationem libere, & in totum ipſorum Comitatus, & Civitatum, diſtrictuum Papiæ, Terdonæ, & pertinentiarum, non obſtantibus dictis creatione, inſignitione, intitulatione, & decoratione. Poſt deceſſum autem ejusdem Illuſtriſſimi Domini Domini moderni Ducis Mediolani, prædicti Comitatus, Civitates, diſtrictus, & pertinentiæ, tam quo ad dominium, quam quo ad regimen, ſuperioritatem, emolumenta, & commoditates, & omnimodam poſſeſſionem, & adminiſtrationem transferantur, & tranſeant in ſæpedictum Illuſtrem Dominum Philippum Mariam, cum hoc tamen quod idem Illuſtris Dominus Philippus Maria eadem omnia recognoscere teneatur, & debeat, ac recognoscat in Feudum ab Illuſtre Domino Domino Comite Galeaz Vicecomite primogenito præfati Illuſtriſſimi Domini Domini Ducis Mediolani tunc futuro Duce Mediolani, cum creatus fuerit Dux Mediolani; eidemque tunc Domino Duci Mediolani, idem Dominus Philippus Maria teneatur fidelitatem, & homagium, & debitum fidelitatis juramentum, & homagii præſtare, & facere cum ſolemnitatibus debitis, & opportunis; & de prædictis feudalem Inveſtituram ab antedicto Domino futuro Duce Mediolani pro ſe, filiis, hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis ſolemniter recipere, & ipſe tunc futurus Dominus Dux Mediolani in præfatum Illuſtrem Dominum Philippum Mariam eamdem facere, cum hoc tamen quod ipſe futurus Dominus Dux Mediolani nullam aliam Jurisdictionem, ſuperioritatem, ac præeminentiam, nec poteſtatem habeat in prædictis Civitatibus, diſtrictibus, pertinentiis, & hominibus eorum, niſi fidelitatis, & homagii ut ſuprà, ſpecialiterque non poſſit prætendere ad appellationes, aut querelas ad ſe devolvi debere; neque ſucceſſiones decedentium ſine hærede ad eumdem tunc futurum Ducem jure ſuperioritatis pertinere, firmis tamen, & in ſua natura manentibus juramento fidelitatis, & homagii.

Item quia per memoratos Magnificos Dominos Oratores, & Procuratores præfati Illuſtriſſimi Domini Domini Ducis Sabaudiæ aſſerebatur, & aſſeritur moris eſſe in partibus Gallicanis, ac etiam inter aliquos Principes Italicos ita eſſe obſervatum, quando accipiunt uxores ultramontanas, ut uxoribus conſtituatur dotalitium, quod in vulgari Gallico Doarium nuncupatur, convenerunt quod advenientè caſu, & tempore memorati matrimonii per verba de præſenti tenendi præfatus Dominus Dominus Dux Mediolani dictæ Dominæ Mariæ futuræ Nurui ſuæ conſtituere Doarium, ſive dotalitium ad arbitrium, & taſſam Illuſtriſſimarum Dominarum Duciſſarum Sabaudiæ, & Mediolani ſuperius nominatarum, quibus ambabus honoris cauſa declaratio, quibus caſibus velint ipſum Doarium præſtari debere, & ipſius conſtitutio Doarii, ejusque taſſatio, & limitatio reſervatur; teneaturque præfatus Dominus Dominus Dux Mediolani occaſione dicti Doarii eidem futuræ Nurui ſuæ aſſignare aliquas ex Terris, ſeu Caſtris dicti Comitatus Papiæ, vel Terdonæ nominandas, & declarandas per præfatas ambas Dominas Duciſſas; ex quarum redditibus eadem Domina Maria percipere poſſit, occaſione dicti Doarii, id quod, & in caſibus, quibus per præfatas Dominas

ANNO 1454. minas ambas Ducissas fuerit declaratum, etiam eâ ad secunda vota transeunte; Ita tamen quod si reddûus dictarum terrarum non ascenderet ad totam quantitatem dicti dotalitii, refiduum sibi aliunde repleatur.

Item quod præfatus Illustrissimus Dominus Dominus Dux Sabaudiæ teneatur infra menses viginti unum proximè venturos consignare, seu consignari facere prælibatam Dominam Mariam filiam suam personaliter in manibus prælibati Illustrissimi Domini Domini Ducis Mediolani, seu Nuntiorum suorum libere in Civitate Vercellarum, maximè ut secundum mores, usus, & consuetudines Italicos, seu Lombardos, & præcipue præfatorum Dominorum modernorum Ducis, & Ducissæ Mediolani instruatur, guberuetur, & regatur.

Item quod præfatus Illustrissimus Dominus Dominus Dux Sabaudiæ teneatur infra menfem unum proximè futurum transmittere præfato Illustrissimo Domino Domino Duci Mediolani ratificationem præsentis Contractus cum insertione præsentis Instrumenti de verbo ad verbum solemniter, & in publicam formam; & vice versâ præfatus Illustrissimus Dominus Dominus Dux Mediolani transmittere teneatur præfato Domino Duci Sabaudiæ ratificationem præsentis Contractus solemniter, & in publicam formam cum insertione præsentis Contractus de verbo ad verbum infra menfem unum proximè futurum.

Quæ omnia, & fingula fuprascripta præfati Magnifici, & Spectabiles Domini Procuratores promiserunt, & juraverunt corporaliter tactis Scripturis in manibus noftrum Notariorum in animas Principalium fuorum attendere, & observare inviolabiliter, & non contrafacere, vel venire aliqua ratione, vel causa; Et de præmissis omnibus, & fingulis præfati Magnifici Domini Procuratores, nominibus quibus fuprà, jusserunt, & rogaverunt per nos Joannem Philippum de Guasconibus prælibati Illustrissimi Domini Domini Ducis Sabaudiæ Secretarium, & Jacobum de Perego prælibati Illustrissimi Domini Domini Ducis Mediolani Scribam, & Notarios infrascriptos, & utrumque noftrum fieri duo publica Instrumenta ejusdem tenoris, videlicet ad opus cujuslibet partium unum.

Actum Mediolani in domibus residentiæ prælibati Illustrissimi Domini Domini Ducis Mediolani sitis in ejus Ducali Curia Arenghi, præsentibus Pronotariis Joanne Francisco de Perego filio mei Notarii infrascripti Portæ Novæ, Parochiæ sancti Stephani ad Nuxigiam Mediolani, & Bartolomeo de Brippio filio quondam Domini Ambrosii Portæ Romanæ Parochiæ sanctæ Euphemiæ iutus, ambobus Civitatis Mediolani Notariis, & Pronotariis. Interfuerunt ibi Testes Magnificus Dominus Bochazinus, aliàs Franciscus de Alamanis de Florentia Ducalis Consiliarius, Spectabilis, & Celeberrimus Juris utrinsque Doctor Dominus Albricus de Maletis, natus quondam Domini Christophori Ducalis Consiliarius, Spectabilis, & Celeberrimus Doctor Dominus Angelus de Capellariis de Reate Ducalis Auditor, Magnificus Dominus Andreas de Birago Ducalis Aulicus, natus quondam Domini Maffioli, Spectabilis Vir Petrus de Gallarate natus Domini Joannis, Spectabilis Juris utriusque Doctor Dominus Guielmus de Sandigliano natus quondam Domini Dominici Civis Vercellarum, Dominus Franciscus de Vallepergia Legum studens natus Domini Catelani, Dominus Georgius de Aliprando natus quondam Domini Antonii, Christophorus de Cambiago natus Domini Jacobi, & Jacobus Malumbra natus Domini Rizardi Juris de Venegono natus Domini Christophori, Bonifatius de Aliprando natus quondam Domini Alexii, Ducalis Cancellarii, Nobilis Antonius de Tritio natus quondam Domini Thomasii Ducalis familiaris, Dominicus de Centoriis natus Domini Antonii Civis Vercellarum, Dominus Nicolaus de Brozio ex Comitibus Castri Monris, Jacobus de Lastria nams Domini Zaneti Civis Yporegiæ, Paglincius, & Thomenus Fratres de Nucero Condomini Caballarii Leonis, & Constantius de Filippis natus quondam Oddini Ducalis Sabaudiæ Secretarius, omnes testes noti, idonei, vocati, & rogati.

Subscriptus Ego Joannes Philippus de Guasconibus de Trecate Novariensis Diocesis natus Domini Gerardi nunc Burgiensis Clavaxii publicus Imperiali auctoritate Notarius, ac prælibati Illustrissimi Domini Domini Ludovici Sabaudiæ Ducis Secretarius præmissis omnibus, & fingulis, dum sic, ut præmittitur, fierent una cum prænominatis Testibus præsens fui, & exinde hoc publicum Instrumentum una cum Egregio, & Circumspecto Domino Jacobo de Perego Notario publico rogatus recepi, quod manu alterius scriptum cum Originali concordarum solito meo Tabellionatus signo signavi in Testimonium veritatis, & in eodem Instrumento contentorum. ANNO 1454.

Subscriptus Ego Jacobus de Perego filius quondam Domini Vanini Civitatis Mediolani Portæ Novæ, Parochiæ Sancti Stephani ad Nusigiam Notarius publicus, ac etiam Notarius, & Scriba prælibati Domini Domini mei Ducis Mediolani jussus, & rogarus tradidi, & aliis occupatus per alium scribi feci, & in fidem, & Testimonium præmissorum signum meum Tabellionatus apposui, & me subscripsi una cum suprascripto Joanne Philippo Notario, & Ducali Sabaudiæ Secretario.

Subscriptus cum signo Tabellionatus antepositio Ego Jacobus de Perego filius quondam Domini Vanini Civitatis Mediolani Portæ Novæ, Parochiæ Sancti Stephani ad Nuxigiam Notarius publicus, ac etiam Notarius, & Scriba prælibati Domini Domini mei Ducis Mediolani, jussus, & rogatus tradidi fuprascriptum, & antescriptum Instrumentum matrimonii contrahendi ut suprà, & aliis occupatus per alium scribi feci, & in fidem, & Testimonium præmissorum signum meum Tabellionatus apposui, & me subscripsi unà cum antescripto Philippo Notario, & Ducali Sabaudiæ Secretario.

Examinavit JOANNES FRANCISCUS STRIGELLIUS *Regii Archivii Officialis.* (L. S.)

CLXVII.

Capitula bonæ Intelligentiæ atque Confœderationis per FRANCISCUM SFORTIAM *Ducem Mediolani, cum Episcopo, Communitatibus & Hominibus Patriæ* VALESII *contracta. Actum Mediolani die* 14. *Septembris anno* 1454. 14. Sept.

[Pièce authentique, tirée des Archives Royales du Château de Milan, Regiſtre C.]

FRANCISCUS Sfortia Dux Mediolani &c. Habebat Illustrissimus, atque Potentissimus celeberrimæ memoriæ Princeps Dominus Dux Filippus Maria Pater, & prædecessor noster quondam Honorandissimus quemadmodum informati sumus, cum Reverendo in Christo Patre Domino Episcopo, & Egregiis, ac discretis Viris, Communitatibus, & Hominibus Patriæ Valesii non tantum bonam vicinantiam, atque sinceram amicitiam, sed etiam unionem, intelligentiam, & confœderationem; & quoniam desideramus & nos, & omni cura, studiove conquirimus cum omnibus bene convicinari, & amice convivere, & ea procurare, & perficere, quæ communem tendant ad quietem, commoditatem, & tranquillitatem, ac cum illis præsertim, cum quibus præexcellentissimus ipse Princeps Dux Filippus Maria Pater noster observandissimus intelligentiam habebat; & inter Ducalem suam Celsitudinem, & Communitates ipsius Patriæ Valesii contracta fuisse videntur alias, & firmata Capitula nonnulla in quibus interant infrascripta, quæ à nobis nunc mature perspecta, attentis bujus temporis conditionibus, utrique partium convenientia fore judicavimus Capitula ipsa, & pacta continentiæ subsequentis modis, condicionibus, clausulis, & formis, quibus jacent, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, & denuò facimus & nos, dummodo ipse Dominus Episcopus, & Communitates infra menfem unum proximum illud idem versâ vice faciant, & eademmet Capitula in personam suam cum fignis, & figillis, ac omnibus opportunis nobis committant, quemadmodum convenit, & æquum est, & placiturum eis non ambigimus, ut quemadmodum inter nos animorum viget sinceritas, & unio, sic & exterioribus judiciis, & vinculis conjuncti esse dignoscamur. Capitula autem ipsa subsequuntur videlicet.

Primò quod una pars alteram, nec altera alteram, neque Territorium alterutrius per se, vel alterum quommodocumque, directè, vel indirectè non invadet, molestabit, vel offendet quovis modo realiter, vel personaliter, nec attentabit, seu attentari faciet inferre aliquam turbationem, inquietudinem, vel molestiam aliquibus Subditis alterius partium prædictarum, nec etiam transitum, seu reductum dabit aliquibus volentibus venire ad offensiones, & damna alicujus partium prædictarum per passus, & Territoria utriusque partium earumdem, seu alterius earum.

Item

ANNO 1454.

Item quod una pars alteri, & altera alteri dabit per Territoria utriusque ipſarum hinc inde tranſitum liberum, & ſecurum, ita quod mercatores, & aliæ perſonæ ſubditæ ipſarum partium cum eorum mercimoniis, rebus, & bonis, & ſine contradictione offendere volentium poſſint ſecure ſtare, converſari, & tranſire in Territoriis alterutrius ſolvendo data, & pedagia unne ſolita, & conſueta.

Item quod per Officiales ipſarum partium debeat miniſtrari juſtitia Mercatoribus, & Subditis partium ipſarum ſuper debitis, Juribus, & actionibus competentibus, & competituris ipſis Mercatoribus, & Subditis, & ipſorum cuilibet ſummarie, expedite, ſine ſtrepitu, & figura judicii, cavillationibus, & frivolis exceptionibus quibuscunque ceſſantibus, ita quod remotis fruſtrationibus quanto celerius fieri poſſit, ſibi debitum conſequantur, Juribus, & Actionibus partium ipſarum, & cujuslibet ipſarum debeat per præſentia pacta nullatenus derogari.

Item convenerunt dictæ partes, quod Communitates Patriæ Valeſii teneantur, & debeant totis viribus, & poſſe defendere, & reſiſtere quod per eorum paſſus, & territorium non fiat guerra, nec molestia aliqualis præfato Domino Duci Mediolani, aut ejus Procuratori, ſeu Agentibus, & Subditis per ullum Dominum, Dominium, Civitatem, Patriam, Communitatem, aut gentes eorum ſint, quæ velint.

Item convenerunt prædictæ partes, quod ſi per talem reſiſtentiam, & defenſionem, quam ipſæ Communitates Patriæ Valeſii facere tenentur, & debent, ut in præcedenti Capitulo continetur, prædicti de Valeſio, aut eorum aliqui incurrerent, vel ineiderent in aliquam guerram, & invaſionem hoſtilem, præfatus Dominus Dux teneatur pro poſſe ſuo, attenta caſuum occurrentia, contribuere oneri defenſionis, & ſubſidii cum prædictis de Valeſio contra prædictos emulos pro ſua contingenti parte, intelligendo ſane, quod ſi prædictus Dominus Dux Mediolani exburſaret aliquam quantitatem pecuniæ pro ſatisfaciendo aliquibus ſtipendiariis aptis pro reſiſtentia, & defenſione prædicta ſecundum caſuum occurrentia, ut præfertur, qui reperirentur in partibus Valeſii, ſeu ibidem propinquis, ipſe Dominus Dux intelligatur ſuum debitum adimpleviſſe vigore conventionum, quæ in præſentibus Capitulis continentur.

Item eſt conventum, quod ſi aliquæ ſingulares perſonæ dictarum partium, vel alicujus ipſarum in prædictis non ſatisfacerent, & contra aliquod Capitulorum prædictorum venirent, non ob hoc amicitia violetur, nec ipſæ partes in diſcordiam alicujus ſeditionis incidant, ſed illæ perſonæ contrafacientes puniantur ſecundum qualitatem, & quantitatem ſceleris, & damni facti in Locis, & per Illos ubi fieri debebit.

Item convenerunt, quod præſens intelligentia, & confœderatio durent, & durare intelligantur à die datæ præſentium usque ad annos viginti quinque proximè futuros, & ultra ad beneplacitum partium. In quorum Teſtimonium &c. Datum Mediolani die 14. Septembris 1454. Cichus.

Extracta fuit præſens Copia à Regiſtro inſcripto ſub Littera C. *Ducis* PHILIPPI MARIÆ ANGLI *Vicecomitis, exiſtente in Regio Archivio Caſtri Portæ Jovis Mediolani in Papyro ſcripto. Mediolani die trigeſimo menſis Octobris anni* 1719.

Examinavit JOANNES FRANCISCUS STRIGELLIUS *Regii Archivii Officialis.*

CLXVIII.

15. Nov. **Kayſers FRIDERICI Reſcripe an CARLEN und BERNHARDEN Gebrüdere / Marggrafen zu Baden / worinnen Er denenſelben die Stadt Eßlingen bey ihren Privilegien und Freyheiten in ſeinem Namen zu ſchützen und zu ſchirmen befohlen. Geben zu Neuenſtadt am Freytag nach St. Martins-Tag** Anno 1454. [JOH. PHILIPP. DATT. Volum. Rer. Germanic. Novum Libr. II. Cap. IX. pag. 290. §. 14. LUNIG, **Teutſches Reichs-Archiv. Part. Spec. Contin. IV. Abtheil. VIII. Abſatz XIII. pag. 507.**]

C'eſt-à-dire,

ANNO 1454.

Reſcript de l'Empereur FRIDERIC *aux Marc-Graves de Baden* CHARLES *&* BERNARD *Freres, par lequel il leur confere la Protection de la Ville d'*Eslingen *& de ſes Privileges & Immunités, pour l'exercer en ſon nom Imperial. Donné à Neuſtadt le Vendredi après la St. Martin* 1454.

WIr Friderich von Gottes gnaden Römiſcher Kayſer / zu allen zeiten Mehrer deß Reichs / Hertzog zu Oeſterreich / zu Steir / Kärnden und zu Crain / Graffe zu Tirol ꝛc. Entbieten dem hochgeborn / Karle / Marggrafen zu Baden und Graven zu Sponheim: und Bernharden / auch Marggrafen zu Sponheim Gebrüdern / unſern liben Schwagern / Oheimen und Fürſten / unſer gnad und alles gut. Hochgeborne liebe Schwager / Oheimen und Fürſten. Alß haben die Erſamen Burgermaiſter und Rätt / unſer und deß H. Reichs Statt Eßlingen durch ir Erber botſchafft zu erkennen geben / wie daß ye zu zeiten understanden werde / Sie an iren gnaden / freyheiten und rechten zu verhindern / und auch in ander weg zu recht zu beſchwerren: Sie und die gemeinde deſſelbs zu verderblich ſchaden und vergenglichkeit derſelben unſer und deß Reichs Statt gebracht werden: und unß darauff demütiglich bitten und anruffen laſſen / Ire und der vorgemelten unſer und deß Reichs underſaſſen und getrewen / in gnaden wesen / bey dem heiligen Riche zu behalten / und denſelben fride und gemach zu ſchaffen: Und aber wir an allen enden die dahey zu beſchirmen ſelbs Perſonlichen nit gethun mögen: haben wir betrachtet / nachdem und die benannt Statt Eßlingen Ewern Landen gelegen iſt / daß dann Ewer Liebde ſolliches an unſer Statt wol thun mag. Darumb ſo heiſſen und empfehlen wir Euch und Ewer jedem unſonderbar mit diſem brieff / von Römiſcher Kayſerl. macht / ernſtlich und veſtenlich gebietende / daß ir an unſer Statt / die vorgenante burger und Statt zu Eßlingen / by allen und ygklichen Iren gnaden / freyheiten und Rechten / die Sie und Ire vordern / von alter her / an dem heiligen Reich loblich herworben und herbracht haben / wann Sie uch darum anruffen werden / von unſern und deß H. Reichs wegen / biß an unß / daby getrulich beſchützet / handhabet / veſtiglich ſchützet und ſchirmet: und auch ſelber daby beliben laſſet und nit geſtattet / daß Sie von jemandts on recht darum verhindert / verkurtzet / noch ſonſt in andere weg unbillich beſchweret / oder vermuwchtet werden / in deheen weiß. Datan thut ir unſern ernſtlich willen und meinung / und wir wollen auch / daß ſollich unſer befelchnuß / krafft haben und wären ſoll / biß auff der vorgenanten von Eßlingen gefallen / und auch biß an unſer und unſer nachkommen am Reich widerruffen und wolgefallen. Doch in allweg unß / und dem heiligen Reich / an unſer Oberkeit und gewaltſame unvergriffenlich und unſchädlich. Geben zu Neuenſtatt mit unſerm Kayſerlichen anhangendem Jnnſigel beſigelt. am Freytag nach Sanct Martins-tag / nach Chriſti gebrut vierzehen hundert und im vier und Fünffzigſten. Unſers Reichs im Fünffzehenden / und des Kayſerthumbs im dem dreiſſigſten Jare.

CLXIX.

11. Dec. **Königs CHRISTIANI I. in Dännemarck Uberlaſſungs Brieff / an ſeinem Herrn Bruder Graff Gerdt zu Oldenburg und Delmenhorſt / wodurch Er Jhm ſeinen Antheil an dieſen beyden Grafſchafften cedirt. Geben zu Hadersleben am Mittwochen nach unſer Frauen Tag** Conceptionis Anno 1454 [CHRIST. GASTELIUS. De ſtatu Publ. Europæ Noviſſ. Cap. XIX. pag. 689. LUNIG, **Teutſches Reichs-Archiv. Part. Spec. Cont. II. Abtheil. IV. Abſatz X. pag. 689.**]

C'eſt-à-dire,

Lettres de CHRISTIAN I. *Roi de Dannemarck à ſon Frere* GERDT, *ou* GERARD *Comte d'Oldenbourg, & de Delmenhorſt, par leſquelles il lui donne, cede & transporte ſa part & portion deſdits Comtés. A Hadersleben le Mercredi après la Fête de la Conception de la Sainte Vierge.* 1454.

WIr Chriſtiern / von Gades Gnaden / tho Dennemarcke / Norwegen / der Wenden und Gothen König / Grave tho Oldenborg und Delmenhorſt / bekennen unde bethugen openbahr mit dyſſem jegenwärtigen unſerm apenen Breve vor alle dem / de de ehn ſehen / unde leſen / unde hören / dat wy von fürderlicher leve unde Gunſt wegen / dem Edlen unſerm leven Broder

ANNO 1454. Gerdten/ Graven tho Oldenborg unde Delmerhorst/ unse Anerbeel unde Thobehöring der beyden vorgenomten unser Herrschupen unde Lande Oldenborg unde Delmerhorst gegant/ overgeven/ upgelaten/ unde eme der ganz voll unde allegunächtiger hebben/ endes dawen uthgenamen, gonnen/ avergeven/ uplaten unde mächtigen eme des alsso/ in Krafft dysses Breves/ darby unde anthe ende/ tho laten/ unde tho schicken heren mögen/ et uns Jegenwart/ desto forder Bethigung der Wahrheit/ hebben wy unse Secret an dyssen Brev doen hängen/ de gegeven is tho Hardenslevem/ an dem Middeweken/ negst na unser Frunen Dage Conceptionis, in dem Jahre unses HErrn veertein hundert veer unde söstig.

CLXX.

1455. 5. Janv. **Diploma CAROLI und BERNHARDI/ Marggrafen zu Baden/ wodurch Sie auf das an sie deßwegen ergangene Kayserliche Rescripe die Stadt Eßlingen in Ihren Schutz und Schirm auf 60. Jahr nehmen. Geben am Sambstag nach dem neuen Jahr Anno 1455.** [JOH. PHILIPP. DATT. Volum. Rer. German. Novum, Libr. II. Cap. IX. pag. 290. §. 17.]

C'est-à-dire,

Diplome de CHARLES *& de* BERNARD *Marc-Graves de Baden, par lequel ils déclarent qu'en conformité des ordres de l'Empereur, ils reçoivent la Ville d'*Eslingen *en leur protection pour soixante ans. Fait le Samedi après la Circoncision de Nôtre Seigneur*, 1455.

VOn Gottes gnaden/ wir Karle/ Marggraf zu Baden und Grafe zu Sponheim. Und wir Bernhard auch Marggrave von Baden/ Gebrüdere/ bekennen/ und tun kunt offenbar mit diesem brieff/ alß uns von dem allerdurchleuchtigsten Fürsten Herrn/ Herrn Fridrichen Römischen Kayser ꝛc. unserm allergnädigsten Herrn/ ist zukommen/ Syner gnaden brief/ in dem Sin Kayserl. May. uns von wegen der Erfamen/ unsen/ unser lieben besondern/ Burgermeister/ Rate und gemeinde zu Eßlingen/ thun empfehlen/ nach lut deselben briefs/ der von wort zu wort hernach geschriben stet/ und saget an alßo: Wir Friderich von Gottes gnaden ꝛc. ꝛc. toto Tenore, ut supra &c. Wil nun/ wir/ alß gehorsam Fürsten deß Reichs von billichen schulden willig sint/ deß obgenanten unsers allergnedigsten Herren gebot und begerung zu vollbringen/ und zu frieden und gemach zu fürdern: So haben wir auff emphalt deß obbenanten unsers allergnedigsten Herrn deß Kaysers brieff und empfehlen/ die vorgemelten Burgermeister/ Rahe und Gemeinde gemainlich der Stat Eßlingen und Ire nachkommen/ in unsern schirm und schutz gnedenclich empfangen und genommen: Empfahen und nemen Sie darumb mit krafft dyß briefs Sechtig Jar lang/ die nechsten nach darum dyß briefs ꝛc. Sequuntur conditiones. - - - Und deß zu warem urkund haben wir dieselben Marggraf Karle und Marggraf Bernhard unser jeder sin Ynsigele thun hencken an disen brieff. Der geben ist uff Samptag nach dem heiligen Jars tag/ Circumcisio Domini zu latin genant. Anno ejusdem Millesimo, quadringentesimo, quinquagesimo quinto. &c.

CLXXI.

26. Janv. ALPHONSI *Regis Aragonum Ratificatio Capitulorum Pacis inter eum atque* FERDINANDUM *ejus filium ab una, &* FRANCISCUM SFORTIAM *Ducem Mediolani, Communitatemque* FLORENTIÆ *ab alterâ parte conventorum; quibus Capitulis Pacem antehac Laudæ factam inter Dominium* VENETORUM *& præfatos Ducem* MEDIOLANI *& Communitatem* FLORENTIÆ, *amplexus est. Actum Neapoli, die 26. Januarii. Anno Nativitatis* 1455. [Pièce authentique, tirée des Archives Archiducales de Mantouë.]

IN nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, gloriosaque Virginis Mariæ, ac Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, totiusque Cælestis Curiæ Triumphantis Amen. Anno à Nativitate Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto: Die verò Dominica XXVI. mensis Januarii, Indictionis tertiæ, Pontificatus Sanctissimi Domini nostri Domini Nicolai, divina providentia Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, & universalis Ecclesiæ quinti ejusdem nomine Summi Pontificis Anno octavo. ANNO 1455.

CONSTITUTUS in Civitate Neapoli, in Archiepiscopali Palatio dictæ Civitatis, in præsentia mei Prothonotarii, & Notariorum, ac Testium infrascriptorum Serenissimus, & Invictissimus Princeps, atque Illustrissimus Dominus Dominus Alfonsus Dei gratia Rex Aragonum &c. &c. prudentissimè, ac sapientissimè considerans, quod Inimico humani generis, cui sunt mille nocendi artes, & qui a principio ruinæ sue, nil magis contiouò studuit, quam ut Fidelium Universitatem sibi exosam everteret. In agro Dominico superseminante zizanias ioter suam Serenissimam Majestatem ex una, & Illustrem Principem, ac potentem Dominum Dominum Franciscum Sfortiam Vicecomitem Ducem Mediolani, ac Papiæ, Angleriæque Comitem, & Cremonæ Dominum. Et Magnificam, atque Excelsam Communitatem Florentiæ ex altera. Bellum jam annis multis, & pluribus viguit, ita ut, quamvis à certo tempore circa cessatum fuerit ab offensis, pax tamen perfecta ac solida oondum secuta appareat: Volensque pacifici Regis, qui regnat in Cælis, quo nato, *gloria in Excelsis Deo, & in Terra pax hominibus*, Angeli cecinerunt, & in Mundo conversatus Discipulos instruebat, *quamcumque domum intraveritis dicite primum, pax huic domui*, & exicus de Mundo ad Patrem, dixit, *Pacem meam do vobis, Pacem meam relinquo vobis.* Quantum ipse donare dignabitur, vestigia sequi cogitat ea, quæ pacis sunt, ut pax Dei quæ exuperat omnem sensum fidelium Christianorum, & maximè Italorum corda conciliet. Utque ubique flammis odiorum extinctis, & Regum, ac Principum unitis voluntatibus, quorum discordia, majora solet afferre pericula. Tandem juvante, & Duce Altissimo contra Immanissimum Teucrum Christianam Religionem, & fidem perdere molientem opportunis remediis occurratur. Ad instantiam, requisitionem, præces, obtestationesque Reverendissimi in Christo Patris, & Domini Domini Dominici tituli Sanctæ Crucis in Jerusalem Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyteri Cardinalis Firmani, majoris Penitentiarii, Apostolicæ Sedis Legati de Latere, nomine præfati Sanctissimi Domini nostri, ac Magnificorum Virorum Domini Geronimi Barbarino quondam Domini Francisci Procuratoris Sancti Marci, Zacariæ Trivisano Militis, & Artium, ac Juris utriusque Doctoris quondam Domini Zacariæ, & Johannis Mauro quondam Domini Antonii Oratorum Ill. Dominii Venetorum, & Reverendi in Christo Patris Domini Bartholomei de Vicecomitibus Dei gratia Episcopi Novariensis, & Magnifici Domini Alberici Malleræ Militis, Comitis, ac utriusque Juris Doctoris Oratorum dicti Ill. Domini Ducis Mediolani, & Consiliariorum suorum Magnificorum insuper Bernardi Antonii de Medicis, & Dietisalvi Neronis de Dietisalvis Oratorum præfatæ Excelsæ ac potentis Communitatis Florentiæ petentium, atque exortantium præfata Regia Majestas Pacis semper cupida saluttiferam, & laudatissimam totius Italiæ Pacem, quam liberalissime ex omni parte amplecti voleus pro se, & Illustrissimo Domino Ferdinando de Aragonia Duce Calabriæ, filio suo primogenito & in Regno Siciliæ - - - - - - post ejus felices dies legitimo successore, & hæredibus, & successoribus eorumdem, Subditis, Vassallis, Complicibus, Recomendatis, Adhærentibus, & Confederatis Pacem laude contractam inter dictum Illustre Dominium Venetorum, & Illustrem Dominum Ducem Mediolani, & post ratificatam per excelsum, ac potentem Communitatem Florentiæ cum duobus publicis Instrumentis quorum tenores sequuntur per hæc verba.

Inferantur Capitula Pacis utriusque Contractus sic incipientia.

In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen, Anno à Nativitate Domini nostri Jesu Christi M. CCCC. quinquagesimo quarto, die Martis nono mensis Aprilis.

Cum Capitulis, Declarationibus, modificationibus, & suppletionibus in præsenti Ratificatione, & in Liga panto post contrahenda, & firmanda contentis de consensu dictorum Oratorum, ac ipsis instantibus, ut prædicitur approbat, & ratificat cum omnibus, & singulis suprascriptis Capitulis, & mutuis hinc inde Promissionibus, sive Obligationibus, & quarumcunque oovitatum ac etiam prohibitionum, revocationibus, & annullationibus in ea parte comprehensis, & con-

ANNO 1455. contentis, & eum omnibus, & ſingulis exindè ſequutis pro executione dictorum Capitulorum Pacis utriusque Contractus, ita ut in omnibus, & per omnia proindè penitus habeantur, ac ſi præfati Regia Majeſtas, Illuſtriſſimum Dominium Venetorum, Ill. Dominus Dux Mediolani, & Excelſa Communitas Florentiæ inſimul Pacem prædictam cum prædictis omnibus Capitulis, & promiſſionibus utriusque Contractus, & ut ſuprà contraxiſſent, & etiam ac ſi in termino quadraginta dierum, de quo in eadem Pace fit mentio. In omnibus, & per omnia Pacem ipſam approbaſſet, & ratificaſſet, eique Paci, & omnibus, & ſingulis in ea contentis, ſive quomodolibet comprehentis nullo quovis modo contravenire ſpondet, & ſolemniter promittit. Et non ſolum dicta R. Majeſtas revocat, & annullat omnia damna, & prohibitiones, & quæcumque interdicta per ipſam quomodolibet facta, ſeu publicata, prout in Capitulis Pacis continetur; ſed etiam quantum attinet ad Excelſam Communitatem Florentiæ, non ſolum revocat, & annullat omna damna, & prohibitiones, & quæcumque interdicta per ipſam quomodolibet facta, ſeu publicata; verum etiam ſuspendit omnes, & ſingulas repreſſalias, pignorationes, ſeu detentiones privatis perſonis eis Subditis conceſſas tam non executas, quam executas, ſi tamen bona adhuc non ſunt diſtracta, & alienata, & ſuper iis per ipſam Regiam Majeſtatem Juſtitia miniſtretur, & partes teneantur adire Regiam Majeſtatem pro Juſtitia conſequenda, & etiam de executis, diſtractis, & alienatis indebite, & ultra principale debitum, & expenſas ſimilitet per dictam Regiam Majeſtatem debeat Juſtitia miniſtrari. Hoc acto, & expreſſe reſervato eidem Regiæ Majeſtati, quod liceat ſibi infra terminum duorum mensium à die præſentis Ratificationis in antea numeraudorum in ſcriptis nominare ſuos Colligatos, Adhærentes, Complices, & Recomendatos Italicos, & infra Italiam, qui quidem ſic nominandi infra terminum trium mensium à die eorum nominationis inchoandorum, in ſcriptis ratificaſſe, & prædictam Ratificationem approbaſſe teneantur, quo caſu benefitio præſentis Pacis ratificatæ gaudere poſſint, aliter verò non. Et inſuper præfati Oratores vice & nomine eorum Principalium ſingula ſingulis congrue referendo, præſentem approbationem, & ratificationem ut ſupra cum Capitulis, declarationibus, modificationibus, ſuppletionibus ſuprà mentionatis, eum magna gratiarum actione ab ipſa Regia Majeſtate acceptant. Et ad uberiorem cautelam ipſam præmiſſam Pacem nomine dictorum ſuorum Principalium cum dictis Capitulis, declarationibus, modificationibus, & ſuppletionibus approbant, & ratificant. Volentes, & conſentientes quod dicta approbatio, & ratificatio per dictam Regiam Majeſtatem facta ſit, & habeatur proindè ac ſi infra terminum dictorum quadraginta dierum ſimpliciter facta fuiſſet. Et nihilominus promiſerunt præfati Oratores, quod eorum Principales per totum menſem Martii proximè venturi approbationem, & ratificationem impreſentiarum factam per Regiam Majeſtatem & dictos Magnificos Oratores acceptatam & approbatam, per Inſtrumentum publicum acceptabunt, approbabunt, & ratificabunt.

Cum Copia in Papyro ſcripta, ſic ut ſupra expedita, in ſecretiori Archidiacali Archivio Mantuæ *aſſervata præſentem ſumptam Copiam omninò concordare atteſtor*

Ego LUDOVICUS *Nob. olim* H. OCTAVII DE MAZZIIS *filius Civis publicusque Imperiali auctoritate* Mantuæ *Notarius ac dicti Archidiacalis Archivii Cancellarius. In quorum fidem hic me ſolita cum atteſtatione ſubſcripſi hac die* 15. *Februarii* 1720.

Ita verum eſſe affirmo

Ego JOSEPH MARIA CASTILEONUS *ejusdem Archivii Præfectus, hac die* 16. *Februarii* 1720.

CLXXII.

ANNO 1455. 17. Mars.

Reverſales Günther / Gebhards / Buſſen und Vollraths / Grafen und Herren zu Mannsfeld / ſo ſie dem Herrn Friedrichen / Ertz-Biſchoffen zu Magdeburg ausgeſtellet / worinnen ſie bekennen / daß ſie die Burg Mannsfeld von ſolchem mit Conſens ſeines Capituls zu Mannlehen empfangen. Geben Anno 1455. am Montag nächſt nach dem Sonntag Lætare in drey Heiligen Feſten. [Hochfürſtliche Magdeburgiſche Reſponſion auf der Grafen von Mannsfeld bey Kayſerl. Majeſtät übergebene Deduction in Beylagen ſub Num. XV. Apud THUCELIUM in Actis Publicis S. Rom. Imp. Part. II. pag. 483. LUNIG in Spicilegio Eccleſiaſtico im Anhang zu den Ertzſtifftern ſub Num. VI. von Magdeburg pag. 41.]

C'eſt-à-dire,

Revers de GUNTHER, GEBHARD, BOSSE, *&* VOLLRATH, *Comtes & Seigneurs de* MANSFELDT, *par lequel ils reconnoiſſent avoir reçu, de* FRIDERIC, *Archevêque de Magdebourg, du conſentement de ſon Chapitre, le Château de* Mansfeldt *en Fief Maſculin. Donné le Lundi après le Dimanche* Lætare. *Anno* 1455.

WIr Günther / Gebhardt / Buſſe und Vollrath / Gevettera / Grafen und Herren zu Mannsfeld / bekennen offentlich mit dieſem Brieve / vor uns und unſere Erben / daß der Ehrwürdigſte in Gott Vater und Herr / Herr Friederich / Ertz-Biſchoff zu Magdeburg / unſer gnädiger lieber Herr / mit Wiſſen und Willen / Frillwort ſeines Capituls zu Magdeburg / uns die Burg Mannsfeld / mit aller Ihrer Zubehörungen weltlicher Herrſchafft / Gottshuſen / darinn gehörenden Dörffern beſatzt und unbeſatzt / Dorffſtedten / Feldmarcken / Ackern / Weſen / Werdern / Waſſern / Teichen / Teichſtedten / Fiſcherien / Holtzern / Waldpanen gehackt und ungehackt / Gerichten / Renthen / Gruntzen / Ungerichten / Nützen / beweglichen und unbeweglichen lehnen / geiſtlichen und weltlichen Mannſchafften / Frayheiten und Herrlichkeiten / feuerley ausgeſchloſſen / wie das Nahmen hat oder gehaben mag / zu männlichen lehne gelegen hat / und ſihet uns die auch in und mit krafft ſines Breffes uns deßhalben und darüber gegeben / ſo die von ſinen Gnaden und ſinen Gottshuſe an lehne gehen / und von alter gegangen haben / ſolche Burg vorgenannt / mit allen und jeglichen Ihren Zubehörungen / Früchten / Gerichten und Rechten vorberühret. Wir genannten Grafen und Herren / vor mehr denn genannten Herrn Ertzbiſchoffen Friedrichen / und ſinem Stiffte zu Mannlichem lehen haben und beſitzen / von der aus genießen und gebrauchen ſollen und mögen / als Männlicher lehen-Rechte und Gewonheit iſt / ahn alle Gefährde / der obgenannte unſer gnädiger Herr / Ertz-Biſchoff Friedrich und ſine Nachkommen wollen auch Uns obgenannten Herren und Grafen zu Mannsfeld / unſer Leibes Lehns-Erben zu handhaben / ſchützen und vertheidingen / und Uns wo ſie unſer zu Ehren und Rechte mächtig ſind / gegen jedermann helffen und rathen / daß wir die Gliche und Rechte bleiben möge / nach alle Ihre Vermoge ohne Gefehrde / Es ſollen auch wir genannte Grafſen und Herren von Mannsfeld / und unſers Leibes Lehns-Erben die Macht haben und behalten / daß wir zu unſern Nöthen und Zubehörungen von der vielgenannten Burg gehörende verkauffen / verpfänden oder verſetzen mögen / Conſens, Nahmen oder einer unſer gleich / und den ſollen uns wollen die mehrgenandte unſer gnädiger Herr Ertz-Biſchoff ab die Herrſchafft von Mansfeld an Männliche Leibes Lehns-Erben verſtehen würde / und da Gott lange vor ſey / ſo ſoll die obgenannte Burg Mannsfeld mit ihren Zubehörungen vorberührt an unſern obgenannten gnädigen Herrn Ertz-Biſchoffen Friederichen / ſinen Nachkommen / und Stiffte zu Magdeburg / und an niemand anders fallen. Und dann ſollen und wollen wir wohlgenannten unſern gnädigen Herren / Herrn Friederich / ſeine Nachkommen / Ertz-Biſchoffe und Capitul zu Magdeburg / Uns vorgenannten Herrn und der Herrſchafft von Mansfeld alle Jahr des Jahrs unſere Gedächtnüſſe mit Vigilien und Seelmeſſen in Ihrer Kirchen Magdeburg begehen laſſen. Wannes auch / daß Wir Graffen und Herrn von Mansfeld mit Leibes und Lehns-Erben / da Gott vor ſey / verſtorben / und Töchter und Frauen / die zu Geiſtlichen oder ehlicke lebenden nicht beſtattet weren / unter Uns hinterlaſſen / dann ſollen und wollen der obgenannte unſer gnädiger Herr Ertz-Biſchoff Friedrich oder ſeine Nachkommen / wann Mansfeld an Sie und Ihr Stifft kome / jeglicher zu Beſtättigung ehliches lebens / vier tauſend Rhein. Goldg. geben / welche aber zu ehlichen lebende beſtattet werden / den ſollen

ANNO 1455. und wollen ſie jeglicher tauſend Rhein. Goldg. geben / denen aber er zu lehende begehren werden / den ſollen und wollen ſie jeglicher alle Jahr hundert alte Schock Groſchen zu Ihrem Lehe verſchreiben / und das. Wir obgenannt Günther / Gebert / Buſſe und Volrath / Grafen und Herrn zu Mannſfeld / und alle unſere Erben / dem obgenannten unſerm gnädigen Herrn / Herrn Friderich / ſeinen Nachkommen / Erz-Biſchoffen und Gotteshauſe zu Magdeburg / alle und jegliche vorgeſchriebene Stücke / Punkten und Artickel dieſes Briefes / ſtäte / gantz und unverbrochen ohne Arg und Gefehrde halten ſollen und wollen / das zu Beſtättigung haben Wir obgenannten Günther und Gebert unſer / jeglicher ſein Inſiegel vor Uns und unſer Erben / und Wir obgenannter Buſſe / unſer Inſiegel vor Uns / und den vorgenannten Grafen Volrathen / unſerm unmündigen Bruder / und Uns beyder Erben wiſſentlich an dieſen Brieff laſſen hengen. Gegeben nach Chriſti unſers Herrn Geburt / tauſend vier hundert / darnach im fünff und fünffzigſten Jahre / am Montage nechſt nach dem Sontage nach Lætare in dey heiligen Feſten.

CLXXIII.

10. Juill. *Liga inter* HENRICUM II. *Caſtellæ, & Legionis, &* CAROLUM VII. *Franciæ Reges. Altum Cordubæ die* 10. *Julii* 1455. [Voyez-la ci-après ſous le 23. Septembre 1475.]

CLXXIV.

13. Nov. Revers Graff Ludwigs von Gleichen / an Herrn Heinrich Reuſſen von Plauen außgeſtellet / daß er das von Herrn Dietrich Burggrafen zu Kirchberg erhaltene Schloß Nieder-Crantchfeldt / im fall er es verkauffen ſolte / ihme zubringen wolte. Geben Donnerstag nach Martini 1455. [LUNIG, Reichs-Archiv Part. Special. Continuat. II. Abtheil. VI. Abſatz XVIII. pag. 214.]

C'eſt-à-dire,

Revers donné par LOUÏS *Comte de* GLEICHEN *à* HENRI REUSSEN *de* PLAUEN *au ſujet du Château de* Nieder-Kranichfeldt *aquis par lui de* DIETERIC *Burg-Grave de* KIRCHBERG; *portant que s'il arrivoit qu'il fût obligé de l'engager, ce ſera au dit de* PLAUEN *préferablement à tout autre. Fait le Jeudi après la Fête de St. Martin* 1455.

WIr Ludwigk Graf von Gleichen / und Her zu Blanckenhom / bekennen offenbare von idermanniglich / vor uns / und unſere Erben / Nachdem wir mit dem Wolgebornen / Her Dieterich Burggrafe zu Kirchbergk die Zeit her zu Crantchfeld vordehdinget ſtund / daß er uns das Schloß Nieder-Crantzfeld vor dem Ertzbiſchoffen / Herrn Johanſſen / Biſchoff zu Mentz / unſern gnädigen Herrn / mocht den Lehn auffgeben / und uns darmit zu beleihen haben ſoll / Ibrech mocht ſolchem Gedinge / wenn wir / oder unſer Erben das genannte Schloß verkauffen oder verſetzen wurden / alsdann daſſelbige Schloß mocht ſeinen Eruchkommen / mocht Lehen nach altem Herkommen / an den obgenanten unſern Ohmen / und Seinen Erben / oder an die Herſchafft gegen Obern Crantzfeldt wieder weiſen und bringen ſollen / Nu dem der Egenannte unſer Ohme / Burggraff Dietrich / das Schloß und Herſchafft Obern Crantchfeldt dem Edlen Wolgebornen Herrn Heinrichen Reuſſen von Plawen dem Jüngern Her zu Crantchfeldt / Seinen Erben und Erbnehmen Erblichen verkaufft hat / gereden und geloben wir vor uns / und all unſer Erben / bey unſern waren Worten / trew und Crafft dies Briues / das obgenelte Schloß Obern Crantchfelde mit aller und jglicher ſeiner Zubehörung / wann wier oder unſer Erben das verkaufen oder verſetzen wurden / nach altem Herkommen / an den obgenandten unſern Ohmen Herrn Heinrichen Reuſſen / Seine Erben oder Erbnehmen mocht den Lehn wieder an Sie zu weiſen und zu bringen / one Widerrede / und ohne allen argen Eintrag / an alles Geverde / das zu warer Urkunde und Bekentnis haben wir obgenannter Herrn unſer Inſiegel wiſſentlich laſſen drücken an dieſen unſern offenen Brieff / der do geben iſt / nach Chriſti unſers Herrn Geburt / vierzehenhundert / darnach in dem Fünff und fünffzigſten Jare / auf Donnerstag nach Martini des Heiligen.

(L. S.)

CLXXV.

1456. 27. Mars. JERUSALEM ET SAVOIE. *Traité entre* RENÉ, *Roi de Jeruſalem & de Sicile, Duc d'Anjou & de Bar, Comte de Provence, & de Forcalquier, &* MARGUERITE DE SAVOYE *Comteſſe de Wirtemberg. Fait au Château d'Anjou, le* 27. *Mars* 1456. [S. GRIECHINON, Hiſtoire Généalogique de la Maiſon de Savoye. Preuves. pag. 350.] ANNO 1456.

IN *nomine Domini, Amen.* Per hoc præſens publicum Inſtrumentum cunctis pateat evidenter; & ſit notum, Quòd anno à Nativitate ejusdem Domini M. CCCC. LVI. menſis vero Martii die XXVII. in vigilia Feſti Reſurrectionis Dominicæ, Indictione IV. Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris ac Domini noſtri Domini Calixti divinâ providentiâ Papæ III. Anno I. coram Sereniſſimo Principe Domino RENATO Dei gratia Jeruſalem & Siciliæ Rege, Andegaviæ & Barri Duce, Provinciæ & Forcalcherii Comite, in noſtrum Notariorum publicorum, Teſtium ſubſcriptorum, ad hæc vocatorum & rogatorum præſentia, præſentes & perſonaliter conſtituti Venerabiles Viri, Magiſter Joannes Bertonnelli de Campidenario Præceptor generalis de Yſeuhem Ordinis ſancti Anthonii Batiſtenſis Dioceſis, & Franciſcus Maleti, Procuratores, Oratores & Nuntii literatorie deſtinati, *Illuſtris Domina* MARGARETÆ DE SABAUDIA, *Sereniſſimæ quondam Principis recolendæ memoriæ Domini Ludovici III. tunc Jeruſalem & Siciliæ Regis*, nunc verò præexcellentis Dominæ Domini Ulrici Comitatus de Wirtemberg Comitis legitima Conthoralis ab eadem Domina Margareta, etiam cum conſenſu & authoritate præfati Domini Comitis conſtituti, deputati & commiſſi, cum ſpeciali poteſtate tranſigendi, paciſcendi & concordandi cum præfato Sereniſſimo Rege Renato, de & ſuper dote, ac etiam dotalitio, ſeu donatione propter nuptias, ac arreragiis ejusdem dotalitii; nec non ſuper corona, jocalibus, & ornamentis Regiis, enceniis, donis & aliis tunc expreſſis, quas & quæ præfata Domina, cauſa & occaſione Matrimonii inter prælatum Dominum Ludovicum III. & ipſum Dominam Margaretam contracti prætendebat per dictum Regem Renatum ſupradicti Domini Ludovici Fratrem & hæredem ſibi deberi, prout de hiis ad plenum conſtitit & conſtat, atque conſtare poteſt, & poterit per Literas Dominæ Margaretæ Comitiſſæ, & Comitis prædictorum ſuis ſigillis ſigillatas, ac ſignis & ſubſcriptionibus Sifridi Sehinggeri & Laurentii Rutel Notariorum publicorum, ut prima facie apparebat ſignatas & ſubſcriptas, datas in oppido Stungarter Conſtantienſis Dioceſis, ſub anno à Nativitate Domini M. CCCC. LVI. die primâ menſis Martii. Qui quidem Procuratores vigore & authoritate poteſtatis, & Procuratorii eisdem in hac parte conceſſis, de & ſuper dote prædicta ſpecialiter, de & ſuper ſumma quindecim millium Ducatorum, per quondam Dominum Ducem Sabaudiæ ipſius Domini Genitorem, pro parte dictæ dotis ut aſſerebat, præfato quondam Regi Ludovico ſolutorum; ac de & ſuper ſumma novem millium ſimilium Ducatorum annualium pro dotalicio ipſius Dominæ, ut etiam aſſerebatur, ex parte & nomine dicti quondam Regis Ludovici conſtitutorum, ac ſuper arreragiis hujusmodi novem millium Ducatorum à tempore obitus dicti quondam Regis Ludovici, nec non de & ſuper Corona, Jocalibus & ornamentis Regalibus, ipſi Dominæ promiſſis, ac ſuper donis & enceniis ſibi factis veniendo de Sabaudia ad Villam Tarasconis, nec non ad præfatum Ludovicum, & generaliter de & ſuper omnibus & ſingulis quibuscumque, aliisque occaſione Matrimonii, & contemplatione ipſius factorum & appoſitorum præfata Domina petere poſſet, cum præfato Sereniſſimo Rege Renato tranſigerunt, compoſuerunt, appunctuaverunt, paciscuerunt & concordaverunt, tenoreque præſentis publici Inſtrumenti tranſigunt, componunt, appuntuant, paciſcunt, & concordant in hunc modum; videlicet, quòd dicti Procuratores pro & nomine ſupradictæ Dominæ Margaretæ, de & ſuper dote, dotalitio, ſeu donatione propter nuptias, & arreragiis prædictis, nec non de dicta ſumma quindecim millium Ducatorum, ac de Corona, Jocalibus, ornamentis Regiis, donis & enceniis prædictis, & quibuscumque aliis quæ occaſione prædictorum præfata Domina Margareta petere valeret, dictum Illuſtriſſimum Regem Renatum, ſuosque hæredes, & cauſam habentes nunc & in futurum, & quoscumque alios quorum intereſt vel intereſſe communiter & diviſim quitaverunt, liberaverunt & abſolverunt, quitos, liberos & abſolutos tenuerunt & fecerunt, ac præſentis publici Inſtrumenti tenore quittant, liberant & abſolvunt, ſolemneque pactum dicti Procuratores præſtiterunt, & juraverunt, & ſide media nomine præfatæ Dominæ Margaretæ de ulterius

ANNO 1456. ulterius occaſione præmiſſorum nihil petendo præter ſummam trium millium ſcutorum auri annualium, vita ipſius Dominæ Margaretæ durante, ſolvi & dumtaxat prout infra dicetur. Et præter hoc videlicet pro dote & pro dictis quindecim millibus Ducatorum, nec non pro dotalitio ſeu donatione propter nuptias, & arreragiis ejusdem dotalitii à tempore obitus dicti Regis Ludovici, ſi quæ debeantur, ac etiam pro Corona, Jocalibus, ornamentis Regiis, donis & encæniis prædictis, & generaliter pro omnibus aliis quæ occaſione dicti Matrimonii præfata Domina Margareta petere poſſet; ita ut de præmiſſis omnibus & ſingulis Sereniſſimus Rex Renatus, & ejus cauſam habentes & habituri, ſint & remaneant perpetuò quitti, liberi & abſoluti: quam quidem ſummam trium millium ſcurorum auri tunc & in Regno Franciæ curſum habentium, præfatus Sereniſſimus Rex Renatus ſolvere promiſit eidem Dominæ Margaretæ, quamdiu ipſa vixerit dumtaxat in Civitate Avinionenſi in Sancti Joannis Baptiſtæ pro una, & Domini noſtri Jeſu Chriſti Nativitatum Feſtivitatibus pro alia medietate. Quam tranſactionem, compoſitionem & concordium dicti Procuratores juraverunt & jurant, pro & nomine dictæ Dominæ Margaretæ, per fides ſuas corporales in manibus noſtrum Notariorum ſubſcriptorum, & legitimè ſtipulationum præſtitas & datas, firmiter tenere & obſervare, & nunquam in contrarium venire: & ad hoc obligaverunt & obligant præfatam Dominam, ſuaque bona quæcumque, & quoad hoc Jurisdictioni Curiæ Parlamenti Regii, & cæterarum Curiarum Eccleſiaſticarum & Sæcularium Regni Franciæ, & aliarum quarumcunque, dictam Dominam Margaretam, & ſua bona quæcumque ſubmiſerunt & ſubmittunt. Et inſuper, quia dicti Procuratores per effectum cognoverunt præfatum Dominum Regem Renatum magnis & multis oneribus & gravaminibus eſſe oppreſſum; volentes eidem Domino Regi pro viribus complacere, terminos ſolutionum dictorum trium millium ſcutorum pro prima ſolutione in dicti Sancti Joannis Baptiſtæ Nativitatis Feſtivitate proxime futura facienda, usque ad Feſtum Omnium Sanctorum; & pro ſecunda ſolutione in Nativitatis Domini noſtri Jeſu Chriſti Feſto proximè futuro usque ad Feſtum Paſchæ prorogaverunt; quam quidem prorogationem dicti Procuratores promiſerunt bona fide, per dictum Dominum Comitem & Dominum Margaretam ratificari facere. Acta fuerunt hæc in Caſtro Andegavenſi, ſub anno, menſe, die, Indictione, & Pontificatu quibus ſupra; præſentibus Nobili & Potenti Milite Domino Bertrando de Bellavalle Domino de Preſſigucio; Honorabilibus Viris Magiſtris Joanne Breſſay, & Guilelmo Præpoſiti Licentiatis Andegavi commorantibus, vocatis & rogatis. *Signé* Robertus Aſſe.

ANNO 1456.

CLXXVI.

30. Mars. BORSII *Mutinæ Ducis, Eſtenſisque Marchionis Aſſenſus, ut concedantur per Papam,* FRANCISCO SFORTIÆ *Duci Mediolani, Territoria* Rochæ, Baſtiani, Barbiani, *&* Cunii. *Actum Ferrariæ Anno Nativitatis* 1456. *die* 30. *Martii. Indictione* IV. [Piece authentique tirée des Archives Royales du Château de Milan Regiſtre A.]

IN *Nomine Domini*, Anno à Nativitate ejusdem milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſexto, Indictione quartâ, die trigeſimo menſis Martii. Ferrariæ in Camerâ cubiculari infraſcripti III. Domini Ducis Borſii &c. præſentibus teſtibus vocatis, & rogatis Magnifico Viro Laurenzio de Strozziis Comite, Conſocio, & Conſiliario ejusdem Domini Ducis, Clariſſimo Referendario ſuo Domino Ludovico Caſſella, & Spectabili, & Inſigni Viro Domino Nicolao de Avaro ejusdem Domini Ducis Conſocio: Cum quandoque contingat etiam inter eos, qui verâ amicitiâ, cordialique dilectione ſtringantur, aliquas, non dicam, differentias, ſed dubitationes oriri, utraque parte ſe coloratis rationibus arbitrante fulciam, & neutra tamen, quod eſt alterius occupare nititur, ſed quod ſuum eſt vendicare conatur, aut tueri, profectò tunc firmiſſimum eſt puræ dilectionis argumentum, cum cognita veritate, aut ex liberalitate quadam pars altera ſponte cedit, contentionesque deviat. Hoc itaque deſiderans Ill., & Excellentiſſimus Dominus Dominus Borſius Mutinæ, ac Regii Dux, Eſtenſisque Marchio, ac Rodigii Comes, menteque ſua revolvens quænam, & qualis inter Illuſtriſſimum Dominum Dominum Franciscum Sforciam Vicecomitem Ducem Mediolani, Papiæ, Angleriæque Comitem, ac Cremonæ Dominum, ſeque, ac prædeceſſores ſuos hactenus fuerint, jugiterque perſeveraverint in hunc usque diem, aut in futurum continuare non dubitetur amicitia, ſinceræque dilectionis affectus, ac benivolentiæ puritas, quamquam occaſione Terræ, ſeu Loci Rocchæ, ſeu Baſtiæ, ac Territorii Barbiani, & Cunii Dioceſis Imolenſis, & Provinciæ Romandiolæ, ac pertinentiarum quædam orta videntur hæſitatio, ipſo Domino Duce Mediolani aſſerente Locum ipſum, Territorium, & Roccham cum pertinentiis eidem pertinere vigore conceſſionis per Sanctiſſimum Dominum Dominum Eugenium tunc Papam Quartum de ipſis Terrâ, Loco, & Territorio, ac pertinentiis usque de anno curſo milleſimo quadringenteſimo trigeſimo quinto factæ, ac indultionis in poſſeſſionem, ſeu tenutam ſuprafcriptorum Locorum, Territorii, & pertinentiarum factæ de ipſo tunc Comite Marchione Marchiæ Anchonitanæ, Romanæ Eccleſiæ Conſanonerio, nunc Duce Mediolani circa id tempus per Reverendum Dominum Euſtorgium tunc Epiſcopum Anchonitanum, & in Marchia Legatum, & poſtea Archiepiſcopum, & Cardinalem Benventanum; præfato autem Duce Mutinæ aſſerente Illuſtri quondam Prædeceſſori ſuo Domino Leonello olim Marchioni Eſtenſi per eumdem Dominum Eugenium Papam ut ſuprà conceſſum fuiſſe ut ſuprà Vicariatum dicti Loci, & Rochæ, ſeu baſtiæ Barbiani, & Cunii, & pertinentiarum, nec non regimen, gubernationem, & adminiſtrationem cum diſtrictibus, Territorio, & mero, & mixto imperio, ac omnimodâ jurisdictione dicti Loci, & pertinentiarum, hujusmodique conceſſionem poſtmodum confirmatam fuiſſe per Sanctiſſimum Dominum Dominum Nicolaum Papam Quintum, ſed pro parte præfati Domini Domini Ducis Mediolani dicebatur talibus conceſſione, & confirmatione non cìdi, aut minui conceſſionem ſibi primo factam, præſertim etiam cum de ea conceſſione in dictis conceſſione Vicariatus, & confirmatione nulla fiat mentio, quo fit, ut res, hæc primâ facie deduci, viſa ſit in ambiguum, ex certâ ſcientiâ, & de magnanimitate deliberavit, ut quæ inter præfatos Dominos Dominos Duces vigent amicitia, ſinceraque dilectio, & benivolentia comprobata nullo pacto conturbentur, nulloque impulſu quatiantur, hujusmodi ambigitari finem imponere, præſentis igitur loſtrumenti tenore præfatus Illuſtris Dominus Dominus Borſius Dux Mutinæ, & Regii, Marchio Eſtenſis, ac Rodigii Comes, natus quondam celebris memoriæ Illuſtris Domini Domini Nicolai olim Marchionis Eſtenſis, ſponte, ex certâ ſcientiâ, ac omni modo, via, jure, & formâ, quibus magis, & melius potuit, & poteſt, etiam ad inſtantiam mei Notarii infraſcripti perſonæ publicæ ſtipulantis, & recipientis nomine, & vice, & ad partem, & utilitatem præfati Illuſtris Principis, Excellentiſſimi Domini Domini Francisci Sforziæ Vicecomitis Ducis Mediolani, Papiæ, Angleriæque Comitis, ac Cremonæ Domini, & quemlibet ulterius perſonæ, cujus intereſt, intererit, ſeu intereſſe poterit, & poteſt quommodoliber, dixit, & aſſeveravit, & dicit, & aſſeverat ſe conſentire, & eſſe contentum, ſibique placere, quod Sanctiſſimus Dominus noſter Papa concedat præfato III. Domino Domino Francisco Sforziæ Duci Mediolani pro ſe, filiis, & hæredibus, & Succeſſoribus ſuis dictas Terras, Rocham, & Territorium, & Baſtiam Barbiani, & Cunii cum pertinentiis ſuis Dioceſis Imolenſis Provinciæ Romandiolæ, ejusque, ac hominum ibidem habitantium, & qui in futurum habitabunt, regimen, gubernationem, & ſuperioritatem cum mero & mixto imperio, & omnimoda jurisdictione, nec non regaliis, datiis, pedagiis, Coloneis, intratis, condemnationibus, pœnis, mulctis, ſucceſſionibus, confiscationibus, honorantiis, præeminentiis, & cæteris ad Romanam Eccleſiam ibidem ſpectantibus, ſalvo ſemper jure Superioritatis ejusdem Eccleſiæ, & hoc vel in feudum, vel pro ut Sanctitati ſuæ videbitur, non obſtantibus aliquibus conceſſionibus, vel privilegiis eidem Domino Duci Mutinenſi, vel prædeceſſoribus ſuis, & maximè Domino Marchioni Leonello factis, vel indultis per Prædeceſſores ejusdem Sanctiſſimi Domini Papæ moderni, & cum illis modis, & formis, clauſulis, & ſolemnitatibus, pro ut, & quemadmodum Sanctitati præfati Domini Papæ noſtri moderni videbitur, & placuerit, & ſe convenerit cum præfato Domino Domino Duce Mediolani, & cum quibuscumque Nunciis Mandatariis ſuis, ac etiam quod ipſe Illuſtris Dominus Dux Mutinæ per expreſſum,

ANNO 1456. veram, claram, & indubitatam habet notitiam, & ſcientiam de continentiâ, effectu, importantiâ infraſcriptæ Supplicationis porrigendæ parte, & nomine præfati Domini Domini Ducis Mediolani Sanctitati Domini noſtri Papæ Calixti tenoris infraſcripti, & quod ipſa Supplicatio procedit de ejus Domini Ducis Mutinæ &c. voluntate, conſenſu, & beneplacito, quodque contentus eſt, & præſentium tenore, quatenus expediat, ipſe ſupplicat, quod Sanctitas ſua dignetur præfato Ill. Domino Domino Duci Mediolani, & ſuis ut ſupra concedere, & dispenſare omnia in dictâ infraſcripta Supplicatione requiſita, & contenta, hoc tamen addito, ſalvo, & reſalvato, & ſic intelligatur in principio, medio, atque fine repetitum, quod proprer præſentem conſenſum, placitum, & voluntatem Ill. Domini Ducis Mutinæ, ac propter aliqua comprehenſa, & contenta in præſentibus Inſtrumento, & Supplicatione porrigendâ Sanctiſſimo Domino noſtro Papæ nomine præfati Domini Ducis Mutinæ, de quâ infra, non intelligatur, nec ſit in aliquo derogatum, nec præjudicatum pactis, Capitulis, Conventionibus initis, firmatis, ac concluſis inter præfatos Ill. Dominos Duces occaſione dictæ Terræ Barbiani & tempore relaxationis ipſius Terræ, & poſſeſſionis ejus factæ anno ſuperiore præfato Ill. Domino Duci Mediolani per Ill. Dominum Ducem Mutinæ &c. Quæ quidem pacta, Capirula, & Conventiones ut ſuprà habeantur hic pro ſufficienter expreſſis, & repetitis, ac ſi de verbo ad verbum in præſenti Inſtrumento facta eſſet expreſſio, & mentio ſpecialis, & hæc ad eorum veram, & mutuam benivolentiam conſervandam, & nequa de cætero controverſia, vel ambiguitas eadem occaſione inter eos Principes, aut eorum Principum ſubjectos poſſit oriri, ſed ea omnia, & ſingula ſint ſalva, & plenam obtineant roboris firmitatem, conceſſione aliqua, quam fieri contingat in futurum per præfatum Sanctiſſimum Dominum Papam, pro ut, & quemadmodum in præſenti Inſtrumento, & ſupplicatione continetur, & requiritur, non obſtante, & cum eo moderamine, & tempore porrigi debeant, & porrectæ intelligantur preces præfato Sanctiſſimo Domino noſtro Papæ, non aliter, nec alio modo, cujus quidem Supplicationis tenor talis eſt videlicet:

Beatiſſime Pater: Dudum felicis recordationis Dominus Eugenius Papa quartus Devotæ creaturæ veſtræ Franciſco Sforziæ tunc Comiti, & Marchioni Marchiæ Ancoñitanæ, & Romanæ Eccleſiæ Confanonerio, nunc vero Duci Mediolani, Papiæ, Angleriæque Comiti, ac Cremonæ Domino Rocham, ſeu Baſtiam, & Territorium Barbiani, & Cunii cum pertinentiis ſuis Diœceſis Imolenſis Provintiæ Romandiolæ gratioſe conceſſit, & in poſſeſſionem, & tenutam dictorum Locorum, & pertinentiarum per tunc Epiſcopum Ancoñitanum, & Marchiâ Legatum, & ſucceſſive Cardinalem Beniventanum nominatum, poni, & induci mandavit, quod Mandatum idem tunc Legatus finit executus; Verum, Sanctiſſime Pater, aſſeritur per præfatum Dominum Eugenium ex poſt conceſſum fuiſſe tunc quondam Domino Leonello olim Marchioni Eſtenſi Vicariarum dicti Loci, & Rocæ, ſeu Baſtitæ Barbiani, & Cunii, & Regimen, adminiſtrationem, & gubernationem cum diſtrictibus, territorio, mero & mixto imperio, ac omnimodâ jurisdictione dictorum Locorum, & pertinentiarum, hujusmodique conceſſionem per felicis recordationis Dominum Nicolaum Papam quintum confirmatum fuiſſe, nullâ tamen in prædictis conceſſione, & confirmatione de conceſſione præfato Franciſco Sforziæ, & aliis ſecutis, habitâ mentione; & ut differentiæ, & dubitationes, quæ oriri poſſent, vitentur, Ill. Dominus Borſius Mutinæ, & Regii Dux, Marchio Eſtenſis & dixit, & aſſeveravit ſe conſentire, & contentum eſſe, ſibique placere, quod Sanctitas Veſtra dignetur ſeparare Terram, Locum, ſeu Baſtitam, & Territorium Barbiani, & Cunii ut ſupra, eum pertinentiis ut ſupra ab omni ſubjectione, jurisdictione, mero & mixto imperio, ac gladii poteſtate, & omni balia, & poteſtate Civitatis Imolenſis, nec non Officialibus ejus, tam præſentibus, quam futuris, & cujuſlibet alterius Civitatis, Terræ, vel Provinciæ, quibus, ſeu cui ſubeſſe dici poſſent, vel reperirentur petinde ac ſi numquam fuiſſet de eorum, ſeu ejus Territorio, jurisdictione, vel Diœceſi, quo ad temporalia, easque Terram, Locum, Rocham, ſeu Batiam, & Territorium Barbiani, & Cunii cum pertinentiis ſuis ut ſupra unire, & ſubire jurisdictioni, mero & mixto imperio, gladii poteſtate Terræ Cotignolæ Diœceſis Imolenſis, & Provintiæ Romandiolæ, ita quod de ejus Terrâ Cotignolæ, & pertinentiis ſint, appellentur, & nominentur, cique, ac ejus jurisdictioni, mero & mixto imperio, & gladii poteſtati, & ejus Officialibus, qui per tempora erunt, ſubſit, regatur, & gubernetur, perinde ac ſi per memorata tempora proxime retroacta de ejus Terræ Cotignolæ pertinentiis, jurisdictione, & ut ſupra continetur, fuiſſet, & ſteiſſet, & numquam dictæ Civitati Imolæ, nec alteri Civitati, aut Terræ, & taliter quod nihil habeat agere cum ipſa Civitate Imolæ, nec alterâ Civitate, aut Terrâ, nec ejus Officialibus, nec eis in aliquo quovis reſpectu parere, & obedire in juditialibus, aut extra judicium, aut oneribus ordinariis, extraordinariis, aut mixtis, tam realibus, quam perſonalibus, aut mixtis, ſeu quæ imponerentur perſonis pro rebus, vel aliter, quibus ſeparatione, & ſubjectione ſic factis dignetur eadem Sanctitas Veſtra Terram, Locum, ſen Baſtitam, & Territorium Barbiani, & cum pertinentiis ſuis ut ſupra concedere prælibato Francisco Sforziæ Duci Mediolani pro ſe, hæredibus, ac Succeſſoribus ſuis hujusmodi Loca Barbiani, & Cunii, ac Rocham, & Territorium, & Baſtiam Imolenſis Diœceſis cum pertinentiis ſuis, eorumque hominum ibidem habitantium, & qui in futurum habitabunt, regimen, gubernationem, & ſuperioritatem cum mero & mixto imperio, ac omnimodâ jurisdictione, nec non Regaliis, Daciis, Pedagiis, tolomeis, intratis, condemnationibus, pœnis, mulctis, confiscationibus, honorantiis, & cæteris ad Romanam Eccleſiam ibidem ſpectantibus, & pertinentibus, ſalvo jure ſuperioritatis ejusdem Eccleſiæ, & hoc ſecundum, & pro ut Sanctitati Veſtræ videbitur, non obſtantibus aliquibus conceſſionibus, vel privilegiis eidem Domino Duci Mutinenſi, & prædecessoribus ſuis, & maxime dicto Marchioni Leonello factis, vel indultis per Prædeceſſores Sanctitatis Veſtræ, & cum illis modis, clauſulis, & ſolemnitatibus, pro ut, & quemadmodum Sanctitati Veſtræ videbitur, & ſe convenerit cum prælibato Duce Mediolani, & quibuscumque Nuntiis, & Mandatariis ſuis dixerit, atque etiam aſſeveraverit ipſe Dominus Borſius ſe habere veram ſcientiam præſentis Supplicationis, & de ejus voluntate, conſenſu, & beneplacito proceſſiſſe, & contentum eſſe, ac ipſemet Dux Mutinæ ſupplicabat, quod hujusmodi ſupplicatio per Sanctitatem Veſtram expediatur, & concedantur omnia in ea ſupplicatione contenta, & requiſita, ſalvo ſemper jure pactorum, & Capitulorum initorum, & firmatorum inter præfatos Illuſtres Dominos Duces occaſione dictæ Terræ, & Loci Barbiani, & pertinentiarum ejus, de quibus, & pro ut in Inſtrumento publico ſuper hoc confecto, in quo tenor præſentis ſupplicationis de verbo ad verbum inſertus eſt, plenius continetur. Quæ omnia, & ſingula prædicta hîc pro ſufficienter expreſſis, & declaratis habeantur, ac ſi de eis de verbo ad verbum mentio ſpecialis facta eſſet; in quo etiam Inſtrumento idem Dominus Borſius Dux promiſit omnia, & ſingula in ipſo Inſtrumento contenta, ac per Sanctitatem Veſtram concedenda ſemper, & omni tempore rata, & firma habere, & tenere, & nullo tempore contrafacere, vel venire aliqua ratiune, vel cauſa, de jure, nec de facto etiam in fide, & in verbo Legalis Principis, ac reſtitutione omnium expenſarum, damnorum, ac intereſſe, ſupplicatur Veſtræ Beatitudini pro parte præfati Ducis Mediolani, quatenus conceſſionis eidem Franciſco Sforziæ, ut præfertur, Inſtrumenti per ipſum Dominum Borſium, ut præfertur, facti tenores pro ſufficienter expreſſis, illamque, & illud, & omnia, & ſingula in eis contenta rata, grata, & firma habentes, conceſſionem prædictam, & conſenſum præfati Domini Borſii, ex certâ ſcientiâ, auctoritate Apoſtolicâ approbare, & confirmare dignemini, & ſupplere omnes defectus juris, & facti, ſi qui forſan interveniſſent in eisdem, & nihilominus Rocham, ſeu Baſtitam, & Loca, & Territorium Barbiani, & Cunii cum eorum, & utriusque eorum juribus, & pertinentiis, honorantiis, & regaliis, ac mero & mixto imperio, cum omnimodâ jurisdictione, & gladii poteſtate, & ut ſupra, eidem Franciſco Sforziæ Duci Mediolani pro ſe, filiis, & deſcendentibus ſuis perpetuo eadem auctoritate confirmare, & quatenus expediat, concedere cum non obſtantibus, & clauſulis opportunis, promittens præfatus Illuſtris Dux Mutinenſis ſub obligatione ſui, & omnium bonorum ſuorum præſentium, & futurorum mihi Notario infraſcripto tamquam publicæ perſonæ ſtipulanti, & recipienti nomine, & vice, & ad partem, & utilitatem præfati Domini Ducis Mediolani, & cujuslibet alterius perſonæ, cujus intereſt, intererit, ſui intereſſe poterit, vel poteſt, & poterit quommodolibet in futurum, prædicta omnia, & ſingula ſuprascripta, & in præſenti Inſtrumento contenta, ac concedenda ut ſupra ſemper, & omni tempore rata, grata, & firma habere, & tene-

re,

ANNO 1456.

ANNO 1456. re, & nullo tempore contrafacere, vel venire aliquatenus, vel causâ, de jure, nec de facto; Et hæc omnia, & singula etiam in fide, & verbo legalis Principis, & Domini, & sub refectione, & restitutione omnium expensarum, damnorum, & interesse litis, & extra proinde fiendarum, & sustinendarum prædictorum causa, & occasione. Et de prædictis præfatus Dominus Dux Mutinæ jussit, & jubet per une Notarium infrascriptum publicum debere confici Instrumentum unum, & plura unius & ejusdem tenoris.

Ego Libanerius filius Egregii Viri Francisci de Libaneriis Notarii publici Ferrariensis, ac prælibati Domini Ducis Mutinæ &c. Cancellarii Imperiali auctoritate Notarius publicus prædicta omnia, & singula suprascripta pro ut in Scedis publicis, & Originalibus Spectabilis, & Clari Viri Victorii de Pavonibus Notarii publici Ferrariensis, & jam dicti Domini Ducis Mutinæ &c. Cancellarii inveni, de ejus voluntate, & mandato fideliter sumpsi, scripsi, & exemplavi, quod quidem facere potui vigore provisionis Communis Ferrariæ de hoc loquentis, & in fidem præmissorum me subscripsi, signumque meum à capite mei nominis appositi consuetum.

Ego Victorius de Pavonibus natus Ser. Johannis Civis, & Notarius publicus Imperiali auctoritate Ferrariensis, ac prælibati Domini Ducis Cancellarius prædictis omnibus, & singulis interfui, & rogatus ea scribere, scripsi, & annotavi in meis Scedis, & Scripturis publicis, autenticis, & originalibus, eaque sumi, & exemplari feci per suprascriptum Libanerium Notarium publicum Ferrariensem, quod facere potui vigore provisionis Communis Ferrariæ super hoc editæ, & in fidem me subscripsi, signumque meum Tabellionatus à capite mei nominis appositi consuetum.

Extracta fuit præsens Copia à Regiſtro inſcripto ſub Litterâ C. *Ducis* FRANCISCI *Primi Vicecomitis exiſtente in Regio Archivio Caſtri Portæ Jovis Mediolani, in Papiro ſcripto. Datum Mediolani die trigeſima menſis Octobris anni* 1719.

Examinavit JOANNES FRANCISCUS STRIGELLIUS *Regii Archivii Officialis.*

CLXXVII.

17. Mai. FRANCE ET DANEMARC. *Traité de Confédération & d'Alliance, entre* CHARLES VII. *Roi de France, &* CHRISTIERNE I. *Roi de Dannemarc. A. Cologne le 27. Mai.* 1456. [FREDERIC LEONARD. Tom. I. pag. 56.]

PRimo, quod inter Christianissimum Franciæ, & Serenissimum Daciæ Reges, quoad vixerint contrahatur fraternus amor & favor.

2. Item quod præfati Domini Reges, præmissis amicitiis non obstantibus, novas poterunt contrahere amicitias cum quibusvis aliis Regibus, Principibus, Civitatibus, & Communitatibus, dum tamen præfati Domini, Serenissimus Daciæ, & Christianissimus Franciæ, Reges motuò sibi non adversentur.

3. Item quod prædicti Domini Reges cum quibusvis aliis Regibus, Principibus, Civitatibus, aut Communitatibus etiam unius, aut alterius Regis adversariis, subditientibus evidentibus utilitatibus, & necessitatibus, nova poterunt contrahere fœdera & in illis persistere, salvo tamen quod uterque ipsorum enntra alterum vi, armis aut potentia uil prorsus agat vel attentet quodque alter Regum fœdera ficut præmittitur iniens alteri Regi, id primitùs per Litteras suas patentes significet.

4. Item & præmissis non obstantibus, si contingat Serenissimum Regem Daciæ enm adversariis Christianissimi Regis fœdus sive amicitiam contrahere aut ùire & præfatus Christianissimus Rex Francorum, infra tempus fraterni fœderis, & amicitiarum hujusmodi præfatum Dominum Regem Daciæ pro succursu armorum de quadraginta aut quinquaginta navibus, sex vel septem aut plurium hominum armatorum millibus, aut minus contra Regem Angliæ vel suos subditos requireret, quod ex tunc idem Dominus Rex Daciæ, dicto Domino Christianissimo Regi Francorum de succursu hujusmodi subvenire, & succurrere debeat; ejusdem tamen Christianissimi Regis, tam pro navibus quam pro armatorum hujusmodi stipendiis, impensis. Quodque idem Christianissimus Rex pro hujusmodi succursu, consequendo ad dictum Serenissimum Regem Daciæ suis impensis aliquem destinare debeat cum plena facultate super modo, tempore & solutione dicti succursus tractandi, & concludendi. Et quicquid desuper tunc rationabiliter tractatum & conclusum fuerit illius conclusioni stabitur. Eritque liberum Christianissimo Regi pro dicto succursu modo præmisso tractari facere aut pro ipso succursu tantum solvere quantum consuetudo Regni Daciæ merito requirit.

ANNO 1456.

5. Item in casum & eventum requisitionis, & succursus hujusmodi ex sunc idem Serenissimus Rex Daciæ de damnis, interesse, expensis, & periculis per ipsum propterea incundis debeat per præfatum Christianissimum Francorum Regem illius expensis debitè relevari. Quodque si etiam potentia, assistentia, vi aut suffragio dicti Serenissimi Domini Regis Daciæ, aut suorum homines, aut Loca in Regno Angliæ debellarentur, caperentur, subjugarentur, aut obtinerentur, ex tunc dictus Serenissimus Dominus Rex Daciæ debet in illis æqualem cum Christianissimo Francorum Rege habere portionem, aut unus faciat alteri super illis juxta & secundum eorumdem Dominorum Regum & Consiliariorum utriusque Regis prædictorum cognitionem & ordinationem.

6. Item quod inenlæ Regnorum & Dominiorum utriusque Regis prædictorum pro ipsorum commoditatibus liberum habeant ad ambo Regna hujusmodi ingressum & egressum etiam stando, & remanendo pro mercantis, & bonis aliisque ipsorum peragendis commerciis juxta & secundum mores, consuetudines, & plebiscita in eisdem Regnis hactenus observari solita.

7. Item quoad quintum articulum apertum per Dominum mediatorem, videlicet, quod Anglici nullas mercantias, nec libertates in Regnis prad. exercant, placet utriusque Oratoribus quod ille articulus maneat sub arbitrio utriusque Regum.

8. Item si contra Fœdus per aliquem, vel aliquos subditorum Regnorum hujusmodi attentaretur, placet cum modificatione infrascripta videlicet. Si verò aliquis incolarum Regnorum prædictorum aut ditionum eisdem Dominis Regibus subjectorum delinqueret aut foreficeret, ex tunc ille in loco delicti hujusmodi ut juris est, aut juxta consuetudines longævas ejusdem Loci hactenus observatas judicetur, sic tamen ut hujusmodi delictum præjudicium non afferat nisi delinquenti, amore & favore fraternis hujusmodi nihilominus in suis robore & firmitate duraturis.

9. Item placet utriusque Oratoribus quod presentes amicitiæ, & favores fraterni sic initi & contracti inter ambos Reges publicentur in Civitatibus famosis & Oppidis utriusque Regni, & maximè in finibus dictorum Regnorum, ut fama ipsarum amicitiarum ad vicinas, & exteras regiones convolare possit.

10. Item Rex Franciæ in signum fœderis, & amicitiæ prædictorum vices suas amicabiliter interponet, & operam dabit, quod Rex Scotiæ plenariè, prout dicto Christianissimo Regi Francorum ex Litteris, & documentis desuper confectis justum atque consonum videbitur rationi, satisfaciet Regi Daciæ &c. Et in casu, quod dictus Rex Scotiæ dictamini Regis Franciæ hujusmodi minimè parere vellet, ex tunc præfatus Francorum Rex occasione fraterni amoris hujusmodi exhibebit se talem in facto hujusmodi pro parte Domini Regis Daciæ, qualem vellet sibi per præfatum Regem Daciæ, viceversa in casu simili, seu quomodolibet alteri exhiberi juxta continentiam earumdem liberarà dicto Serenissimo Regi Daciæ, & Norvegiæ per Regem Scotiæ, & ejus antecessores super venditione certorum Dominiorum, videlicet Terræ Sodorensis &c. traditarum.

11. Item Christianissimus Rex Franciæ, procurabit fraternum amorem, & favorem Serenissimo Regi Daciæ, adversus Regem Sueciæ similiter, & contra Civitates, & Communitates Hanzæ, si quæ fuerint sibi adversæ, & prædictis Civitatibus sic eidem Regi Daciæ adversantibus favores, & amicitias sic contractas per suas Litteras notificabit, si opus sit, & per dictum Serenissimum Regem Daciæ requisitus fuerit; & si aliquos de dictis Civitatibus adversantibus post notificationem hujusmodi ad partes Regni Franciæ declinare contigerit, ita favorabiliter, & fraternè Rex Franciæ, se exhibebit, quemadmodum in simili casu per Regem Daciæ, sibi fieri optaret etiam personas, & bona ipsorum si opus fuerit arrestando. Tertio nihilominus articulo supra scripto in suo robore permanente.

12. Item cedulæ desuper per utrosque Oratores, sub

ANNO 1456. sub ſigillis ac ſignis ſuis, & Litteræ patentes per Dominum mediatorem ſub ſigillo, & manu propriis ejusdem Domini Ducis per quas quidem Litteras fœdera, favores, & amicitiæ hujusmodi inter utrosque Reges eisdem Dominis Regibus conjunctim ant divisim dirigendis conficientur, inientur & contrahentur, prout dicti Oratores ex tunc invicem faciunt, ineunt, & contrahunt, articulos prædictos in ipſis Litteris Domini Ducis cum Mandatis ſive Procuratoriis eorumdem Dominorum Regum ad longum inſerendo, ſubmittuntque Oratores præfati ratificationem & approbationem articulorum hujusmodi tam conjunctim quam divisim dictamini, & voluntati amborum Dominorum noſtrorum Chriſtianiſſimi Franciæ, & Sereniſſimi Daciæ Regum prædictorum, unusque alteri ſuis ſcriptis aut documentis legitimis Litteras Ratificationis hujusmodi præfato Illuſtri Domino Duci ac Comiti in Spanheim, tanquam bono hujus negotii mediatori, infrà hinc, & Feſtum Sancti Martini hiemalis Epiſcopi proximè futuri transmittet in uberiori forma. Actum in Civitate Colonienſi, ſub ſigillis, & ſignis dictorum Oratorum ſeu Ambaſſiatorum, die Jovis vigeſima ſeptima menſis Maii, anno Domini, milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſexto.

CLXXVIII.

Juillet. LA FRANCE, LE DUC DE BOURGOGNE ET LE DAUPHIN.

Extrait du Traité fait par le DUC DE BOURGOGNE *avec* CHARLES VII. *Roi de France, pour Monſieur le* DAUPHIN, *depuis Roi* LOUIS XI. *qui s'étoit retiré ſur ſes Terres. Fait au mois de Juillet* 1456. [Chronique de Saint DENIS, en la Vie de CHARLES VII. & FREDERIC LEONARD, Tom. I. pag. 463.]

APrés que Monſeigneur le DAUFIN eût été par certain tems avec Monſeigneur le Duc de Bourgogne, ſans le congé du Roi, & que ledit Daufin lui eût envoié certaines requeſtes, desquelles il n'obtint rien du Roi; icelui Duc de Bourgogne envoia ſes Ambaſſadeurs devers le Roi portans ſes Lettres touchant le fait dudit Monſeigneur le Daufin, leſquelles étoient reduites en quatre points, leſquelles furent depuis baillées par écrit pour greigneur memoire, en la maniere qui s'enſuit.

Le premier eſt de la remontrance, que Monſeigneur de Bourgogne fait au Roi, qu'il ne doit point être mal content de la reception, qui a été faite de Monſeigneur le Daufin en ſes Pais & Seigneuries; car il a été meû à faire icelle reception pour l'honneur du Roi, duquel il eſt aîné-fils, & qu'il étoit venu pardevers lui de lointain Pais, & que ſans charge de ſon honneur envers toutes Nations Chretiennes, il ne l'eût pu refuſer en ſes Terres & Pais, & ne lui faire honneur & ſervice tel qu'il lui apartient.

Le ſecond, comme ledit Duc de Bourgogne, quand il a été arrivé à Bruxelles devers Monſeigneur le Daufin, en parlant enſemble, il ſe trouva fort épouvanté, & lui dit, comme il avoit envoié devers le Roi, & lui avoit fait faire pluſieurs offres & requeſtes, & que le Roi avoit bien accepté les offres; mais au regard des requeſtes, il ne lui en avoit rien accordé ni apointé.

Le tiers point & article eſt, comme Monſeigneur le Daufin lui avoit dit la volonté, qu'il avoit de ſoi emploier contre le Turc, & quand il plairoit au Roi lui donner charge de ce faire, & bailler gens pour l'accompagner, ainſi qu'à aîné-fils de France il apartient, ledit Duc s'offre de ſoi mettre ſous lui, & de l'accompagner & ſervir audit voiage.

Le quatt, qu'il plaiſe au Roi recevoir mondit Seigneur le Daufin en ſa bonne grace, & le reduire & attraire à lui, & à ce s'offre ledit Duc, ſi c'eſt le bon plaiſir du Roi. Et entant que touche le Pais de Daufiné, ſe tenir à tant ſans plus avant proceder. Sur leſquels quatre poims a été repondu ausdits Ambaſſadeurs, en la maniere qui s'enſuit.

Premierement, quant à la reception de mondit Seigneur le Daufin, le Roi a bien connoiſſance, qu'à lui eſt bien deû être fait honneur & bon recueil par ledit Duc de Bourgogne, & autres Princes de ce Roiaume, quand ils ſauroient & connoîtroient, que mondit Seigneur le Daufin ſe maintiendroit envers le Roi ſon Pere comme bon & obeïſſant fils eſt tenu de faire; & autrement ne ſe doit faire, car l'honneur, qui lui eſt deû, depend du Roi.

Quant à ce que ledit Duc de Bourgogne a trouvé mondit Seigneur le Daufin fort épouvanté, deſirant de tout ſon cœur être & demeurer en la bonne grace du Roi, & qu'il lui octroie ſes humbles requêtes, que le Roi ne lui a voulu accorder: le Roi eſt fort emerveillé & ébahi dudit épouvantement, & ne ſait connoître ni apercevoir la cauſe pourquoi; car il a été toûjours enclin à le recevoir en ſa bonne grace: même l'année paſſée, que mondit Seigneur le Daufin a envoié devers le Roi par pluſieurs fois, & encore dernierement Gabriel de Vernes, & le Prieur des Celeſtins d'Avignon, il leur a dit de bouche, en la préſence du Cardinal d'Avignon, envoié & transmis par le Pape, & de pluſieurs autres Seigneurs du ſang roial, & notables hommes en grand nombre, dh qu'il étoit content & vouloit, que mondit Seigneur le Daufin vint pardevers lui, & de le recevoir & traiter comment un bon Seigneur doit recevoir & traiter ſon bon & obeïſſant fils; lui pardonner, & oublier toutes les choſes paſſées quelconques fuſſent. Et pour ce que les deſſusdits Gabriel de Vernes, & le Prieur des Celeſtins d'Avignon, envoiez par le Pape, comme deſſus a été dit, diſoient, que mondit Seigneur le Daufin avoit de grandes craintes; le Roi leur répondit, ou leur a fait repondre, que quand il lui ſeroit ſavoir ce dont icelles craintes lui viennent, il lui en ſera telle & ſi bonne réponſe, qu'il ſeroit bien content, & n'auroit cauſe de rien douter.

Ainſi n'a pas tenu au Roi, ni ne tient, que mondit Seigneur ne ſoit en ſa bonne grace, & hors de ſes doutes & craintes.

Mais au regard des requêtes, qui lui fit faire, c'eſt à ſavoir de non venir devers lui, & de ce qui touche le fait de ſes ſerviteurs, leſquelles ont toûjours été de la part de mondit Seigneur, miſes & couchées comme conditionnelles, en faiſant les offres par lui avancées, jamais le Roi ne pouroit être meû ni conſeillé de les lui accorder; car ce ſeroit directement aller contre la deſir & volonté de tous ceux du Roiaume, mêmement contre le Conſeil de mondit Seigneur de Bourgogne, & des autres Seigneurs du Sang & des nobles hommes de ce Roiaume, qui tous lui ont donné Conſeil, & l'ont requis de reduire mondit Seigneur le Daufin à ſon devoir, & avec ce, le pourvoir de Serviteurs & Conſeillers prudens, & notables hommes, qui aient égard à ſon honneur & bien, & le porter à s'emploier au ſervice & bien du Roi & de ſon Roiaume, ainſi qu'il eſt tenu & obligé de le faire par raiſon. Et quand le Roi lui auroit accordé leſdites requêtes, Meſſieurs de ſon ſang, & generalement tous ceux de ſon Roiaume, auroient eû grande cauſe de penſer, que la longue abſence de mondit Seigneur le Daufin ſeroit arrivée par le Roi, & de ſon vouloir; ce qui n'eſt pas; car quand mondit Seigneur partit de lui, il n'eût congé de demeurer que quatre mois; & il a demeuré prés de dix ans, au grand regret & deplaiſir du Roi, qui eût été moult joieux, que durant la tems de ſon abſence, il ſe fût trouvé és victorieuſes beſognes, qui ſe ſont faites pour la recouvrance du Roiaume; car la gloire du Pere eſt quand le fils fait œuvres lotiables. *

Et quant à ſes ſerviteurs, le Roi eût bien deſiré & deſireroit encore, que mondit Seigneur ſe ſervît de gens de bien, & de notables perſonnes, qui toûjours le conſeillaſſent & induiſiſſent à toutes choſes, qui fuſſent pour ſon bien & honneur; au lieu qu'en laiſſant autour de lui gens qui autrement la fiſſent, ce ne ſeroit pas pour bien redreſſer cette matiere, ainſi que le Roi le deſire; & que pour le bien & l'honneur de mondit Seigneur il lui eſt expedient & neceſſaire.

Sur le troiſieme point touchant la volonté, que mondit Seigneur dit avoir de s'emploier au voiage de Turquie: quand le Roi a veû les Lettres, que mondit Seigneur lui a écrites de Saint-Claude, faiſans mention dudit voiage, a été moult émerveillé, qui a meû mondit Seigneur ſi ſoudainement, à prendre cette nouvelle imagination, de laquelle il n'avoit auparavant rien fait ſavoir au Roi: & ſemble bien, que ce ſoit une nouvelle couleur, pour toûjours s'éloigner de ſe reduire, & de venir & aproeher devers le Roi ſon Pere, pour le ſervir, & lui obéir ainſi qu'il doit; car quand il auroit eû un veritable deſir de faire ledit voiage, il devroit prealablement avoir mis peine de ſe ſoumettre au Roi, & de lui obeïr, ainſi que ſelon Dieu & raiſon, il doit daſirer le faire: aprés quoi il lui eût pû dire & remontrer l'affection, qu'il avoit audit voiage, pour ſavoir ſur ce le bon plaiſir du Roi, ſans l'autorité & conſentement duquel il ne peut ni ne

ANNO 1456.

* Prov. 10. & 15.

dou

ANNO 1456. doit faire telles entrepriſes, mêmement en ſi grandes matieres: attendu que les Anglois, anciens ennemis de ce Roiaume de France, chacun jour s'éforcent, & mettent leur esprit plus que jamais à invader les Païs, Seigneuries, & Sujets du Roi; & que depuis aucun tems, par grands & ſubtils moiens, ils ont pourchaſſé d'y avoir entrée, & ont fait de grandes entrepriſes, desquelles, ſi elles eûſſent ſorti à effet, ſe fuſſent enſuivis d'auſſi grands maux & perilleux inconveniens en ce Roiaume de France, qu'il y eût y a long-tems. Conſideré auſſi, que lesdits Anglois ont fait une réponſe au Legat, que nôtre Saint-Pere le Pape avoit envoié pardevers eux, qu'ils ne venlent aucunement entendre à la paix, mais ſont en continuelle volonté de guerroier contre le Roi, & ſon Roiaume. Il apert bien, que mondit Seigneur n'a pas grandement penſé à l'état & ſeureté de cedit Roiaume; car ce ſeroit mettre icelui Roiaume en trop évident peril, que d'en vuider la Chevalerie & Nobleſſe, & demeurer en guerre avec ſes anciens ennemis, qui continnellement mettent leur entente à y avoir entrée par divers & ſubtils moiens, comme dit eſt: à quoi le Roi a bien pourvû jusques ici, & a intention de toûjours pourvoir à l'aide de Dieu. Et quand le Roi par Paix, longues Treves, ou autrement, auroit vû & verroit ſeureté en ſondit Roiaume, ainſi qu'il a fait dire & remontrer à nôtre Saint-Pere, il n'y a Roi, ni Prince Chretien, qui plus avant ſe voulût emploier au ſecours de la Chretienté, qu'il eût fait, & encore ſeroit.

Sur le quatrieme point, portant qu'il plaiſe au Roi retenir mondit Seigneur en ſa bonne grace, & auſſi touchant le Païs de Dauſiné, ſe tenir à tant, ſans plus avant proceder: le Roi a été toûjours preſt, & encore eſt, de recevoir benignement mondit Seigneur, quand de ſa part il ſe mettra en ſon devoir; ainſi que le Roi a toûjours dit, & fait dire aux gens de mondit Seigneur le Daufin, quand ils ſont venus pardevers lui. Et au regard du Païs de Dauſiné, quand le Roi a vû la maniere, comme Monditſeigneur a été conſeillé de ſe departir & abſenter ainſi ſoudainement dudit Païs, nonobſtant les douces & gracieuſes réponſes, qu'il lui avoit fait, le Roi pour obvier aux inconveniens, qui à l'exhortement de ceux qui ainſi ont conſeillé mondit Seigneur, eûſſent pû venir; lesquels puisqu'ils ont ainſi avanturé ſa perſonne par voies dangereuſes, ainſi que lesdits Ambaſſadeurs l'ont dit & expoſé; il étoit à douter, que par le moien dudit Païs, & des places & forteresſes d'icelui, ils eûſſent pû faire ou entreprendre des choſes au deplaiſir du Roi, & grand prejudice de mondit Seigneur & du Païs: le Roi donc à ce ſujet a été conſeillé de ſe tranſporter audit Païs, pour y donner proviſion, & la mettre en ſeureté, de maniere qu'aucun inconvenient n'y puiſſe avenir; en quoi toutefois il a tellement procedé, que tous ceux dudit Païs, quand ils ont aperçû le bon vouloir du Roi en cette matiere, en ont été tres-joieux. Et a été le Roi content, qu'ils envoiaſſent devers mondit Seigneur, pour lui remontrer la douceur, que le Roi a tenuë en eſſaiant à le reduire. Et a bien le Roi eſperance, que oüies les remontrances de ceux dudit Païs, & par le bon Conſeil & exhortement dudit Seigneur de Bourgogne, mondit Seigneur ſe reduira, & ſera ſon devoir envers lui, ainſi qu'il le doit; quoi faiſant, le Roi oubliera toutes les deplaiſances du tems paſſé, le recevra en ſa bonne grace, & le recueillera benignement, comme bon Seigneur & Pere doit faire ſon bon & obeiſſant fils.

CLXXIX.

4. Août. *Tractatus Confinium inter Dominium* VENETIARUM *ab unâ, &* FRANCISCUM SFORTIAM *Ducem Mediolani ab altera parte. Actum Mediolani Anno Nativitatis* 1456. *die* 4. *Auguſti. Indictione* IV. [Pièce authentique, tirée des Archives Royales du Château de Milan, Regiſtre C.]

IN Nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ac Glorioſiſſimæ Virginis Matris Mariæ, Beatiſſimorumque Marci, & Ambrolii, totiusque Curiæ Cæleſtis Triumphantis Amen. Anno à Nativitate ejusdem milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſexto, Indictione quartâ, die Mercurii quarto menſis Auguſti ſecundum Curſum Civitatis Mediolani. Cum poſt celebratam Pacem in Civitate Laudæ inter Illuſtriſſimum Principem, & Excellentiſſimum Dominum Dominum Franciscum Foscari Dei gratiâ Ducem Venetiarum, & Excellentiſſimum Dominium, & Commune Venetiarum ex parte unâ, & Illuſtriſſimum Principem, & Excellentiſſimum Dominum Dominum Franciscum Sforziam Vicecomitem Ducem Mediolani, Papiæ, Angleriæque Comitem, ac Cremonæ Dominum ex parte altera exortæ ſuerint differentiæ inter ipſas partes occaxione confinium, & quorumdam Locorum, quæ unaquæque partium prædictarum ad ſe ſpectare, & pertinere dicebat; aſſerente præfato Illuſtriſſimo Domino Duce Venetiarum, quod Loca, quæ dicuntur Loca illorum de Arigonibus de Quarteronibus in Valle Taegii, nec non Moutes Leva cum ſuis juribus, & pertinentiis, & item aliqua pars Territorii citra foſſatum Pergamenſe verſus glaream Abdnam, & item Strata Cremonenſis verſus Mozanicam per traverſum apud foſſatum ipſum Pergamenſe usque ad flamen Serii ad præfatum Illuſtriſſimum Dominium Venetorum ſpectant, & pertinent; Et econtra dicente præfato Illuſtriſſimo Domino Duce Mediolani Loca, & Jura, de quibus ſupra ad ſe ſpectare, & pertinere, & alia inſuper, videlicet Valles Tortam, Auratiam, & Taegii, Locum Pecini cum ſuis Juribus, & pertinentiis tamquam exiſtentia de Ducatu Mediolani, & ex membris Vallſaſinæ, Locum Caſtelleri, & Campum tortum juris Abbatiæ Cerreti, nec non Stratam Cremenſem, quâ itur à Stratâ Cremonenti prope foſſatum Pergamenſe usque ad aggerem dividentem Territorium Cremonenſe à Territorio Cremenſi; Tandem conſiderantes prælibati Illuſtriſſimi Principes, & Excellentiſſima Dominia quàm dulce, quamve omnibus eorum Subditis fructuoſum ſit nomen Pacis; quam propter ſummam benevolentiam, & caritatem, quâ inter ſe ipſos üdem Principes multis hinc inde collatis, & acceptis beneficiis conjuncti ſunt inter ſe ſe, nullis adhibitis mediatoribus, contraxerunt; volentes eadem mentis diſpoſitione Pacem inconcuſſam reddere, quâ ad ipſum devenerunt, non tam attendentes quid cui partium jure debeatur, quàm quid expediat, hinc ad præcidendas inter, & utrinque, & utriusque partis Subditos differentiarum, & ſcandalorum occaſiones, ſponte, & ex certâ ſcientiâ ad infraſcriptas Conventiones, & pacta devenerunt præfatus Illuſtriſſimus Dominus Dux Mediolani, pro unâ parte, & Magnifici Dominus Carolus Marino, & Nicolaus Canalis, Artium, & Juris Utrinsque Doctor, Oratores, & Mandatarii, ac Procuratores, & Syndici prælibati Illuſtriſſimi Domini Domini Ducis, & Dominii, & Communis Venetiarum ex alterâ ad infraſcripta omnia, & ſingula ſpecialiter conſtituti, ut patet per Inſtrumentum ſolemne dicti eorum Mandati per nos Notarios infraſcriptos viſum, & diligenter examinatum in publicâ, & autenticâ formâ tenoris ſubſequentis videlicet.

In Chriſti nomine Amen. Anno à Nativitate ejusdem milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſexto, Indictione quartâ, die quinto decimo menſis Maii. Illuſtriſſimus Princeps, & Excellentiſſimus Dominus Dominus Franciscus Foscari Dei gratiâ Inclytus Dux Venetiarum &c. unà cum ſuis Conſiliis ad infraſcripta, & alia exercenda ordinatis, ſpetialiter deputatis, & ipſa Conſilia unà cum ipſo Domino Duce unanimiter, & concorditer, eorum nemine diſcrepante, pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis de nomine, & vice Illuſtriſſimi Ducalis Dominii, & Communis Venetiarum ſponte, libere, & ex certâ ſcientiâ, animoque deliberato, omnibus melioribus modis, viâ, jure, & formâ, quibus magis melius, validius, & efficacius potuerunt, & poſſunt, cum interventu omnium, & ſingularum ſolemnitatum, quæ in hujusmodi rebus requiruntur tam de hujus Civitatis conſuetudine, quàm de jure, ordinant ſuos, & dictorum Domini Ducis, Dominii, & Communis Venetiarum Syndicos, Actores, Factores, veros & legitimos Procuratores & certos Nuntios ſpetiales, & quicquid amplius melius dici, & eſſe poſſit, & de jure ſanius intelligi ſpectabiles, & generoſos viros Dominos Carolum Marino Capitaneum Brixiæ, & Nicolaum de Canali Doctorem Capitaneum Pergami honorabiles Cives ſuos abſentes tamquam præſentes, in omnibus ipſius Illuſtriſſimi Domini Ducis, Dominii, & Communis Venetiarum, & Subditorum, & fidelium ſuorum litibus, cauſis, controverſiis, differentiis, & querelis civilibus, & criminalibus præſentibus, & futuris, quæ occaſione confinium Stratæ, quâ itur ex Pergamo Cremam, ac Caſtelleti Cremenſis, & Foſſati, & de nonnullis Locis Territorii Pergamenſis, & in quibuscumque aliis Locis quommodolibet poſſent occurrere inter ipſum Illuſtriſſimum Dominum Ducem, & Dominium, ac Commune Venetiarum ex unâ, & Illuſtriſſi-

ANNO 1456. lustrissimum Dominum Ducem Mediolani ex alterâ parte, spetialiter, & expresse Sindicario, & Procuratorio nomine, quibus supra, ad ineundum, tractandum, praticandum, concludendum, & componendum, concordandum, transigendum, & conveniendum, ac ipsas differentias finiendum, judicandum, decidendum, terminandum, & firmandum quæcumque pacta, conventiones, concordias, & terminationem, & quælibet alia, quæ agerentur cum Illustrissimo Domino Duce Mediolani, vel cum Deputatis ab Excellentiâ suâ. Et insuper ad ponendum, & limitandum, & designandum Confinia ipsarum partium, & Subditorum suorum, & invicem pacifice, & quiete vivere possint. Et pro præmissis, & singulis Instrumenta contractus, & quasliber alias scripturas necessarias, & opportunas, ac promissiones, & obligationes, & alia quæcumque opportuna faciendum, rogandum, & fieri faciendum cum pactis, promissionibus, & obligationibus, clausulis, stipulationibus, pœnis, & renuntiationibus necessariis, & opportunis, & requisitis, pro ut eisdem Dominis Syndicis, & Procuratoribus visum fuerit expedire: Et generaliter ad omnia, & singula dicendum, faciendum, procurandum, & exercendum, quæ in prædictis, & circa prædicta, & in connexis, & dependentibus ab eisdem necessaria fuerint, utilia, & quommodolibet opportuna, & quæ ipsimet constituentes facere possent, si personaliter interessent, etiamsi talia forent, quæ Mandatum exigerent speciale. Dantes, & concedentes prædicti Domini Constituentes dictis eorum Syndicis, & Procuratoribus in prædictis, & circa prædicta cum annexis, & dependentibus ab eis, & aliquo eorum, ac prorsus extraneis plenum, liberum, & generale Mandatum, ac etiam spetiale ubi exigitur, cum plenâ, liberâ, generali, & spetiali administratione, & potestate, promittentesque dicti Constituentes firma, rata, & grata habere, attendere, & observare quæcumque dicti eorum Syndici, & Procuratores in prædictis, & circà prædicta, & in dependentibus, & connexis, ac prorsus extraneis duxerint facienda, & non contrafaccre, vel venire, dicere, vel oppouere sub hypothecâ, & obligatione omnium, & singulorum bonorum ipsius Domini Ducis, Dominii, & Communis Venetiarum præsentium, & futurorum. Actum Venetiis in Ducali Palatio in salâ duarum napparum; præsentibus Egregio, & Sapientibus Viris Domino Francisco de la Segia honorabili Cancellario, Ser. Hieronymo de Nicola, & Ser. Bertucio Nigro Secretariis Aulæ Venetiarum, & aliis Testibus ad hoc vocatis specialiter, & rogatis. In quorum fidem, & evidentiam pleniorem præfatus Dominus Dux, Dominium, & Commune Venetiarum præsens Instrumentum fieri jusserunt, & bullâ sua plumbeâ pendente munire. Ego Ludovicus de Brachis filius Ser. Johannis Venetus publicus Imperiali auctoritate Notarius, ac Judex ordinarius nec non Ducalis Aulæ Venetiarum Scriba prædictis omnibus, & singulis interfui, & jussu præfati Illustrissimi Domini Ducis, ac rogatus scripsi, & publicavi, figuumque meum appossui consuetum in hunc modum videlicet; Et primò circa differentias, & debbata Pecini, Vallis Auratæ, & Vallis Tortæ, quas petebat prælibatus Illustrissimus Dominus Dux Mediolani, contentus remansit idem Illustrissimus Dominus Dux Mediolani libenti animo, quod remaneant præfato Illustrissimo Domino Duci, & Dominio Venetiarum, & similiter illa pars Vallis Taegii, quæ possidetur de præsenti per præfatum Illustrissimum Dominium Venetiarum, & maxime prædictus Locus Pecini, Savioni, & omnia alia Loca, quæ tenentur, & possidentur per præfatum Illustrissimum Dominium Venetiarum in dictâ Valle Taegii, & econtra contentum remansit Illustrissimum Dominium Venetiarum præfatum, sive prædicti Domini Carolus, & Nicolaus Mandatarii, & Oratores ut supra pro ipso Illustrissimo Domnio Venetiarum, quod præfato Illustrissimo Domino Duci Mediolani libere remaneant illæ partes Vallis Taegii, quæ de præsenti per præfatum Illustrissimum Dominum Ducem Mediolani possidentur, & maximè Origoni, Arnigoni, Rognoni, & Quartironi cum Locis infrascriptis, videlicet: Canto, Almenterga, Pianchello, la Lavina, Vidiseta, Anolasio, Pratovinio; Ecclesia verò Sancti Bartholomæi remanet in jurisdictione ejus partis, in quâ situata est, & denique omnia alia Loca, quæ de præsenti tenet, & possidet præfatus Illustrissimus Dominus Dux Mediolani in dictâ Valle Taegii. Circa differentias rerum Leuci, quæ sunt ultra Abduam, videlicet Vallis Mortironi, & Loci Brumani, quas petebat præfatum Illustrissimum Venetiarum Dominium, convenerunt, & concordes remanserunt dictæ partes, quod suprascripta Vallis Mortironi, & dictus Locus Brumani, & alia Loca, quæ præfatus Illustrissimus Dominus Dux Mediolani de præsenti possidet ita in monte, sicut in plano Leuci libere remaneant præfato Illustrissimo Domino Duci Mediolani, & maxime quod antiquitus eis administrabatur jus per Potestatem Leuci. Circa autem differentias, quæ noviter exortæ sunt pro Confinibus circa fossatum Pergamensc in Locis dictarum differentiarum, convenerunt dictæ partes, & concordes remanserunt, quod tantum se extendere intelligantur, & remaneant dicta confinia, quantum se extendebant, & erant vivente Illustrissimo quondam Domino Duce Filippo Maria pro majori parte temporis. Quantum ad debbatum, & differentiam Castelleti prope Cerretum convenerunt, & concordes remanserunt dictæ partes, quod præfato Illustrissimo Domino Duci, & Dominio Venetiarum remaneat possessio Castelleti, quemadmodum remansit præterito proximo tempore, sine præjuditio tamen jurium, & jurisdictionis Abbatiæ Cerreti, cujus Abbates semper uti possint juribus suis contra præfatum Dominium Venetiarum; hoc semper intellecto, quod nulli dictarum partium, cui remanebit dictus Locus, liceat aliquod construi facere fortilicium, neque pati per alium quempiam fieri, quod si aliquod fortilicium esset, explanetur, & in totum solo æquetur; jurisdictio verò Campi torti remaneat, & applicata esse intelligatur Castelleto. Possessio autem ipsius Campi torti remaneat, & esse intelligatur illorum, qui tenent, gaudent, & possident de præsenti Cerretum, aut in futurum tenebunt, gaudebunt, & possidebunt prædictum Locum Cerreti. Ita, & taliter, quod libere sibi liceat conducere, & conduci facere omnes fructus nascentes, sive nascituros super dictâ possessione Campi torti quo ipsi, vel ipsis placuerit, & visum fuerit absque licentiâ, & sine contradictione Officialium Cremæ, aut alterius cujuscumque personæ. Item convenerunt suprascriptæ partes, quod Strata Cremensis libere remaneat prælibato Illustrissimo Ducali Dominio Venetiarum, & de eâ disponere possit quemadmodum sibi placuerit, cum conditionibus tamen inferius declaratis. Similiter contentatur præfatus Illustrissimus Dominus Dux Mediolani, quod Strata, quæ appellatur Cremonensis, incipiendo à Strata Cremensi inclusive, quæ decurrit versus Mozanicam usque ad flumen Serii exclusive cum toto Territorio incluso inter dictum Flumen Serii, & Stratam prædictam, remaneat eidem Illustrissimo Ducali Dominio Venetiarum, exceptis Locis Solæ, & Cassinarum de Sichis cum eorum possessionibus dictis Locis pertinentibus, quia in præsenti possidentur, & tenentur per ipsum Illustrissimum Dominum Ducem Mediolani, & sibi reservantur. Cum hac tamen condicione, quod Subditi, & habitatores Civitatum, Terrarum, & Locorum ipsius Illustrissimi Domini Ducis Mediolani possint libere versus suas Terras transire, ire, & redire per eamdem Stratam nuncupatam Cremonensem veterem, & novam absque aliquâ solutione Datii, vel Gabellæ, etiam pro quanto se extendat dicta Strata Cremensis ex transverso, cum omnibus eorum bestiis, mercantiis, rebus, & bonis, etiam absque aliquâ obligatione accipiendi bulletas; & teneatur præfatum Illustrissimum Ducale Dominium facere aptari, & reparari dictam Stratam nuncupatam Cremonensem; & casu quo præfatum Illustrissimum Ducale Dominium præterminet eam Stratam aptari, & reparari facere, liceat tunc præfato Illustrissimo Domino Duci Mediolani ipsam aptari, & reparari facere, & ubi dicta Strata non esset habilis ad meandum, tunc liceat Subditis, & habitatoribus ut supra ipsius Illustrissimi Domini Ducis Mediolani transire etiam per Territorium Cremense versus Terras præfati Domini Ducis absque aliquâ solutione Datii, vel Gabellæ ut supra. Item quod non liceat præfato Illustrissimo Ducali Dominio Venetiarum fieri facere, aut construi aliquod opus, vel Fortilicium, vel Scriolam in dictis Stratis Cremenli, & Cremonensi, & Territorio, quod vigore præsentis Contractus remanet præfato Illustrissimo Ducali Dominio, plura, aut aliter quam sint de præsenti, nec pro aggeribus, & erectione Stratarum, nec aliquo cavamento faciendis; salvo tamen quod pro reparationibus, & reaptationibus earum, quæ sunt de præsenti, ut sint magis habiles ad meandum; promittentes prælibatus Illustrissimus Dominus Dux Mediolani pro unâ parte, & præfati Magnifici Domini Oratores, Procuratores, Mandatarii, & Sindici prælibati Illustrissimi Domini Ducis, & Dominii, & Communis Venetiarum pro alterâ parte, sub obligatione sui, modis, & nominibus, quibus supra, & omnium bonorum suorum præsentium, & futurorum pignori sibi vicissim, & ad invicem, videlicet una pars alteri,

ANNO 1456.

ANNO 1456. alteri, & altera alteri, præſentibus, ſtipulantibus, & recipientibus viciſſim, & ad invicem quod ipſæ partes, & utraque earum modis, & nominibus quibus ſupra ſemper, & omni tempore præſens Inſtrumentum, & omnia, & ſingula in præſenti Inſtrumento contenta attendent, obſervabunt, adimplebunt, & executioni mandabunt, & ratum, gratum, firmum, & rata, grata, & firma habebunt, & tenebunt, & nullo tempore contrafacient, nec venient aliquâ ratione, nec cauſâ, de jure, nec de facto, per ſe ſe, nec per ſubmiſſam perſonam directe, nec per indirectum, nec aliquo quæſito colore; & quod hæc omnia, & ſingula facient, attendent, & obſervabunt ipſæ partes, & utraque earum, modis, & nominibus, quibus ſupra, ſub refectione, & reſtitutione omnium expenſarum, damnorum, & intereſſe litis, & extra proinde faciendarum, & ſubſtituendarum prædictorum cauſa, & occaſione; renuntiando exceptioni præfatus Illuſtriſſimus Dominus Dux Mediolani, & prædicti Magnifici Domini Oratores, Procuratores, Mandatarii, & Sindici, modis, nominibus, quibus ſupra, non facti, & non celebrati hujusmodi Inſtrumenti pactorum, & conventionum, modo, & formâ præmiſſis, & prædictorum, & infradictorum omnium, & ſingulorum, non ita, & taliter actorum, & factorum, & omni probationi, & defenſioni in contrarium. Inſuper prædictæ partes, videlicet præfatus Illuſtriſſimus Dominus Dux Mediolani in animam ſuam, & prædicti Magnifici Domini Oratores, Procuratores, Mandatarii, & Syndici ut ſupra, modis, & nominibus, quibus ſuprà, in animam ſuam, & dictorum Principalium ſuorum juraverunt prædicta omnia, & ſingula ſemper, & omni tempore rata, grata, & firma habere, & tenere, & nullo tempore contrafacere, vel venire aliquâ ratione, nec cauſâ, de jure, nec de facto, directe, nec per indirectum, palam, vel occulte, per ſe, nec per ſubmiſſam perſonam, nec aliquo quæſito colore. Inſuper convenerunt dictæ partes, quod in termino unius menſis proximi futuri præfatum Illuſtriſſimum Ducale Dominium Venetiarum, ſi conventiones, & pacta in præſenti Contractu contenta ſibi placuerint, teneatur per publicum Inſtrumentum omnia in dicto præſenti Contractu cum inſertione ipſius ratificare, & approbare, & Ratificationem mittere præfato Illuſtriſſimo Domino Duci Mediolani; caſu autem quod concordia, & conventiones ipſæ ſibi non placuerint, & per præfatum Illuſtriſſimum Dominium Venetiarum intra præfixum tempus dicta Ratificatio non mittatur, tunc ſuprascripta omnia locum non habeant, ſed ſtetur judicio duorum Arbitrorum communium per partes infra menſes duos inde proximè futuros eligendorum; Et ſi non fuerint dicti Arbitri concordes, tunc infra dnos alios menſes inde futuros per partes ipſas eligatur tertius; quibus tamen differentiis, & terminis pendentibus, & quousque ſententiatum fuerit in cauſa, per partes nihil innovetur, ſed omnia ſtent, & remaneant in eo gradu, in quo ſunt de præſenti; Et prædicta omnia, & ſingula contenta in præſenti Contractu fecerunt, & facinnt ipſæ partes ſine præjudicio, & cum reſervatione omnium, & ſingulorum contentorum in Capitulis Pacis, & Ligæ, niſi pro quanto in præſenti Contractu reperiatur expreſſe proviſum. Et de prædictis omnibus, & ſingulis præfatus Illuſtriſſimus Dominus Dux Mediolani, & prædicti Magnifici Domini Carolus, & Nicolaus Oratores, Mandatarii, Procuratores, & Syndici modis, & nominibus, quibus ſupra, juſſerunt, & jubent per nos Antonium de Campo Longo quondam Alberti Civem Patavinum, & Jacobum de Perego quondam Vannini Notarios infraſcriptos, & utrumque noſtrum publicum debere confici Inſtrumentum unum, & plura ejusdem tenoris, & ſubſtantiæ cum appoſitione ſigillorum ipſius Illuſtriſſimi Dominii Venetorum, & ipſius Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani. Actum Mediolani in Curiâ Arenghi ipſius Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani in Camerâ novâ ſuperiori reſpiciente verſus Eccleſiam Dominæ Sanctæ Mariæ Majoris Mediolani ſolitæ reſidentiæ diurnæ ipſius Illuſtriſſimi Domini Ducis. Interfuerunt ibi Teſtes Spectabiles, & Nobiles Domini Gaspar de Martinengo filius Magnifici Militis Domini Antonii Civis Brixienſis, Dominus Franciſcus de Placentia de Crema, Legum Doctor, natus quondam Domini Johannis, habitator Cremæ, Comes Nicolinus de Calepio, filius quondam Comitis Truſardi, habitator Civitatis Pergami, Leonardus de Præpoſulo, natus Domini Benedicti, Civis & habitator Pergami, Marcus de Suardis, filius quondam Domini Georgii, Civis & habitator Pergami, Danieli de la Capra, natus quondam Domini Betini, habitator Civitatis Venetiarum, Hieronymus de Advocatis, filius Domini Detis Civis Brixiæ, & Gulielmus de Rorta filius quondam Domini Marchefini habitator Civitatis Pergami, nec non Magnifici & Spectabiles Viri Domini Nicolaus de Arcimboldis, Angelus Symonetta, Thomas de Reate Miles, Scæva de Curte Miles, & Doctor ipſius Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani Conſiliarii, Gaspar de Vicomercato Comes Valentiæ, & Ducalis armorum Doctor natus quondam Spectabilis Legum Doctoris Domini Tadioli; Petrus de Puſterla Ducalis Aulicus, Antonius de Boſſis Legum Doctor, natus quondam Domini Johannis ex Magiſtris Ducalium Intratarum extraordinariarum, Dominus Jacobus de Triulcio Miles, & Doctor Ducalis Aulicus, omnes teſtes noti, & idonei ad præmiſſa omnia, & ſingula ſpecialiter habiti, & vocati, ac rogati, nec non præſentibus Pronotariis Georgio de Panicciis filio Galaſii Portæ Novæ Parochiæ Sancti Stephani ad Nuxigiam, & Johanne Veſconto de Muſſiis filio quondam Donati Portæ Horientalis, Parochiæ Sancti Babylæ intus, ambobus Civitatis Mediolani Notariis, & Pronotariis. ANNO 1456.

Ego Jacobus de Perego filius quondam Domini Vanini Civitatis Mediolani Portæ Novæ, Parochiæ Sancti Stephani ad Nuxigiam Notarius publicus, ac etiam Notarius, & Scriba præfati Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani juſſus tradidi unà cum infraſcripto, & ſuprascripto Domino Antonio Campo Longo Notario infraſcripto, & per ipſum ſcripto, ſignumque meum Tabellionatus appoſui in fidem, & teſtimonium præmiſſorum, & me ſubſcripſi.

Et ego Antonius de Campo Longo quondam Alberti de Paduâ publicus Imperiali auctoritate Notarius Judex ordinarius, & ſuprafcriptorum Magnificorum Dominorum Oratorum, Procuratorum, & Syndicorum Illuſtriſſimi Ducalis Dominii Venetiarum Scriba, & Cancellarius juſſus tradidi unà cum Ser. Jacobo de Perego Notario ſuprafcripto, ſignumque meum Tabellionatus appoſui in fidem, & teſtimonium præmiſſorum, & me ſubſcripſi.

Et ego Cichus Symonetta quondam Antonii de Calabria præfati Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani Secretarius prædictis omnibus interfui, & juſſu Excellentiæ ſuæ ad majorem præmiſſorum fidem me propriâ manu ſubſcripſi, & præſens Inſtrumentum ſuo Ducali pendenti ſigillo munìri feci.

Extracta ſuit præſens Copia à Regiſtro inſcripto ſub Littera C. Ducii PHILIPPI MARIÆ ANGLI *Venecomitis exiſtente in Regio Archivio Caſtri Portæ Jovis Mediolani, in Papiro ſcripto. Datum Mediolani die trigeſima menſis Octobris anni* 1719.

Examinavit JOANNES FRANCISCUS STRIGELLIUS *Regii Archivii Officialis.*

CLXXX.

Pfalzgraff Ruprechts Brief des zwiſchen ſeinem Herrn Bruder Churfürſt Friderichen zu Pfalz und Ihme ſelbſt aufgerichteten Vertrags / was nemlich und wie obgemeldter ſein Herr Bruder Ihme Jährlich ſuſtentiren ſolle. Datum Heydelberg Feria ſexta poſt Feſtum Nativitatis Beatæ Mariæ Virginis 1456. [Electorum Juris Publici curioſorum Contin. pag. 386. LUNIG, Teutſches Reichs-Archiv. Part. Spec. Abtheil. VI. Abſatz I. pag. 617.] 29. Sep.

C'eſt-à-dire,

Lettres de RUPERT *Comte Palatin, contenant la Convention paſſée entre lui & l'*ELECTEUR PALATIN *ſon Frere, touchant la maniere, & la ſomme que l'Electeur doit lui donner annuellement pour ſa ſubſiſtance. A Heydelberg la ſixieme Ferie après la Fête de la Nativité de la Bien-heureuſe Vierge Marie* 1456.

WIr Ruprecht / von Gottes Gnaden / Pfaltzgraff bey Rhein / Hertzog in Bayern und Thum-Probſt / ꝛc. bekennen und thun kund offenbahr mit dieſem Briefe: Als der Hochgebohrne Fürſt / Herr Friederich / Pfaltzgraffe bey Rhein / des heiligen Röm. Reichs Ertz-Truchſaß und Hertzoge in Bayern / unſer lieber Bruder / und wir uns vermahls mit gutem Willen in freundlicher Bruderſchafft und rechter Meinung einer Verſtrickung geeynet / und der verſigelt han / unter andern Inhalten / daß

Anno 1456.

der genannt unſer lieber Bruder Herzog Friederich jährlich 1200. Rheiniſcher Gulden von ſeinen Zollen Bacharach und Cube / und auch ererbundert Gulden von unſer Thum-Probſtey zu Würtzburg / und dazu vierhundert Malter Korns und ſechzehen Fuder Weins geben und ausrichten ſolle / als die Verſchreibung darüber das und mehr andere Punkten und Artickele umhält / der Datum ſteht Datum Heydelberg / Dominica poſt Feſtum Purificationis beatæ & gloriosæ virginis Mariæ, Anno a Nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo tertio. da ſelbe Verſchreibung auch hinfür in ihren Kräfften in allen Punkten und Artickeln feſte und veſte verbleiben / und durch dieſe Verſchreibunge gantz nicht geändert werden ſolle: Dann alſt lange der obgenannt unſer Bruder uns bey ihme in ſeiner Koſte halten würdet / alſt hernach geſchrieben ſtehet / er und dieſelbe zeit ſollich obgemeldt Geld / Weine oder Korn jährlich nicht geben darff / da haben wir uns der hernach genannten Punkten und Artickele mit dem obgenannten unſern lieben Bruder / vereint / vertragen / und auch gewilliget die zu halten und zu vollführen / getreulich und ungefährlich / ſo lange wir alſo bey demſelben unſern lieben Bruder ſeyn werden.

Zum Erſten ſoll unſer obgenannter Bruder uns in ſeiner gewohnlichen Koſte zu Heydelberg / oder an welchem Ende er ſeine State haben würdet / oder in welchem ſeinem Schloſſe ſonſt er will halten / mit unſern Dienern und Knechten / ſelb vierzehen Perſonen mit Nahmen unſern lieben Getreuen / Meiſter Matthias Kemmnate / Licentiat in geiſtlichen Rechten ſelb ander / Herr Heinrich Caplan / Erhard von Randenigen / Conrad von Roſenberg / Engelhard von Nyperg / Philips Wammolt / Conrad Schneider / Sifried Barbierer / zween Stall-Knecht / zween Reut-Knaben und Clefel Koch / alſt wir jetzund bey uns han / und andere der einer mehr von uns / ſo ſollen wir doch an derſelben ſtatt keinen andern nehmen / dann der denſelben unſern Bruder genehme und gefällig iſt. Der vorgenannt unſer lieber Bruder / Herzog Friederich ſoll uns auch Jahres für unſern Leib / Sommer und Winter / Kleide von Wullen-Tuch / alſt er ſich kleidet / geben / und auch / wann er ſein Diener und gemeine Hoff-Geſinde kleidet / ſo ſoll er unſer Diener / Knechte und Knaben / obgemelde / auch kleiden / alſt ander ſein Diener ungefährlich / und uns oder den unſern Seiden Gewandt zu geben nicht pflichtig ſeyn. Doch ſo ſollen wir unſern Dienern und Knechten ſelbſt lohnen / und der obgenannte unſer Bruder ihnen keinen Lohn zu geben pflichtig ſein. Es ſollen auch wir und die unſern an des obgenannten unſers Bruders / und ſeiner gewohnlichen Hoff-Koſte / für unſern Mund / alſt für unſers lieben Bruders Mund / und für des Geſinde / alſt für ander ſein Hoff-Geſinde / wie man die zu einer jeglichen Zeit ungefährlich geben würdet / an Eſſen und Trincken ein gut Genügen haben / von Schenken / Kellern und Köchen / und darüber beſonders nicht fordern oder haſchen / oder darum niemand mit Worten / oder Werken / übergehen oder leidigen / ohne Geferde. Es ſollen auch alle unſere Diener / Knecht u. Knaben dem obgenannten unſerm lieben Bruder / zu ſeinen Gebotten und Befelche gehorſam und gewertig ſein / alſt andere ſein Hoffgeſinde / und wie derſelbe unſer Bruder ſeinem Hoffgeſinde Ordnungen ſetzet oder ſetzen würdet / die ſollen unſere Diener / Knechte und Knaben auch halten und zu halten gebunden ſeyn / oder obe der unſern einer oder mehr die überfuhren und nicht hielten / oder ſonſt einige Unfuhr oder Widerwillen wider unſern obgenanten Bruder oder den ſeinen thäten oder beginnen / darum mag unſer lieber Bruder ſie ſtraffen nach ſeinem Willen / alſt andere die ſeinen. Zur weitern Ende auch der obgenannt unſer lieber Bruder iſt oder ſey / da er uns bey ihme haben / oder in welchem Schloß er uns ein Gemache zu ordnen und geben würdet / darein ſollen und wollen wir uns mit gutem Willen genügen laſſen / und unſer Weſen darinnen zuchtiglich halten. Wir ſollen und wollen auch / wann der obgenannt unſer lieber Bruder des an uns begehrt / den ihme in ſeinem Rathe zu ſitzen / und ihme auch darinnen und an allen andern Geſchäfften und Sachen / die er zu einer gleichen Zeit zu thun hat / oder gewinnet / nicht irren oder hindern / noch uns keine Sache davon ziehen oder unterſtehen zu wenden zu kein weg / ſondern ihme darinnen getreulich rahten / alle ſeine Sachen zum beſten fürdern / nach unſerm beſten Verſtändniße und Vermögen ohn alle Geferde. Wir ſollen auch unter den Perſohnen / die wir alſt Vorſteher zu uns nehmen werden / ein erbarn Caplan han / mit dem unſer Zeit zu beten und zu ſprechen ungefährlich. Wir ſollen und wollen uns auch zu einer jeglichen Zeite / und beſonder / ſo fremdde Leute zu unſerm Bruder oder uns kommen / an geiſtlichen Kleidern ziemblichen halten / nachdeme ſich unſerm Stande gezimet / und an dem Ende / da wir ſeyn / geiſtlichen Stande gewohnlich iſt / doch wann wir auf der Wegdenheit oder mit unſerm Bruder zu Dänzen oder in dergleichen Staden ſein / ſo mogen wir uns in andern zimlichen Kleidern tragen u. halten. Wir ſollen u. wollen auch auf kein Geſchäfte oder Wegdenheit / noch ſonſt an dein ander Ende reiten oder wandelen / dann mit unſers obgenannten lieben Bruders Wiſſen / Willen und Verhängnüſſe / und uns darinne halten / wie er uns des beſcheidet und von uns gehabt will han; Deſſ wir uns fleiſſen wollen / alles ohne Geferde. Würde uns auch unſer obgenannter lieber Bruder an einig Ende erlauben / oder ſonſt an einig Ende ſchicken / ſo ſoll er uns etliche ſeine Diener zugeſchreiben / und wie er uns denn ordnet / dabey ſollen wir es verbleiben laſſen und folgen / und obe den unſern mit uns zu reiten Pferd gebrechen / die ſoll er uns ihnn beſtellen und laſſen ungefährlich: die obgenannt unſer lieber Bruder ſoll uns auch für unſere Perſone Diener und Knechte ſechs Pferd halten in ſeiner Fuhr / und die Pferde / die unter denſelben ſechſen zu unſers Perſone gehören / die ſoll er uns auch in ſeinem Marſtalle / mit Heu / Stroh / Stegel / Nagel und Eyſen / nach zimlicher Nothdurfft / ſo ſeine Marſtaller das immer noth ſeyn / halten ungefährlich. Der genannt unſer lieben Bruder ſoll auch unſerm Koch / den wir für uns in unſer Kuchen haben werden / ein Kuchen-Knaben halten / derſelbe Knabe in die Zahle der 14. Perſonen obgemelt gerechnet ſeyn ſoll / und hierein und alſt lange Wir u. des obgenannten unſers lieben Bruders Koſte alſo ſtehen / ſo ſoll derſelbe unſer lieber Bruder uns der obgenannten 1200. Gulden von den Zollen Bacharach und Cube / und auch der 400. Gulden von unſer Thum-Probſtey / und auch der 400. Malter Korns und ſechzehen Fuder Weins / darvon in der vorgemelten Verſchreibunge / die vormahls zwiſchen dem obgenannten unſerm lieben Bruder und uns gemacht iſt / gemeldet würdet / oder ſonſt ichts anders zu geben nicht pflichtig ſeyn. Wir haben uns auch hierinne begeben / obe wir ichts fürnehmen oder thäten / das wider den obgenannten unſern lieben Bruder oder ihne bedachte uns unterſtehen were / darinnen ſollen wir ſeine Unterweiſungen folgen / u. obe wir das nicht thun wolten / ſo ſoll der obgenannt unſer lieber Bruder nicht pflichtig oder ſchuldig ſeyn / uns darüber in ſeinr Koſte zu halten / noch auch die Ablündunge zu thun / alſt hernach geſchrieben ſtehet: wann auch der obgenannt unſer obgenannt Bruder ſonſt will / ſo mag er uns des alles ablünden / und herwiederumbe / wann wir mit den unſern nit länger in des obgenannten unſers lieben Bruders Koſte ſeyn wollen / ſo mögen wir denſelben unſern Bruder das auch gütlich abſagen / u. welcher Theile unſer unſerm Bruder u. uns dem andern das abſagen will / das ſoll unſer einer dem andern ein halb Jahr zuvor abſagen / u. wenn das halbe Jahr alſo ausgangen u. verſchienen iſt / ſo ſoll dieſe Verſchreibunge / wie die hievor / von dem / alſt der obgenannt unſer Bruder / uns u. die unſere in ſeiner Koſte halten ſolle inhelt / gantz ab- und aus ſeyn / u. unſer Bruder obgenannt ſoll uns dann furter jährlich nicht mehr ſchuldig ſeyn zu geben / denn als die Verſchreibunge inne hält / die am Anfange dieſes Briefes gemeldet / u. vor zwiſchen unſern Bruder u. uns begriffen iſt / u. dieſelbe Verſchreibunge ſoll auch allwegen zum u. hinfür ſonſt in allen andern Puncten u. Artickeln getreulich u. ungefährlich gehalten werden. Alles / das hievor von uns Herzog Ruprechten geſchrieben ſtehet / geteden und verſprochen und ſtet / veſte und unverbrüchlich zu halten / alles ohne Geferde. Zu Urkund haben wir unſer Inſiegel mit rechter Wiſſen ihnn hencken an dieſen Brieff / datum Heydelberg / Feria ſexta poſt Feſtum Nativitatis beatæ Mariæ Virginis, Ann. Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſexto.

Anno 1456.

CLXXXI.

Churfürſt Dietrichs von Maynz Lehen-Brief Pfalzgraff Ludwigen dem Schwartzen beygenannt / Pfalzgraf Stephans bey Rheine Sohn / als einem Grafen zu Veldentz über die Burg und Stadt Meyſenheim / Stadt Odernheim / Burg und Stadt Arnsheim ꝛc. ertheilt. Geben zu Ehrenfeld am Sontag nach St. Kylians-Tag 1457 [In Beylagen der Königl. Schwediſch. Beſchwerden über der Franzöſiſchen Gerichts-Commern Proceduren contra Zweybrücken Sub Num. 6. in Append. Diar. Europ. Contin. 43. pag. 294]

1457. 10. Juill.

C'eſt-à-dire,

Inveſtiture donnée par l'Electeur de Mayence à Louïs le Noir *Comte Palatin du Rhyn, fils d'*Etienne, *comme Comte de Veldents, pour le Château & Ville de* Meiſenheim, *la Ville d'*Odernheim, *& le Château & Ville d'*Arnsheim. *A Ehrenfeld le Dimanche après la St.* Kylian 1457.

Wir Dietrich von Gottes Gnaden des Heil. Stuls zu Mentze Ertz Biſchoff / des Heil. Röm. Richs durch Germanien Ertzcantzler und Churfürſt / bekennen und thun kund öffentlich mit dieſen Brieffe / alſt Meyſenheim Burg und Stadt / Odernheim die Stadt am Glane gelegen / Arnsheim Burg und Stadt / und die Dorffere Eyſenheim und Niederhauſen / mit allen ihren zugehörungen / und darzu unſer und unſers Stiffts Ertz-Truchſeſſen und Kurfürſtenthums / Ambte von uns und unſerm Stifft zu Lehen rühren und gehn / und der Hochgeborne Fürſt Herr Stephan Pfaltzgrafe by Rine und Hertzog in Bayern / unſer lieber beſonder freund / und der Edel Friederich Grafe zu Veldentz / und ſine Eltern Sel. Grafen zu Veldentz / die von uns / unſern Vorfahren und Stifft empfänglich herbracht und geteagen

ANNO 1457. gemagen haben/ Inhalt der Verſiegelten Briefe/ die wir und unſer Eyffft und der egenant unſer Freund Hertzog Stephan und ine Burgkgrafen Gragen zu Beldenge/ vrederwand von Uns beyderſits verpflicht ſeyn zu enander zu halten; und aber nun der obgenante unſer Freund Hertzog Stephan by ſinen Lebtagen die obgenant Lehn/ Stete/ Schlosse/ Dorffere/ Aembte/ und auch die Erbeinunge/ darin Wir/ unſer Stiffte/ und die Gnadeſchafte zu Beſtande gegen enander gewand ſind/ dem Hochgebornen Fürſten/ Herrn Ludwigen/ Pfaltzgrafen by Rine/ und Hertzogen in Bayern/ als einem Grafen zu Beldenge/ und ſinem Sohn/ unſern lieben Neven übergeben/ ingeſtalt/ und inne das an ſinem offen verſigelten Breffe verkundet/ und damit Er ſine Pflichte darin Er alſs von ſolcher Lehen und auch der Erbeinunge wegen gewant geweſt iſt/ vſgeſagt hat/ daſs/ und auch angeſehn/ ſolche ennme/ Liebe und Fruntſchafft als der egenante unſer lieber Neve Hertzog Ludwig uns und unſerm Stifft dicke fruntlichen getan hat und fürbas in kunfftigen Zeiten tun ſoll und mag/ So haben wir den egenanten unſern Neven Hertzog Ludwigen ſolche obgenante Schlosse und Lehen/ von uns und unſerm Stifft zu Lehen rührende/ auch gelichen/ die er dan hie von uns empfangen/ darüber globt und geſchworen hat/ ꝛc. ꝛc.

Und deſſ zu Orkunde ſo han Wir unſer Ingeſiegel an dieſen Brief tun hängen/ der geben iſt zu Ehrenfeld am Sontage nach St. Johanns Tage Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo ſeptimo.

CLXXXII.

1458. 19. April. **Ehrung der Schleſiſchen Stände/ wegen rechtlichen Beyſtandes wider allen Feindlichen Angriff biß zu Erwehlung eines Königs in Böhmen. Gemacht und geben zu Breßlau am Mittwochen vor Sonntag Jubilate 1458** [MULLERI Reichs-Tags-Theatrum, Verſtellung III. Cap. XVIII. pag. 732.]

C'eſt-à-dire,

Confederation des Etats Provinciaux de SILESIE *contre toutes Agreſſions & Hoſtilitez, juſques à ce que l'Election d'un nouveau Roi de Boheme ſoit faite. A Breslaw, le Mercredi avant le Dimanche* Jubilate 1458.

WIr Jodocus/ von Gots Gnaden Biſchoff zu Breßlaw/ und unſerm Capitele/ Landen und Luten/ und Wir nochgeſchriben Fürſten in der Sleſien/ Herzog Heinrich/ Herre zu Grossen-Glogaw ꝛc. Herzog Balthaſar/ Herre zum Sagan/ Herzog Bolodko/ Herre zu Grossen-Glogaw/ Lesthen ꝛc. Herzog Conrad der Wisse/ Herre zu Olsen/ Wartenberg/ Herzog Johans/ Herre zum Sagan/ Prebus ꝛc. Und wir Frauw Hedewig und unſerm lieben Sone/ Herzoge Friedrichen/ Frauw und Herre zu Legenitz/ Goltberge ꝛc. und unſern Landen und Luten/ und wir Mannſchafft und Stete/ Breßla/ Swidnitz und Jawar/ und allen Steten/ zu Uns gehörenne/ die Stadt Legenitz/ Lemberg/ Bunßlaw/ Naumburg und Nuemarkt/ bekennen und thun kunt uffentlichen/ mit deſſem Brive/ allen/ die yn ſehen/ adder hören leſen/ daſs wir/ Gote dem allmechtigen zu Lobe/ deme heiligen Criſtlichen Glauben zu Sterkunge/ der Cron zu Behemen zu Ehren/ und deſſem unſern Landen zu Fromen/ Uns mederander vor einen Mann genomen/ und vorbunden haben/ einen und vorbinden Uns in craft dieſes Brives/ alſo/ nehmlichen/ von der Kore und Wale wegen und von ander Sache und Zuſpruche wegen/ die itzunder uff deſſen gehandelten Tag vorhanden geweſt ſint/ alſo/ ob Uns ymandes/ es were/ wer der ware/ ymandes uffgenommen/ angriffen/ drangen und nötigen wolde/ daſs wir uns des fristen und enthalten wollen/ bis alſo lange/ daſs wir einen criſtlichen Herren und Kunige haben werden/ den wir mit Gote/ mit Eren und mit Glucke/ der das Chriſtenlich und nach Rechte geſten möge/ erkiesen mögen/ und Uns die der heiligen Romiſchen Kirchen ſtetlichen halten/ und darumb geloben wir alle enmechtiglichen/ ob uns/ da Got vor ſi/ davon Ymandes nach Gewalt notigen und dringen wolde/ wedder Got/ Ere und Recht/ das wir alle des enander iglicher nach ſiner Macht und nach Vermogen biſtendig ſien wollen/ und ſo das not thun were/ der Sachen halten/ mit Liebe und Güte helffen enander der Gewalt schuſſen und ſchirmen/ ungeverlich/ und da Got vor ſie/ ap ymandt/ der in diſſe unſere Eynunge gehort/ wurde angriffen/ der ſal Uns allen anruffen und eyne korze Zyt zuvor Uns das laſs wiſſen/ So ſoln Wir alle uf ſien/ ſo das not thun wurde/ und in das Felt zuſampne komen/ an eyne gelegene Stat/ und ſo Wir mit Macht zuſampne komen/ wos dann vor das beſte erkant wirt/ ap is not were/ einen rittenden Krig zu halten und wedder unſer Fiende zu beſtellene/ das ſal mit gemeynem Rate/ den Landen zu gute/ beſtalt und vorgenomen werden/ und beſunderu/ ab ir kein Stoſs adder Paſſunge wedder uns gelaſt wurde/ das wir darumb auch zuſampne komen und ſenden ſollen/ darvor zu gedingten/ in Zieten laten/ daſs man dem wedderſtehen möge/ ab Wir ye alſo hoch genotiget würden/ ander einſtliche Fürſten anzurufen/ und ap Wir ye dann alſo hoch genotiget und gedrungen werden/ daſs wir denn andere Herren und erſtenliche Fürſten mogen und ſollen anrufen/ Und das zu beſtenne und ſolcher Gewalt zu ſchutzen/ auch ap ſich enhegene Sache begeben worde/ das alhie in deſſer Eynunge und Schrifte nicht gedacht were/ darumbe mogent Wir zuſammne komen/ ſo das not were/ das handeln und noch Notdorft uzztragen/ den Landen und Uns allen zu Gute/ auch ſo co noth wer/ einen rittenden Krig zu halldenne/ daſs man ughlichen Herren und Fürſten/ Mannen und Steten/ einen benannten Anſlag und Zale denſelben ſetzen und benennen ſal/ und das noch Notdorft gleiche zu beſtellen/ und ap auch imand unſern Fünden Hulffe und Rat wedder uns thun würde/ heimlich adder uffenbar/ zu deme ſollen wir gedengken/ als zu unſern Fünden ſelbſt. Auch/ ap Jmand zu uns und dieſſer Eynunge treten wolde/ den mag man und gemeynem Rate uffnehmen/ und die ſatten ſich des auch legen und vortreichen/ und alſo vorbunden. Auch ap is geſchen würde/ daſs man uns Wacht durch unſern Lond/ zu uns gehorende ziehen müſte/ da mag man ſich behelffen/ und Stro/ Houwe und ungehauwen Holtze/ adder darumb ſal nymandt plunderen noch nymands beſchedigen. Auch ab ychcyman teile Botſchafft/ briefliche adder mundliche/ von der Sachen wegen/ angetragen würde/ das ſal eyn teil deme andern zu wiſſin thun/ und nicht vorbygen. Und ap is Notdorfft were/ daſs wir darumb zuſampne komen/ alder ſenden ſollen/ das ſulle wir thun und alle entrechtigkeiten und gemeynen Rathe Antworte darauf geben/ auch daſs man ymander benemen wolle/ daſs ieluh Fürſt/ Botſchilde und Stete/ eyne Zol der Perſonen uſgeben/ ap is not were/ daſs man zuſampne komen müſte/ und daſs die Stat auch genant wurde/ daſs das alſo geſchee/ daſs wir nicht allewege zuſampne komen bedurfften/ ſo das nicht not were/ auch wer eigene Sachen und Zuſpruche hette/ das daſſe Sache nicht berurte/ der ſal das ſelber uztragen und verantworten/ an den Enden/ da das billige geſchen ſal. Solche Eynunge und Vorbindunge geloben wir obgenanten Herren/ Fürſten/ Mannt und Stete/ enander getruwelichen zu halldenne/ und zu verſtarkene/ die gnten Tenten und Eren/ alle alte orat/ und alle Jntregte/ wie man die nu hete erkennet/ und alle alles boges Geferde. Und das zu mehrem Erkentnüſſe haben wir unſre Ingeſigil an deſſen Brieff mit rechter Zuy en laſſen hengen. Geſchen und gegeben zu Breßlaw an der Mittwochen vor dem Sontage Jubilate/ nach Criſti Geburt im vierzehen hunderten Jare/ und darnach in dem achten und funfzigeſten Jare.

CLXXXIII.

Capitulata inter CAROLUM VII. *Franciæ Regem Chriſtianiſſimum per Commiſſarios, & Excellſſimos* COMMUNE JANUÆ, *quibus Deditio prima & Translatio Dominii dicti Communis, cum juribus omnibus ſuis, in* CAROLUM *Sextum Franciæ Regem olim facta, atque nuper cum Domino Duce* CALABRIÆ *tanquam præfati* CAROLI VII. *Regis moderni Procuratore innovata, & confirmata, de novo innovatur, & confirmatur, nec non in parte aliqua reformatur, & explicatur. Acta apud Caſirum de Bolgenciaco, Anno Incarnationis* 1458. *Indictione* VI. *die* 25. *menſis Junii.* Cum FACULTATIBUS, *ſive Plenipotentiis utriusque Partis de verbo ad verbum infertis.* Nec non CAROLI *Regis Litteræ Ratificationis, Datæ apud Belgenciacum in menſe Junii Anno Domini* 1458. *& Regni ſui* 36. [Pièce authentique, tirée des Archives Royales du Château de Milan.] 25. Juin. ANNO 1458.

KAROLUS Dei gratia Francorum Rex, ac Januæ Dominus. Memores proximis diebus conſtitutiſſe, ac deputaſſe cariſſimum, ac fidelem Conſiliarium noſtrum Ricardum Epiſcopum Conſtantienſem in ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem aſſumptum, nec non dilectos, & fideles Conſiliarios noſtros Bertrandum de Beſſavalle Militem Dominum de Precigneyo Cambellanum, Magiſtrum Georgium Havardi Dominum de Roſeria Magiſtrum Requeſtarum Hoſpicii noſtri, & Johannem Hardoyni Dominum de Nozayo Cameræ computorum noſtrorum Magiſtrum, & Theſaurarium Franciæ, ad tractandum, componendum, concludendum, & examinandum nomine noſtro quasdam requeſtas dilectorum noſtrorum Ambaſſiatorum noſtræ Civitatis Januenſis, ac pertinentiarum, & ad recipiendum ab eisdem reſtitutionem, translationem, & redditionem ejusdem Dominii noſtri Januenſis, ſuper quibus fuit per dictos Conſiliarios, & Deputatos noſtros cum dictis Januenſibus Oratoribus tractatum, compoſitum, & geſtum certis modo, & forma in Inſtrumento per

ANNO 1458. Magiſtrum Philippum Sageti auctoritate Apoſtolica Notarium publicum vigeſima quinta menſis Junii recepto, plenius ſpecificatis, & declaratis, cujus tenor talis eſt.

In nomine, & ad laudem Sacroſanctæ, & Individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Gloriosiſſimæ Genitricis ſuæ Mariæ ſemper Virginis, Divorum Johannis Baptiſtæ, & Evangeliſtæ, Principumque Apoſtolorum Petri, & Pauli, nec non & Beatorum Symonis, & Judæ, qui cognominatur Thaddeus, Prorectorum Communis, & Populi Januæ, Divorum etiam Martyrum Laurentii Patroni majoris Eccleſiæ Januenſis, & Georgii Vexilliferi Communis ejusdem, totiusque cælestis Curiæ triumphantis, ad honorem etiam, ſublimationem, & augumentum Status, & gloriæ Sereniſſimi, ac Chriſtianiſſimi Principis Domini Domini Karoli Dei gratia Francorum Regis ſeptimi, ac Januæ Domini, & etiam ad Pacem, & tranquillitatem, & augumentum felicis Status Communis, & Populi Januæ, Excelti Conſilii Antianorum ejus, & quorumlibet Magiſtratuum, Civiumque diſtrictualium, Subditorum, & Adhærentium Communis prænominati, & non minus ad augumentum, & ſalutem Chriſticolarum, & confuſionem infidelium. Cum ſæpenumero revolventibus in animo, & mente optimis quibuscumque Civibus Januenſis Urbis occurriſſet nihil eſſe, quod magis unusquisque Vir prudens debeat Patriæ ſuæ, quam curare, quod ſub potenti, virtuoſo, ac prudentiſſimo Principe gubernetur, protegaturque, & ut evitentur tyrannis, uſurpatio, ſimultates, & ſcandala, ut & par eſt, ac facile, ſi ſub unico, & hujusmodi Principe dirigatur, & inſuper quod non minus conſentaneum ſit, ut ſi quandoque diverſum eſt, & ad ſemitam veritatis, & juſticiæ convolemus; neque ferè minus gratum ſit ſummo rerum Opifici, ſi omiſſis erroribus, atque ignavia deviantes viam ſalutis perquirant, & inveniant, quam ſi numquam aberraſſent, id atteſtantibus exemplis plerisque Evangelica disciplina, animadverſiſſentque in primis ſummam rerum omnium cognitionem, & ſapientiam Sereniſſimi, ac Chriſtianiſſimi Domini Domini Karoli Francorum Regis magnanimitatem, juſticiam, fortitudinem, clementiam ſingularem, conſtantiam, fidem, ſanctimoniam, religionem, innumerabilesque virtutes, quibus velut fidus præclarum ſplendet in Orbe, ſub cujus protectione Populi conquieſcunt, optata Pace perfruuntur, virtutes benigne fruuntur, vitia autem, etiam ubi opus eſt ſeveritate, vindicantur; quibus quidem, ac divino nutu, ac benivolentia factus eſt Deo amabilis, & victoriosus non modò in arduis, ſed etiam desperatis quodam modo rebus, & in hunc modum non modò paterna Regna, & avita cum immortalitatis laude recuperavit, ſed ea omnia longe, lateque ampliavit; confiderantesque uberrimos fructus, eventusque, quos, Divina favente clementia, veriſimillimum eſt oriri ex hujusmodi translatione, reductione, & unitate non minus ad protectionem Reipublicæ Chriſtianæ, quam nunc variis fluctibus labefactari palam eſt, quam partium prædictarum honorem, gloriam, & utilitatem, quo fit ut non minus pro publica utilitate, ac remedio eorum, quæ impræſentiarum occurrunt, diſcriminum, quam etiam ut unicuique, quod ſuum eſt, jure optimo reſtituatur: Cuncti Cives Januenſes, & in publicis Conſiliis, & in privatis ſtatuerint ad infraſcriptam deductionem, ac reductionem ſponte pervenire, ac propria deliberatione, & ob id quædam Capitula compoſita, & firmata per, & inter Illuſtriſſimum Principem, & Dominum Ducem Calabriæ, ac Lotharingiæ nomine Mandatario, & Procuratorio præfatæ Regiæ Maeſtatis, & habentem ab eadem ampliſſimam potestatem, & arbitrium vigore Litterarum regalium cum ſolemnitatibus, & ligiſtis opportunis parte una, ac Nobilem Bornelem Grimaldum nominibus quibus agit ex altera, ratificaverint, approbaverintque juxta ſeriem, & formam emanatam ſuperiùs, deindeque ſtatuerint ad Regiam Celſitudinem transmittere infraſcriptos Oratores, & Ambaſſiatores ad decus Regium, & gloriam, viſitationemque, qui Dominium præfatæ Urbis, & quorumcumque pertinentium in ſuam Celſitudinem transferam, & reducant ſub modis, & formis, de quibus in eisdem Capitulis mentio habetur, & infetius declarabitur, præſentesque eidem Regiæ ſublimitati debitum fidelitatis juramentum cum ampliſſima poteſtate, & arbitrio vigore publici Inſtrumenti Procuratorii, & Mandati, de quo conſtat publico Inſtrumento publicato per Georgium de Via Notarium, & Communis Januæ Cancellarium; & quæ quidem Capitula juxta eorum continentiam fuerunt etiam comprobata, & ratificata per præfatam Regiam Maeſtatem anno, & menſe præſentibus, die vigeſima quinta præſentis. Cumque etiam præfatus Sereniſſimus, ac Chriſtianiſſimus Dominus Rex intuens efficaciſſimam devotionem Civium prædictorum, eorumque ſpontaneam deditionem, quibus ſua propria voluntate, utilitate, & nullius impreſſione ſe ſe, & ſua ad Regiam protectionem dediderunt, ſuminiſtraverunque, motus paterno affectu, & amore ſingulari verſus Populum ſuum, ut etiam in illum exercet Clementiæ ſuæ tiugularis officia, quemadmodum in exteros ejus Subditos ſua ſublimitas facere conſuevit, cujus quidem ſunt illi mores, illa ſtudia, de quibus ille Poeta Latinus inquit Virgilius:

Tu regere Imperio Populos, Romane, memento,
Hæ tibi erunt artes, Pacis imponere mores,
Parcere devictis, & debellare ſuperbos.

Inſpicientes etiam ſub dominatu ſuo Populum illum nunc variis opprefſum languoribus multum poſſe proficere, & Maeſtatis ſuæ gloriam augere potiſſimum in materia infidelium, quæ ſuper omnia cordi ſemper fuit, & eſt Maeſtati ſuæ utpote Regi Chriſtianiſſimo, utque etiam quæ jure ſibi hæreditario debita ſunt, minime negligantur, deliberaverit eorum, de qua ſuprà, reductionem, ſeu deditionem acceptare, protectionem ſuscipere, & in initio ſubditorum ſuorum, & quidem peculiarium aggregare, & ſuper præmiſſis deputaverit infraſcriptos ejus Commiſſarios, & Mandatarios.

Hinc eſt quod Reverendiſſimus in Chriſto Pater, & Dominus Dominus Ricardus Epiſcopus Conſtantienſis in Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem aſſumptus, præfati Sereniſſimi, ac Chriſtianiſſimi Francorum Regis Conſiliarius, nec non Nobiles, & Egregii Viri Dominus Bertrandus de Bella Valle Miles Dominus de Precigneyo Cambellanus, Magiſter Georgius Havardi Dominus de Roſeria, Magiſter Requeſtarum Hospicii, & Johannes Ardoini Dominus de Nazayo Magiſter Cameræ computorum, Theſaurariusque Franciæ dicti Chriſtianiſſimi, ac Sereniſſimi Domini Regis Conſiliarii, & ab ipſo Chriſtianiſſimo Rege ſuper hoc deputati, & ſpecialiter communi vigore publici Inſtrumenti, cujus tenor ſequitur ut infra:

Karolus Dei gratia Francorum Rex, ac Januæ Dominus. Univerſis præſentes Litteras inſpecturis ſalutem. Cum poſt reductionem nuper factam in obedientia noſtra de Civitate, ac Dominio nomine Januenſium per Carissimos, & fideles noſtros Conſilium Antianorum Communis, & Officium ſexaginta magnæ Baliæ Januæ in numeris ſufficientibus congregati, idem Conſilium Antianorum, & Officium ſexaginta magnæ Baliæ Januæ eorum devotionem, & fidelitatem amplius demonſtrare nitentes ſincere dilectos noſtros Magiſtrum Baptiſtam de Goano utriusque Juris Doctorem, Lazarum de Varifio, Johannem Ambroſium de Marinis, & Marcum Gtillum Cives Januæ Viros utique peritos, fidelitatis juramentum de dictis Civitate, & Dominio noſtris Januæ nobis præſtituros, ſufficientique poteſtate ſuffultos ad deditionem, & reductionem dictæ Civitatis, & pertinentiarum, & ad capitulandum, & reformandum, pro ut in eorum Mandato continetur, ad præſentiam noſtram deſtinaverint, ſuerique nobis pro parte ſupranominatorum Ambaſſiatorum humiliter ſupplicatum nomine dictorum Conſilii Antianorum, & Officii magnæ Baliæ Januæ, quatenus ſuper contentis in certis articulis bonum commune dictæ Civitatis, & Dominii noſtri Januæ tangentibus, & concernentibus providere dignaremur. Nos præmiſſorum conſideratione, confidentesque ad plenum de probitate, ſcientia, fidelitate, & ſufficientia cariſſimi, & fidelis Conſiliarii noſtri Ricardi Epiſcopi Conſtantienſis in Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem aſſumpti, nec non dilectorum, & fidelium Conſiliariorum noſtrorum Bertrandi de Bella Valle Militis Domini de Precigneyo Cambellani, Magiſtri Georgii Havardi Domini de Roſeria Magiſtri Requeſtarum noſtri Hospicii, & Johannis Ardoini Domini de Nozayo Cameræ computorum noſtrorum Magiſtri, ac Franciæ Theſaurarii, ipſos ad communicandum cum ſupradictis Ambaſſiatoribus Januenſibus de, & ſuper contentis in articulis, & aliis eorum erga nos agendis commiſimus, & deputavimus, committimusque, & deputamus per præſentes. Dantes, & concedentes eisdem plenam poteſtatem, & Mandatum ſpeciale dictos articulos, petitiones, & requeſtas per dictos Januenſes factos videndi, & ſuper contentis in eisdem deliberandi, modificandi, concludendi, & ipſos, aut talem partem ipſorum, de qua eisdem Conſiliariis, & Deputatis nomine videbitur expediri, dictis Januenſibus concedendi, pro ut videbitur faciendum. Et generaliter ad alia omnia faciendum, geren-

ANNO 1458.

ANNO 1458. gerendum, expediendum, concedendum, modificandum, & concludendum, quæ ipſi Conſiliarii, & Deputati noſtri videbunt eſſe neceſſaria, ac etiam opportuna; quæ ſic peragenda rata, & grata habebimus, & per Litteras noſtras patentes confirmabimus, quando fuerimus requiſiti. In cujus rei Teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus duximus apponendum. Datum apud Balgentiacum vigeſima quinta die menſis Junii, anno Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo octavo, & Regni noſtri trigeſimo ſexto ſub ſigillo noſtro, & in abſentia magni ordinato; Et Spectabilis utriuſque Juris Doctor Dominus Baptiſta de Goano, & Nobiles, ac Egregii Lazarus de Varifio, Johannes Ambroſius de Marinis, & Marcus Grillus Cives Januæ, & in hac parte Sindici, Procuratores, & Nuntii Januenſis Populi, & Univerſitatis, habentes ad infraſcripta ſolemne, amplum, & ſufficiens Mandatum, de quo ſuprà, præviis deliberationibus, Scrutiniis, Convocationibus, & Conſilis opportunis, pro ut in materia, & arduis negotiis fieri conſuevit, & de quibus conſtat in Actis publicis Cancellariæ Communis Januæ, cujus tenor talis eſt.

In nomine Domini, Amen. Illuſtris, & Exceſſus Dominus Petrus de Campo Fregoſo Dei gratia Januenſis Dux, & Magnifica Conſilia Dominorum Antianorum Communis Januæ, & Officium ſexagiota magnæ Baliæ Communis Januæ in ſufficientibus, & legitimis numeris congregata, agentes nomine, & vice Exceſſi Communis Januæ, & repræſentantes ipſum Commune, & habentes ad infraſcripta omnia, & ſingula plenam poteſtatem, & baliam, & poteſtate ad infraſcripta habet amplam poteſtatem, & baliam præfatum Magnificum Officium Dominorum ſexaginta vigore deliberationum ſuperinde factarum per magna convocatorum Conſilia, de quibus apparet publicis Documentis ſcriptis manibus mei Cancellarii infraſcripti, & Francisci de Vernacia Cancellarii, omni ex parte confidentes de integra fide, experientia, virtute, probitate, rerum notitia, & in omnibus rebus gerendis diligentia, & peritia ſpectabilium, & Egregiorum Dominorum Baptiſtæ de Goano Juris utriuſque Doctoris, Lazari de Varilio, Johannis Ambrotii de Marinis, & Marci Grilli Legatorum, & Oratorum Exceſſi Communis Januæ, de quibus præfati Illuſtris Dominus Dux, Conſilium, & Officium plenè confidunt, tamquam de ſe ipſis, omni modo, jure, via, & forma, quibus melius, & validius de jure potuerunt, & poſſunt, ſponte, & ex certa ſcientia, nulloque juris, vel facti errore ducti, & ſeu aliqualiter circumventi, conſtituerunt, fecerunt, creaverunt, & ordinaverunt, conſtituunt, faciunt, creant, & ordinant præfatos ſpectatos, & præſtantes Cives Januæ Dominos Baptiſtam, Lazarum, Johannem Ambroſium, & Marcum Legatos ut ſuprà Exceſſi Communis Januæ abſentes tamquam præſentes ipſorum Illuſtris Domini Ducis, & Conſilii, ac Officii, ac Exceſſi Communis Januæ veros, & legitimos Sindicos, Nuntios, Procuratores, & Mandatarios, & quicquid melius dici, & ſeu eſſe poſſit; ſpecialiter, & expreſſe ad comparendum coram Sereniſſimo, ac Excellentiſſimo, ac Chriſtianiſſimo Domino Rege Francorum, & coram quocumque deputando à Majeſtate ſua, & tranſferendum in ipſum Sereniſſimum Dominum Regem, & ſucceſſores ſuos in Regno Dominium, & poſſeſſionem, ſeu quaſi Civitatis Januæ, & diſtrictus, & omnium, & ſingularum Civitatum, Terrarum, & Locorum, & juriſdictionum quorumcumque ſpectantium, & pertinentium Exceſſo Communi Januæ, & ſeu quæ eidem Communi ſpectare, & pertinere poſſunt in futurum ſimul cum mero, & mixto imperio, gladii poteſtate, ac omnimoda Juriſdictione ſub illis modis, formis, & pactionibus, quibus alias tranſlata fuit in quondam bonæ memoriæ, ac Sereniſſimum tunc Dominum Regem Francorum Genitorem præfati Sereniſſimi Domini Regis, & ſub modis, & formis comprehenſis in pactis firmatis, & concluſis inter Illuſtriſſimum Dominum Ducem Calabriæ tamquam Procuratorem præfatæ Regiæ Majeſtatis Francorum ex una parte, & ſpectatum Virum Bornelem de Grimaldis nomine contento in Inſtrumento pactorum ex altera, & poſtea ratificatis per Agentes nomine, & vice Exceſſi Communis Januæ, qui ad prædicta amplam poteſtatem habebant, & etiam ad reformandum dicta pacta, facta cum Prædeceſſore præfati Sereniſſimi Domini Regis, & ad addendum, & diminuendum dictis pactis, & ad alia nova pacta, & conventiones faciendum ſub illis modis, & formis, de quibus videbitur, & placuerit præfatis Dominis Oratoribus, & Sindicis, & ad impetrandum à præfata Regia Majeſtate omnia ſingula privilegia, & gratias pro Exceſſo Commune Januæ, & ad ejus utilitatem, & commodum, de quibus dictis Dominis Legatis videbitur, & ad præſtandum juramentum fidelitatis nomine, & vice Exceſſi Communis Januæ, & omnium, & ſingulorum Civium, & diſtrictualium ejusdem ac Subditorum ipſius Communis in forma debita, & conſueta; & etiam ad faciendum Inſtrumentum, & ſeu Inſtrumenta dictæ Tranſlationis dictæ Civitatis, diſtrictus, & aliorum ſuperius ſpecificatorum ſub modis, formis, pactis, conventionibus, juramentis, pœnis, clauſulis, & cautelis, de quibus dictis Dominis Legatis, Sindicis, & Oratoribus videbitur, & ad omnia alia, & ſingula faciendum in prædictis, & circa prædicta, & in dependentibus, & emergentibus ab eis, & quæ fuerint neceſſaria, utilia, & opportuna, etiamſi talia ſorent, quæ Mandatum exigerent ſpeciale, & quæ ipſemet Illuſtris Dominus Dux, Conſilium, & Officium facere poſſent, ſi præſentes adeſſent, & etiam ad comparendum coram Illuſtriſſimo Domino Duce Calabriæ, & ad obligandum Exceſſum Commune Januæ de Ducatis viginti quinque millibus auri pro fide facta, & ſeu facienda per memoratum Illuſtriſſimum Dominum Ducem Calabriæ, & ſeu alium pro eo in obſervatione, & in executione pactorum initorum inter præfatum Illuſtriſſimum Dominum Ducem Calabriæ Procuratorio nomine præfati Sereniſſimi Domini Regis Francorum ex una parte, & præfatum ſpectatum Bornelem de Grimaldis nomine contento in dicto Inſtrumento ex altera, & hoc in obſervatione, & pro executione contentorum in dicto Inſtrumento pactorum, & ſub modis, & formis in dicto Inſtrumento contentis, & demum pro ut videbitur præfatis Dominis Oratoribus, & Sindicis, & etiam ad obligandum præfatum Commune Januæ verſus memoratum Illuſtriſſimum Dominum Ducem Calabriæ pro alia ſumma Ducatorum viginti quinque millium pro alia fide facta, & ſeu facienda per præfatum Illuſtriſſimum Dominum Ducem Calabriæ, vel alium pro eo pro obſervatione, & executione contentorum in dictis pactis, & demum pro ut videbitur præfatis Dominis Legatis, Sindicis, & Oratoribus; & etiam ad ratificandum pacta facta per præfatum Illuſtriſſimum Dominum Ducem cum dicto Bornelle, licet jam ratificata fuerint per publicum documentum. Dantes præfati Illuſtris Dominus Dux, Conſilium, & Officium præfatis Dominis Oratoribus, & Sindicis in prædictis, & circa prædicta, & dependentibus ab eisdem plenum, liberum, largum, generale, & ſpeciale Mandatum cum plena, larga, & libera, & generali adminiſtratione. Committentes ſuperindè eisdem totaliter, & integre vices; promittens memoratus Dominus Dux, Conſilium, & Officium mihi Notario, & Cancellario infraſcripto tamquam perſonæ publicæ Officio publico ſtipulanti, & recipienti nomine, & vice præfatorum Sereniſſimi Domini Regis, & præfati Illuſtriſſimi Domini Ducis, & quorumcumque aliorum intereſt, vel intereſſe poterit in futurum, & habituros rata, grata, & firma quæcumque per ipſos Legatos, & Sindicos acta, & geſta, ac facta fuerint in prædictis, & circa prædicta, & perinde ac ſi per ipſos Illuſtrem Dominum Ducem, Conſilium, & Officium facta fuiſſent, & nullo modo contravenire per ſe, vel per alium directe, vel indirecte, tacite, vel expreſſe, nec aliquo quæſito colore; & proinde ad fic faciendum, & obſervandum obligaverunt ipſi Conſtituentes omnia bona ſua præſentia, & futura, volentes dictos Legatos, Sindicos, & Procuratores ſuos relevare ab omni onere ſatis dandi, promiſerunt mihi jam dicto Notario, & Cancellario infraſcripto recipienti, & ſtipulanti ut ſuprà de judicio ſiſti, & judicato ſolvendo.

ANNO 1458.

Actum Januæ in Palatio Ducali, in Aula videlicet ſuperiori de medio ſolitæ reſidentiæ Ducalis anno Dominicæ Nativitatis milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo octavo, Indictione quinta, ſecundum Januæ curſum, die lunæ tertia menſis Aprilis, hora poſt vigeſimam. Præſentibus Teſtibus Spectabili Legum Doctore Domino Ranero de Mascis Dariminiano Vicario Ducali, præſentibus Petro, & Alexio Grillis, Franco Cattaneo quondam Isuardi, & Egregiis Francisco de Vernacia, & Nicolao de Credentia Exceſſi Communis Januæ Cancellariis Civibus Januæ vocatis, & rogatis.

Eadem verò die quinta Aprilis Spectatum Officium Monetæ Communis Januæ in pleno numero congregatum in Camera ſua, auditis omnibus ſuprafcriptis, & eis plenè intellectis, ad calculos albos, & nigros, repertis ex eis ſex albis affirmativis, duobus dumtaxat nigris, ea omnia, & ſingula in ſuprafcripto Inſtrumento

ANNO 1458. to contenta laudavit, & approbavit in omnibus, & per omnia.

Ego Georgius de Via quondam Chriſtophori Civis Januæ publicus Imperiali auctoritate Notarius, & Communis Januæ Cancellarius prædictis omnibus interfui, & rogatus publicavi, licet, variis occupatus, per alium Coadjutorem meum transcribi fecerim, & mann propria me ſubſcripſi, ſignumque Inſtrumentorum meorum appoſui conſuetum. Conſtat enim mihi de interlineatura verbi *Inſtrumentis* linea quarta, & abraſura verborum *Legatos*, *Sindicos*, linea trigeſima quarta, non vitio, ſed transcriptorio errore factum.

Sponte, & ex certa ſcientia, nulloque juris, vel facti errore ducti, aut aliqualiter circumventi, omnibus meliori modo, via, jure, & forma, & cauſa, quibus melius potuerunt, & poſſunt, omni vi, dolo ac metu ceſſantibus, divina ſuffragante clementia, pervenerunt, & perveniſſe confeſſi ſuerunt ſibi ad invicem dictis nominibus, ſolemnibus ſtipulationibus hinc inde intervenientibus ad infraſcripeam translationem, reductionem, Domiuſi deditionem, receptionem, pacta, conventiones, compoſitiones, & proviſiones, quorum tenor ſequitur ut infra videlicet.

Quia in primis prænominati Spectabiles Baptiſta, & Socii dictis nominibus reduxerunt, & reducunt, transtulerunt, & transferunt in præfatum Sereniſſimum, Chriſtianiſſimumque Dominum noſtrum Regem, & ſeu in præfatos Commiſſarios, & Mandatarios Deputatos, & commiſſos, habentes ut ſuprà à Regia Maeſtate ciren præmiſſa arbitrium, & curam, ac baliam, & per eos in præfatum Sereniſſimum, Chriſtianiſſimumque Dominum Regem Dominium, & poſſeſſioncm Inclytæ Civitatis Januæ, ac omnium, & ſingulorum ad dictum Dominium ſpectantium, & pertinentium, & cum omnibus, & ſingulis incidentibus, emergentibus, & connexis Dominio antedicto, præfatumque Chriſtianiſſimum, & Sereniſſimum Dominum Regem receperunt, & recipiunt dictis nominibus in verum Dominum ſuum, & ſuæ Dominationi, ac protectioni ſe ſe, ac ſua ſubjeccerunt ſub illis modis, formis, pactis, conventionibus, conditionibus, gratiis, conceſſionibus, promiſſionibus, & obligationibus, de quibus, & pro ut in translatione olim facta in Sereniſſimum bonæ memoriæ Dominum Karolum genitorem ſuum exprimitur, & ad quam relationem haberi voluerunt partes prædictæ, illamque hic haberi pro ſufficienter expreſſa, & pro ut fuit actum, & conventum cum præfato Illuſtriſſimo Domino Calabriæ Duce nomine quo ſuprà in Capitulis firmatis, & poſtea ratificatis, ut eſt ſuperius annotatum, ſalvis his, quæ infra dicentur. Offerentes, & ſic promittentes ſe ſe dictis nominibus eidem Sereniſſimo, Chriſtianiſſimoque Domino Regi præſtare debitum fidelitatis juramentum in forma debita, conſueta, & opportuna; Et verſa vice præfati Domini Regii Commiſſarii nomine Regiæ Maeſtatis acceptantes benigne omnia, & ſingula ſupradicta receperunt præfatos Oratores dictis nominibus, & per eos dictam Excelſam Communitatem, & Univerſitatem Januenſem ad gratiam Regiam, & ſub Dominio, Imperio, ac protectione ſua ſub eisdem modis, formis, & Capitulis, de quibus ſuprà, & infra exprimitur. Et quoniam ex lapſu temporis multa variantur, poſſentque oriri dubitationes ſuper iis, quæ poſt dictam translationem contingerint, & etiam ſuper intellectu eorum, quæ geſta ſunt, præfati Commiſſarii, & Mandatarii deputati ad inſtantiam, & requiſitionem præfatorum Ambaſiatorum, conceſſerunt, reformaverunt, pepigerunt, & declataverunt, concedunt, reformant, promittunt, & declarant ut infra: & ita promiſerunt prælibatum Sereniſſimum, ac Chriſtianiſſimum Dominum Regem conceſſurum, reformaturum, facturum, & declaraturum.

Et primo circa primam requiſitionem, quæ continebat generalem abſolutionem, & ab omnibus nsque in hunc diem commiſſis, ita etiam ut hujusmodi abſolutio contineat in ſe rei reſtitutionem; concedunt præfati Domini Commiſſarii, ac promittunt, quod præfatus Sereniſſimus, ac Chriſtianiſſimus Dominus Rex dabit, & concedet generalem abſolutionem omnibus perſonis de Excelſa Communitate Januenſi, & de Dominiis, & dependentibus ab eadem tam in genere, quam in ſpecie, de omnibus quibuscumque criminibus, & delictis contra Regiam Maeſtatem, aut ejus Subditos commiſſis, & perpetratis etiam in reſtitutione rerum ex his, quæ contigerunt in ſubtractione facta de Dominio Januenſi, aut ejus occaſione. Salvis juribus privatarum perſonarum utrinque ſuper his tantummodo, quæ poſtea contigiſſent alia occaſione, quam dictæ ſubtractionis.

Super ſecunda requiſitione, quæ continebat, quod Regia Maeſtas permitteret non alienare Dominium Januæ, aut aliqua ejus membra, & alienata, ſive uſurpata curaret recuperare, respondent, & concedunt, ac promittunt, quod præfatus Sereniſſimus, ac Chriſtianiſſimus Dominus Rex non alienabit Civitatem Januæ, nec aliqua ejus membra, ſive Dominia dependentia ab eadem, nec etiam Jurisdictiones, & jura ad Communitatem Januenſem pertinentia, & curam habebit bonis mod is, etiam per potentiam armorum, ſi opus fuerit, & cum Januenſium auxilio, alienata jura, ſive alio modo perdita, aut uſurpata, pro ut Regia propria revocare: Salvis his, quæ dicta ſunt, & confirmata in Capitulis firmatis cum Illuſtriſſimo Domino Duce Calabriæ, & pro ut in illis Capitulis continetur.

Circa tertiam requiſitionem, quæ concernit mulctas, condemnationes, & emolumenta Jurisdictionum Januenſium Civitatum, & Dominiorum dependentium, applicari debere Communitati Januæ, & non aliter, conceſſerunt, & promiſerunt quod mulctæ, condemnationes, & emolumenta Jurisdictionum Januenſium Civitatis, & Dominiorum dependentium ſpectabunt, applicabunturque illis, & eisdem uſibus, & legibus, quibus conſuevum eſt ab antiquo, & ſi dubium in hoc fuerit, aut aliqua facta interruptio temporibus retroactis, difficultas hæc per Dominum Regium Gubernatorem cum Conſilio Ambaſſiatorum pro parte Regis mitendorum, informatione, & conſilio præhabitis terminabitur, & ſopietur.

Super quartu articulo continente quod præfati Januenſes poſſint vivere, converſari, mercari, & omnia facere ipſi, & eorum Subditi, & confœderati cum omnibus Nationibus Mundi, etiam comprehenſo Regno Angliæ, & cum eis ſe habere, pro ut faciebant ante præſentem translationem, promittunt quod Sereniſſima Regia Maeſtas tolerabit, ac permittet quod Januenſes, & habitantes Dominiorum ſuorum poterunt cum omnibus quibuscumque Nationibus, Regionibus, Civitatibus, & Oppidis negociari, & mercari, vivere, & converſari, & alia omnia facere etiam in Regno Angliæ, & cum Subditis ipſius Regni, pro ut faciebant ante præſentem translationem, reductionem, ſive reſtitutionem factam de Civitate, & Dominio Januenſi in Chriſtianiſſimum, Sereniſſimumque Dominum Regem, proviſo tamen quod dicta mercimonia, ſive mercaturæ, quæ ſub pœna Excommunicationis à jure prohibitæ ſunt, minime exerceantur, ut puta cum infidelibus absque ſpeciali licentia illorum, ad quos de jure ſpectat licentium dare, & concedere.

Circa quintum, ubi requiritur obſervantia Privilegiorum, Conventionum, Capitulorum, promittunt quod concedet Sereniſſimus, ac Chriſtianiſſimus Dominus Rex, & mandabit quod Regii Gubernatores præſens, & qui pro tempore fuerint in futurum, & alii Officiales teneantur obſervare Conventiones, Privilegia, Leges, & Statuta Communitatis Januæ tam in Civitate, quam in toto Territorio Januenſi, & in omnibus Mundi partibus, Communi Januæ, ſive habentibus cauſam ab eo ſubjectis, & de ſic obſervandu jurabunt, & jurare tenebuntur in aſſumptione ſui Regiminis; & quæ omnia præfati Domini Commiſſarii approbant, & confirmant, ac promittunt, quod præfatus Sereniſſimus, Chriſtianiſſimusque Dominus Rex ratificabit, & comprobabit, hoc addito, quod in juramento per Officiarios Regios præſtando ſit ſalva ſuperioritas, & fidelitas Regis Franciæ.

Super ſexto, ubi fit mentio de confirmandis, & obſervandis Privilegiis, Translationibus, Conceſſionibus, Juribus, & Jurisdictionibus ſancti Georgii, quamvis ſit de hoc facta mentio in Capitulis cum Illuſtriſſimo Domino Calabriæ Duce, & ut melius declararetur, & extendatur illa conventio, promittunt, quod concedet Sereniſſimus, ac Chriſtianiſſimus Dominus Rex, & ex nunc confirmabit omnia jura, libertates, conceſſiones, translationes, conſuetudines, & Privilegia Officii ſancti Georgii in hodiernum conceſſa, & conceſſas, & ſimiliter confirmabit omnia, & ſingula Capitula, quæ per Illuſtriſſimum Dominum Calabriæ Ducem fuerunt conventa, concordataque, pro ut jam ratificavit Litteris Regalibus, jurabuntque Regii Gubernatores, & Officiales in aſſumptione ſui Officii prædictorum obſervantiam, dabuntque in prædictis auxilium, conſilium, & favorem, quociens fuerint requiſiti.

Super ſeptimo continente tria membra, primo quod ſalaria Gubernatoris non excedant ſalaria antiquorum Ducum, ſecundo quod moneta communis Januæ non poſſit expendi, niſi ſecundum regulas, leges, & conſuetudines Januæ, tertio quod Gubernatores Regii vocabuntur

ANNO 1458.

ANNO 1458. cabuntur etiam Regii Locumtenentes: Responderunt, & promiſerunt, & promittunt præfati Domini Regii Commiſſarii circa primam partem, quod remittitur pars prima de ſalariis ſermonem habens componenda cum Domino Duce Calabriæ, & Januenſibus Civibus. Circa ſecundam partem, quod concedet Sereniſſimus, Chriſtianiſſimusque Dominus Rex, & mandat, ac vult, quod nihil expendatur, aut deliberetur, niſi ſecundum Leges, Conſuetudines, & Statuta, ac Regulas ipſius Civitatis Januenſis. Circa tertiam conceditur, quod Regius Gubernator nominabitur ut infra Gubernator; & Locumtenens Generalis Chriſtianiſſimi Regis Franciæ in Civitate, & Dominio Januenſi, & pertinentium ad illud.

Circa octavum articulum continentem quod nihil concedi poſſit alicui Civitati, Univerſitati, Loco, aut aliquibus Terris, aut Dominis, quod ſit, aut vergere poſſit in læſionem, aut diminutionem Communis Januæ, promiſerunt, & promittunt, quod concedet, & concedit, & promittet præfatus Sereniſſimus, ac Chriſtianiſſimus Dominus Rex, quod nihil per eum concedetur, aut concedi poſſit neque per ejus Locumteneutes, Gubernatores, aut Officiales alienæ Univerſitati, Populo, Civitatibus, Terris, aut Dominiis pertineutibus Dominio Januenſi, quod ſit, aut vergere poſſit in læſionem, aut dimmiuutionem Communitatis Januæ.

Super nono continente, quod appelletur, & reclametur ſecundum quod ex regulis, & ſtatutis fieri iu Janua conſuevit, & in Locis dependentibus, responderunt, & respondent, quod concedit Regia Maieſtas, quod appelletur, reclametur, ac ſupplicetur, pro ut ab antiquo conſuetum eſt, & disponunt Statuta Civitatis, aut Locorum dependentium.

Super decima tequiſitione, quæ concernit, quod tempore Scismatis, quod Deus avertat, ſint Januenſes in libertate adhærendi illi parti, de qua ipſis Januenſibus videretur. Responderunt, quod Sereniſſimus Dominus Rex in materiis Scismatis Eccleſiæ Romanæ, quod Deus avertat, non conſuevit capere partem, niſi prius conſultis Regibus Hiſpaniæ, Scotiæ, & aliis Conſæcratis, nec uou Eccleſia Gallicana, Principibus Franciæ, ac famoſis Civitatibus Regni, cum quibus etiam conſulet Iuciytam Civitatem Januenſem, antequam capiat partem, ut dictum eſt, & tunc partem Regis Francorum tenebuutur, & eidem adhærere.

Item conventum eſt inter dictas partes, Deputatos, & Commiſſarios, quod de cætero in vexillis Civitatis, & Dominiorum Januenſium depingantur arma Chriſtianiſſimi Regis ex una parte, & ex alia dictæ Civitatis Januæ, quodque in moneta ſua ſculpentur flores Lilii in digniori, & eminentiori loco, & inſcribatur: KAROLUS DEI GRATIA REX FRANCORUM, ET JANUÆ DOMINUS.

Quæ omnia, & ſingula ſuperius contenta, ſpecificata, & declarata dictæ partes, videlicet præfati Domini Commiſſarii, & Mandatarii deputati ex parte dicti Chriſtianiſſimi, Sereniſſimique Domini noſtri Regis, & dicti Domini Ambaſſiatores Excelſi Communis Januæ nominibus quibus ſuprà tractantibus, ſolemuiterque ſtipulantibus, & recipientibus rata, grata, atque firma habentes, promiſeruut, & promittunt mediis eorum juramentis per eos, & quemlibet ipſorum ſuper hoc iinc iude corporaliter, & ſolemniter præſtitis tenere, & obſervare, nec in aliquo per ſe, nec per interpoſitas perſonas quovis quæſito colore contravenire, quin immò ea penitus adimplere, & proſequi, pro ut acta, concordata, promiſſa, & paſſata extiterunt.

Requirentes cum inſtantia debita mihi Notario publico infraſcripto tamquam perſonæ publicæ ſtipulanti ſolemniter, & recipienti vice, & nomine præfatorum Sereniſſimi, ac Chriſtianiſſimi Domini noſtri Regis Francorum, & Excelſi Comununis Januæ, quorum intereſt, vel intereſſe poterit in futurum, ſuper hoc unum, vel plura publicum, ſeu publica Inſtrumentum, vel Inſtrumenta ſibi fieri, & tradi, quod, & quæ eidem conceſſi. Acta fuerunt hæc apud Caſtrum de Bolgenciaco ſuprà Ligerium Aurclianenſis Diœceſis, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo octavo, Indictione ſexta, die vigeſima quinta menſis Junii hora veſperarum, vel circa; Pontificatus verò Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri Domini Caliſti Divina providentia Papæ tertii anno quarto. Præſentibus ad hæc Reverendo in Chriſto Patre, & Domino Domino Helia Miſeratione Divina Epiſcopo Umarienſi, Potentibusque, & Magnificis Viris Domino Johanne Comite Sacroce Sarc., & Domino de Buheil Admiraldo Franciæ, Ludovico de Bellomonte Seneſcallo Pretanenſi, Antonio de Aulbuſſum Bailivo Turouenſi Militibus, Conſiliariis, & Cambellanis, ac Venerabilibus, & Circumſpectis Viris Dominis, & Magiſtris Helia de Torrettes in ſuprema Parlamenti Pariſius Curia Præſidente, Petro Berarc Domino Dechuſſe, & Theſaurario Franciæ Conſiliariis, Johanne de Laloere, Johanne de Reilhac Notariis, & Secretariis, nec non Johanne - - - - vulgo dicto Champaigne, Natali Hanoque Serviente Armorum, & Rogerio Levavaſſeno Valeto parte ſæpedicti Domini noſtri Regis, Teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter, & rogatis.

ANNO 1458.

Ego Philippus Sagcti de Pariſiis oriundus Licentiatus in Legibus, Canonicusque Collegiatæ Eccleſiæ ſancti Maurcii extra, & prope muros Caonotenſes, ac publicus Apoſtolica auctoritate Notarius, quia omnibus, & ſingulis ſuperius contentis, & declaratis interfui, eaque ſic fieri vidi, & audivi, ac in notam recepi, ideò præſentes Litteras, ſeu præſens publicum Inſtrumentum manu aliena fideliter ſcriptum, ſigno, quo meum Notariatus Officium exercendo utor, me ſubſcribendo ſignavi in fidem, & teſtimonium præmiſſorum requiſitus, & rogatus.

Cum igitur per tenorem dicti Inſtrumenti inter cætera conventum fuerit, nos contenta in eodem ratificare debere. Notum igitur facimus præſentibus, & futuris, quod præmiſſorum conſideracione habentes noticiam de omnibus praticatis, compoſitis, & firmatis per eosdem Conſiliarios, & Deputatos noſtros cum prænominatis Januenſibus Oratoribus, volentes omnia prædicta conventa plenè obſervari; & ſuper prædictis habita deliberatione matura noſtri Conſilii, dictum Inſtrumentum, ac omnia, & ſingula in eo contenta, Capitulaque prædicta, conceſſiones, promiſſiones, ac conventiones, relaxationes, & quæcumque in eodem expreſſa ratificavimus, & approbavimus, ratificamus, & approbamus auctoritate Regia, ac de novo, quateuus opus eſt, concedimus per præſentes, quibus, ut perpetua ſtabilitate perdurent, ſigillum noſtrum in abſentia magni ordinatum duximus apponendum. Datum apud Balgenciacum iu menſe Junii, anno Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo octavo, & Regni noſtri trigeſimo ſexto.

Viſa per Regem in ſuo Conſilio, in quo Dominus Karolus de Andegavis, Comes Cenoniame, Comites de Stampis, & Ductienſis Epiſcopi, Umarienſis, & Conſtantienſis, Admiraldus, Domini de Precigneyo, de Foreſta, & de Montilio, ac plures alii erant.

Se. Laloere.

M CCCC LXIV. die XXVII. Aprilis.

Traſcriptum, ut ſuperius fideliter legitur, de Regiſtris Communis Januæ repoſitis penes me Cancellarium infraſcriptum, & Cuſtodem Privilegiorum dicti Communis.

Nicolaus de Credencia Cancellarius, & Privilegiorum Communis Januæ Cuſtos.

Extracta fuit præſens Copia à Regiſtro inſcripto ſub Litteris DD. *Ducis* PHILIPPI MARIÆ ANGELI *Vicecomitis, exiſtente in Regio Archivio Caſtri Portæ Jovis Mediolani in Papyro ſcripto. Datum Mediolani die trigeſima menſis Octobris anno* 1719.

Examinavit JOANNES FRANCISCUS STRIGELLIUS *Regis Archivii Officialis.*

CLXXXIV.

Déclaration du Pape CALIXTE III. *que le Royaume de* NAPLES *eſt dévolu au S. Siége après la mort d'*Alfonſe *d'Arragon Roi de Naples, offrant néanmoins de rendre juſtice, à quiconque prétendroit avoir droits ſur ce Royaume. Fait à Rome, le* 12. *Juillet* 1458. [G. G. LEIBNITZ, Codicis Diplomatici pag. 417. RAYNALDI Contin. Annal. BARONII Tom. XVIII. Anno 1458.]

12. Juill. L'EGLISE ET NAPLES.

(t) CALLISTUS Epiſcopus Servus Servorum Dei, ad futuram rei memoriam. Regis æterni, per cujus inſcrutabilem providentiam Reges regnant, vices (quamvis immeriti) gerentes in Terris, ſi de ſingulorum

(t) *G. G. Leibnitz. remarque, que Calixte ne fait point mention de Ferdinand Fils naturel de Jean Frere, & de Roi de Sicile, qui prétendoient au Royaume de Naples.*

ANNO 1458. cum Chriſtianorum Regnorum Regiminibus, ut in ſpiritualibus ſalubriter regantur cogitare debeamus; de illorum etiam Regnorum, quæ ad Romanam Eccleſiam immediatè pertinent, & quæ per prædeceſſores noſtros in ſacri Petri Sede ſedentes in feudum interdum conceſſa fuerunt, cum conceſſio hujusmodi ceſſat, ſalubri nodum in eisdem ſpiritualibus, verum etiam in temporalibus gubernaculo cogitare nos convenit; ut Petri hereditas nullo modo diſtrahatur, ſed ad manus ejusdem Eccleſiæ omnium Regnorum Matris & Dominæ reducatur, & perſonis, de quibus præſidentis in ſpecula circumſpectioni viſum fuerit, prudentia ac matura deliberatione prævia regenda committatur, & Subditi Regis pacifici quieta gubernatione lætentur.

2. Sanè cum Regnum Siciliæ citra Pharum, quod de patrimonio B. Petri exiſtit, & quod olim per nonnullos Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros diverſis Regibus & aliis Dominis temporalibus ſucceſſive in feudum ſub certis modis & formis, quos præſentibus haberi volumus pro expreſſis, conceſſum extitit, quodque nuper claræ memoriæ Alfonſus Rex Aragonum à Romana Eccleſia in feudum obtinebat, per obitum ejusdem Alfonſi Regis, qui ſicut Domino placuit, debitum naturæ perſolvit, incuſtodione hujusmodi per ipſius obitum ceſſante, ſit ad eandem Eccleſiam legitimè devolutum, atque in ipſum Regnum, quod ad nos pertinet, nemo ſe intromittere quoquomodo debeat, ſive poſſit.

3. Nos cupientes ſingulos ipſius Regni regnicolas tanquam nobis, & nulli alteri immediatè Subditos per noſtræ proviſionis Miniſterium ſub noſtro felici Regimine in Pacis & quietis amœnitate gubernari, univerſis & ſingulis ipſius Regni Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis Eccleſiaſticis Prælatis; nec non Ducibus, Marchionibus, Principibus, Communitatibus, Univerſitatibus, Baronibus, Militibus, Civibus, Regnicolis & Habitatoribus quibuscumque tam Eccleſiaſticis, ſecularibus & Ordinum quorumcumque regularibus, quam Laicis cujuscunque Dignitatis, Status, gradus, Ordinis, Nobilitatis, conditionis & præeminentiæ exiſtant, ſub interminatione divini judicii, nec non Anathematis, maledictionis æternæ, excommunicationis in ſingulos, & Interdicti in Communitates, Univerſitates, Capitula, Conventus, & Collegia pœnis, quas ex tunc prout ex nunc, in ſingulos contrafacientes proferimus ipſo facto; de venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio pariter & aſſenſu, ac poteſtatis plenitudine diſtrictius inhibemus, ne ipſi aut eorum aliquis per ſe vel alium ſeu alios directè vel indirectè quovis quæſito ingenio vel colore, alicui præterquam nobis aliquod fidelitatis juramentum ratione Civitatum, Terrarum, Caſtrorum, Oppidorum, Villarum, Locorum, aut Feudorum, quæ in dicto Regno obtinent, præſtare præſumant ſeu præſumat.

4. Quod ſi ſortè ipſi aut eorum aliquis hujusmodi juramentum hactenus præſtiterint ſeu præſtiterit, nos omnes & ſingulos, qui juramentum ipſum præſtiterint, ut præfertur, ab hujusmodi juramentis & temeritate jurandi auctoritate Apoſtolica tenore præſentium abſolvimus, ipſaque juramenta eis & eorum cuilibet relaxamus, ipſosque & quemlibet eorundem ad hujusmodi juramentorum obſervationem minime teneri, dictumque Regnum per obitum hujusmodi ad nos & Romanam Eccleſiam prædictam devolutum fuiſſe & eſſe, ac ad nos dictam Eccleſiam immediate & nullum aliam pertinere & de illo par alium quam per nos ordinari ſeu diſponi nullo modo potuiſſe live poſſe, auctoritate & tenore prædictis decernimus & declaramus.

5. Si verò aliquis in ipſo Regno vel ad illud jus habere prætenderit, aut ſuper eo ſua intereſſe quomodolibet putaverit, nos ad juſtitiam cuilibet deſuper miniſtrandum, cum in ea ſingulis debitores ſimus, offerimus nos paratos. Eſt denique Officium Paſtorale noſtrum ſic utiliter providere, ne Regnum ipſum Tyrannide devaſtetur, aut veptibus lacerator, ſive in prædam detur, ut oves gregis Dominici Regni noſtri illæſæ & integræ conſerventur in pace & quiete vivendo; juſtitia enim & pax oſculatæ ſunt.

6. Præterea ne quis de præmiſſis ignorantiam prætendere poſſit, ſeu quomodolibet allegare, præſentes Litteras in valvis Baſilicæ B. Petri Apoſtolorum Principis de Urbe, ad quam de diverſis Mundi partibus quam plurimi continue confluunt, affigi publice mandamus, ita ut minimè ſit ambigendum, quin ad Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Prælaturum, Ducum, Marchionum, Principum, Comitum, Baronum, Communitatum, Univerſitatum, Militum, Procerum, Civium, Regnicolarum, & Habitatorum, aliorumque notitiam quantocius deveniant &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno M. CCCC. LVIII. iv. Id. Julii, Pontificatus noſtri anno IV. ANNO 1458.

CLXXXV.

Vertrag / ſo durch Vermittelung Königs CHRISTIANI I. in Dännemarck / und Hertzogs Aleff zu Schleßwig / zwiſchen Graff Moritzen und Gerdt zu Oldenburg und Delmenhorſt / Gebrüdere / wegen des von beſagtem König an Graff Gerdt überlaſſenen dritten Theils derſelben Graffſchafften. Geben am Tage Sti. Dionyſii Anno 1458. Sie vergleichen ſich ſolchen dritten Theil mit einander zu theilen. [CHRIST. GASTELIUS De Statu Publ. Europ. Noviſſ. Cap. XIX. pag. 689. LUNIG, Teutſches Reichs-Archiv. Part. Spec. Cont. II. Abtheil. IV. Abſatz X. pag. 689.] 9. Octob.

C'eſt-à-dire,

Tranſaction paſſée par la Médiation de CHRISTIAN I. *Roi de Dannemarc, & de* ALEFF *ou* ADOLPHE *Duc de Sleswich, entre les Freres* MAURICE *&* GERDT *ou* GERARD *Comtes* D'OLDENBOURG *&* DELMENHORST *ſur la tierce partie desdits Comtes, qui avoit été donnée au Comte* GERDT *par le Roi* CHRISTIAN, *portant qu'elle ſera partagée entr'eux. Faite le jour de St. Denis* 1458.

WY Chriſtiern van Gades Gnaden tho Dennemarcken / Schweden / Norwegen / der Wenden unde Gothen Koning / Greve tho Oldenborg unde Delmenhorſt / Aleff van denſelven Gnaden / Hertog to Schleſwig / Greve tho Holſten / Stormarn unde Schaumborg / bekennen openbahr / vor alle weme / dat wy beyden ſründlicken vereiniget unde verdragen / de Edelen unſe leve Brodere unde Ohme / Mauritius unde Gerdte / Graven tho Oldenborg unde Delmenhorſt / unme dat derden Deel derſülven beyden Herrſchoppe / welcken derden Deel van unſes Konig Chriſtierns wegen / unſe Broder unde leve Ohme Greve Gerdt / erſtlick Tyde aldene in Bevelinge gehat heffft / deſhalven wy unſme Broderlicker Eintracht willen / da ſo tuiſchen ehme beyden ingeramet / dat ſe na bewiſſlicker redlicker Delinge / den vorgeſchrevenen derden Deel beyder Herrſchuppe / na lude der Regiſtere / Broderlicken unde ſründlicken Underlangens ſchuchten unde delen ſcholen / unde des vormer / tho gelicken Noetdorfft de Rente / unde upkamen hebben / doch ſo dat ſe unſs Konige Chriſtiern / gar ehne trude Hand an Helden ſcholen / tis wy in thokamenden Tyden / denſülven unſen Deel der beyden Herrſchuppen eſchende worden / unde van de Delinge alldus gepartet / unde up gelicke Schichte geſettet is / unſen leven Broderu unde Ohme vorgeſchreven den dar noch nicht over een ander ogben / wes den wy Aleff Hertoge Erven / na Utwyſinge der Regiſtern / en beyden daran Uthſprackende werden / des ſcholen unſe willen ſe ſick genögen laten / oct ſchall noch een will nemand van en beyden / herna jenige ſonderge beyde anſtahlan / ſondern um de tho dat na des andern Rade / unde doen alſe wol billick is ſamtlicken / doch is welck van een beyden van Eventaire vromme / edder was gewinne / dat ſchal unde mag ſine Vrome alleine ſyn / vortmer wes unſe leve Broder unde Ohme Greve Gerdt benwiſlichen vorbowet hefft / dat ſchal nu in der Rentenſchup affſchlan / unde hiermede ſchulden dy beyden unſe leve Brödere unde Ohme / van des velbenamenden derden Deels / wegen der Herrſchop vorben. unde alles anderen Utwyſen wegen als envoſſen een mochte eteſſen unde entſtan weſen / Broderlicken unde ſründlicken geſchehen ſyn / unde ſo hebben wy deſſer vereinge tor Witthigket unſer beyder Secret unde Inſegel an dyſſen Brev laten hängen / de geven is na Gades Geburt veertienhundert in dem achte unde ſöſtigſten Jahre / am Dage Sancti Dionyſii.

(Loc. Sig. appenſi.) (Loc. Sig. appenſi.)

CLXXXVI.

Contract de Mariage entre LOUIS DE SAVOYE *Comte de Genêve, &* CHARLOTE DE CHIPRE *Princeſſe d'Antioche. Fait à Turin, le* 10. *Octobre* 1458. [S. GUICHENON, Hiſtoire Généalogique de la Maiſon de Savoye. Preuves. pag. 386.] 10. Oct. SAVOYE ET CHIPRE.

EN nom de Noſtre Seigneur, de ſa Glorieuſe Mere, & de toute la Court Celeſtiel, s'enſuivent les Cha-

ANNO 1458. Chapitres faiz touchant le Traittié de Mariage entre *Tres-haulte & Puiſſante Dame* CHARLOTTE *Fille du Roy de Chypres, Princeſſe d'Antioche; & Tres-hault & Puiſſant Prince Monſeigneur* LOYS DE SAVOYE *Comte de Geneve, Fils de Tres-haut & Tres-excellent Prince Monſeigneur le Duc de Savoye, de Chablais, & d'Aouſte, &c.*

Premierement, pour l'accompliſſement du Mariage deſſusdit, Magnifiques & Puiſſans Seigneurs Meſſeigneurs Janus de Montolif Mareſchal de Chypres, & Oddet Boſſat Gouverneur de madite Dame la Princeſſe, Chivalliers, Ambaſſadeurs & Procureurs eſpeciaulx à ce Deputés par lesdits Roy & Princeſſe, comme il s'appert deuement par Lettres aurentiques, dès maintenant par parolles de preſent, promettent au nom que deſſus pour leurs ſerement ſur les Sainrs Evangiles, & ſur l'obligation de tons leurs biens, que ladite Princeſſe prend & prendra pour ſon loyal & vray Eſpoux & Mary ſelon le commandement de Sainte Mere Egliſe, & eoſuivant & moyennant les dispenſations à ce opportunes, mondit Seigneur de Geneve de maintenant par parolles de preſent, de l'autorité & exprés conſentement de mondit Seigneur le Due ſon Pere, & ledit Seigueur de Geneve prendra & prend pour ſa vraye & loyale Epouſe ladite Princeſſe d'Antioche.

Item, que lesdits Ambaſſadeurs & Procureurs comme deſſus, pour contemplation dudit Mariage de maintenant, & par vertu de la puiſſanee ſur ce à eux donnée, donnent à mondit Seigneur de Geneve pour Iny, ſes hoirs & ſucceſſeurs descendant de madite Dame la Princeſſe, les tiltres & preeminences de ladite Principauté d'Antioche, & promettent de faire ratifier à la Majeſté dn Roy de Chypre, aprés ee qu'ils ſeront arrivés en Chypres.

Item, que eſtant arrivé mondit Seigneur de Geneve en Chyprea, ſeront tenus lesdits Contrahants d'accomplir & conſomer ledit Mariage; & cependant promettent non avoir fait ſere, ne procnrer eſtre faicte choſe pour laquelle ledit Mariage ſe puiſſe diſſolvir ne empeſcher.

Item, mesdits Seigneurs Ambaſſadeurs, & Procureurs au nom que deſſus, dés maintenant conſtituiſſent & donnent pour & en nom de Mariage & de dote à mondit Seigneur de Geneve les Chaſteaux, Villes, Vaſſaulx, & autres biens cy-aprés declairés & ſpecifiés; lesqneulx promettent comme deſſus fere valoir de revenuë annuele tant en vivres comme autre prinſes & rentes, ſelon la couſtume de la Secrete Royal, la ſomme de ſix mille Ducats; & en outre luy conſtituiſſent en nom de dote tout ce qae le Roi a donné & peut avoir donné à madite Dame la Princeſſe depuis la mort de la Royne ſa Mere, leſquels Places & Chaſteaulx tiendra & ſera tenu de tenir mondit Seigneur de Geneve, ſelon l'uſaige du Pays, & d'en ſere fideleté & homage au Roy.

Item, promettent lesdits Ambaxeurs & Procureurs pour & au nom que deſſus, que ſitoſt que mondit Seigneur de Geneve ſera arrivé en Chypres, & eſtant conſomé ledit Mariage; les Comtes, Barons, Chevallers, Eſcuyers, & autres hommes liges du Royaume, viendront devera Iny & luy promettront de le tenir & recevoir en leur Roy, cas advenant que le Roy moruſt ſans Enfans maſles de loyal Mariage; & ce à cauſe de madite Dame la Princeſſe ſa Femme en paćt & convention qne defaillant au Roy, comme dit eſt ſans Enfans maſles de loyal Mariage, & auſſi madite Dame la Princeſſe ſans Enfans (que Dieu ne veuille). ledit Royaume ſoit & doyet appartenir & appartienne pleinement & entierement à mondit Seigneur de Geneve, reſervé toutes fois tous autres droits & deciſions qu'il pourroit appartenir anx autres Meſſieurs Enfans de Savoye nés de Madame la Ducheſſe de Savoye Fille dudit Roy de Chypres.

Item, promettent de fere bien & aultement enioyeler, en cas qu'elle ne le fuſt, madite Dame la Princeſſe ſelon qu'il appartient à ſon eſtat & à Fille de Roy; & en outre que tout ce qne luy a eſté donné par ſen Monſeigneur ſon Mary en qnelque maniere que ce ſoit & pareillement par la Reine ſa Mere; doye demourer pour elle & les ſiens, & aprés elle cas advenant demourer à mondit Seigneur de Geneve pleinement & entierement.

Item, ſemblablement pour contemplation dudit Mariage, promet mondit Seigneur de Geneve, de l'authorité que deſſus, de s'en aller perſonnellement audit Royaulme, accompagné & fourny ainſi qu'il appartient à ſon Eſtat.

Item, luy eſtant arrivé de par delà & conſomé ledit Mariage, promet comme deſſus de maintenir les aſſizes, couſtumes & uſaiges dudit Royaume, & de non venir au contraire d'icelles, ains tenir & obſerver toutes confederations, allianees & promeſſes que ledit Roy & ſes Predeceſſeurs ont eu cy-devant, & meſmement avecques les Venitiens & Gennois. ANNO 1458.

Item promet mondit Seigneur de Geneve de l'autorité & conſentement que deſſus, les Gens qu'il menera avecque luy, c'eſt aſſavoir ceulx dequoy il ſera requis par ledit Roy, promettront d'eſtre bons & loyaulx au Roy, durant le temps qu'ils ſeront audit Royaume.

Item, pource qu'il a pluſieurs charges & affaires audit Royaume, & meſmement des bonnes & grandes gagieres qui ne ſe peuvent bonnement racheter & mettre à point ſans argent; promet mondit Seigneur de Geneve comme deſſus, de fournir en Chypres les ſommes, pour les employet à rachepter & recouvrer certaines rentes & revenües au prouffit du Royaume qu'il ſont engagée comme dit eſt, en condition que s'il advenoit que le Roy euſt Enfans ou Enfant maſles de loyal Mariage, que en celuy cas lesdites ſommes employées à rachapter lesdites choſes, doyie eſtre entierement rendue & reſtitué par le Roy en esdits Enfans à mondit Seigneur de Geneve, ou que lesdites choſes rachaptées devoient demourer à mondit Seigneur de Geneve.

Item en cas que madite Dame la Princeſſe deffauldroit ſans Enfans (que Dieu ne veuille) devant le Roi ſon Pere, les joyaulx & veyſelles que le Roy ſon Pere Iny auroit donné depuis la mort de la Reine ſa Mere, doyent retourner audit Roy.

Et toutes les choſes deſſus eſcriptes promettent lesdites parties avoir fermes & eſtables, & meſmement lesdits Ambaſſadeurs & Procureurs icelle fere ratifier au Roy aprés ce que mondit Seigneur de Geneve ſera arrivé en Chypres, avec toutes autres ſubmiſſions, renonciations & autres clauſules à ce neceſſaires & opportunes. Donné à Turin, l'an de noſtre Seigneur M. CCCC. LVIII. Indićtinn ſixieſme, & le dixiéme jour d'Octobre; Preſens Tres-reverends Peres en Dieu, & Magnifiques & Puiſſants Seigneurs Meſſeigneurs l'Areheveſque de Tharſes, Loys des Marquis de Romagnan Eveſque de Tnrin, Aymé Provana Eveſque de Nice; Henry Abbé de Filly; Loys Marquis de Saluces; Antoine des Marquis de Romagnan Chancellier de Savoye; Loys de Savoye Seigneur de Raconis Mareſchal de Savoye; Aymé Comte de la Chambre; Mercurin de Reciez Preſident de Piemont; Yblet Seigneur de Fruzaſque; Guiothin de Norés, Antoine de la Balme dit l'Aſne, Chevaliers; Michel Canal; Eſtienne Scaille, & Michel Provane Docteurs és Loix; Jaques Meynier General de Savoye; & Pierre Buhan Seigneur de Mirigna, Teſmoins appellés.

CLXXXVII.

Capitula, Conventiones & Pacta inter Papam PIUM II. *&* FERDINANDUM *Regem Siciliæ, quibus Papa cenſuras ab Anteceſſore* CALIXTO *Papa* III. *contra dictum Regem latas tollere, & hunc de Regno Siciliæ & Terra circa Pharum infeudare promittit, Rex viciſſim in ſignum recognitionis* 8000. *unciarum annuatim Romano Pontifici pro tempore exiſtenti ſolvere & Beneventum Eidem reſtituere pollicetur. Romæ* 17. *Octobris* 1458. [MULLERI Reichs-Tags Theatrum, Vorſtellung III. Cap. XIV. pag. 695. RAYNALDI Continuatio Annalium CÆSAR. BARONII Tom. XIX. anno 1458.] 17. Oct.

1. *Capitula, Conventiones, & Pacta inita & firmata inter Reverendum in Chriſto Patrem, Dominum Berardum Epiſcopum Spoletanum, & Venerabilem Dominum Agapitum Cincii de Ruſticis, Juris utriusque Doctorem, nomine ac pro parte Sanctiſſimi ac Beatiſſimi Domini noſtri Pii Papæ II. parte ex una, & Magnificos Viros Dominos Matthæum Joannem Apoſtolicum & Regium Secretarium, & Antonium de Alexandro, Juris utriusque Doctores, Oratores, & Procuratores Sereniſſimi atque Illuſtriſſimi Regis Domini Ferdinandi, Regis Siciliæ &c. nomine atque parte dicti Domini Regis ex altera.*

ANNO 1458. IN primis præfatus Reverendus Episcopus & Dominus Agapitus, nomine & pro parte dicti Serenissimi Domini nostri promiserunt, quod Sanctitas sua cum consilio & assensu Sacri Collegii Dominorum Cardinalium, sublatis Litteris & Censuris, per antecessorem suum Callistum adversus dictum Regem & Regnicolas &c. noviter promulgatis insendabit, & de novo concedet infeudationem, & novam Investituram dicto Serenissimo Domino Regi Ferdinando, de Regno Siciliæ & Terra citra Pharum in forma solita & consueta, & de infeudatione ipsa Litteras debitas expediri mandabit, atque ipsi Domino Regi seu suo Procuratori tradi faciet realiter, & cum effectu, omni exceptione remota, hoc tantum intendunt, quod faciet Dominus noster sine præjudicio juris alieni. Item & promiserunt pro parte Sanctissimi Domini nostri, quod Sanctitas sua per se, vel Legatum de Latere, ad omnem requisitionem dicti Domini Regis coronabit ipsum Dominum Ferdinandum Regem Siciliæ, juxta formam & consuetudinem in coronandis Regibus Siciliæ prædecessoribus suis hactenus servatas. Et vice versâ dicti Regi Oratores & Procuratores promiserunt pro parte dicti Domini Regis, quod præfatus Dominus Rex singulis annis loco & tempore contentis in Litteris infeudationis, & novæ Investituræ concedi solitis, puré & simpliciter, omni exceptione & compensatione remota, solvet manualiter in pecuniis Romano Pontifici pro tempore existenti censum octo millium unciarum in Litteris Investituræ contentum, in signum recognitionis, proprietatis & Dominii ipsius Regni apud Romanam Ecclesiam exultentis.

Et quia pro parte dicti Domini Regis prætenditur, quod certis ex causis prædictus census minui debeat & moderari, convenerunt partes præfatæ nominibus quibus supra, quod hoc remittatur judicio, cognitioni & arbitrio ac determinationi duorum ex Reverendissimis Dominis Cardinalibus Sacri Collegii, unius scilicet eligendi per præfatum Dominum nostrum & alterius per præfatum Dominum Regem, qui hanc causam auditis partibus de jure, & de facto, sive de jure tantum, prout eis melius videbitur, possint & debeant terminare, & in casu quo prædicti Domini Cardinales concordari non possent, & in aliquo essent discordes, tunc & eo casu per eosdem Dominos Cardinales Commissarius eligatur tertius: Quibus non concordantibus in electione tertii, ille debeat esse tertius, quem Dominus noster judicabit, ex hoc tamen determinetur, vel non ex quavis causâ solutio præfati census in quantitate prædicta suis Locis & tempore fienda, non debeat retardari in totum vel in partem, seu aliquatenus impediri.

Promiserunt etiam dicti Procuratores pro parte præfati dicti Domini Regis, quod Civitas Beneventana, quæ in Litteris infeudationis concedi solitis excipitur, ab infeudatione Regni ac Romanæ Ecclesiæ specialiter reservatur, per præfatum Dominum Regem libere dimittetur, ac Sanctissimo Domino nostro actualiter per realem possessionis traditionem restituetur cum omnibus juribus, jurisdictionibus & pertinentiis suis, ac etiam cum libertatibus, Privilegiis, Immunitatibus, ac aliis in Litteris infeudationis contentis & declaratis, sine aliqua reservatione & impedimento, in possessione, & usu præfatorum jurium præstando.

Item præfatus Reverendus Dominus Episcopus, & Dominus Agapitus nomine & pro parte dicti Sanctissimi Domini nostri promiserunt, & in pactum deduxerunt, quod Civitas Terracinæ remaneat apud Dominum Regem, iis modis & formis videlicet, quod Sanctissimus Dominus noster in continenti concedat præfatam Civitatem, præfato Domino Regi in Vicariatum ad quinquennium, nomine & pro parte dicti Domini nostri tenenda, incipiendo à tempore datarum Literarum dicti Vicariatus, cum annuo censu unius equi albi in festo Pentecostes, in Loco, ubi Romanus Pontifex residebit, singulis annis transmittendi & solvendi, quo quidem quinquennio finito, præfatus Dominus Rex teneatur, à præfato Domino nostro renovationem dicti Vicariatus petere, & dictus Dominus noster ad aliud quinquennium concedere; quibus finitis dictus Dominus Rex teneatur dimittere Ecclesiæ Romanæ Civitatem ipsam, vel alias de ea facere ad voluntatem dicti Domini nostri, & in casu non soluti vel transmissi equi, singulis annis in tempore debito incurrat ipsa Regia Majestas pœnam unciarum quinquaginta.

Item promiserunt dicti Procuratores, quod præfatus Dominus Rex mandabit & operabitur effectualiter, quod Comes Jacobus Piccininus infra terminum unius mensis, à tempore acceptationis præsentium Capitulorum per ipsum Dominum Regem faciendæ, inchoando restituet Sanctissimo Domino nostro Civitatem Assisi, Nuceriam, Gualdum & Terras, Castraque & quæcunque alia Loca, quæ de bonis Ecclesiæ Romanæ violenter aut alio modo per se vel alium recepit vel occupavit, & quod ab incursionibus violentis, quas hucusque in Terris Ecclesiæ fecit, omnino desistat, quod si infra præfatum terminum non fecerit, & à prædictis Comes ipse destiterit, præfatus Dominus Rex ipsum, ut hostem diffidet, & à suis stipendiis amovear, & desinat ille dare subventiones, & contra eum bellum indicat, & secundum pacta & Capitula in Confœderatione & Liga Italiæ, & cuam in Litteris infeudationis contenta, contra eum insurgat, & ad defensionem Ecclesiæ veniat cum armigeris & equitibus, de quibus in Capitulis & Litteris supradictis fit mentio specialis. De voluntate tamen dicti Domini nostri equites ad VIIII. mille, & prdites ad mille quingentos limitantur, cum quibus ad requisitionem dicti Domini nostri, ad ipsius Domini Regis sumptus, contra dictum Comitem continue per se vel alium, prout Dominus noster requisiverit, procedat usque ad finem guerræ, salvis & reservatis iis omnibus, quæ in Capitulis Ligæ & in Litteris infeudationis enuminentur, nisi major necessitas supervenerit, vel Sanctissimo Domino nostro aliter visum fuerit seu requisiverit.

Item est conventum, quod causas & differentias, quæ sunt inter Dominum Regem ex una, & Dominum Sigismundum de Malatestis ex altera, ipsa regia Majestas ponat pro parte sua in manibus Domini nostri libere & absolute, qui causas ipsas de jure vel de facto, auditis partibus, terminet; & quod stabit atque parebit sententiæ dicti Domini nostri sub pœnis, de quibus eidem Sanctissimo Domino nostro videbitur, & quod dictus Dominus noster possit indicere & ponere treugas, & tollere offensas quandocunque sibi placuerit, dummodo prius per dictum Dominum Sigismundum fit plene ac sufficientissime cautum de judicio sisti, & judicato solvendo ad arbitrium dicti Domini nostri.

Item prædicti Oratores & Procuratores dicti Domini Regis promiserum, quod omnia & singula Literis infeudationis contenta, quæ singulariter profitum foret exprimere, Regia Majestas realiter & cum effectu adimplebit, exequetur & faciet, omni exceptione & excusatione remotis, etiamsi per prædecessores suos in dicto regno servata non fuerint, & sic jurabit. *Formata fuerunt & expedita præsentia Capitula Romæ apud S. Petrum, & in palatio Domini nostri & in camera ipsius Domini Episcopi, die XVII. Octobris MCCCCLVIII. Pontificatus ejusdem Domini nostri anno I.*

ANNO 1458.

CLXXXVIII.

Richtung durch Marggraff Albrechten von Brandenburg zwischen König Georgen zu Böheim und Churfürst Fridrich zu Sachsen und deſen Bruder Hertzog Wilhelm zu Sachsen; wodurch eine Heyrath zwischen beyder theile Söhne und Töchter; ferner die Abtrettung einiger Oerther von Sachsen an Böhmen/ dann was vor Lehen der Cron Böheim/ und welche dem Hauß Sachsen verbleiben sollen/ beteidigt; auch zugleich ein Außtrag zwischen Sachsen und dem von Dona/ wegen der strittigen heisse an Schloß Donyn/ dergleichen zwischen Sachsen und dem von Plauen/ wegen Voits-Berg/ Oßnitz ꝛc. gemacht wird. Geben zu Eger am Mittwochen nach St. Jörgen-Tag 1459. [MULLER Reichs-Tags Theatrum. Vorstellung II. Cap. IX. pag. 537.] 1459. 25. Avril.

C'est-à-dire,

Sentence Arbitrale rendue par ALBERT *Marc-Grave de Brandebourg, entre* GEORGE *Roi de Boheme d'une part &* FREDERIC *Electeur de Saxe, &* GUILLAUME *Duc de Saxe son Frere d'autre part, par laquelle les differens sont accommodez à la faveur d'un double Mariage entre les Fils & Filles des deux côtez; quelques Lieux sont cedés par le Saxon au Royaume de Boheme; & la dépendence de quelques Fiefs contestée entr'eux*

ANNO 1459.

entr'eux eſt décidée. On y termine auſſi les differents de la Maiſon de SAXE *avec le Seigneur de* DONA *ſur la moitié du Château de* Donyn, *& avec le Seigneur de* PLAUEN, *touchant* Voitsberg *&* Olsnitz. *A Egra le Mercredi après la St. George* 1459.

ANNO 1460.

Et ego Jacobus Schianellus quondam Georgii de Finario, publicus Imperiali auctoritate Notarius his omnibus interfui, & rogatus ſcripſi.

Acta ſunt hæc Januæ in Palatio publico Interiore, in ea aula, quæ deſpicit Plateam magnam ipſius Palatii, & vergit ad Orientem Solem, Anno Dominicæ Nativitatis 1459. die Mercurii 18. Aprilis, Indictione ſexta, ſecundum morem Januenſem, hora ferè vigeſima tertia, præſentibus Nobilibus Viris Damiano de Grimaldis quondam Damiani, Cattaneo Cigala quondam Conſtantini, & Stephano de Bracellis Jacobi, teſtibus ad ea vocatis, & rogatis.

1459. die 2. Maii.

Spectatum Officium Monetæ Communis in pleno numero congregatum lecto coram eis ſupraſcripto Contractu à principio usque ad finem, & omnibus, & ſingulis in eo contentis plenè intellectis, longa diſcuſſione præcedente, tandem his omnibus librum aſſenſum præbuit, inventis calculis ſex albis aſſentientibus, duobus nigris contradicentibus.

Cum autem ſupraſcriptæ Conventiones, & Pacta non ſatis impleta, ſervataque fuiſſent, & viſum eſſet ram Illuſtr. D. Ludovico de Janua, Regio in Janua Locumtenenti, & Januenſ. Gubernatori, & Magiſtratibus agentibus pro ipſo Communi Januæ, quàm prænominato Magnifico D. Joanni Marchioni non contemnere ea commoda, quæ ex ipſis Conventionibus, & Pactis multipliciter oriuntur, & in ipſas Partes, earumque Subditos perveniunt. Idcireo idem Illuſtr. D. Ludovicus Regius Locumtenens, & Januen. Gubernator, ac Mag. Conſilium D. D. Antianorum, & Officium Baiſiæ Communis Januæ in legitimis numeris congregata, quorum D. D. Antianorum tunc præſentium nomina ſunt hæc: Antonius de Caſana Prior. D. Franciſcus Marchetius Legum Doctor, Theodorus de Fliſco, Damianus de Leone, Joannes Logia Notarius, Lucas de Nigro quondam Caſani, Peregrinus de Monelia, Nicolaus Sarrabinus, Philippus Lomellinus, & Leonardus de Vivaldis; & Officialium Baiſiæ, qui præſentes fuerunt, hæc ſunt Nomina: Petrus de Marco, Nicolaus Garumberius, Lazarus de Varifio, Donainus de Marinis, Gregorius Lercarius, & Georgius Spinula Lucæ, Agentes nomine, & vice Sacratiſſimæ Regiæ Majeſtatis Francorum, & ipſius Communis Januæ, Civiumque & Diſtrictualium, & Subditorum ipſius Communis, una parte, & Egregius Legum Doctor D. Jacobus Careffia Nuncius, Actor, & Procurator prænominati Mag. D. Joannis de Carreto Marchionis Finarii &c. Agens nomine, & vice ipſius D. Joannis conſtituentis, & Subditorum ejus, & habens ad omnia, & ſingula infraſcripta amplam ac generalem poteſtatem, & arbitrium, virtute publici Documenti ſcripti manu Antonii Schianelli Notarii Finarienſis, die 2. menſis præſentis, cujus Inſtrumenti tenor inferius deſcriptus eſt, parte altera, pervenerunt, & ſibi mutuo conſenſi fuerunt, perveniſſe ad infraſcriptas conventiones, compoſitiones, promiſſiones, & pacta, ſeu pactorum, & conventionum renovationem ſolemnibus ſtipulationibus utrinque vallata, & vallatam. Renunciantes exceptioni rei, ſic ut ſupra, & inſra non geſtæ, non ſic vel aliter ſe habentis, doli mali, metûs in factum, actioni, conditioni, & omni alii Legum, & Juris auxilio; videlicet quia virtute, & ex cauſa ipſarum conventionum, compoſitionum, promiſſionum, & pactorum, ſeu renovationis eorum; pars utraque comprobavit ſupraſcriptum Contractum inter ipſas ſupra nominatas Partes initum die 18. Aprilis Anno 1459. & omnia, & ſingula in eo contenta; exceptis tamen iis, quæ inferius declarata ſunt, ac ſibi mutuo, & viciſſim ſolemniter convenit, & promiſit nominibus ſupradictis ipſum Contractum, omniaque & ſingula in eo contenta ſervare, implere, ac exequi ſub pœnis in eis declaratis, exceptis, ut dictum eſt, partibus, & articulis, de quibus mentio habetur inferius. Item promiſit, & ſolemniter convenit idem D. Jacobus, nomine quo ſuprà, prænominatis Illuſt. D. Regio Locumtenenti, Conſilio, & Officio, ſtipulantibus, & recipientibus nomine Excelſi Communis Januæ, & ſuorum, quod idem D. Joannes libere, & pleno jure remittet ipſi Communi Januæ, ipſeque D. Jacobus Procurator, ut ſuprà, ex nunc remittit eidem Communi omnes & ſingulas Reprehenſalias, & jura Reprehenſaliarum, quascunque ipſe D. Joannes, aut aliqui, vel aliquis ſuorum habent, vel habere prætendunt usqua in

Anno 1460. in diem præſentem contra Commune Januæ, ſeu contra aliquos Cives, Subditos, vel Diſtrictuales ipſius Communis, & ex adverſo prædicti D. Locumtenens, Conſilium, & Officium, dicto nomine libere, & pleno jure remittunt eidem D. Joanni, & ſuis, Repreſentalias, & jura, quæ Chriſtophorus de Uncio Civis Januæ contra ipſum D. Joannem, & ſuos conſecutus eſt. Item convenerunt, & ſolemniter promiſerunt, prænominati Illuſtr. D. Regius Locumtenens, Conſilium, & Officium, nomine quo ſupra, quod ſuſpenſio cuntrafactionum Salis, & aliarum rerum ad Magn. D. Protectores Comperarum S. Georgii pertinentium, quæ virtute ſupraſcripti Contractus ad præfinitum tempus facta fuerat, augebitur iterum, & prorogabitur per annos tres à die expirantis prioris ſuſpenſionis proximè computandos. Item quoniam idem D. Joannes Marchio jam tradidit, & conſignavit Plebem Theici, & Arcem ejus Spect. Viro Hieronymo Spinulæ Capitaneo, & Officiali ad id miſſo, convenerunt, & ſolenniter promiſerunt ipſi Illuſtr. D. Locumtenens, Conſilium, & Officium, nomine quo ſupra, eidem Egregio D. Procuratori ſtipulanti ut ſupra, quod ipſi permittent eundem Hieronymum Capitaneum, perſeverare in ipſo Officio, & adminiſtratione ejus per annos quinque, & menſes quinque plenos, & integros, nec ante finem dicti temporis eum inde quomodolibet amovebunt. In reliquis autem partibus, & articulis voluerunt, & convenerunt Partes ipſæ, ſupraſcriptum Contractum, & omnia in eo contenta ſervari, & impleri, ac perfici debere, nec aliter, quam ſi rurſus hodie ſolemniter factus fuiſſet. Quæ omnia, & ſingula ſupradicta Partes ipſæ nominibus ſæpè declaratis ſibi invicem, & viciſſim promiſerunt ſervare, implere, ac perficere, & contra ea, vel eorum aliquod, non facere, vel venire aliqua ratione, occaſione, vel cauſa, quæ dici, vel excogitari poſſit de jure, vel de facto, ſub obligatione omnium bonorum ſuorum dictis nominibus præſentium, & futurorum, & ſub pœna dupli ejus, de quo contrafieret, vel ſic ut ſuperius dictum eſt, non ſervaretur, in quam cadat Pars non obſervans, Parti ſervanti toties quoties fuerit contrafactum; ratis nihilominus manentibus, omnibus, & ſingulis ſupradictis. De quibus omnibus voluerunt Partes ipſæ confici hoc publicum Documentum à me Notario & Cancellario inferius nominato. Tenor autem Procuratorii nominati D. Jacobi hic eſt.

In Chriſti Nomine Amen. Anno Domini 1460. Indictione octava, die ſecunda Julii, Mag. & potens D. Joannes de Carreto Marchio Finarii &c. omnibus jure, via, modo, & forma, quibus melius ac validius de jure fieri, & eſſe poteſt, tam nomine ſuo proprio, quam nomine, & vice omnium Subditorum ſuorum, pro quibus omnibus de rato habendo promiſit ſolemniter, ſub hypotheca, & obligatione omnium bonorum ſuorum præſentium, & futurorum, fecit, conſtituit, creavit, & ſolemniter ordinavit, & in locum ſui poſuit, & ponit ejus verum, certum, & indubitatum Nuncium, Actorem, Factorem, & legitimum Procuratorem Egr. Legum Doctorem D. Jacobum Carexiam Vicarium Finarii abſentem tanquam præſentem, ad pertractandum, firmandum, & concludendum Pacta, Compoſitiones, Transactiones, Promiſſiones, & Obligationes quascunque cum Illuſt. D. Ludovico de Valle Regio Locumtenente, & Januenſ. Gubernatore, nec non cum inclyta Communitate Januæ, & quacunque alia legitima perſona agente pro præfata Communitate, & maxime cum Magnificis Patribus de Officio ſancti Georgii, cum, & ſub illis Pactis, modis, formis, conditionibus, quietationibus, liberationibus, pœnis, juramentis, clauſulis, & cautelis debitis, neceſſariis, & opportunis, prout melius videbitur, & placuerit dicto D. Procuratorio ſuo. Et ad acceptandum ſimiliter, & recipiendum, ac ſtipulandum pro præfato Magnifico D. Conſtituente, & ejus nomine, ac etiam nomine, & vice omnium, & ſingulorum Subditorum, ejusdem omnia, & ſingula Pacta, Promiſſiones, Obligationes, liberationes, abſolutiones, & quietationes quascunque fienda, & fiendas per præfatum Illuſtrem D. Regium Locumtenentem, & Januenſ. Gubernatorem, & ſeu quamcunque aliam perſonam agentem pro prædicta Excelſa Communitate Januæ, & maxime à Magn. D. Patribus de Officio ſancti Georgii pro quibuscunque exceſſibus, & delictis, & pro quibusvis aliis injuriis, violentiis, cauſis, & occaſionibus hactenus occurſis, & commiſſis, ac perpetratis quomodocunque, & qualitercunque. Et de præmiſſis omnibus fiendis, & concludendis confici faciendum unum, & plura Inſtrumenta cum ſolemnitatibus debitis, ac etiam juramentis fiendis in animam ipſius D. Conſtituentis, ſi opus fuerit. Item ad requirendum, recipiendum, & acceptandum nomine ipſius D. Conſtituentis renovationem, & novam Inveſtituram dimidiæ partis totius Territorii, & Villagii Loci, & Jurisdictionis, ac Hominum Rei in feudum nobile, & gentile in omnibus, & per omnia, quemadmodum ſolitus erat habere, & tenere quondam Magn. D. Lazarinus Genitor ipſius D. Conſtituentis, & proinde præfato D. Gubernatori Januæ, & cuicunque aliæ perſonæ legitimæ agend pro ipſa Communitate faciendum, & præſtandum juramentum debitæ fidelitatis, & homagii ſolemnitatibus opportunis. Dans, & concedens præfatus D. Conſtituens ſuo, & quo ſupra, nomine, in prædictis, & circa, ac dependentibus, emergentibus, & connexis plenam & amplam poteſtatem, & bailiam, cum pleno, & amplo Mandato, ac generali, ac ſpeciali, in quantum exigatur, in ſpeciale cum libera adminiſtratione. Promittens præfatus D. Conſtituens, ſuo, & quo ſupra nomine mihi Notario infraſcripto, ſtipulanti, & recipienti, nomine, & vice omnium, & ſingulorum, quorum intereſt, intererit, vel intereſſe poterit in futurum, ſe perpetuo firma, rata, grata, accepta, & valida habere, & tenere omnia quæcunque acta, facta, geſta, promiſſa, ſeu quomodolibet procurata fuerint per dictum Procuratorem ſuum in præmiſſis, & circa, & in nullo unquam contradicere, contrafacere, opponere, vel contravenire de jure, vel de facto, etiamſi de jure poſſet, ſub hypotheca, & obligatione omnium bonorum ſuorum. De quibus omnibus, & ſingulis juſſit per me Notarium infraſcriptum confici publicum Inſtrumentum. Actum in Caſtro Govoni, in Camera magna; in præſentia Bernardi Furchi quondam Henrici, & Petri Richi Not. filii Antonii, omnium de Finario Teſtium ad hæc vocatorum, & rogatorum.

Et ego Antonius Schianellus Filius Jacobi de Finario, publicus Imperiali auctoritate Notarius his omnibus interfui vocatus, & rogatus ſcribere ſcripſi.

Acta ſunt Januæ in Palatio publico, in eo Conclavi, quod majori Aulæ in capite contiguum eſt, in quo conſultari ſolet. Anno Dominicæ Nativitatis 1460. die Martis 25. Julii, hora ferè 15. Præſentibus Egregiis Viris Ambroſio de Senarega, & Nicolao de Credentia Cancellario Communis Januæ, Teſtibus ad ea vocatis, & rogatis.

Ego Joannes Baptiſta Paveſius Cancellarius, & Secretarius Sereniſſimæ Reipublicæ Gennenſis, & illius Archivii hoc anno Cuſtos præſcriptum Conventionis Inſtrumentum, & omnia jura contenta de verbo ad verbum, fideliterque ex libro tertio jurium dictæ Reipublicæ in dicto Archivio publica auctoritate, licet aliena manu extraxi, & in teſtimonium veritatis ſubſcripſi ultima Auguſti 1619.

Dux, & Gubernatores Reipublicæ Gennenſis.

Univerſis, & ſingulis has noſtras viſuris, & inſpecturis, fidem facimus, quod ſupraſcriptus Joannes Baptiſta Paveſius, qui præfatum Inſtrumentum Conventionis ex Archivio noſtro publico extraxit, manuque ſua propria ſubſcripſit, tempore prædicto, antea, & poſt, & de præſenti ſuit, erat, & eſt Notarius publicus Collegii hujus Civitatis, nec non & unus ex Cancellariis, & Secretariis noſtris, & prædicti Archivii hoc anno curam habens, ſcripturisque publicis per eum confectis, & ſubſcriptis in judicio, & extra plena fides adhiberetur. In quorum fidem &c. Datas Gennuæ in noſtro Ducali Palatio die ultima Auguſti MDCXIX.

(*Locus ſigilli.*)

Augustinus Grita Cancellarius & Secretarius.

CXCIX.

Vertrag zwiſchen König Christiano I. in Dännemarck / und Graff Otten zu Schawenburg wegen des Hertzogthumbs Schleßwig und Grafſchafft Holſtein aufgericht zu Oldenſlohe / am Sonntage Cantate Anno 1460. der König verſpricht dem Grafen 43000. Rheiniſcher Gulden zu zahlen; der Graff hergegen allen Anforderungen auf das beſagte 11. Mai.

ANNO 1460. meldte Hertogthumb und Grafſchafft ſchrifftlich zu renunciiren. Geben zu Oldenslohe/ am Sonntag Cantate 1460. [CHRIST. GASTELIUS, de Statu Publ. Europæ Noviſſ. Cap. XIX. pag. 632. LUNIG, Teutſches Reichs-Archiv. Part. Spec. Cont II. Abtheil. IV. Abſatz X. pag. 16.]

C'eſt-à-dire,

Transaction entre CHRISTIAN I. *Roi de Dannemarck, &* OTTON *Comte de Schaumbourg, par laquelle, moyennant la ſomme de* 43000. *Florins du Rhyn, au payement de laquelle le Roi s'oblige, ledit Comte renonce, en ſa faveur, à tous les Droits & prétentions qu'il pouvoit avoir au Duché de* Sleswich, *&* Comté de Holſtein. *A Oldenslohe le Dimanche* Cantate 1460.

NA der Bort Chriſti unſers HErren duſend verthundert in dem ſöchtigſten Jahr/ des Sontages als man ſinget in der H. Kercke Cantate, in dem Wichbylde Oldeſchloe/ Lubiſches Richters ſind geweſen/ die Ehrwürdige in GOtt/ Vader und HErr/ Hr. Arend/ Biſchop tho Lübeck/ und de dächtige Knapen/ Gozig van Ahlefeld/ Claus Ramow/ Wolff van der Wiſch/ Benedix von Ahlefeld/ und Derlef van Bockwolde/ Knapen/ up eine/ van wegen des Durchlüchtigſten Fürſten und Heren/ Heren Chriſtiern/ tho Dennemarck/ Schweden und Norwegen König/ und de Würdige Herr Eggert von Wenden/ Dompropſt tho Hildeſen/ und de dächtige Knapen/ Wilcken Blencke/ Ludewig van Feltheim und Ulrich van Landesberge/ van wegen des Edlen Wohlgebohrnen Juncker Otten/ Greven tho Schawenburg/ up ander Syden/ alle mit voller Macht van beeden Syden/ und hebben gedinget/ und günſtlich tho einem Ende beſchlaten/ thogelaten und belevet/ van der Perſtender beider Heren wegen/ düſſe hier nach beſchreverne Stück und Articul:

In dat Erſte/ dat de bavenſchreverde Durchlüchtigſte Fürſt und Heer/ Herr Chriſtiern/ König tho Dennemarck/ ſchall geven und betalen an reden goden Rynſchen Golde/ guſt und ſchwer genog an Gewichte/ drey und veertig duſend gode Rynſche Gülden/ in Wyſe und Tyde öffte Termine hernach beſchreverne. Thom Erſten up S. Martens Dag nechſtfolgende/ veerdehalf duſend Rynſche Gülden den vorgeſchreverenen Greven von Schawenburg/ und ſynen Erven/ und höfftehundert Gülden/ den ergenamten Heren Eggert von Wenden Dompropſte/ Wilcken Blencken/ Ludewig van Velthem/ und Ulrich van Landesberge/ den Degedins Lüden/ darna in den negeſten Jahre/ up den achten Dag S. Martens/ ſchal deſſyloe Herr König/ den ehrgeſchreven Juncker Otten und ſynen Erven geven und betalen an reden Gelde/ achteen duſend Rynſche Gülden/ voerth darna up den achten Dag S. Martens/ in dem Jahre/ als man ſchrifft duſend verthundert twee und ſöchtig Jahr/ teyenduſend Rynſche Gülden/ und up dat letzte in dem Jahre/ als man ſchrifft duſend verthundert und dree und ſöchtig Jahr/ dit letzte Geld van der vorgeſchreverenen Summen/ als teyenduſend Gülden up den achten Dag S. Martens/ ſo/ dat up den achten Dag S. Martens nechſtkamenden/ voert over dren Jahren de vorgeſchreverne Summen/ dree und veertig duſend gode Rynſche Gülden gang und all/ in vorgeſchreverener Wyſe ſchal betheles weſen. Und düſſe vorgeſchreven Bethalunge in allen ehren Terminen ſchal geſchehen/ ungehindert und vollmächtig binnen der Stadt Hamburg/ und iſt gedinget/ beſchlaten und belevet/ dat de vorgeſchreven Edelen und Wohlgebohrnen Junckern Otto/ Greven tho Schawenburg/ ſchal geven den upgenanden Heren Köningen tho Dennemarck einen Breff verſegelt/ mit deſſelben Junckr Otten/ des Ehrwürdigen in GOtt Vatters und Heren/ Heren Ernſtes Biſchoff zu Hildeſen/ Junckern Alexſs und Junckern Erichs vor ſick und alle ere Bröder und Erven tho ewigen Tyden/ darinnen ſe Verlathung dohn ſchellen/ in einer redelicken Form und Wyſe/ alle Redligkeit/ alle Thoſprucke de ſe menen tho hebben van Dodes wegen Hertzoge Adolfs ſeliges Gedächtnis ſick ehres Vedderen/ tho dem Hertzogthum Sleſwig und Grevenſchop/ tho Holſtein und Stormarn/ dar nummermehr in tho kamenden Tyden/ noch ſie oder ehre Erven/ van Erveteheles halven op thoſtackende/ deſſen Breff ſchall he van ſick geven/ und antworden denſelven Heren König/ effte ſyne Sendboden wann er en den Breff der Verſekeringe/ und Verwaringe up de Bethalunge der vorgeſchreven Summen/ vorgerekket und geantwordet werden/ und ſo dann verwageninge der wedderſchreven dree und veertig duſend Gülden ſchall ſchehen/ mit döring edder mehr Ehrbaren goden Mannern/ Wifwerdig und nöghaffting/ in den Landen Sleſwig und Hollſtein beſeten/ twiſchen dit und S. Michaelis Dagen nechſtkamende binnen Hamburg/ dar den in S. Michaelis Dage/ up den Avend de upgenanden Heren ſülven/ edder ehre vollmächtigen Rähden weſen ſchuldig/ de vorgenöhrende Bure up beyden Syden averthogevende/ und ſo beſprauken und bedegedinget/ dat deſſülve Herr König den ergenanden Juncker Otten/ ſyne Sohns und ehre Eren/ ſcholen by ehrer Herrlikeit/ ehren Landen und Luden up düſſe Syden der Elve bringen/ mit allen ehren Rechten fredelicken und ungenget laten/ in aller mathe/ alſe See und ehre Peldern vergerwende an dyſſe Tyd gehabt/ und darinnen beſeten hebben/ und de glick ſynen eigenen Landen und Lüden verbinden und vorgedingenden helpen/ woem des noet und behof iſt/ na ſynen Vermögen/ und de vorgenandte Juncker Otto und ſyne Eren und Nachkommelinge ſchöllen und willen dem ehrgeſchrevenen Heren König und ſynen Eren weſen tho willen und Denſte/ und ehre Schlot up deſſen Syden der Elve gelegen/ ſchallen den Heren Könige und ſynen Eren eyen ſtahn/ in ſynen Kriegen unde Nöden/ ſünder des vorgeſchreven Junckr Otten und ſynen Eren Schaden/ geſchehe eck dat ienige Schelinge oder Twedracht opſtüde/ tuſchen den ergenanden Greven von Schawenburg und des Heren Königs Underſaten/ und den ehren/ darin ſchall den genandte Heer König und ſyne Ambtlüde gutlicken holden/ ſo dat ſe an beeden Syden by Glicke und Recht bliven/ und deſſen vorgeſchreven Breff der Verlatinge ſchollen mede beſegeln der vorgenandten Junckern Otten Söhns/ alle de de mündig ſyn/ tho mehrer Tuchnüß der Wahrheit/ dat allt düſſe vorgeſchreverne Stücke und Articul alſo gehandelt/ thogelaten und belevet ſyn/ und ſo vollkamen ſchollen geholden werden/ hebben de vorgeſchreven Duerhl. Herr/ Heer Chriſtiern/ König tho Dennemarck/ und de Edele Juncker Otto van Schawenburg/ ehre Inſegele wittlicken laten hengen/ under an düſſen Breff/ und Arend Biſchop tho Lübeck/ Gozig von Ahlefeld/ Claus Ramow/ Wolff van der Wiſch/ Benedix van Ahlefeld/ und Derleff van Bockwolde Knapen up ehne/ und wy Eggert von Wenden Dompropſt tho Hildeſen/ Wilcken Blencken/ Ludewig van Velthem/ Ulrich von Landesberge up de andre Syden/ mente wy van der vorgemanden Heren wegen/ up beede Syden de Sacke alſo gehandelt hebben/ hebben wy alle unſe Inſegel wittlicken hengen lathen under an düſſen Breff/ de gegeven und geſchreven is/ in dem Dage/ Jahr und Stede/ als vorgeſchreven ſtat.

ANNO 1460.

CC.

Ulterior Conventio inter REMPUBLICAM JANUENSEM *ſub Domino Regis Francorum exiſtentem, &* JOANNEM *Marchionem* FINARII, *confirmans & amplificans Transactionem inter eosdem die* 18. *Aprilis* 1459. *firmatam. Actum Januæ* 15. *Julii* 1460. [Voyez-la ci-devant avec la Transaction ſous le 18. Avril 1459. pag. 263, &c.] 15. Juill.

CCI.

Renunciation Graff Ottens zu Holſtein und Schaumburg auf die Lande Schleßwig/ Holſtein und Stormarn an König Christiern den I. in Dännemarck. Geben in Hamburg/ des nächſten Tags nach St Michaelis Anno 1460. [CHRIST. GASTELIUS, de Statu Publico Europæ Noviſſ. Cap. XIX. pag. 635. LUNIG, Teutſches Reichs-Archiv. Part. Spec. Cont. II. Abtheil. IV. Abſatz X. pag. 16.] 30. Sept.

C'eſt-à-dire,

*Renonciation d'*OTTON *Comte de Holſtein & Schaumbourg au Duché de* Sleswich *&* Comtez de Holſtein *&* Stormare, *en faveur de* CHRISTIAN I. *Roi de Dannemarc. A Hambourg le lendemain de la Fête St. Michel.* 1460.

WY Otto van Gades Gnaden/ Greve tho Holſtein/ und tho Schawenborg/ dohn witlick bekennen/ und bethgen openbahr/ vor allen dat jenen de dyſſin Brev ſehen/ hören/ eſſte leſen/ dat wy mit beraden Sinnen/ wolbedachtem Mode unde goden frien Willen/ ſo mit de Hochgeborne Fürſt/ Herr Adolphs Hertog tho Sclieſwig/ Greve tho Holſtein unde Stormarn/ unſe leve Vedder/ deine GOtt genade/ na der Schickung Gades/ van Dodes wegen/ upgegahn iſt/ unde wy in Schelinge unde Twydracht weren unde geſtanen ſyn/ mit dem Erluchtigſten Hochgeborenen Fürſten und Heren/ Herrn Chriſtiern tho Dennemarcken/ Schweden unde Norwegen/ der Wenden unde

Anno 1460. Gothen König / Hertog tho Schleſwig / Graven tho Holſtem / Stormarn Oldenborg unde Delmenhorſt / unſen leven Ohme / vam Erſtuches Anfalls wegen der vorſchreven Lande / mit denſulven Erſtuchſten unſen leven Herrn unde Ohme / ein ewige ſtede dürende unde werhrende frundlicke Endracht unde Verdragunge / mit willen unde wetende aller unſer Söhnen / Erven unde Nachſten / unde aller der jennen / derer Wille unde Volbort uns darto Noht unde Behoff wes / upgenamen / gemaket und angangen hebben.

Unde wy Juncker Otto vorgeſchreven / vor uns unde unſere Kindere / Erven unde Nachkömmelinge / alle unſe Medwitigen unde Theſpracke / de uns dann noch Dode ſeligen Hertog Adolffe / unſes leven Beddern vorgenamt / tho den benomenen Hertog-Rede tho Schleſwig unde Gravenſchop tho Holſten unde Stormarn / mit allen eren Thobehoringen / Werdern / Geladen / Stromen / Enden unde Schieden / ſo alſe de ſambtlut unde ſonderlick gelegen frn / moge thokamen effte angefallen weſen / Geſtlick / Weltlick / effte der welcke uns angefallen effte thokamen frn / effte thokamen mochten / nichts darvon uthgeſondern / dem vorbenomenden Erſtuchtigſten unſen leven Ohm / ſinen Erven unde Nachkömlingen / tho den vorgeſchreven Landen ganzer ding upgelaten unde overgeven hebben / urlaten unde overgeven in Kraft diſſes Breves / nimmermehr in thokamenden Tyden / noch wy effte unſe Erven darup thokamende / effte ock wol des vorgenamten Adolffen / unſes leven Beddern / Oldern effte Vorfahren / jenige Schrifft edder Breve hinderlangs gegeven / effte Endracht genacket hebben / des einen Herrſchup up den andern thofollen / effte ehret welck ahne Mannes Erven verſtorven / ſodane Breve effte Schrifft ſcholen / deſſen Breve unde Endracht unſchädlich edder unverſenglich weſen / unde nirgends anne hindern / unde ſcholen in den Artickeln effte Stucken / dar ſe gegen diſſen Brev weren effte ſyn mochten / loß / Krafftloß / unde van nemen Werden weſen / der Herr König will unde ſchal uns Oren vorſchreven / unſe Sohns Erven unde Nachkommelinge / by unſer unde unſer Herrigkeit unſer Land unde Lude up diſſer Syde der Elve belegen / mit alle eren Rathen / frebelicken unde ingenget laten / in alle mathe als wy unde unſen Oldern derwyle an diſſe Tyde gehabt / unde darinne beſeten hebben / unde glick ſinen egenen Landen unde Luden / verbidden unde verdedingen helpen / vor uns unde unſerm Erven unde Nachkommelinge / des noht unde behoff es is / na ſinen Vermögen.

Und wy und unſe Erven und Nachkommelinge ſcholen unde willen den vorgeſchreven Könige tho Denſte unde tho Willen weſen / unde de vorgeſchreven unſe Schlotte up diſſe Syde der Elve belegen / ſcholen den Herrn König / ſinen Erven unde Nachkömmelingen / der vorgeſchreven Lande / apenſtahn und beredе weſen / tho alle ſinen Noten / gelick ſinen egenen Schloten / doch ſonder unſer Erven effte Nachkömlinge Schaden.

Geſtehe ock / da GOtt aſtehre / jenige Scheillinge uffte Thredracht / upſtande / twiſchen den vorgeſchreven Herrn Könungs / ſinen Erven edder Nachkommelingen der vorgeſchreven Landen / unde unſer effte unſer Erven effte Nachkommelinge Underſaten / darumme ſtrid de ergenanter Herr Könung unde ſine Anhebde / ſich gutlicken hebben unde ſinden laten / ſo dat ſe an beeden by Glück und Recht bluven. Hyr entgegen hefft deſſelve Erhentichtigſte unſe leve Ohm / unſen goden Willen angeſehen / unde hefft um ſonderer Leve und Frundſchop willen / uns unde unſen Erven tho der Nöge verwiſſet / unde verbrevet twertig dauſend unde ſoſſtem hundert gode Rinſche Gülden / uns unde unſen Erven up Tyd unde Stede tho betholende / ſo de Breve darup gegeven unde verſegelt / fodder unde klarer anwiſet / unde uthwiſet.

Hyrmp verlaten wy Juncker Otto vorgenömt / vor uns unde unſe Erven unde Nachkommelinge / mit diſſem unſen apen verſegelten Breve den Ehrwerdigen / Werdigen / Geſtrengen / Duchtigen unde Ehrſamen Biſchoppen / Prälaten / Riddern / Knapen / Städen / Bürgern / unde gemenlich allen Inwahnern / Geſtlich unde Weltlich des verbenegneten Fürſtendöhms tho Schleſwig unde der Gravenſchop Holſten unde Stormarn / aller Thoſprake unde Schuldinge unſer Thoſage / de wy Juncker Otto / unſe Erve effte Nachkommelinge / tho den vorgenanten Landen allen edder beſondergen / edder ehre Inwahnern / Geſtlich unde Weltlich jenigerley Wyſe hebben mochten edder kommen / na Geſtlichen edder Weltlichen Rechten / van Erſtuches Anfalls wegen der Lande ehr genant / in vorgeſchrevener Wyſe / bidde unde andächtigen mit Flite / jeo vorgeſchreven Ehrwerdigen / Werdigen / Geſtrengen unde Duchtigen Biſchoppen / Prälaten / Ridderе / edder Knapen / Städe / Bürgere / Meinheit unde Inwahnere / Geſtlicke edder Weltlicke / derſülven Landen / dat ſy up unſer Rechtgeſtat / Verdragunge / effte wy der welcke hebben mochten / tho den vorgeſchreven Landen / den Ehrlichtigſten unſen leve Ohmen / ſinen Erven unde Nachkommelingen / alles de berypen unde dehn / de ſyder juwen rechten Herrn plichtig ſenn.

Unde wy Juncker Otto / vor uns unde unſer Erven unde Nachkommelingen tho ewigen Tyden / alle de vorgeſchrevene Stucke unde Artickel / ſtendlicken unde beſondergen / in goden Trauwen unde Geloven / ſtede unde unverbrocken wol unde faſt tho holden / ſonder Arg / unde overgeven vor uns unde unſe Erven verſegen unde affſagen unde verlaten / alle Vebelptige Geſtlicke / Kayſerlicke / unde alles andern Weltlicken Rechtes / der alle mene gegen deſſen Brev tho bruckende. Tho grödere Sekerheit unde Tuchniſſe der Warheit alter diſſer vorgeſchrevener Artickel unde Stucke / unde dat de alle vollenkamen ſcholen ſcholden werden / tho ewigen Tyden / hebben wy Juncker Otto ghe-

ſchreven / vor uns unde unſe Erven unde Nachkömmelinge / witlicken / mit vorigen Willen unde beraden Mode unſe Ingegel hängen laten an diſſe Brev. Unde wy Ernſt van Gades Snaden / Biſchop tho Hildesheim / Aleff / Erick / Otto / Henrick / Anthonius und Berend / Graven tho Holſtem und tho Schouenburg / alle diſſes vorgenanten Junckern Otten Söhn / wente alle diſſe vorgeſchrevene Artickel unde beraden Mode unſes Ingegel witlicken hebben hängen / vor uns unde unſe unmundige Bröder under diſſen Brev / de gegeven unde geſchreven is binnen Hamborg / des neſten Dags na S. Matthäus Dage des hilgen Ert-Engels / na der Bort Chriſti XIVC. darna im ſoſtigeſten Jahr. Anno 1460.

CCII.

Tractatus Ligæ, Confœderationis, Protectionis, & optimæ intelligentiæ inter Ludovicum Caroli VII. *Regis Francorum Primogenitum Delfinum Viennenſem ab una, & Franciscum Sfortiam Ducem Mediolani ejusque Liberos & Succeſſores in perpetuum initus. Genepæ in Brabantia, die 6. menſis Octobris Anno Domini* 1460. Cum *Ejusdem* Ludovici *Declaratione de non exigendo à præfato* Francisco Sfortia *Executionem nonnullorum Capitulorum in dicto Tractatu contentorum. Dat. Genepæ die* 1. *Junii Anno Domini* 1461. Accedunt Ducis Mediolani *Litteræ Acceptationis & Ratificationis. Dat. Mediolani die* 24. *Julii* 1461. [Piece authentique, tirée des Archives Royales du Château de Milan.] 6. Octob.

Franciscus Sfortia Vicecomes Dux Mediolani, Papiæ, Angleriæque Comes, ac Cremonæ Dominus. Quamquam majores noſtri Illuſtriſſimi Principes Vicecumites, qui hujus Inclytæ Civitatis Mediolani Principatum habuerant, ac Illuſtriſſimus Genitor noſter, & ſucceſſive nos continuatis, & vetuſtiſſimis temporibus ſumma fide, reverentia, & devotione proſecuti fuerimus Sereniſſimam, ac Chriſtianiſſimam Regiam domum Francorum; & vice verſa Sereniſſimi Reges domus ipſius, qui pro temporibus fuerint, ipſos omnes majores noſtros ſingulari benevolentia, caritate, atque clementia complexi, & ultro, citroque affinitatis vinculo ſibi conjungere dignati ſint; nos tamen untiquæ, atque hæreditariæ devotionis nun immemores, ne dum res hujusmodi contiuuare, ſed augere pro viribus ſemper conati ſimus, & præter eam, quam ergs Sereniſſimam, atque Chriſtianiſſimum Dominum Dominum Carolum præſentem Francorum Regem gerimus, tali, ac tanta devotione, & reverentia Illuſtriſſimo, & Sereniſſimo Principi Domino Domino Ludovico Delphino Viennenſi ejus primogenito, & futuro Regi afficimur, ut ſi non factis, certè ipſius ſaltem animi effectu priscos omnes ſuperare nubis perſuadeamus, ejusque ſublimitati tantum debere fateamur, quantum perſolvi humana ope vix poſſit. Hic cum Illuſtriſſimus, ac Sereniſſimus Princeps, ut cætera in nos collata beneficia hoc loco prætereamus, ut animum noſtrum re ipſa æquaret, aut potius ſuperaret, ultra alia amicitiæ, caritatis, affinitatis, & devotionis vincula, nos, ac Illuſtriſſimam Dominam Blancam Mariam, & liberos, & ſucceſſores noſtros ſpeciali gratia, & clementia complecti dignatus eſt, & Ligæ, Unionis, ac indiſſolubilis amoris vinculum nobiscum contrahere, patrocinium, ac protectionem noſtram in ſe ſuscipere, & ita Omnipotentis Dei gratia factum eſt, ut præhibatus Illuſtriſſimus, & Sereniſſimus Dominus Dominus Delphinus futurus Rex nos, noſtrosque omnes ut ſuprà in Ligam, Confœderationem, & intelligentiam puram, meram, & ſinceriſſimam acceptaverit, eamque inierit, ac confirmaverit, protectionemque ſuſceperit medio, atque interventu Spectabilis Viri Prosperi Camulii Oratoris, & Secretarii noſtri, ac ſpeciale mandatum habentis; quem quidem Prosperum ſuperioribus menſibus ad præhibatum Dominum Dominum nunc Delphinum, & futurum Regem transmiſimus, & quam Ligam, confœderationem, & protectionem ipſe Dominus Dominus nunc Delphinus, & futurus Rex geminatis publicis Documentis, & Litteris ſolemniter confirmare dignatus eſt; quorum, quarum

ANNO 1460. rum tenor talis ſubſequitur videlicet: Ludovicus Regis Francorum primogenitus Delphinus Viennenſis, Comesque Valentinenſis, & Dienſis. Univerſis præſentium ſerie fieri volumus manifeſtum, quod cum inter Illuſtriſſimum, & Excellentiſſimum Principem Dominum Dominum Franciscum Sfortiam Ducem Mediolani, Avunculum noſtrum honorandiſſimum, per medium, atque interventum Spectabilis Viri Prosperi Camulii Oratoris, Procuratoris, & Secretarii ipſius, & ad hoc ſpeciale mandatum habentis, ut conſtat Litteris patentibus ipſius Avunculi noſtri datis Mediolani die vigeſimo ſexto menſis Auguſti milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ejus ſigillo ſigillatis, & ipſius propria manu ſubſcriptis, ac per Magnificum Virum Cichum de Calabria ejus Cancellarium ſignatis, & nos Delphinum Viennenſem antedictum initæ, & firmatæ eſſent certæ convenciones, & Capitula tam pro nobis, quam pro filiis, hæredibusque, ſucceſſoribus, & adhærentibus noſtris, cujus tenor ſequitur, & eſt talis. Ludovicus Regis Francorum Primogenitus Delphinus Viennenſis, Comesque Valentinenſis, & Dienſis. Cum ſit quod gratia Summi Mentium humanarum illuminatoris, & Creatoris noſtri dudum fuiſſet orta cordialiſſima, & ſingulariſſima affectio, & benivolentia inter nos parte una, & Illuſtriſſimam, & Excellentiſſimum Principem Avunculum noſtrum cariſſimum Dominum Franciscum Sfortiam Vicecomitem Ducem Mediolani, Papiæ, Angleriæque Comitem, ac Cremonæ Dominum parte altera. Cupientibus nobis ambabus partibus hanc noſtram cordialiſſimam, & ſinceriſſimam dilectionem notam eſſe non tantummodo inter nos partes, ſed etiam inter filios, hæredes, & ſucceſſores noſtros; & quoniam memoria rerum humanarum labilis eſt, reduci in ſpeciale documentum, & declarationem per claram, & publicam ſcripturam, quod quidem tamquam honeſtum, acceptabile, & rationabile cupimus ſpecialiter nos, ne videamur ingrati, pro parte noſtra ejus mutuæ, & reciprocæ benivolentiæ, & affectionis, quæ eſt inter nos ex una parte ut ſuprà, & ipſum præfatum Illuſtriſſimum Dominum Avunculum noſtrum Cariſſimum Dominum Ducem Mediolani ex altera, & devotionis, & ſervitutis, qua ipſe Illuſtriſſimus Dominus Dux affectus eſt erga nos. Idcirco conteuti ſumus, & contentamur, atque acceptavimus, & acceptamus, & declaramus de mente noſtra, ac ſponte velle devenire, & venimus ad intelligentiam, & Ligam cum ipſo Illuſtriſſimo Avunculo noſtro cariſſimo Domino Duce Mediolani ſupradicto per medium, atque interventum Spectabilis Viri Prosperi Camulii Oratoris, & Secretarii ſui; & quia à præfato Illuſtriſſimo Domino Duce Mediolani habet ad hoc ſufficicus Mandatum manu propria Illuſtriſſimi Domini Ducis ſubſcriptum, & pro executione hujus optimæ mutuæ utriusque noſtrum dispoſitionis, affectionis, & voluntatis, pervenimus inter nos partes prædictas ad intelligentiam, Ligam inſimul, & viciſſim ſub Capitulis pactis, & conventionibus ut infra videlicet: Quia in primis prænominatus Prosper Orator, & Secretarius ut ſuprà agens, & ſtipulans nomine ipſius Illuſtriſſimi Avunculi noſtri cariſſimi Domini Ducis Mediolani, hæredum, & ſucceſſorum ſuorum ut ſuprà, vigore dicti mandati promiſit, & ſeu promittit nobis, quod ut proſequamur id, quod eſt certiſſimum mentis, & diſpoſitionis ipſius Avunculi noſtri cariſſimi ſupradicti Domini Ducis Mediolani verſus nos, filios, hæredes, & ſucceſſores noſtros ut ſuprà toto ejus poſſe, contra quem, aut quosvis, qui nos offenderent, aut offendere attentarent in perſona, ſtatu, & bonis præſentibus, & futuris noſtris, filiorum, hæredum, & ſucceſſorum noſtrorum ut ſuprà; & verſa vice nos Ludovicus prænominatus Regis Francorum primogenitus Delphinus Viennenſis futurus Rex Francorum ex Conſtitutione Regali promiſimus, ac tamquam Delphinus nunc, & Rex in futurum promittimus ipſi Illuſtriſſimo Avunculo noſtro cariſſimo Domino Duci Mediolani præfato, ſive ipſi Prospero Oratori, & Secretario ſuo agenti, ſtipulanti, & recipienti nomine Excellentiæ ſuæ, quod nos ex nunc, & Rex, ſuccedente tempore adjuvabimus, fovebimus, defendemus, manutenebimus, ſubſtinebimus, & protegemus ipſum Illuſtriſſimum Avunculum noſtrum cariſſimum Dominum Franciscum Sfortiam Ducem Mediolani præfatum, ejus Illuſtriſſimam Dominam Conſortem Duciſſam, ejus filios, hæredes, & ſucceſſores ſuos in Ducatu Mediolani, & in aliis ejus, & eorum Dominiis, Juribus, Juriſdictionibus, & pertinentiis præſentibus, & futuris contra quamcumque perſonam, & quamvis potentiam, quæ eum, aut ſuos ut ſuprà offenderet, aut offendere, molestare, inquietare, aut perturbare prædictum ſtatum ſuum, & ſuorum ut ſupra modo aliquo directo, vel indirecto tentaret, aut moliretur, & hoc toto noſtri, ſeu Delphini, ſeu Regis poſſe. Item ſi præfato Illuſtriſſimo Domino Duci, Dominæ Duciſſæ, filiis, hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis opus erit auxiliis equitum, & peditum, tunc nos, Delphinus nunc, ſeu Rex in futurum infra tempus menſium duorum requiſitionis nobis parte ipſius Illuſtriſſimi Domini Ducis, aut ſuorum factæ, & ad omnem requiſitionem de ipſis auxiliis noſtris ad ſe mittendis pro tempore factam, & quæ fiet, expediemus, & mittemus equites quatuor millia, & archerios duo millia, quibus de propria expenſa noſtri mne Regis, nos nunc Delphinus, & tunc Rex ſolvi faciemus realher, & eum effectu de debito ſtipendio pro anno nno iuchoando à die, quo ſe ſe dicti Equites, & pedites ad iter poſuerint, attendendo ad auxilia prædicta; & hoc tociens quociens, & quandocumque occurreret, & videatur præfato Illuſtriſſimo Avunculo noſtro cariſſimo Domino Duci, ſive Excellentiæ ſuæ deſcendentibus opus eſſe, & parte ipſius, aut ſuorum ut ſuprà requiſitio facta nobis fuerit de ipſis auxiliis, aut parte eorum mittendis, & omnia alia pro ipſo Illuſtriſſimo Avunculo noſtro cariſſimo Domino Duce, ejus ſtatu, & ſuorum libentiſſimè quidem, & ex animo faciemus, quæ debet bonus, & benivolus affinis ad talem maximè utilitatem cordiali vinculo, Liga, & intelligentia colligatus; hoc autem intellecto, quod per præſentia Capitula, ſive aliquod ipſorum non intelligatur præjudicamm, nec aliqualiter derogetum Capitulis univerſalis Ligæ Italiæ, immò illa illæſa tenancre intelligantur, demumque hinc indè inter nos tamquam Delpninum nunc, & ſuccedente tempore futurum Regem Francorum ut ſuprà pro uobis, hæredibus, & ſucceſſoribus noſtris ex una parte, & ipſum Illuſtriſſimum Avunculum noſtrum cariſſimum Dominum Ducem Mediolani, prænominatam Illuſtriſſimam Dominam Duciſſam ejus Conſortem, filios, & hæredes, & ſucceſſores ſuos ut ſuprà ex altera, deinceps ſit, & eſſe intelligatur vigore ſuprafcriptorum conventorum ut ſuprà cordialiſſima, & ſinceriſſima dilectio, Liga, intelligentia perpetuo, ut dicitur, inter nos partes, filios, & ſucceſſores noſtros ut ſupra dicitur valitura, & duratura. In cujus ſignum, & verum effectum altera pars teneatur agere pro altera, & ejus conſervatione, utilitate, & commodis, & è contra, quemadmodum pro ſe ipſa faceret, & hoc bona fide, & pro poſſe. Et ſic in executione præmiſſorum habebuntur, fovebuntur, conſervabuntur, & tractabuntur pro poſſe Officiales, Subditi, Feudatarii, Adhærentes, & Recommendati, ac ſervitores ipſarum partium ut ſuprà agentium inter ſe ſe, hinc indè, advenientibus caſibus, & pura fide, ut dicitur, & nullo umquam in contrarium colore quæſito. Inter quos quidem certis rationibus juſtis, & debitis adducti nos Delphinus ut ſuprà non præjudicando aliis denominationibus talium hinc indè inter nos partes pro tempore fiendis, annumeramus, & nominamus pro parte noſtri Spectabilem Dominum Jacobum de Valpergia dilectum Conſiliarium, & Cambellarium noſtrum, & ejus Terras, ac bona quæcis extra jura noſtra prædicta poſita ſint. Quem quidem Dominum Jacobum, & Terras, & bona ſua, quæ hoc tempore vexari, licet indebite, videntur, per Illuſtriſſimum Dominum Dominum Ducem Sabaudiæ, ac ejus bona ipſe Illuſtriſſimus Avunculus noſter cariſſimus Dominus Dux tueri, & defendere, ac conſervare teneamur, & in ſe tutelam ejus recipere debeat in eo ſtatu ſaltem, in quo erant die quarta Septembris proximè elapſi, vel meliori, & pacifico, ſi fieri poterit; & hoc non obſtante aliqua exceptione, quæ vigore ſuprafcriptorum allegari poſſet: Ad quæ quidem omnia ſuprafcripta quantum pro parte noſtri ſervanda, & adimplenda nos tamquam Delphinus nunc, & Rex Francorum futurus ut ſuprà promiſimus eidem Prospero nomine præfati Illuſtriſſimi Avunculi noſtri cariſſimi recipienti, & præſentium tenore in verbo Legalis Principis promittimus pro nobis, & hæredibus, & ſucceſſoribus noſtris, quod rata, grata, & firma perpetuo habebimus, & tenebimus omnia, & ſingula ſupradicta, atque ea plenè ſervabimus, & adimplebimus, nec ullo umquam tempore eis, aut alicui eorum aliquo modo, jure, vel cauſa, nec aliquo quæſito colore contraveniemus ſub obligatione honoris, & fidei noſtræ, & ſic tactis corporaliter ſacris Scripturis juravimus præfeute ipſo Prospero, & vigore dicti mandati ſui talem promiſſionem, & juramentum noſtrum acceptante, & ad eadem per ipſum præfatum Illuſtriſſimum Avunculum noſtrum cariſſimum Dominum Ducem Mediolani ratificanda, & per

ANNO 1460.

ANNO 1460. reciprocam ſcripturam, & patentes Litteras promittenda, & cum juramento, & ſubſcriptione propria reciproce cavenda, prout in præſentibus Litteris noſtris pro parte noſtri continetur, reſervatum eſſe intelligatur arbitrium, & tempus menſium dnorum ipſi Illuſtriſſimo Avunculo noſtro cariſſimo Domino Duci Mediolani, & ad dictum juramentum ſuper præmiſſis reciproce, ut dicitur, faciendum, & noſtri nomine recipiendum deputamus vigore præſentium loco noſtri Nobilem Gaitonum Dulium Conſiliarium, & Scutiferum noſtrum dilectum. Supplentes ex plenitudine poteſtatis noſtræ, & præcipue omnibus, & ſingulis particulis pro parte noſtri ut ſuprà ſpecificatis omni ſolemnitati tam juris, quam facti, quæ in præſentibus ſervanda fuiſſent. In quorum Teſtimonium præſentes Litteras fieri, regiſtrari, ac noſtro ſigillo muniri juſſimus manu propria noſtra in majus robur ſubſcripras. Datum Genepæ in Barbantia, die ſexta menſis Octobris anno Domini milleſimo quadricenteſimo ſexageſimo. Sic ſignatum Loys Coutce. Verum cum in ipſis Capitulis inter cætera contineatur, quod ipſe Illuſtriſſimus Avunculus noſter teneretur, & deberet defendere, & conſervare, ac in ſuam tuteiam recipere Caſtra, Terras, Bona, & Loca Magnifici Militis Conſiliarii, & Cambellarii noſtri Domini Jacobi de Valpergia, quæ tunc vexabantur, in ſtatu, in quo erant die quarta Septembris proximè elapſi, aut meliori, & tamen contigerit, antequam ad notitiam præfati Avunculi noſtri honorandiſſimi devenerint dictæ conventiones, & Capitula, Caſtra, Terras, & Loca prædicti Domini Jacobi perdita, & deſtructa fuerint, & ita ſibi impoſſibile erat dictum Capirolum adimplere; offerens tamen aliunde nobis, & præfato Domino Jacobo rem convenientem facere, videbatur tamen eo reſpectu dictas convenciones, & Capitula amplius locum, & effectum non habere, & quamlibet partium in ſuo primævo libero ſtatu remanere debere. Sed cum ipſe præfatus Avunculus noſter nobis, & præfato Domino Jacobo tantum fecerit, quod utrique noſtrum ſatisfactum eſt, & contenti remaneamus de ipſo Avunculo noſtro; potiſſime conſiderantes actus per ipſum Avunculum noſtrum pro rerum dicti Domini Jacobi conſervatione jam factos in ſubſidiis præſtandis, ac etiam Capitulorum ignorantiam, ſingularemque dilectionem, quam ad nos gerit; ideò mentem, & propoſitum noſtrum declarantes, dicimus, intendimus, volumus, promittimus, & declaramus quod præfata Liga, Conventiones, & Capitula firma, & efficacia permaneant, & eamdem obtineant roboris firmitatem, ac alter noſtrum alteri remaneat obligatus, & aſtrictus, ac ſi ipſe præfatus Avunculus noſter dicta Caſtra, Loca, Terras, & bona defenſaſſet, & in bono, ac pacifico ſtatu conſervaſſet, & ideò omni modo, jure, via, & forma, quibus melius poſſumus, & valemus, ſupradictis non obſtantibus, præmiſſis attentis ipſam ligam, conventiones, & Capitula iterato promittimus, laudamus, approbamus, & confirmamus, ac, in quantum opus ſit, de novo contrahimus, & firmamus, & volumus in ſua roboris firmitate permanere, & promittimus in verbo Principis, & ſub fide, & Sacramento corporis noſtri, noſtro ſubſcripto Notario, & Secretario ad opus præfati Avunculi noſtri ſtipulante, dictam ligam, conventiones, & Capirola rata, grata, & firma tenere, ac in futurum inviolabiliter obſervare, omni exceptione, quæ in usque in hodiernum objici poſſet, non obſtante; & ſic in manibus Secretarii noſtri ſubſcripti juravimus Sacroſanctis Scripturis tactis, ipſoque Secretario, ut publica perſona pro ipſo Avunculo noſtro juramentum acceptante, præmiſſis attentis; ſupplentes ex plenitudine poteſtatis noſtræ in præſentibus, & præcipue omnibus, & ſingulis particulis ſuprà ſpecificatis, omni ſolemnitati tam juris, quam facti, quæ in præſentibus ſervanda fuiſſet: Cum firmam ſpem geramus dictum Avunculum noſtrum, ipſum Dominum Jacobum, & ſuos omnes in ſingulari gratia, protectione, & beneficio noſtri contemplatione ſuſcepturum. In quorum Teſtimonium præſentes Litteras fieri, & regiſtrari, ac ſigilli noſtri munimine juſſimus roborari, & propria manu ſubſcripſimus. Datum Genepæ in Barbantia die primo Junii anno Domini milleſimo quatringenteſimo ſexageſimo primo. Signatum Loys. Nos verò licet hujusmodi ligam, confœderationem, & intelligentiam, & prædicta omnia, & ſingula, quantum noſtra intereſſet, ratificaverimus, & approbaverimus, & ipſam protectionem ſubierimus, ut latius patet publicis Litteris ſuperindè confectis, & manu noſtra propria ſubſcriptis, quas ad prælibatum Illuſtriſſimum, & Sereniſſimum Dominum Dominum nunc Delphinum, & futurum Regem ſuperioribus menſibus transmiſimus: Tamen volentes ex Litere noſtro omnia perficere, quæ ipſam ligam, & confœderationem, & omnia, & ſingula ſupradicta perpetua, atque æterna reddant; & agnoscentes optimam erga nos, noſtrosque omnes caritatem, liberalitatem, munificentiam, & clementiam prælibati Principis, in primis Celſitudini ſuæ toto corde, & ſpiritu, quas majores animo concipere poſſumus, gratias agimus; & nos, noſtrosque omnes perpetuo Serenitati ſuæ deditiſſimos, atque deviciſſimos fatemur. Deindè tenore præſentium ex certa ſcientia, nullo juris, vel facti errore ducti, ac alias omnibus modo, jure, via, cauſa, & forma, quibus melius, validius, & efficacius fieri potuit, & poteſt, intervenientibus etiam quibusvis ſolemnitatibus in ſimilibus opportunis, & neceſſariis, prædictam Ligam, confœderationem, & intelligentiam, & omnia, & ſingula ſupraſcripta debite, & congrue referendo, libentiſſimo, promptiſſimoque animo, & cum omni debita reverentia ipſum protectionem ſubimus, acceptavimus, & acceptamus, & ratam, gratam, & firmam, ac rata, grata, & firma habuimus, & habemus, nec non prædictas conventiones, Capitula, & omnia, & ſingula in eis contenta acceptantes mutua ſtipulatione promittimus, cavemus, & nos ſub obligatione honoris, & fidei noſtræ, quantum ad nos attinet, pariter obligamus; & ſic tactis corporaliter ſacroſanctis Scripturis in manibus infraſcripti Secretarii noſtri juravimus; præſentibus ſpectabilibus, ac Magnificis Viris Domino Carolo de Aſtarciis, & Johanne de Sabbies prælibati Illuſtriſſimi, & Sereniſſimi Domini Delphini, & furori Regis Secretariis, ac Oratoribus, qui hujusmodi Sacramentum noſtrum, & ſupraſcripta omnia, & ſingula ut ſuprà Serenitatis ſuæ nomine acceptarant, & acceptant. Promittentes ex latere noſtro ut ſuprà prædicta omnia, & ſingula ſemper, & omni tempore rata, firma, & grata habituros, & omni fide, & ſucceritate adimpleturos, curaturosque, & facturos pro viribus quicquid ope, & facultate noſtra fieri poterit, ut tanti Principis liberalitati, & clementiæ erga nos, noſtrosque omnes correspondere valeamus. In quorum fidem, & Teſtimonium præſentes fieri juſſimus, & regiſtrari, noſtrique ſigilli appenſione muniri, ac propria manu noſtra ſubſcripſimus. Datum in Civitate noſtra Mediolani die vigeſima quarta Julii, milleſimo quatringenteſimo ſexageſimo (1) ſeptimo.

FRANCISCUS SFORTIA Vicecomes manu propria ſubſcripſit.

Signatus Cichus &c.

Extracta fuit præſens Copia à Regiſtro inſcripto ſub Litteris D. D. *Ducis* PHILIPPI MARIÆ ANGLI *Vicecomitis exiſtente in Regio Archivio Caſtri Portæ Jovis Mediolani in Papiro ſcripto. Datum Mediolani die trigeſima menſis Octobris anni* 1719.

Examinavit JOANNES FRANCISCUS STRIGELLIUS *Regii Archivii Officialis.*

ANNO 1460.

CCIII.

Revers Churfürſt Dietrichs zu Meintz wegen der Einnahm in die Churfürſten-Verein de Anno 1446. Geben zu Nüremberg / am Freytag nach dem Sonntag Reminiscere. 1461. [MULLERI **Reichs-Tags Theatrum. Vorſtellung** IV. Cap. IV. pag. 11.]

1461. 6. Mart.

C'eſt-à-dire,

*Revers donné par l'*ELECTEUR DE MAYENCE *ſur ſa Reception dans l'Union des Electeurs de l'an* 1446. *Donné à Nuremberg le Vendredi après le Dimanche* Reminiscere. 1461.

WIr Dietrich von GOttes Gnaden des Heil. Stuels zu Meintz erwelter und beſtetigter des Heil. Römiſchen Reichs durch Germanien Erz-Cantzler und Churfürſt / bekennen und thun kund offentlich mit dieſem Brive. Als ſich zu Zeiten die Erwürdigen in GOtt Vätere und Hochgeborne Fürſten / Herr Dietrich ſeliger zu Meintz / Herr Jacob ſeliger zu Triet / Herr Dietrich zu Collen Erz-Biſchoffe / des Heil. Röm. Reichs durch Germanien in Welſch-Landen / durch das Königreich zu Arelat und in Italien Erz-Cantzler / Herr Ludwig ſeliger Pfalz-Graff bei

(1) Le Titre de la Pièce, tel qu'il s'eſt trouvé dans les Archives, porte 1461. & c'eſt aſſurément ainſi qu'il faut lire. [DUM.]

In nomine Domini, Amen. Anno à Nativitate ejusdem millesimo quatricentesimo sexagesimo quarto, Indictione duodecima, die Martis septimo mensis Februarii. Cum verum sit, ut partes infrascriptæ nominibus quibus infra sibi ad invicem præsentes, & acceptantes confessæ sint, & confitentur, quod Serenissimus, & Christianissimus Ludovicus Dei gratia Francorum Rex Saonæ Dominus, sub anno Domini millesimo quatricentesimo sexagesimo tertio, die vigesimâ secundâ mensis Decembris de toto Dominio Januensi, ac de Civitate Saonæ, posse, mandamento, & districtu eorumdem investiverit Regio more spectatum Jurisconsultum Comitem, & Militem Dominum Albricum Malettam Consiliarium, Oratorem, & Mandatarium Illustrissimorum, & Excellentissimorum Dominorum Francisci Sfortiæ Vicecomitis Ducis Mediolani, Papiæ, Angleriæque Comitis, ac Cremonæ Domini, & Blancæ Mariæ Ducillæ Mediolani Consortis suæ vice, & nomine præfatorum Dominorum Illustrissimorum Ducis, &. Ducissæ pro se, & filiis suis masculis legitime descendentibus in Feudum, & Jure Feudi recti, gentilis, antiqui, & paterni sub modis, & formis contentis in quodam publico ipsius Feudi Instrumento fieri rogato Magistro Petro de Portis Præsbytero Parisiensi, præfati Regis Secretario, ac Notario Apostolico, & Johanni de Salerna Civi Papiensi publico Imperiali auctoritate Notario, ad quod debita relatio habeatur, & in quo inter cætera constat præfati Serenissimi, & Christianissimi Domini Domini Regis promissio de consignando, tradendo, & expediendo dictam Civitatem Saonæ cum posse, Jurisdictione, Mandamento, & districtu, ac Castris, & Fortiliciis ejusdem in manibus, & potestate eorumdem Illustrissimorum Dominorum Ducis, & Ducissæ, aut eorum legitimorum Procuratorum legitimam, & validam potestatem ab eis habentium infrà quinquaginta dies tunc proximè secuturos; & pro præmissis exequendis præfata Regia Maestas suos Oratores, & Commissarios ad hanc Civitatem Saonæ destinavent, videlicet Spectabilem, & strenuum Militem Dominum Johannem Chiolet, & Egregium Johannem Philippum de Trecate Præsidentem Cameræ computorum Delphinalium ejusdem Regis Secretarium unà cum Magnifico Milite Domino Ludovico de Bria ejusdem Civitatis, & districtus Gubernatore. Cui superindè prælibata Regia Maestas opportunas Litteras destinavit; cumque etiam verum sit, quod prælibati Illustrissimi Domini Domini Dux, & Ducilla Mediolani suis autenticis Litteris constituerint, & creaverint Illustrem Dominum Conradum de Foliano eorum Procuratorem, & Mandatarium ad requirendum, acceptandum, & retinendum consignationem, remissionem, tenutam, & possessionem dictæ Civitatis Saonæ, & Castrorum, & Fortiliciorum ejus, & ut supra, cum ampla potestate, & baylia, constituendo eumdem prætatum Dominum Conradum suum Gubernatorem, & Locumtenentem in dicta Civitate Saonæ, ac sibi committendo totaliter vices suas, ad quod mandatum etiam debita relatio habeatur; hinc est quod præfatus Illustris Dominus Conradus in omnibus quibus suprà requisivit à præfato Domino Ludovico de Bria Milite, & Locumtenente, Domino Johanne Chiolet etiam Milite, & Johanne Philippo Præsidente ad hæc commissis, & deputatis, & conjunctim, & divisim, & pro ut melius fieri potest, & debet, ut dictam Civitatem Saonæ cum Castris, Jurisdictione, districtu, & Mandamento, & tam respectu partium Terræ, quam maritimarum eidem nomine, & vice prælibati Serenissimi, & Christianissimi Domini Regis Francorum dictæ Civitatis directi Domini, ac nomine, & vice præfatorum Illustrissimorum Dominorum Dominorum Ducis, & Ducissæ Feudatariorum, & utilium Dominorum ejusdem Civitatis virtute infendationis, de quâ suprà, tradere velint, & debeant; qui præfati Domini Locumtenens, & Regii Oratores, & Commissarii sibi iptis ad invicem mutuum præbendo consensum insequendo formam commissionum suarum, & conjunctim, & divisim, & omni alio meliori modo, via, jure, & forma, quibus melius, & validius prædicta, & infrascripta fieri possunt, & meliorem, & pleniorem fortiantur effectum, requisitioni prædictæ annuendo realiter, actualiter, & cum effectu, animoque, & intentione faciendi, & constituendi præfatum Illustrem Dominum Conradum dictis nominibus, & per ipsum prælibatum Illustrissimum Dominum Ducem, & Ducillam ut suprà veros possessores, & utiles Dominos dictæ Civitatis Saonæ cum suis Castris, Jurisdictionibus, juribus, & pertinentiis tam terrestribus, quam maritimis, induxerunt, & introduxerunt præfatum Illustrem Dominum Conradum dictis nominibus ut suprà cum omni sua societate, & armigeris suis, & secum existentibus pro ipsius Civitatis, Castrorum, & Jurisdictionis, & Jurium possessione, & quæ adipiscenda, & retinenda in corporalem, & liberam tenutam, & possessionem omnium infrascriptorum, & cujuslibet eorum, pro ut infrà, ordine successivo, & primo introducendo, & ducendo ut suprà in possessionem, & tenutam Castri novi dictæ Civitatis Saonæ tradiderunt, consignaverunt, & liberaliter expediverunt præfato Illustri Domino Conrado Mandatario, & Procuratorio, & Locumtenenti nomine, & vice præfatorum Illustrissimorum Dominorum Dominorum Ducis, & Ducissæ, & ad utilitatem, & opus ipsorum, & filiorum suorum prædictorum, eumdemque Illustr. Dominum Conradum in corporalem, realem, & actualem possessionem, & quasi dicti Castri novi, & Jurisdictionis, & utilis Dominii, & potestatis ejusdem induxerunt cum suis armigeris gentibus tradendo, & consignando, & tradiderunt, & consignaverunt eidem dictis nominibus in præsentia nostrorum Notariorum infrascriptorum, & Testium infra nominatorum, claves pontium, & portarum, Turrium, & aliorum locorum in ipso Castro existentium pro vera traditione, & in signum veræ traditionis possessionis Castri prædicti, & eumdem Dominum Conradum dictis nominibus ut suprà cum suis gentibus ut suprà, ducendo per totum ipsum Castrum, & ipsum Castrum in ejus manibus, & fortia dimittendo, & relinquendo, servatis etiam in præmissis omnibus actibus, & solemnitatibus in talibus solitis, & consueris, quibus peractis successivè postmodum, statim, & in continenti, facta per prius etiam per præfatum Illustrem Dominum Conradum dictis nominibus præfatis Dominis Ludovico de Bria, Militi Domino Johanni Chiolet, & Johanni Philippo Præsidenti Deputatis ut supra requisitione per modum, & formam, de quibus, & pro ut suprà ût mentio, ipsi præfati Domini Locumtenentes, & Regii Oratores, & Commissarii ut suprà, sibi ipsis ad invicem mutuum præbendo consensum, & pro ut suprà, & conjunctim, & divisim, & omni alio meliori modo, & forma, & pro ut suprà, animoque, & intentione ut suprà introduxerunt præfatum Illustrem Dominum Conradum dictis nominibus ut suprà cum omni sua societate, & gentibus armigeris ut suprà secum exiteu-

ANNO 1464. existentibus pro ipsius Civitatis, & Jurisdictionis possessione adipiscenda ut suprà in corporalem possessionem, & tenutam Castri sancti Georgii posiri, & situati in ipsa Civitate, & Jurisdictionis, & Dominii ejusdem, cumdem Dominum Conradum dictis nominibus ut suprà cum ejusdem gentibus armigeris ut suprà ducendo per totum ipsum Castrum, & Loca ejusdem, & ipsum Castrum, & Loca ejusdem in manibus, & fortiâ ipsius Domini Conradi dimittendo, & relinquendo, eidemque claves ipsius Castri, & Fortiliciorum ejusdem in præsentia nostrorum Notariorum, & Testium infrascriptorum tradendo, & consignando, ac tradiderunt, & consignaverunt, ac in præmissis servando omnes alias solemnitates in talibus servari consuetas. Successiveque, ac statim, & incontinenti præfati Domini Regii Oratores ut suprà, facta eisdem per prius per præfatum Dominum Conradum dictis nominibus simili requisitione, & pro ut suprà, & omnibus modo ut suprà, animoque, & intentione ut suprà, & pro ut suprà introduxerunt præfatum Illustrem Dominum Conradum dictis nominibus ut suprà cum omni sua Societate, & Gentibus ut suprà, pro ipsius Civitatis, & Jurisdictionis, ac utilis Dominii possessione adipiscenda ut suprà, in corporalem possessionem, & tenutam Palatii ipsius Civitatis Saonæ, eumdem Dominum Conradum, & ut suprà per Palatium ipsum, & per Loca ipsius ducendo, & Palatium ipsum, & Loca ipsius in manibus, & fortia ipsius Domini Conradi, & Gentium suarum, & ut suprà dimittendo, & relinquendo, eidemque claves ipsius, & Locorum ejusdem dando, & tradendo, ac in præsentia ut suprà dederunt, & tradiderunt, ipsumque Dominum Conradum ad bancha Juris ducendo, & eidem in signum Jurisdictionis, & utilis Dominii totius ipsius Civitatis sibi traditæ virgam, seu baculum rationis, & justitiæ ipsius in manibus suis dando, & dimittendo, ac dederunt, & dimiserunt, postmodum quoque, & statim, & successive præfati Domini Regii Oratores, & Mandatarii ut suprà facta per prius eisdem per præfatum Illustrem Dominum Conradum dictis nominibus simili requisitione ut suprà, & pro ut suprà, omnibus modo, & ut suprà, animoque, & intentione ut suprà introduxerunt præfatum Illustrem Dominum Conradum dictis nominibus ut suprà cum omnibus suis gentibus ut suprà in corporalem possessionem, & tenutam Castri Speroni sidi in ipsa Civitate Saonæ eumdem Dominum Conradum per Castrum ipsum, & per Loca ejusdem ducendo ut suprà, Castrumque ipsum, & Loca ejusdem in manibus, & fortia ipsius Domini Conradi, & gentium, & ut suprà dimittendo, & relinquendo, clavesque ipsius Castri, & Locorum ejusdem in præsentia ut suprà tradendo, & consignando ut suprà, ac tradiderunt, & consignaverunt ut suprà. Postremò verò, & statim, ac successivè, & in domo habitationis Marchionis Sochæ sitâ in Civitate Saonæ, in qua motam trahebat præfatus Illustris Dominus Conradus, facta per prius per præfatum Dominum Conradum dictis nominibus ut supra eisdem Regiis Oratoribus ut suprà dictis nominibus requisitione ut suprà, & pro ut suprà, præfati Domini Regii Oratores ut suprà suis, & dictis nominibus ut suprà, animo, & intentione ut suprà tradiderunt, & consignaverunt ibidem, & in præsentia ut suprà actualiter, & cum effectu, ac etiam præsentibus Antianis dictæ Civitatis præfato Illustri Domino Conrado dictis nominibus ut suprà claves omnium portarum, & pontium ipsius Civitatis Saonæ in signum veræ traditionis, & consignationis, possessionis, & tenutæ totius utilis Dominii ipsius Civitatis, & omnium jurium ejusdem, mandando, jubendo, & præcipiendo, ac mandaverunt, jusserunt, & præceperunt præfati Domini Regii Oratores ut suprà Antianis, & multitudini Populi ibidem assistentibus, quatenus amodò in antea præfato Illustri Domino Conrado nominibus præfatorum Dominorum, videlicet Domini Ducis, & Dominæ Ducissæ Mediolani, præfati Serenissimi, & Christianissimi Domini Domini Regis Francorum quæ ad hæc, & alia, de quibus in ipsa infeudatione fit mentio, feudatariorum, & utilium Dominorum ut suprà debitum præstent fidelitatis juramentum, & omnia alia, & singula opportuna, & necessaria faciant, quæ in præmissis pro plenaria, & effectuali executione prædictorum fieri debent, salvo jure superioritatis præfati Domini Regis, & successorum suorum, pro ut, & quatenus vis, & natura ipsius infeudationis contractus postulat, & requirit, & ita præfatus Dominus Conradus dictas claves in præsentia ut suprà, & animo, & intentione dictis nominibus adipiscendi, & retinendi corporalem possessionem, & tenutam dictæ Civitatis, & jurium, & pertinentiarum ejusdem recepit, & acceptavit, & insuper, & postremò in præsentia ut supra præfatus Illustris Dominus Conradus de Fotano dictis Procuratorio, & Gubernatorio nominibus, ac etiam ut Locumtenens præfatorum Dominorum Ducis, & Ducissæ Mediolani, virtute dictarum Litterarum suarum, & pro quibus, etiam ad cautelam, de rato habendo promisit intra mensem unum proximè futurum sub ipotecha, & obligatione bonorum suorum principalium præsentium, & futurorum quorumcumque volens agnoscere bonam fidem, & omnimodam fateri veritatem, pro ut justum est, & æquum, versus præfatos Dominos Locumtenentem, Oratores, & Commissarios ut suprà, sponte, consulte, deliberate, & appensate, ac ex ejus certa scientia, ac spontanea voluntate, non ductus dolo, vi, clam, vel metu, nec alia quavis machinacione circumventus pro præfatis Illustrissimis Dominis suis Duce, & Ducissa, & filiis suis ut suprà, omnibus melioribus modo, jure, via, causa, & forma, quibus melius, fortius, & validius fieri, & esse possit, ac potest de jure, palam, & publice, constitutus in præsentia nostrorum Notariorum, & Testium infrascriptorum, fuit confessus, tacitus, & contentus, ac in veritate publice recognovit, & recognoscit se habuisse, & habere actualem, & effectualem confignationem, & possessionem dictorum Civitatis, Castrorum, & omnium prædictorum cum omnibus portis, & fortiliciis ipsius Civitatis Saonæ, & se actualiter, & cum effectu, ac realiter positum, & inductum fuisse, & esse in actualem, realem, & effectualem, ac corporalem, & quasi tenutam, & possessionem dictæ Civitatis Saonæ, Jurisdictionis, posse, Mandamenti, Districtus, & Castrorum, & omnium prædictorum per præfatos Dominos Locumtenentem, Oratores, & Commissarios per omnia signa necessaria, & opportuna nomine, & vice præfati Serenissimi, & Christianissimi Domini Domini Francorum Regis directi Domini ut suprà; Et pro præfatis Illustrissimis Dominis Dominis Duce, & Ducissa Mediolani feudatariis, & utilibus Dominis ut suprà, & apud se nominibus quibus suprà habere, & penes se tenere claves dictæ totius Civitatis, & fortiliciorum ejusdem, & dictam Civitatem, & Castra, & omnia prædicta habere, & teoere munitam, & munita nominibus, quibus suprà, illamque habere, & tenere sub gubernatione ejus nominibus quibus suprà, præfatis Spectabilibus Regiis Oratoribus, & Commissariis antedictis præsentibus, & acceptantibus, ac nobis infrascriptis Notariis tamquam publicis, & autenticis personis præsentibus, stipulantibus, & recipientibus nomine, & vice prælibati Serenissimi, & Christianissimi Domini Regis Francorum, & hæredum, & successorum suorum in Regno. Insuper prælibatus Illustris Dominus Conradus Procurator, Mandatarius, & Locumtenens ut suprà virtute potestatis sæpè nominatæ sibi attributæ omni via, modo, jure, causa, & forma, quibus melius fieri potuit, & esse potest, quietavit, liberavit, & absolvit, & quietat, liberat, & absolvit nomine præfatorum Illustrissimorum Dominorum Dominorum suorum Ducis, & Ducissæ Mediolani, de quibus sæpè dictum fuit, præfatum Serenissimum, ac Christianissimum Dominum Dominum Francorum Regem, & suos, & prædictos Dominos Locumtenentem, & Oratores Regios, nosque Notarios infrascriptos dictis nominibus præsentes, acceptantes, & recipientes nomine, & vice prælibati Christianissimi Regis Francorum, & successorum suorum in Regno, à promissione per prælibatam Serenissimam Regiam Maestatem facta, & de qua suprà fit mentio, de tradendo, obsignando, & expediendo possessionem, & tenutam ipsius Civitatis, & omnium prædictorum, protestatus fuit, & protestatur idem præfatus Illustris Dominus Conradus nominibus quibus suprà se habuisse, & recepisse, habereque, & tenere præfatis nominibus quibus suprà, ac vice, & nomine prælibati Serenissimi, & Christianissimi Domini Domini Ludovici Francorum Regis ut directi Domini dictam possessionem pacificam, & tenutam prædictæ Civitatis, Castrorum, Fortiliciorum, & omnium prædictorum, ac Mandamenti ejusdem infra, & intra terminum quinquaginta dierum in præfatis infeudationis, & aliis regalibus Litteris comprehensum. Renunciantes dictæ partes modis, & nominibus quibus suprà exceptioni non facti hujusmodi Instrumenti, & præmissorum omnium, & singulorum non sic actorum, & factorum, & omni probationi ad defensionem in contrarium. Et de præmissis omnibus, & singulis præfatus Illustris Dominus Conradus nominibus quibus suprà, & præfati Domini Locumtenens, & Oratores Regii ut suprà, & qui-

ANNO 1464.

ANNO 1464. & quilibet eorum, & tam conjunctim, quam divitim juſſerunt, & rogaverant publica confici per nos infraſcriptos Notarios debere Inſtrumenta unum, & plura ejusdem tenoris. Actum Saonæ in ſupraſcriptis omnibus Caſtris, Fortiliciis, Turribus, Palatio, & domibus ſuperius deſcriptis, ſingula ſingulis congrue referendo; præſentibus ſemper pro Teſtibus ad præmiſſa vocatis, & rogatis Magnifico Domino Johanne de Carreto Marchione Finarii, Spectabili Domino Baldaſſarre de Curte Legum Doctore Ducali Vicario Generali de Mediolano, Domino Angelo Scarampo Præpoſito Ferraniæ, Domino Franceſchino de Carreto de Monte Baldono, Domino Manfredo ex Marchionibus Cevæ, Domino Andrea de Fornariis Judice Maleficiorum Saonæ, Domino Gobertho de Maſues Francigena, Domino Antonio Buttaveuto Francigena, Domino Lancilloto de Figino de Mediolano, Domino Johanne Antonio de Figino de Mediolano, Domino Johanne Antonio Mirabello de Cazali, Domino Chriſtophoro Panigarola, Paulo Saccho, & Gregorio de Millesmuo David, Teſtibus vocatis, & rogatis ut ſuprà.

Ego Auguſtinus de Pado, natus quondam Domini Gabrielis publicus Imperiali auctoritate Notarius Mediolanenſis Portæ Ticinentis, Parochiæ Sancti Victoris ad Putheum, ac in hac parte Notarius præfatorum Dominorum Conradi, & Præſidentium Regiorum ut ſuprà, ſupraſcriptum Inſtrumentum, & prædicta omnia, & ſingula unà cum infraſcripto Ser Bartholomæo de Oddino ſimiliter Notario ſimul, & in ſolidum rogatus tradidi, manuque propria illud ſcripſi, & in Teſtimonium præmiſſorum hic me cum ſigni mei Tabellionatus appoſitione ſubſcripſi.

Ego Bertholameus de Odino Civis Saonæ publicus Imperiali auctoritate Notarius, ac præfatorum Dominorum Conradi, & Præſidentium Regiorum ut ſuprà ſupraſcriptum Inſtrumentum, & prædicta omnia, & ſingula unà cum ſupraſcripto Ser Auguſtino de Pado ſimiliter Notario ſimul, & in ſolidum receoi, & teſtatus fui una etiam cum prænominatis Teſtibus, & in hanc publicam formam redegi, idque ſcriptum fuit per ſupranominatum Auguſtinum manu propria, & ut ubilibet adhibeatur plena fides, hicque me ſubſcripſi cum ſolito meo ſigno Inſtrumentorum, in fidem, ac Teſtimonium præmiſſorum, conſtante mihi de caſſatione ut ſuprà facta in principio vigeſimæ octavæ lineæ, quia non vitio, ſed errore ſcribentis factum fuit. Quin etiam ad majus robur, majoremque declarationem præmiſſorum; tenore præſentium ex certa ſcientia, & motu quidem proprio ea omnia, & ſingula quæ inter prænominatos Commiſſarios, & Mandatarios Regios, & præfatum Conradum Germanum, & Locumtenentem, & Mandatarium noſtrum, de quibus ſuprà fit mentio, acta, geſta, & transacta fuerunt, eamque confeſſionem, & quietationem, eaque omnia, & ſingula ſit, ut præmittitur, facta, & celebrata, de quibus omnibus plenam habemus notitiam, rata, & firma, & gratiſſima habentes, atque approbantes, ipſamque aſſignationem poſſeſſionis, & tenutæ Urbis, & Fortiliciorum Saonæ in manibus, & poteſtate ipſius Conradi, ut præmittitur, noſtro nomine factam, tamquam ſi nobis ipſis, & perſonæ noſtræ propriæ facta fuiſſet, acceptamus, & acceptam eſſe atteſtamur. In quorum &c. Datum Mediolani die quinto Martii M. CCCC. LXIV.

Franciscus Sforcia Vicecomes manu propria ſubſcripſit.

Cichus.

Extracta fuit præſens Copia à Regiſtro inſcripto ſub Littera D. D. *Ducis* PHILIPPI MARIÆ ANGLI *Vicecomitis, exiſtente in Regio Archivio Caſtri Portæ Jovis Mediolani, in papiro ſcripto. Datum Mediolani die trigeſima menſis Octobris anni* 1719.

Examinavit JOANNES FRANCISCUS STRIELLIUS *Regii Archivii Officialis.*

CCXXX.

3. Mars. *Reſponſa Ducis Mediolani* FRANCISCI SFORTIÆ, *ad Capitula ei per Communitatem Civitatis* SAVONÆ *præſentata, per quæ varia Privilegia atque Immunitates memoratæ Civitati confirmantur. Datum Mediolani die* 3. *Martii anno* 1464. [Piece authentique, tirée des Archives Royales du Château de Milan, Regiſtre D D.]

ANNO 1464.

FRANCISCUS Sfortia Vicecomes Dux Mediolani &c. Papiæ, Angleriæque Comes, ac Cremonæ Dominus. Sive conſideremus maximam devotionem, & in nos ſingularem fidem noſtrorum fidelium Communis, & Hominum, & Univerſitatis Civitatis noſtræ Savonæ, & diſtrictus ejusdem, quam his evoluris proxime diebus demonſtrarunt, quandoquidem tranſlato in nos à Sereniſſimâ Regiâ Francorum Maeſtate pleno jure Dominio tam Civitatis Januæ, quam etiam ipſius jam dictæ Civitatis Savonæ cum earum Territoriis tam terrenis, quam maritimis, ad capeſſendam prædictæ Civitatis Savonæ poſſeſſionem emiſimus Magnificum Conradum de Foliano Fratrem, & armorum Ductorem noſtrum cariſſimum, quippe quod non expectato ipſius Fratris noſtri ad eos adventu, non modo cum maxima omnium lætitiâ ſibi obviam accurrerunt, ſed etiam eum intra dictæ Civitatis mœnia excipientes ſaris, ſuperque honorarunt, & dignis muneribus affecerunt, ſibique etiam nomine noſtro obedientiam præbuerunt; ſive pariter mente noſtra verſemus promptitudinem, & ſinceræ mentis affectum, quæ pari modo re ipſâ edocuerunt hodie paulo ante præſentium noſtrarum conceſſionem, quippe quod transmiſſis huc ad nos Spectabilibus Dominis Gambarino de Gambarana Legum Doctore, & Comite Palatino Joanne Bechala, & Joanne Philippo dictæ Civitatis noſtræ Concivibus, & Oratoribus cum pleno mandato per Johannem de Rogeriis, tradito anno & die in eo contentis, debitum fidelitatis, & obedientiæ juramentum in noſtris, & Illuſtriſſimæ Dominæ Conſortis noſtræ manibus per præfatos Oratores ſuos eorum nominibus præſtari volucrunt, & præſtiterunt, pro ut conſtat Inſtrumento per Cichum de Calabria publicum Notarium, & Secretarium noſtrum infraſcriptum hodie paulo ante, ut præmittitur, tradito, & rogato; ſive denique animo repetamus quod Illuſtriſſimo nunc quondam Domino Domino Philippo Mariæ olim Duci Mediolani &c. Patri, & Socero noſtro honorandiſſimo in omnem eventum ſe fideles, & devotos præbuerint, nullis parcendo laboribus, nec expenſis, neque ipſius Civitatis diſcriminibus, ſane profecto ipſis, Communi, Hominibus, & Univerſitati vel in ſpecie, vel in genere per nos multa debere fatebimur, pro quibus, & pro aliis quoque eorum meritis, & ſi nequeamus in præſens condigne referre, id ſaltem eos non ignorare volumus, quod per tempora in rebus ſuis omnibus nos ſic habebimus, quod agnoſcent eorum fidem in nos non inanem extitiſſe; Et propterea cum Oratores ipſi nobis ſupplicationes, & Capitula parte dictorum Communis, Hominum, & Univerſitatis dictæ Civitatis porrexerint infraſcriptas, precantes quatenus eas, & ea in omni earum, & eorum parte confirmare dignaremur, non potuimus abnegare quin ipſorum votis, quo ad melius potuimus, annuendum duxerimus. Quibus quidem peticionibus, & Capitulis per nos lectis, & intellectis reſpondimus, pro ut in fine ſingulorum prædictorum Capitulorum legitur, quarum petitionum, & ſeu Capitulorum, & ſucceſſive reſponſionum noſtrarum tenor ſequitur in hac formâ videlicet: Infraſcripta ſunt Capitula porrecta Illuſtriſſimo, & Excellentiſſimo Domino Domino noſtro Duci per Ambaſſiatores Civitatis Savonæ, requirentes, & ſupplicantes, ut præfatus Illuſtriſſimus Dominus Dominus noſter dignetur ea benigniter approbare, & eis gratum reſponſum adhibere: Et quia nobis approbata, & confirmata fuerunt tam per Chriſtianiſſimam Maeſtatem Regiam Francorum quondam patris moderni Regis, quam etiam per novum Regem, & ſub ſigillo ſuo Regio, cujus privilegium habemus in forma autentica; Et primò quod Civitas Savonæ cum portubus ejus maritimis modulo, ac cum Caſtris, & Fortiliciis in dictâ Civitate, & poſſe conſtituris cum totò ejus poderio, nemoribus, ſtratis, & Silvis, ac omnibus ſuis pertinentiis quibuscumque ſpectent, & pertineant, & pleno jure remaneant franca, libera, & expedita Communi, & Hominibus Savonæ cum omnibus redditibus, intratis, gabellis, pedagiis, & emolumentis per eos percipi ſolitis, & conſuetis, exceptâ gabella ſalis, & de ipſis omnibus fructibus, redditibus, & emolumentis, gabellis, pedagiis, ut præfertur, ipſa Communitas Saonæ, & Homines disponere poſſint pro eorum libito voluntatis, ac etiam cum omnibus juribus, privilegiis, libertatibus, & immunitatibus competentibus, & competituris dictis Communitati, Civibus, & Hominibus Saonæ; quodque poſſint Capitula, & Leges municipales, & Decreta condere, tollere, caſſare, addere, minuere, & corrigere, declarare, & de novo

ANNO 1464. novo facere semel, & pluries, & tociens quociens, & quantum sibi placuerit pro dictæ Communitatis Saonæ libito voluntatis; & juxta dicta Statuta Antianos dictæ Civitatis, ac alios Officiales quoscumque dictæ Civitatis eligere, & constituere in dicta Civitate, & posse, ac districtu, cum Potestatibus, & Baylis ejusdem Civitatis, pro ut hactenus in prædictis fieri est consuetum in dictâ Civitate, posse, ac districtu ejus. *Responsio.* Contentamur quod Civitas Savonæ gaudeat, & fruatur Portubus, Castris, Fortiliciis, intratis, & cæteris in Capitulo contentis, possitque illas Leges, & Decreta condere, illosque Officiales deputare, pro ut hactenus fruebatur, & faciebat, & facere consueverat, præsertim in tempore quo Illustrissimus quondam Dominus Philippus Maria Dux Mediolani &c. tenebat, & possidebat Civitatem Januæ, & Civitatem ipsam Saonæ, maxime in eo anno, quo Janua defecit à prælibato Dominio. Si tamen super his emergeret aliquod dubium, reservamus nobis facultatem tunc illud declarandi; & similiter reservamus, si aliquod dubium oriretur occasione Sententiæ latæ per Magnificum quondam Nicolaum Piciniuum, nobis arbitrium illud pariter declarandi. Item quod prælibatus Illustrissimus, & Excellentissimus Dominus Dominus Dux Mediolani, & Illustrissima Domina Domina Ducissa, & eorum filii, & descendentes teneant, & possideant, & custodiant, sive teneri, possideri, & custoditi faciant omnia Castra Saonæ suis expensis, & stantibus in dictis Castris, & ea custodientibus, sive in dicta Castra confugientibus, & in aliis Fortiliciis de præsenti, sive in futurum Dominus Potestas, sive Magistratus Saonæ possit, & debeat exercere jurisdictionem tam in Civilibus, quam in Criminalibus, etiamsi talia criminalia forent, ex quibus veniret pœna corporalis, usque ad mortem inclusivè, imponenda, aliquibus in contrarium nullatenus obstantibus. *Responsio.* Contentamur providere Castellanis de ipsorum solutionibus usque quo adeptum fuerit per nos Dominium Januæ, quo adepto tunc fiat sicut fieri consuetum est, maxime tempore Dominii præfati Domini Ducis Philippi ut suprà. Item quod Homines prædictæ Communitatis dictæ Civitatis Saonæ habeant plenam, & liberam facultatem, & baylam eligendi Potestatem, & Magistratus Saonæ anno quolibet, dummodo sint tales eligendi ex Subditis, & fidelibus præfatorum Principum impedimento aliquo non obstante, qua electione facta teneantur præfati Illustrissimi Principes, sive eorum successores, dictam electionem confirmare, & dare operam efficacem, ut intra tres menses à die eorum electionis veniant ad præfatam Civitatem Saonæ cum ejus societate, & comitivâ, cui de salario, & aliis prærogativis provideatur juxta deliberationem Hominum, & Communitatis prædictæ, ita etiam quod hujusmodi Officiales eligendi cum cæteris omnibus Officialibus Saonæ sindicari possent, & debeant omni modo omni anno, sive aliqua exceptione, & defensione secundum formam Capitulorum Saonæ factorum, & firmandorum. *Responsio.* Contentamur eis complacere; reservato tamen arbitrio providendi, & disponendi per tempora, pro ut nobis visum fuerit, & pro ut fieri consueverat tempore præfati Illustrissimi Domini Ducis Philippi ut suprà. Item quod prædictum Commune Saonæ faciet, & habebit Pacem cum omnibus, & singulis, cum quibus prælibati Illustrissimi Principes Pacem habebunt, & facient, & facere tenentur guerram cum gentibus, & exercitu, ac cum comitiva gentium, & exercitus ipsorum Dominorum Principum contra, & adversus illos, contra quos præfati Illustrissimi Principes guerram facient, & habebunt hoc modo, quod ipsum Commune, & Homines Saonæ tenentur dare, & contribuere ipsis Illustrissimis Principibus Balistarios centum dumtaxat, & pro uno mense tantum quolibet anno, quo ipsi, sive eorum descendentes guerram facient, vel habebunt, & illis egerent, & eos requirerent, & hoc sumptibus, & expensis ipsius Communis, & Hominum Saonæ. Ita tamen quod dicti Balistarii non teneantur ire ultra montes, nisi solum usque ad montes exclusive: Si vero præfati Illustrissimi Principes, & filii sui ex eis descendentes ut suprà guerram haberent per mare, & galeas armarent intra Corvum, & Monachum teneatur ipsum Commune Saonæ dare, & contribuere ipsis Illustrissimis Principibus, & suis prædictis in dicta armata, & guerra dumtaxat. & non alias ad rationem suprascriptam, videlicet quod si armarent Galeas viginti, tunc dictum Commune armare debeat, & teneatur suis expensis Galeam unam, & sic pro rata abinde suprà ad eamdem rationem, scilicet de Galeis armandis intra Corvum, & Monachum. De aliis vero armandis extra Corvum, & Monachum nihil contribuere teneantur; & si præfati Illustrissimi Domini armarent minus quam decem Galeas, dictum Commune Saonæ eo casu ad nihilum teneatur; ubi vero decem Galeas armarent, & abinde suprà usque ad viginti exclusive, tunc dictum Commune Saonæ teneatur, & debeat contribuere in dicta armata medietatem expensarum unius Galeæ tantum, & reliqua medietas fiat, & solvatur per Illustrissimos præfatos Principes; ita quod in omnibus casibus suprædictis ubi Commune Saonæ contribuere teneatur in totum, vel pro aliqua parte, Patroni, & alii Officiales dictæ Galeæ, in qua, vel pro qua, vel quibus dictum Commune Saonæ contribueret in totum, vel pro aliqua parte pro ut suprà, sint, & esse debeant Cives, & habitatores Saonæ: sane intellecto, quod in casibus suprascriptis præfati Illustrissimi Principes teneantur dare, & tradere ipsi Communi Saonæ corpus, & corpora Galeæ, & Gasterum paratarum ad navigandum eum omnibus suis arboribus, corredibus, velis, temonis, remis, & suo apparatu, & cum pannatio hujusmodi, etiam consideratione habita, quod casu quo præfati Illustrissimi Principes haberent guerram per terram, & per mare, quod tunc, & eo casu Commune Saonæ, nisi ad unicam contributionem, scilicet maris tantum juxta modum, formam, & tenorem suprascriptos. *Responsio.* Non videtur aliquid de præsenti debere responderi, quia cum aliquis casus acciderit, tunc utraque pars debitum suum faciet, salvo quod circa armamentum Galearum contentamur, quod fiat consuetum, & maxime præfati Domini Ducis tempore. Item teneantur, & debeant Commune, & Homines Saonæ, patianturque, & permittant, quod præfati Illustrissimi Principes, & filii prædicti, vel ab eis deputandi possint, & valeant, tociens quociens eis placuerit, armare Galeas, & alia navilia in portu Civitatis Saonæ expensis prælibatorum Illustrissimorum Dominorum Principum, ac etiam stipendiare Balistarios, & alios Homines in Civitate & districtu Saonæ, impedimentis, & contradictionibus quibuscumque cessantibus: Ita tamen, quod nullus Civis, & districtualis Saonæ possit aliquo modo compelli ad eundum super dictis Galeis, navigiis, & armamentis contra ipsorum, vel alicuius ipsorum voluntatem & præter consuetum. *Responsio.* Contentamur eis complacere, quod fiat juxtà solitum, & præsertim tempore præfati Domini Ducis. Item quod si contigerit dictum Commune Saonæ, & Homines habere aliquam guerram, vel dissensionem cujusvis generis, semper, & quandocumque hoc eveniret, teneantur, & debeant præfati Illustrissimi Principes cum suis gentibus armigeris tam equestribus, quam pedestribus bona fide, & animo auxiliari ipti Communi, & Hominibus Saonæ, & ipsum Commune, & Homines Saonæ defendere, & manutenere expensis ipsorum Dominorum Principum contra tales inimicos guerram, sive dissensionem facientes pro ut suprà. *Responsio.* Fient omnia necessaria, & opportuna ad eorum tutelam, & defensionem. Item quod præfati Illustrissimi Principes teneantur, & debeant habere inimicos Communis Saonæ pro suis inimicis, & hoc non solum pro tempore moderno, sed etiam pro futuro, omni exceptione, & defensione cessantibus. *Responsio.* Fiet debitum opportune. Item quod Commune, sive etiam singulares personæ, & Homines Saonæ non teneantur, nec etiam debeant respondere in Januâ aliquâ ratione, occasione, vel causa, quæ dici possit, vel etiam excogitari, nisi illic contraxisset, vel deliquisset, & repertus ibidem fuisset, quo casu tantum possint ibidem convenire coram Potestate Januæ, qui pro tempore fuerit, & non coram aliquo alio Magistratu, sive Officio Januæ, qui pro tempore erit, qui alius Magistratus, & quod Officium sint penitus tamquam persona privata respectu personarum eorumdem Saonensium, & in causis, & controversiis, si forent in casu convencionis, aut ratione contractus, vel delicti, de quibus suprà nullus Delegatus, vel Assessor dari quovis modo possit, nisi de Saonensium processerit consensu, & voluntate. *Responsio.* Fiat ut petitur, salvo pro causâ Status: Item quod ipsi præfati Illustrissimi Principes modo aliquo, vel ingenio, aliquave ratione, occasione, vel causa, quæ dici possit, aut etiam excogitari, non possint, seu valeant cedere, seu alienare, aut transferre aliqua jura, sive aliquas actiones sibi competentia, vel competituras contra dictum Commune, & Homines Saonæ tam in Civitate, Hominibus, & districtu, quam in Castris ejus acquisita, vel acquirenda vigore præsentis Capituli, tam per actum inter vivos, quam etiam in ultimâ voluntate in aliquam personam, corpus, Collegium, Civitatem, vel Universitatem, nisi in posteros descendentes legitimos, & naturales, & hæredes præfatorum

ANNO 1464.

ANNO 1464. fatorum Illuſtriſſimorum Principum, ſcilicet in illum, qui eſſet Dominus, ſive Præſidens in Januâ in caſu, quo ſic eſſet, vel in eorum primogenitum tunc ſibi ſuperſtitem, cum nullus filiorum ſuorum Januam haberet; & in caſu quo ipſi Illuſtriſſimi Principes pervenirent ad aliquem actum alienationis tam inter vivos, quam in ultimâ voluntate ut ſuprà, tunc, & eo caſu non valeat, nec teneat etiam tale quod fieret, ſive temptaretur agi in contrarium, ſed potius fit, & eſſe debeat nullum, & irritum ipſo jure, & idem de ipſis poſteris, & hæredibus intelligatur in omnibus, & per omnia, pro ut in præſenti Capitulo continetur. *Reſponſio.* Noſtra intentio non eſt aliquod alienare, ſed potius acquirere. Item quod præfati Illuſtriſſimi Principes, ſive ſucceſſores ut ſuprà per ſe, vel alios eorum nominibus, vel aliter quovis modo, ſeu Officiales, vel Gubernatores dictæ Civitatis pro eis, vel aliquis eorum non poſſint ullo tempore aliqua ratione, occaxione, vel cauſa, quæ dici poſſit, aut etiam excogitari, directe, vel per indirectum aliquid petere, requirere, imponere, vel habere à dicto Communi Saonæ, ſive Hominibus Saonenſibus, & diſtrictu, de quibus non ſit mentio in præſenti Capitulo, ſed ſint, & eſſe debeant taciti, & enntenti cum dictis ſuis poſteris, & hæredibus de contentis in præmiſſis Capitulis, niſi pro ut ſuprà. *Reſponſio.* Noſtra intentio non eſt habere ab illa Civitate, nec perere, niſi quæ optimus Princeps habere, & petere poteſt, & haberi, & peti conſuevit præſertim tempore præfati Illuſtriſſimi Domini Ducis. Item quod caſu quo præfati Illuſtriſſimi Principes, aut alter eorum vel hæredes ſui eſſent ullo tempore Prætidens, aut Domini in Januâ communiter, vel diviſim, quod tunc, & eo caſu Commune Saonæ, & ſingulares perſonæ Saonenſes ſint franchi, liberi, & immunes ſimpliciter, & abſolute in Januâ, ac in toto eius poſſe, & diſtrictu, & pertinentiis ſuis tam in partibus ultramarinis, quam citramarinis, & de omnibus eorum rebus, & mercibus, ac omnibus, & ſingulis datiis, gabellis, executionibus, impoſitionibus, vectigalibus, commerciis, & præſtationibus, & dacitis quibuscumque, & cujuscumque generis, ſpecici, nominis, & condictionis exiſtant, tam præſentibus, quam futuris, fraude ceſſante ex parte ipſorum Saonenſium, qui vellent uti immunitate contenta in præſenti Capitulo, ita quod ipſi Saonenſes à præſtatione alicujus impoſitionis, dacii, commercii, vel gabellæ pro ipſorum rebus, & mercibus minime teneantur, ita etiam quod ipſi Saonenſes, & diſtrictuales Saonæ poſſint, & valeant in dictis Locis, & quolibet ipſorum uti, frui, & gaudere pure, ſimpliciter, & abſolute omni impedimento, & contradictione ceſſantibus, dictis gratiis, privilegiis, immunitatibus, & franchixiis, omni exceptione, & contradictione remotis, etiamſi aſſereretur, quod Commune Saonæ non adimpleret Communi Januæ pro ſua parte aliqua quæ forte Commune Januæ prætenderet ſibi per Saonenſes fieri debere, quia ſufficit, quod adimpleant præfatis Illuſtriſſim's Principibus ea, quæ in præſentibus Capitulis continentur. *Reſponſio.* De præſenti non intelligimus ad plenum requiſita in Capitulo, ſed adepto Dominio Januæ illa intelligere ſtudebimus, & talem proviſionem faciemus, quod Saonenſes merito poterunt contentari. Item quod præfati Illuſtriſſimi Domini Principes teneantur, & debeant bona fide, & toto ſuo poſſe facere, & dare operam realiter cum effectu, quod itinera, per quæ deferuntur victualia, resque, & merces ad Civitatem Saonæ, & præſertim granum, ſint tuta, & expedita tam veniendo ad ipſam Civitatem Sannæ, quam in redeundo, ita quod dicta Civitas Saonæ ſit habundans victualibus, & aliis rebus, & mercibus ibidem vehi ſolitis, & conduci, non obſtantibus aliquibus factis, vel fiendis inpoſterum, & criam facere, & operari pro poſſe eum Dominis, & Vicinis circumſtantibus dictæ Civitati Saonæ, quod dictæ ſtratæ, & dicta itinera ſint, & ſtent de cætero tuta, & aperta, aliquibus decretis in contrarium non obſtantibus, & caſu quo dictæ ſtratæ, & dicta itinera non eſſent, propter guerras, tuta, & aperta, vel aliquod impedimentum, ſive decretum cujuscumque Domini, ſalvis tamen ſemper ſupraſcriptis & infraſcriptis, quod tunc, & eo caſu, & non aliàs, poſſint, & valeant capere, & habere ſuper Territoriis, & dictionibus præfibatorum Principum Colligatorum, Adhærentium, & Vaſſallorum ſuorum præſentium, & futurorum, tam citramontanorem, quam ultramontanorum, videlicet ſachos decem millia grani ad menſuram Lombardiæ pro illo pretio, quo tunc communiter in illo Loco, ſeu Locis venderetur, & ipſum granum poſſe inde libere extrahere, & conduci facere ad Civitatem Saonæ ipſorum Emptorum ſumptibus, & expenſis, ſolvendo etiam vectigalia conſueta, decretis, ordinationibus, reformationibus, & ſtatutis factis, vel fiendis quomodocumque, & ubicumque in contrarium non obſtantibus. *Reſponſio.* Noſtra intentio eſt facere, quod illa itinera ſint libera, & ſecura, & quod Civitas ipſa Saonæ habundet victualibus. Item quod præfibati Illuſtriſſimi Principes teneantur, & debeant auxiliari, & operam dare Communi, & Hominibus Saonæ in habendo, & recuperando illas jurisdictiones, & honores de jure ſpectantes, & quæ ſpectare debent ut ſupra Communi Saonæ, ac etiam res, & jura Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Caſtello Civitatis ejusdem, quæ pleno jure pertinent dicto Communi Saonæ, & ſint in voluntate ipſius Communis. *Reſponſio.* Auxiliabimur juxta poſſe. Item quod præfibati Principes teneantur, & debeant facere, & curare toto ſuo poſſe, quod dictum Commune, & Homines Saonæ non teneantur in aliquo Communi Januæ, ſive alicui Domino, vel Præſidenti in Januâ non ſolum pro tempore præſenti, ſed etiam pro futuro, & quod ab ipſo Commune Januæ, ſive à tali Domino, vel Præſidente Januæ dictum Commune Saonæ, ſive Homines Saonæ non vexentur, inquietentur, ſive aliqualiter moleſtentur, vel exigantur maxime occaſione aliquarum conventionum, ſive obligationum aliàs inter dicta Communia initarum, & contractarum, quin immo præfati Illuſtriſſimi Principes, & filii teneantur, & debeant toto ſuo poſſe defendere Commune, & Homines Saonæ, contra & adverſus Commune Januæ, & Homines ipſius Communis Januæ de præmiſſis omnibus, & ſingulis, & criam contra talem Dominum, vel Præſidentem in Januâ unum, vel plures præſentes, & futuros; Et ulterius caſu quo præfibati Principes, vel filii prædicti, aut alter ipſorum eſſent Domini, vel Præſidentes in Januâ communiter, vel diviſim, quod tunc, & eo caſu teneantur annullare, caſſare, & aboliri facere omnes conventiones, & obligationes, & omnia inſtrumenta obligationum, & conventionum vigentes, & vigentia, ſeu quæ viguerunt, & vigent inter dicta Communia Januæ, & Saonæ, & ad ipſius Communis, & Hominum Saonæ, ſeu legitimæ perſonæ ſimplicem requiſitionem, & per publicum Inſtrumentum quietationis, & liberationis cum ſolemnitatibus opportunis ad dictamen ſapientis, quoniam iniquum foret, & inhumanum, quod dictum Commune Saonæ aſtrictum eſſet duabus perſouis ſervire, & duas angarias facere, & præſtare. *Reſponſio.* Informabimur de contentis in dicto Capitulo, & re intellecta providebimus ita, & taliter, quod Saonenſes intelligant nos ſuo juri, & noſtro honori proviſiſſe. Item quod Commune Saonæ poſſit, & valeat dare, & concedere ſalvos conductus unà cum Magnifico Domino Gubernatore, ſive Poteſtate Saonæ, aut ipſorum Locumtenentibus, pro ut ſemper facere conſuevit & temporibus retroactis. *Reſponſio.* Fiat ſicuti communiter fieri conſuevit, & præſertim tempore præfati Illuſtriſſimi Domini Ducis. Item quod pro victualibus cujusvis generis, ſive per mare, ſive per terram ad ipſam Civitatem undecumque conducendis per quasvis perſonas, & cujusvis generis nihil ſolvatur, ac exigi poſſit pro aliquo ductu, ſive impoſitione, exceptis gabellis prædictæ Civitatis Saonæ. *Reſponſio.* Fiat juxta ſolitum. Item quod præfati Illuſtriſſimi Principes, ſi Civitas Januæ devenict ſub eorum dominatione, gubernatione, & mandamento, non patiantur aliqualiter vexari, turbari, moleſtari, convenire, aut aliqualiter inquietari Cives, Incolas, Habitatores, aut diſtrictuales Saonæ in judicio, ſive extrà pro aliquo facto ſalis conducti ad ipſam Civitatem Saonæ, poſſe, ſeu cjus diſtrictum, & communiter, particulariter, diviſimve, & inde contracti, ſive aliquo conducti, ſive miſſi, nec etiam pro quibusvis dictis, & factis, commiſſis, deprædatis, extortis, retenis, ſive captis, & damnis quibuscumque, & quomodolibet illatis, datis, & factis tempore præteritæ, & præſentis guerræ vigentis inter Cives, & Homines ſtantes, & habitantes in Civitate Januæ, & ſub obedientiâ Januæ, & ibidem Præſidentium, ſive dicendis, fiendis, committendis, & capiendis, ſive deprædandis in futurum, ac etiam pro ſale conducendo ad ipſam Civitatem Saonæ contractando, & extramittendo in futurum dicta durante guerra, ac etiam poſt. Mandando omnibus ſuis Officiariis, & Magiſtratibus, ac Gubernatoribus, & Locumtenentibus tam in Civitate Saonæ, quam alibi, & cuivis Officio, ſive cuivis perſonæ ſuper præmiſſis prorſus, penitus, & omnino deneget totalem audientiam contra dictos Cives, habitatores, incolas, vel diſtrictuales Saonæ. *Reſponſio.* Contentamur, quia videtur eſſe juri conſentaneum. Volentes igitur nos, quod prædicta omnia ſibi obſerventur inconcuſſe, mandamus tenore præſentium

ANNO 1464. tium Regulatori, & Magiſtris intratarum noſtrarum, utriusque Cameræ noſtræ Gubernatori, ac Poteſtati, cæterisque Officialibus noſtris prædictæ Civitatis noſtræ Saonæ præſentibus, & futuris, quatenus has noſtras Litteras, & in eis contenta ad unguem obſervent, & faciant inviolabiliter obſervari ſub indignationis noſtræ pœnâ. In quorum &c. Datum Mediolani die ſabbati tertio menſis Martii 1464. Bo. Signatum Cichus.

Extracta ſunt præſens Copia a Regiſtro inſcripto Sub Litteris D. D. *Ducis* PHILIPPI MARIÆ ANGLI *Vicecomitis exiſtente in Regio Archivio Caſtri Portæ Jovis Mediolani, in papiro ſcripto. Datum Mediolani die trigeſima menſis Octobris anni* 1759.

Examinavit JOANNES FRANCISCUS STRIGELLIUS *Regii Archivii Officialis.*

CCXXXI.

26. Mars. *Juramentum Fidelitatis præſtitum per univerſam Communitatem Civitatis* SAVONÆ, *Domino* FRANCISCO SFORTIÆ, *ejusque Conjugi* BLANCÆ *Duci & Duciſſæ Mediolani. Actum in Epiſcopatu Savonæ die* 26. *Martii. Indictione* XII. *Anno* 1464. [Pièce authentique, tirée des Archives Royales du Château de Milan, Regiſtre D. D.]

IN *Nomine Domini Amen.* Anno à Nativitate ejusdem milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo quarto, Indictione duodecima, die vigeſimo ſexto menſis Martii. Conſtituti coram Illuſtri, & Magnifico Domino Domino Conrado de Foliano armorum &c. Capitaneo, ac Gubernatore, & Locumtenente in Civitate Saonæ, & partium Januenſium circumſtantium pro Illuſtriſſimo Principe, & Excellentiſſimo Domino Domino Francisco Sfortia Vicecomite Duce Mediolani &c. Papiæ, Angleriæque Comite, ac Cremonæ Domino, nec non & Illuſtriſſima, & Excellentiſſima Domina Blanca Maria Vicecomite Duciſſa Mediolani &c. prælibati Illuſtriſſimi Domini Ducis Conſorte pro infraſcriptis omnibus, & ſingulis ſpecialiter fiendis, promittendis, & explicandis: Infraſcripti Spectabiles Domini Antiani prædictæ Civitatis, & Communitatis Saonæ, nec non & Nobiles Cives, & ſingulares perſonæ dictæ Civitatis, & Communitatis Saonæ, quorum nomina ſunt videlicet: Nomina Dominorum Antianorum ſunt videlicet: Dominus Gaspar Zocha Prior Officii, Dominus Raffael de Monelia Subprior, Dominus Raymundus Vegerius, Dominus Steffanus de Zocho, Dominus Antonius Axillus, Dominus Antonius Ferrerius, Dominus Steffanus Fodratus ſubrogatus loco Nobilis Domini Johannis Fodrati infirmantis. Rationales Communis Saonæ, Dominus Girardus Richerinus, Dominus Baptiſta Vacha, Dominus Odoardus de Cavaleriis aurifex. Nomina duodecim Officialium adjunctorum, Dominus Bertholomeus Bellonus Legum Doctor, Dominus Gambarinus de Gambarana Legum Doctor, Dominus Angelus Vachus, Dominus Nicolaus Spinula, Dominus Nicolaus Maſſa Legum Doctor, Dominus Franciscus Catulus, Dominus Antonius Sanſonus, Dominus Andriolus de Marcheto, Dominus Petrus Saxius, Dominus Petrus Marretus, Dominus Johannes Filippus, Dominus Marcus Floritus. Nomina Hominum habitatorum Quarterii ſancti Andreæ ſunt videlicet: Blaxius Busius cum uno filio, Manuel Corrazarius, Johannes Germanus cum ejus filio, Melchion de Orchio, & ejus Frater, Martinus Fornarius cum duobus filiis, Antonius Bertorotus, Raymundus Serixola, Franciscus Scatius, Antonius Bugius, Benedictus Conſtantinus, Petrus Carraria, Andreas Girabellus, Baptiſta Draghus, Johannes de Simonis, Laurentius Carus, Johannes Philippus, Luchinus Bertorucius, Gaspar Socha, Paulus Strapontinus, Bertholomeus de Odino, Bartholomeus Philippus cum filiis tribus, Johannes Viuia, Johannes de Uxilia, & Fratres, Bartholomeus de Rippa cum filiis duobus, Antonius Bertorotus, Johannes de Judicibus, Laurentius Bertonascus cum Fratribus duobus, Antonius de Turtona, Petrus, & Johannes de Figeliis cum filiis quatuor, Bartholomeus Boxius cum ejus filio, Bartholomeus Bertorotus, Doardus Galiardus cum ejus filio, Johannes Gara, Antonius Sanſonus, Steffanus Samine cum filiis duobus, Johannes Fornarius cum Fratribus tribus, Bartholomeus Noraseus, Antonius Pontius, Ambroſius Lealis eum ejus Fratre, Adamus Borarius cum ejus Fratre; Johannes Porta, Bartholomeus Porta, Gulielmus Brachus, Donarius Maſſafius, Johannorius Barcharolus, Bartholomeus Belingerius, Andreas Petrus eum ejus filio, Andreas de Dego, Symon Lanria, Johannes de Cumo, Johannes de Carreto cum Fratre ejus, Landifius Maſſa, Bartholomeus de Piſſis, Bartholomeus Siſridus, Raffael Vigerius, Magiſter Georgius Pinorius, Johannes de Saulo, Johannes Anfortius, Petrus Murafana cum duobus filiis, Baptiſta Garonus, Gianus de Cunio, Giraldus Richarinus, Auguſtinus de Cunio, Jacobus Salicetus, Johannes Pater Noſter eum ejus filio, Franciscus de Zocho, Georgius de Nuceto, Jacobus de Bergalio, Jacobus de Rixis, Antonius de Carlo, Blaſius Rircarius, Johannes Baſſus cum filiis tribus, Steffanus Saulus, Johannes Gionus eum filiis duobus, Ambroſius Dalfinus, Paulus Vialis, Johannes Ferros, Nicolaus Spinula, Bartholomeus Sachus, Magiſter Johannes de Glimbatiis, Chriſtoforus Crovaria, Bernardus Dalphinus, Gaspar Ganorus, Angelus Sachus, Gaspar Pater Noſter, Dominus Nicolaus Maſſa Legum Doctor, Jacobus Fortis, Petrus Ganorus, Bernardus Roitus, Petrus Pontius, Julianus Morrus, Rolandus Garretus, Franciscus de Rucre, Johannes Meninus, Franciscus Paliſonus, Petrus Roitus, Johannes Buchalla cum filiis duobus, Jacobus Regina, Andriolus de Marcheto, Auronius Dalphinus, Lucianus Natonus, Baptiſta Adobatus, Johannes de Plana, Georgius Ponzibolus, Marcus Ranixius, Baptiſta de Auguſtino, Bartholomeus de Tacho, & Thomas ejus Frater eum filiis duobus, Baptiſta Mocuſanus, Laurentius Micolarius, Bartholomeus Berta, Guilielmus Dordonus, Julianus Vivaldus, Lazarinus Baſſanigus, Martinus Spinula, Baptiſta Ferrarius, Auguſtinus Jarella, Dominus Alexander Spinula Legum Doctor, Lurianus Spinula, Julianus Pizardus, Steffanus de Cario, Blaſius Bonus, Johannes Marianus cum filiis duobus, Nicolaus Richetus, Johannes Scareta, Antonius Jhachinus, Antonius Troſcius, Dominus Bernardus Rudatius cum filiis tribus, Paulus Birtius, Expertus de Monliono, Antonius Ratubernus. Nomina Hominum habitantium in quarterio ſancti Johannis ſunt videlicet: Lodivius Traverſagnus, & Frater, Baptiſta Gavotus, Lazarus Feus, & Fratres, Fabianus Marinus, Baptiſta Peronus, Andreas Feus, Baptiſta de Nuceto, Franciscus Catulus, Paulus Sachus, & filius, Raymundus Vegerius, & filius, Jacobus Vegerius, Lucas Natonus, & Nicolaus ejus Frater, Leonardus de Ruere, Bartholomeus de Terminelis cum Fratribus ejus, Benedictus Jupus, & filii, Bartholomeus Tarditus Notarius, Rafaël de Monelia, Johannes Carraria, & Fratres, Thomax de Carlo, Franciscus Gozus, Chriſtophorus de Cruce, Franciscus Maſſa, Antonius Brunenghus, & Frater, Johannes Maſſa, Argonus Nabonus, Anſaldus Baſſus, Bartholomeus Trula, Matheus de Guilielmis cum filiis, Petrus Amodeus, Angelus Corſarius, Leonardus Maſſa, Baptiſta Corſarius eum filiis tribus, Dominus Marculus de Portu Mauricio, Zerimanus Barberius cum filiis, Bartholomeus Sanſonus, Anſaldus Schinchinus, Baptiſta de Rivello, Aycardus, & filius Franciscus de Axilu, Antonius Axillus, Georgius Tubronus, Ambroſius Axilius, Jacobus de Eccleſia, Guilielmus Sirratus, Bartholomeus Sirratus, Antonius Ferrarius, Bartholomeus de Angelo, Bartholomeus Juppus, Jacobus de Ubertis, Nicolaus Bonorinus, Symon Perrondus, Bartholomeus Gaſtodinghus, Nicolaus de Monliono, Steffanus de Tartona, & Frater, Leonardus de Girardis, & filius, Guilielmus de Bo de Saxello, Dominicus Giarola, Marcus Floritus, & filii, Obertus Biringarius, & filii, Steffanus Conſanonerius, & filii, Jacobus Pontius, Johannes Gaii, Johannes Aymarius, Bartholomeus Bonardus, Andreas de Lomaſio, Johannes Ereherio, Johannes Monſaſchus, Petrus Galaſſius, Magiſter Johannes de Cremona Rector Scolarium, Manfredus de Manfredonia, Piscarinus Gloria, & Frater, Johannes Driota, Paulus de Rivalda, Jacobus de Caſtro Dalphino, Laurentius Floritus, Vincentius Floritus, Lancelotus de Iliranta, Johannes Grifus Lacurina, Nicolaus Brunellus cum filiis, Galeotus de Symonis, Petrus de Monſiono, Jacobus de Lorenſa, Bartholomeus de Viglora, Baptiſta Floritus, & filii, Manuel Viglora, Petrus de Viglora, Steffanus de Cultro milio, Baptiſta Griffus, & filii, Steffanus Brachus, Baptiſta Cazutus, Antonius de Mandelo, Johannes Divitius, Andreas

ANNO 1464.

ANNO 1464. dreas Fornarius, Gabriel de Stella, Chriſtoforus de Johanua, Baptiſta Schalia, Johannes Biſſotus, & filii, Andreas de Viglora, Bartholomeus Galus, Lodiſius Pinctor, Nicolaus de Matheo, Laurentius Dada, Guilielmus de Muzante, Johannes Sachus, Johannes de Ceva, Gartinus Bota, Bernardus de Binaconta, Raffaël Ranchenus, Bartholomeus Quartinus, Nicolaus Badiſonus, Johanninus Artinus, Antonins de Laſtrego, Antonius Bozius, Jheronymos de Rogerio Affinator, Antonius de Vigando, Georgios Morrus, Leonardus Merlinus, Antonius de Como, Jacobus de Eccleſia, Leonardus Vaſirius, Catanius de Como, Pelegrinos de Raſtavario, Nicolaus de Vadeltutia, Jacobus de Fontanegio, Carolus de Carreto, Johannes Jhiaginus, Bartholomeus Barberius, Melchion Agnexia, Johannes Fulchos, Alegrus Buta, Franciscus Doctinus, Magnanus de Munliono, Angordus de Morinello, Philippoa de Sinctura, Franciscus Petitus, Jacobus Machiſanus, Thomas Striaidus, Luchinus de Marcho, Georgius Vialis, Baninus Birta, Antonius Rapalinus, Benedictus Baſſus, Antonius Groſſus, Israndus de Monctia, Octavianus Corſus, Johannes Spinula, & Fratres, Johannes Cayrozius, Johanninus Armanus, Gabriel Mascola, Antonius Juppus, Johannes Scopirios, Hermivetus Sachus, Johannes Corſus, Urbanus Vigerius, Petrus Regina, & Frater, Johannes Sirratus, Lucianus Natonus, Andriolus de Marcheto, Andreas Multidus, Nicolaus de Orcho, Paulus Grollius, Antonios Scarella, Raffael Sanſonus, & Fratres, Euſebius de Novate, Paulus Pater noſter cum filiis, Eutichus de Paſſale Teſtor, Enrichus Berta, Luchinus Boufante, Carlinus Vinia, Andreas Patarelus, Johannes Virzelinus, Johannes Pizzanus, Jacobus de Rivata, Henrichos Galaria cum filiis, Franciscus de Frachia, Bartholomeus Suppata, Petrus Blancus, Chriſtoforus Barutius, & Frater, Laurentius Barbanus, Lorenzius Piretos. Nomina verò Hominum habitatorum quarterii ſancti Petri ſunt iſta videlicet: Dominus Gambarinus de Gambarana, Petrus Belingerius, Thomas Sanſooos, & filii, Julianus de Modena, Maximus Griffus cum duobus, Paulus Pater noſter cum ſeptem filiis, Gabriel Vigna, Dominicus Balionos, Jacobus Invrea Sartor, Johannes Montanarius cum filio, Lodiſius de Crema cum Fratre, Petrus Lodus, Antonioa Galus cum doobus filiis, Nicolaus Rubeus, Bartholomeus Gavotus, Blaſius Vercelinus, Johannes Jhanellus de Fimario, Rolandus Garretos, Guilielmus Cagnora, Baptiſta de Ferrariis Ligator Ballarum, Johannes Tiranus, Dominicus Menaſerius dictus Barberius, Bonifacius de Larchinoto, Campionus de Campionibus, Demordeus de Campionibus eum Fratribus, Johannes Adobatus, Johannes de Pagil, Antonius Tagliardus, Maſiolus Maco, Japucius cum Fratre, Maſiolus Mombellus Japucius, Johannes de Como, Jacobus Gregorius de Rappallo, Bartholomeus de Recho, Thomas Ravinus, Johannes Bozellos Calegarius, Luchas Maſſapellus Calegatius, Petrus de Odino Calegarios, Johannes Jordanus quondam Bartholomei Calegarius, Johannes Jhapapetra cum Fratre, Bartholomeus de Zocho cum filiis, Dominus Michaël Breſſanus cum filio, Antonius Rusca, Eligius Lantia, Johannes Breſſanus, Antonius Breſſanus, Franciscus Fodratus cum Fratre, Raffael de Riario filius Blanchinæ, Raffael de Riario, Johannes Catulus, Petrus Saxius; Dominus Nicolaus de Garibado Januenſis, Carolus Breſſanus, Jacobus Cauda, Petrus de Mella, Angelus de Mella, Thomas Bava cum Fratre, Ugolinus Quarterius, Bartholomeus Baleſtrinus, Lucas Penacius, Raffael Bergerius unctor, Bartholomeus Bogerius unctor, Johannes Marretus, Marcus Murator, Bernardus Burlus, Nicolaus Fodratus, Conrenus Moſſius cum Fratre, Anrietus Domoſſius, Jacobus Tozetus, Nicolaus Moſſius, Marchion de Bergalio, Ugolinus de Bergalio, Philippus Dondonos cum filio, Steffanus Rebuſſus cum filio, Antonius de Clavaro, Petrus Cervegius, Laurentius Piſſardos, Antonius Vialis, Franciscus Arnegius, Laurentius Bertalos, Mombellus Japucius cum filio, Bartholomeus Fagianus cum tribus Fratribus, Franciscus Lanterios Fornarius, Franciscus Grixus, Petrus Bareta cum filio. Nomina verò habitantium ſuper ſuburbio Portæ Villatæ quarterii Beatæ Virginis Mariæ ſunt videlicet: Franciscus de Nucero, Bernardus de Uxilia, Johannes Richetus, Blaſius Ramondinus, Manuel de Uocio, Johannes Lambertus, & Frater, Johannes Marronus, & Frater, Henricus Gallaria, Paulus Chinelus, & filii, Antonius Batarelus, Franciscus de Uxilia, Jheronymus de Cario, Johannes Arnaldus, Luchinos de Andoria, Franciscus Conſtantius Ferrarius, Guilielmus Aſſidatus, & Frater, Julianus de Cario Murator, & filius, Antonius Niger, & Filii, Nicolaus de Frachia, Georgius Bertonus, Guilielmos Corſus, Johannes de Uxilia, Ubertus de Monlione, Alexander de Riparia Ortolanus, Johannes Goaschus, & filius, Johannes Natinus, & filii, Johannes Maſſaria, Franciscus Gaya, Johannes Paganus, Antonius Parodus, Petrus Bozulus, Ambroſius Scottus, Johanues Goarnerius, & filii, Baſtianus de Cario, Johannes Pithacus, Andreas Merixia, Antonius Merixia, Petrus Viota, Blaſius Agnoyzæ, Bernardus Liouus, Laurentius Natarellus, Nicoloxinus Corſus, Janonus de Dego, Petrus Rebella. Nomina vero Hominum habitantium in quarterio Beatæ Virginis Mariæ ſunt videlicet: Berthomus Scotrus quondam Nicolini, Franciscus Gaya, Johannes Robertus, Chriſtoforus Robertos Calafatus, Bartholomeus Viglora Lardius, Antonius de Finario Teſtor pannorum, Lucianus Aſtultius, Paulus Bertonus, Antonelus Corſus Formagiarius, Johannes Segnascus Laverus, Johannes Cagnola, Georgius Cagnola, Antonius Cagnola ambo filii dicti Johannis, Jacobus Fialus, Obertus de Vallebella, Baptiſta Sanſonus unctor Pannorum, Antonius Dorata Unctor, Andreas Steffani, Saonius de Aſtulfis, Johannes Bava, Jolianns Bava Fratres quondam Carbini, Johannes de Suno, Bartholomeus de Simonis, Gaspar de Simonis, Melchion Blanchus, Antonius de Odino Ductor, Michael Borgagius, Johannes Cazulus, Bartholomeus Cazulus, Aron Fialus Unctor, Steffanus de Sari, Albengus Lambertus, Thomas de Odino Calegarius, Petrus ejos filius, Johannes Fide, Petrus Vaſtallus, Saoninus Griffus, Ugetius de Valle, Franciscus de Bo Unctor, Laurentius Baluri, Symoninus de Valida, Petrus Stella Barberius, Guilielmus Groſſus Unctor, Bartholomeus de Neapoli, Petrus de Neapoli, Bartholomeus Badus, Andreas Piſtonus, Jacobinus Ricius, Bernardus Prancinos, Bartholomeus Prancinus, Dominicus Prancinus, Magiſter Franciscus Stella, Johannes Stella, Jacobus Stella, Baptiſta Fuleherios, Paulus Brixus, Baptiſta Tozetus, Marchetus Bethinos, Hanricus Figarelus, Paulus Vergagnos, Curenos Moſſius, Iacobus Nanus, Bartholomeus Bogerius, Nicolaus Aſtator, Ambroſius Brunenghus, Bertola Muſſus, Baptiſta Nanus, Vincentius Nanus, Antonius Arnaldus, Johanues Ferrarius, Petrus Marretus, Andreas de Rocha, Bartholomeus Marretus, Jacobus Peginus Uuctor, Steffanus de Rocha, Antonius de Vuneta, Baſianus Paylinos, Antonius Ghietus, Antonius Aycardus, Jacobus de Varcio, Philippus Rolevius, Laurentius Zocha, Antonios de Marcho, Johannes de Rogeriis, D. M. Chriſtoforus Forcherius, Conſtantius Ruela, Johannes Ruela, Silvester Ruela, Ignacius Tondatus, Steffanus Moronos, Dominicus de Viviano, Petrus de Monſate filius Martini, Baptiſta Vacha, Petrus Buchaordeus, Georgius de Ferrariis, Petrus Andreas de Ferrariis, Steffarius de Zocho, Cosma de Zocho, Johannes Garabelus, Franciscus Embronus, Petrus Mernaldus, Urbanus Cortus, Antonius de Venexia Scoperius, Bernardus de Venexia, Johanues de Franciſchis, Antonius Perachinus, Jacobus Judex Sattor, Bartholomeus Morenus, Bartholomeus Bertorotus, Michael Bertorotus, Johannes Corſus Filator, Petrus de Cario, Nicolaos Corſus Filator, Ugonus Corſus, Thomas Rolevius, Antonius Batixonus, Jacobus Lisnardus Botarius, Conrenus Communalis, Martinus de Judicibus Barberius, Nicolaos Laucia, Johannes Canera, Gabriel Perachinos, Urbanus Campacius, Petrus Cracius, & filius, Rolandus de Rocha taliata Fornarius, Thomas de Uxilia, Anguſtus de Uxilia, Philippus Barixoous, Franciscus de Saulo Fornarius, Bartholomeus Cerixola, Raymondus Cerixola, Georgius Sanibaldus, Johannes de Crapiata Calegarius, Baldaſal Otraclus, Symon Berzus. Et qui omnes, & ſingull tam in genere, quam per poblicum Proclama, & quam in ſpecie ad domum habitationis ipſorum, & cujuslibet ipſorum ſecundum ritum, & conſuetudinem dictæ Civitatis pro infraſcriptis, & ſimilibus fieri conſuetis, & quilibet eorum unanimes, & concordes, & nomine eorum discrepante, ſuis nominibus propriis, & nomine, & vice omnium aliorum Civium, & Univerſi Populi Civitatis Saonæ, quem tamen ipſi ſupraſcripti repræſentavetunt, & repræſentant, pro ut dixerunt, & proteſtati fuerunt, volentes, & intendentes adimplere, & executioni mandare omnia ea, quæ nomine prædictæ Communitatis, & eorum, & uniuscujuque eorum

ANNO 1464.

nomine

ANNO 1464. nomine in manibus Illuſtriſſimorum Dominorum Dominorum Ducis, & Ducifſæ Mediolani promiſſa fuerunt per ſupraſcriptos Spectabiles Dominos Gambarinum de Gambarana Legum Doctorem, & Conitem Palatinum Johannem Bechalam, & Johannem Philippum omnes Cives Civitatis Saonæ, & de quibus in Inſtrumento fidelitatis per eos tactæ in manibus præfatorum Illuſtriſſimorum Dominorum Dominorum Ducis, & Ducifſæ, nomine dictæ Communitatis continetur, & fit mentio, & de quo rogatum fuit Inſtrumentum per Spectatiſſimum Dominum Cichum Symonettam Notarium, & Secretarium præfatorum Illuſtriſſimorum Dominorum Dominorum ſub die tertio præſentis menſis, ſeu alio die in eo Inſtrumento contento, de qua promiſſione ſupraſcripti omnes Cives, & perſonæ ſuperius nominatæ pro ut ibidem dixerunt, expreſſam noticiam habuerunt, & habent. Voluntariè, ſponte, & ex certa ſcientia, nulloque errore ducti, & alias omnibus modo, jure, via, & forma, quibus melius potuerunt, & poſſunt, etiam ad inſtantiam, & requiſitionem mei Notarii infraſcripti perſonæ publicæ ſtipulantis, & recipientis nomine, & vice præfatorum Illuſtriſſimorum Dominorum Dominorum Francisci Sfortiæ Ducis Mediolani, & Blancæ Mariæ Ducifſæ Mediolani Conſortis ſuæ, Dominorum Mediolani, & aliorum quorumvis, quorum intereſt, intererit, vel intereſſe poterit quomodolibet in futurum, fecerunt, & faciunt, ac juraverunt, & jurant ſpecialiter, & expreſſe ſupraſcripti omnes Antiani, Cives, & habitatores Civitatis Saonæ ſucceſſive, & in inſtanti, ordine ſucceſſivo continuato, in manibus præfati Illuſtris Domini Domini Conradi præſentis, ſtipulantis, & recipientis nomine, & vice præfatorum Illuſtriſſimorum Dominorum Dominorum Ducis, & Ducifſæ pro ſe ſe, nec non pro eorum filiis legitimis, & in Dominio, & Statu ſuis ſucceſſuris, tactis corporaliter cum eorum omnium manibus ſacroſanctis Scripturis, & Evangeliis in, & ſuper uno Miſſali, quod idem præfatus Dominus Conradus ſuis tenebat manibus debitum fidelitatis, & obedientiæ juramentum, promittentes, ac promiſerunt, & promittunt præfati Domini Antiani, Cives univerſi, & ſingulares perſonæ dictæ Civitatis Saonæ & ut ſuprà, ac ipſa tota Communitas, & Univerſitas Saonæ erunt, ſtabunt, & permanebunt veri, boni, & fideles Subditi præfatorum Illuſtriſſimorum Dominorum Dominorum Ducis, & Ducifſæ, & deſcendentium ſuorum ut ſuprà, & ipſorum Illuſtriſſimorum Dominorum Dominorum, & ſuorum hæredum ut ſuprà toto ſuo, & dictis nominibus poſſe Dominium exaltabunt; quodque non erunt in conſilio, quod dicto, vel facto vitam, vel membrum perdant, aut perfide capiantur. Secreta etiam præfatorum Dominorum ipſis credita per ipſos Illuſtriſſimos Dominos, ſeu eorum hæredes, aut per eorum Nuncios, ſive Litteras ad ipſorum Dominorum ſuorum damnum nemini propalabunt, nec manifeſtabunt; & quod nullo umquam tempore ſe retrahent à ſervitiis, & obedientia præfatorum Dominorum ut ſuprà; quin immò ſemper, & omni tempore, & in omnem fortunæ, & temporis eventum in eorum fide, & obedientia perſeverabunt; & quod numquam committent, aut tractabunt per ſe, ſeu aliquem eorum, aut committi, vel tractari per alium, ſeu alios facient aliquid contra Statum præfatorum Dominorum, nec tractanti, aut committenti favebunt, ſeu conſentient, quin Immò ſi aliquid, quod abſit, tractari contigerit, quam prius ſenſerint quod aliquid tractaretur, ſeu committeretur contra Statum, & perſonam præfatorum Dominorum, & deſcendentium ut ſuprà, illud per ſe, vel Nuncios, aut Litteras quam citius propalabunt præfatis Dominis, aut eorum Officialibus, & tamen ne id fiat impedient, & toto poſſe reſiſtent. Et quod ſimiliter turbabunt, & impedient omnia, & ſingula, quæ eſſent, aut eſſe poſſent in damnum, præjuditium, vituperium, ſive dedecus præfatorum Dominorum Principum ut ſuprà, & ſui Dominii, ſive Status, & quod in caſu quo poſt adeptum Dominium Januæ, ipſi Januenſes ſe rebellarent contra ipſos Principes, & Statum ſuum prædictum, aut vellent ſe ſubtrahere à dicto Dominio, & ſubjectione præfatorum Dominorum, tunc, & eo caſu ipſi omnes Cives, nec non alii omnes habitantes in dicta Civitate Saonæ, & diſtrictu, ac Territorio ipſius tenebunt, & manutenebunt Statum, & Dominium, Regalia, Juriſdictionem, honores in dicta Civitate, & diſtrictu, ac Territorio nomine præfatorum Dominorum ut ſuprà, ita, & taliter, ſicut, & qualiter fideles, & legales Subditi debent facere, & tenentur pro ſuo vero Domino, & quod adjuvabunt ipſos Illuſtriſſimos Dominos, & eorum hæredes ut ſuprà ad defendendum, & manutenendum, ac retinendum Civitatem prædictam, & omnia, & ſingula bona prædictorum Dominorum, etiam ubique conſiſtentia; Et ſi aliquid, quod abſit, perderetur in damnum ipſorum Dominorum, ad illud recuperandum, & recuperatum contra omnem hominem manutenendum, omnem eorum bonam operam, ac auxilium, conſilium, opem, & favorem toto ſuo poſſe dabunt, & præſtabunt, non obſtantibus quibuscumque pactis, ſive conventionibus, ſi quæ ſunt, inter dictum Commune Januæ, & prædictos Saonenſes, & in omnibus, & per omnia juraverunt, & jurant facere omnia, & ſingula, quæ facere tenentur, & debent veri, & fideles Subditi pro ipſorum veris Dominis. Ratificantes etiam, & approbantes ultra prædicta omnia, & ſingula promiſſa, & jurata in manibus prælibatorum Principum ut ſuprà per dictos Dominum Gambarinum, Johannem Bechalam, & Johannem Philippum nomine Communitatis prædictæ; & de quibus promiſſis, & juramento latius continetur, & fit mentio in prædicto Inſtrumento rogato per præfatum Dominum Cichum Symonettam Notarium, & Cancellarium ut ſuprà, quorum omnium noticiam habuerunt, & habent: Ac denique promittentes, & renunciantes ſupraſcripti omnes Anciani, & Cives ſuperius nominati, & unusquisque eorum ſuis, & dictis nominibus exceptioni non præſtitorum prædictorum juramenti fidelitatis, & obedientiæ, omniumque, & ſingulorum ut ſuprà non ſic actorum, factorum, & promiſſorum, ac omni alii juri, exceptioni, & defenſioni in contrarium. Actum in Epiſcopatu Saonæ, præſentibus Spectabile, & Egregio Legum Doctore Domino Baldeſare de Curte Ducali Vicario Generali, Domino Chriſtoforo Panigarola de Mediolano, Antonio de Cardano Ducali Familiari, omnibus de Mediolano, Spectabile, & Egregio Legum Doctore Domino Alexandro Spinula, & Spectabile, & Generoſo Viro Domino Paulo de Hauria ambubus Civibus Januæ, omnibus Teſtibus idoneis ad præmiſſa ſpecialiter vocatis, & rogatis. ANNO 1464.

Ego Dominicus de Zoiis de Felizano filius Johannis Thomæ Aſtenſis Dioceſis publicus Imperiali auctoritate Notarius, & nunc Cancellarius præfati Magnifici Domini Couradi ſupraſcriptum Inſtrumentum, & ſupraſcripta omnia ſimul, & ſeparatim, ac in ſolidum cum Jheronymo Socha Notario Saonenſi rogatus tradidi, ſupraſcriptisque omnibus, & ſingulis, dum ſic agerentur, præſens ſui ſimul cum ipſo Jheronymo, & quia multis aliis variis negociis occupatum me reperi, præſens Inſtrumentum infraſcripto Auguſtino de Pado Notario ad in hanc publicam formam redigendum tradidi, & hic me cum ſigni mei Tabellionatus conſueti appoſitione in Teſtimonium præmiſſorum ſubſcripſi.

Ego Auguſtinus de Pado natus quondam Domini Gabrielis publicus Imperiali auctoritate Notarius Mediolanenſis Portæ Ticinenſis, Parochiæ Sancti Victoris ad Putheum inpoſitione mihi facta per ſupraſcriptum Ser Dominicum Notarium, qui aliis occupatus erat negociis, præſentis, ſeu ſupraſcriptum Inſtrumentum in hanc publicam formam redegi, & ſcripſi, & in fidem præmiſſorum me ſubſcripſi.

Extracta fuit præſens Copia à Regiſtro inſcripto ſub Litteris D. D. *Ducis* PHILIPPI MARIÆ ANGLI *Vicecomitis exiſtente in Regio Archivio Caſtri Portæ Jovis Mediolani in papiro ſcripto. Datum Mediolani die trigeſima menſis Octobris anni* 1719.

Examinavit JOANNES FRANC. STRIGELLIUS *Regii Archivii Officialis.*

CCXXXII.

Capitula inter FRANCISCUM SFORTIAM *& ejus Conjugem* BLANCAM, *atque Communitatem* JANUÆ *poſt translationem dictæ Communitatis in præfatos Duces, firmata. Actum Januæ die* 19. *Mati. Indictione* XII. *anno* 1464. Cum CONFIRMATIONE *& Ratificatione Ducis præfati. Data Mediolani ultima Mati* 19. Mai.

Anno

ANNO 1464. *Anno* 1463. Nec non MARIÆ BLANCÆ *ejus Conjugis. Datum Mediolani die 7. Junii anno ut ſuprà.* [Pièce authentique, tirée des Archives Royales du Château de Milan, Regiſtre D. D.] ANNO 1464.

FRANCISCUS Sforcia Vicecomes Dux Mediolani &c. Papiæ, Angleriæque Comes, ac Januæ, & Cremonæ Dominus. Nulli fere mortalium ambiguum, aut obſcurum eſſe arbitramur, qualis quantaque fuerit, ſuperiorum temporum recordatione, benivolentia, atque animorum conjunctio Illuſtriſſimis Principibus Vicecomitibus, & Inclytæ huic Mediolanenſi patriæ cum Excelſa Republica Genuenſi, quantaque extant utrinque collata, & ſuſcepta beneficia memoratu quidem digniſſima, quæ omnia recenſere longum eſſet, & veluti ſupervacaneum; quorum omnium originem, & fundamenta, ſi qui diligentius inquirat, nonnihil in virtute, & naturali quadam neceſſitate poſita eſſe fatebuntur, quippe quod quemadmodum inter ſe ſe finitimæ Urbes, & Populi, & mutua commercia agentes, ita & honeſtati, & gloriæ ſemper ſtuduerunt, & ut eſt Urbs illa Genuenſis antiquiſſima, & præſtantibus, & optimatibus Viris repleta, ſic & navalibus, terreſtribusque geſtis præclariſſima, ipſis quondam Illuſtriſſimis Prædeceſſoribus noſtris obſequentiſſima continue extitit. Quanto autem ſtudio, atque officio omni tempore, & dum in adipiſcendo hujus Mediolanenſis Urbis Ducatu vobis, & Illuſtriſſimæ Dominæ Blancæ Mariæ Conſorti noſtræ omni jure debito inſudaremus, & poſtea cum aliis terum difficultatibus fatigaremur, nos, & Statum, fortunasque noſtras ipſa Inclyta Civitas Genuenſis proſecuta fuerit, non ſatis hic explicare poſſemus. Nos autem ſuperioribus annis, cum ipſa Civitas nonnullorum paucorum nequiciâ, & veluti quadam temporum iuclemenciâ vexaretur, & boni, atque innocentes ab iniquis, & malivolis opprimerentur, & omnis Genuenſium Respublica fluctuaret, ipſi Civitati mutuas reddere vices, & publicæ ejus paci, & tranquillitati, non minus quam totius Italiæ, cujus ſtudioſiſſimi ſumus, conſulere conati ſumus, & usque adeò elaboravimus, ut aliquando tes, & fortunas quoque noſtras in apertum diſcrimen adduxiſſe videremur. Accidit autem, annuente ipſo Optimo Deo Maximo, à quo omnis poteſtas data eſt, ut poſt tot bellorum turbines, variasque tempeſtatum procellas ipſa Civitas Januenſis in portum ſalutis ſe recipere, & priſtinam dignitatem, & decum recuperare, nobis autem, & rebus noſtris optimum, & ſolidum firmamentum afferre poſſe videatur, efficlumque eſt, ipſo inſpirante, & disponente Deo, ut ipſa omnis Civitas Genuenſis in nos cogitatus omnes ſuos direxerit, & omnium Nobilium, Artificum, & Populi conſenſu nos, maturâ, & diligenti conſultatione, & deliberatione præhabitâ, ad ſui regimen, & gubernaculum evocaverit. Cumque ſuperioribus diebus Magnificum, & Præſtantem Virum Gasparem Vicomercatum, Comitem Valentiæ, armorum Ductorem noſtrum ad eas partes, cum pleniſſimo Mandato, emiſiſſemus, non diſtulerunt ipſum cum omni noſtrorum turbâ in Urbem introducere, & in eum nomine noſtro, & pro nobis, ac præfatâ Illuſtriſſimâ Dominâ Conſorte noſtrâ, & filiis, & deſcendentibus noſtris masculis legitimis, natis & naſcituris, Civitatem ipſam, & ejus Dominium ſolemniter, & legitime transferre, cæteraque facere, quæ ſua ſponte, & optimâ ratione ducti Cives erga naturalem, & verum Dominum ſuum facere conſueverunt. Quæ omnia, & ſingula ab ipſius univerſæ Civitatis voto, & ſinceritate perfecta plane dignoſcimus, & acceptamus; attendentes ea maxime conſonare exhortationibus, & voluntati Sereniſſimi, ac Chriſtianiſſimi Domini Domini Regis Francorum, & Conceſſionibus, & Titulis nobis per Regiam ejus Maeſtatem antea factis, & conceſſis, de quibus latiſſima extant Documenta acta, & data anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo tertio, Indictione undecimâ, die vigeſimo ſecundo Decembris in Loco Novioni prope Abbatisvillam, & rogati per Petrum de Portis Præſbyterum Pariſienſem in Artibus Magiſtrum, & in Legibus Baccalarium Canonicum Antiſiodorenſem, & Collegiatæ Eccleſiæ Beatæ Mariæ ejusdem Civitatis, atque Theſaurarium publicum auctoritate Apoſtolicâ Notarium, nec non per Johannem de Salerna publicum Imperiali auctoritate Notarium, & Civem noſtrum Papienſem: cumque poſt aliquot deinde dies Excelſa ipſa Communitas, & Populus Genuenſis cum præfato Magnifico Comite Gaspare Locumtenente, & Gubernatore noſtro de noſtri conſenſu, & Mandato ad nonnulla Capitula, & conventiones, & conceſſiones devenerint, & ea ſimul concluſerint, atque firmaverint, petentes nunc demum ea, & eas à nobis approbari, atque confirmari; quorum omnium tenor talis eſt videlicet.

In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Beatiſſimæque Matris Virginis, Beatorum Johannis Baptiſtæ, & Evangeliſtæ, Principumque Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac Beatorum Simonis, & Thadei Protectorum Communis, & Populi Genuenſis, ac etiam Beatorum Laurentii Patroni, & Georgii Vexilliferi Communis Januæ, totiusque Curiæ Cæleſtis triumphantis, & ad honorem, exaltationem, augumentum, & ſublimationem perpetuam Illuſtriſſimi, & Præclariſſimi Principis Domini Domini Franciſci Sforciæ Vicecomitis Ducis Mediolani, Papiæ, Angleriæque Comitis, ac Cremonæ Domini, & ad pacem, & tranquillitatem Excelſi Communis, & Populi Januenſis, & Magnifici Conſilii Dominorum Antianorum Civitatis Januæ, & Univerſorum Civium dictæ Civitatis. Cum poſt multorum temporum varietates, quibus Respublica Genuenſis, quæ inter cæteras Orbis Nationes cum laude ſemper floruit, rum bellis externis, tum civilibus diſſidiis affecta eſſet, ita ut pene ad internecionem perveterum eſſe videretur, omnes demum cujuscumque ordinis Cives, & hi, quibus patriæ decus, ac ſalus cara erat, communi animo, ſublatis discordiis, conſiliuin, Divinâ Providentiâ, ſuſcepcrunt, Dominum perquirendi, qui ex tot mœroribus ad ſolatium, ex laboribus ad quietem, ex tenebris in lucem Genuenſe nomen revocare poſſet. Nam etſi ampliſſima Regna ſub bono Principe ſervari non modo, ſed augeri ſoleant, multo magis afflictæ res ſolent ſublevari; & inter cæteros Orbis Principes perſcrutati quinam tantis rebus ſufficere poſſe videretur, Dei ductu, inventus eſt Illuſtriſſimus, & Excellentiſſimus Princeps Dominus Franciscus Sforcia Vicecomes Dux Mediolani, Papiæ, Angleriæque Comes, ac Cremonæ Dominus, qui ſingulari virtute, magnanimitateque ſumma cum juſticiâ omnem vitam cum laude duxit, memorabili exemplo plutimarum rerum à ſe feliciter geſtarum, nomine, & re meritò Princeps præclariſſimus. Illum ergo, & ejus admirabiles virtutes, ejusque præclariſſima geſta, & qua prudentiâ, auctoritateque in gubernandis, regendisque Urbibus ſemper claruerit admirati, Genuenſi Imperio dignum judicantes, qui non modo ſervare illud, ſed extollere poſſe videatur, Illuſtriſſimamque, & Clariſſimam ejus Conſortem Dominam Blancam Mariam, ſuosque ex utroque filios maſculos de legitimo matrimonio natos, naſcimrosque, in Dominum, Dominosque recipere decreverunt, ſicut de deliberatione ſuperinde facta conſtat manu mei Gotardi Stellæ Cancellarii Communis Januæ Notarii publici hoc anno die decimâ nonâ Aprilis. Idcirco Magnificum Conſilium Dominorum Antianorum Communis Januæ, & eorum, qui interfuerunt, nomina ſunt hæc: Martinus Juſtinianus Prior, Johanues Calvus Notarius, Anfreonus Centurionus, Donaynus de Marinis, Martinus de Vultabio, Antonius de Vintimilio, Julianus Maruffus, Damianus de Grimaldis de Oliva, & Franciscus Lomellinus quondam Antonii; infraſcriptique Spectabiles, & Præſtantes Viri viginti quatuor ad infraſcripta ſpecialiter deputati, & quorum qui interfuerunt nomina ſunt hæc: Dominus Baptiſta de Goano Juris utriusque Doctor, Dominus Johannes de Serra Juris utriusque Doctor, Gaspar Cattanens, Nicolaus Juſtinianus de Campis, Franciscus Salvayghus, Lucas de Grimaldis quondam Anſaldi, Marcellinus Maruffus, Antonionus de Francis, Chriſtophorus Veneroſus, Hieronymus Stella Notarius, Johannes Ambroſius de Marinis, Benedictus de Nigro, Nicolaus de Furnariis, Bendineſſus Saulus, Petrus de Maiolo, Gregorius Lercarius, Karolus Lomellinus quondam Manuelis, Paulus de Auria, Jacobus de Placentia, Hieronymus Spinula, Johannes Bigna, & Laurentius Prexenda, habentes ad infraſcripta peragenda ſufficientem, & omnimodam poteſtatem, & baliam, ut conſtat ex deliberatione ſupraſcripta ſcripta manu mei jam dicti Notarii, & Cancellarii hoc anno die decimâ nonâ Aprilis, omni modo, viâ, jure, & forma, quibus magis, & melius potuerunt, & poſſunt, ſponte, & ex certâ ſcientiâ, nulloque juris, aut facti errore ducti, vel aliqualiter circumventi, & omni metu, dolo, & fraude cellantibus, agentes nomine, & vice Excelſi Communis Januæ elegerunt, & eligunt præfatum Illuſtriſſimum, & Excellentiſſimum Principem Dominum Franciscum Sforciam Vicecomitem Ducem Mediolani, Papiæ, Angleriæque Comitem, ac Cremonæ Dominum, & Illuſtriſſimam ejus Conſor-

ANNO 1464. tem Dominam Blancam Mariam Duciſſam Mediolani, & ſucceſſive Illuſtres eorum filios natos, & naſcituros ex eis de legitimo matrimonio maſculos illos ſcilicet, qui in Ducatu Mediolani ſuccedent in veros Dominos dictæ Civitatis Januæ, diſtrictus, & Territorii, & pertinentiarum ejusdem, & in Magnificum, ac Præſtantiſſimum Dominum Gaſparem de Vicomercato Comitem, & Procuratorem Ducalem eorum, & cujuslibet eorum nomine, ſicut de ejus Mandato, & Procurâ conſtat publico Documento Procuræ ipſius Illuſtriſſimi Principis Domini Ducis Mediolani, & ſeu Litterarum Ducalium ſubſcriptarum manu præfati Illuſtriſſimi Domini Ducis, & etiam manu Magnifici Cichi Ducalis Secretarii, & ſigillatarum ejus ſigillo hoc anno die vigeſimâ octavâ Martii, & quarum Litterarum tenor talis eſt videlicet:

FRANCISCUS SFORTIA Vicecomes Dux Mediolani &c. Papiæ, Angleriæque Comes, ac Cremonæ Dominus. Cum ſuperioribus jam actis diebus Sereniſſimus, ac Chriſtianiſſimus Princeps, & Dominus Ludovicus Dei gratiâ Francorum Rex volens in nos ab effectu demonſtrare illum benivolentiæ, & amoris affectum, quo ſemper ulla absque temporum intermiſſione nos ſuit æque proſecutus, ſua ſponte, motuque proprio Civitates Januæ, & Saonæ cum earum Tetritoriis quibuscumque tam maritimis, quam terrenis nobis de ſua liberalitate tradiderit, ſicuti publicis conſtat Documentis. Cumque earum Urbium tenutam, & corporalem poſſeſſionem aſſequi ſtuderemus, ut Regiæ Maeſtati obſecutum iri videremur, & ipſarum aliam, Saonam ſcilicet cum ſuis omnibus Territoriis, & diſtrictibus, Civibus ſe ſponte dedentibus noſtro Imperio adjunxerimus, nec multo poſt Albinganenſibus cum Riperia omni fere Orientali pari modo potiti fuerimus; & alteram vero ſcilicet Januenſem Civitatem, impediente Reverendiſſimo Domino Patre de Campo Fregoſo Dei gratiâ ejusdem Civitatis Archiepiſcopo, ad hue usque non receperimus, quod eo magis æquo animo ſerendum duximus, quo paci, & quieti ejusdem Civitatis potius quam bello advertſum ſe indulgere propoſuimus, & re in ipſa tanto attentiore verſemur animo, quanto magis cupimus eidem Regiæ Maeſtati ſatisfieri; decrevimus ad eandem Januæ Civitatem emittendum perſonam, quæ cum Antianis ipſius Civitatis in primis, & ſucceſſive cum protectoribus Comperarum Sancti Georgii, nec non cum omni alio quovis Magiſtratu, aut Præſidente, aut cum Nobilibus Civibus, & aliis quibuscumque perſonis, quacumque dignitate, aut honore fulgeant, ipſius jam dictæ Civitatis nomine noſtro initat, praticet, & concludat, quæ pro adimplemento voluntatis præfatæ Regiæ Maeſtatis noverit expedire; & propterea converſi ad Magnificum, Strenuumque Virum Comitem Gasparem de Vicomercato Valentiæ &c. Conſiliarium, & armorum Ductorem noſtrum dilectiſſimum, cujus ſingulari rerum gerendarum experientia, & ſumma in tractandis rebus prudentia plerumque uſi ſuimus, & in rebus quidem gravioribus, & arduis ad perfectum usque noſtræ voluntatis complementum duximus committendum, quippe quod de ipſo, non ſecus quam de nobis ipſis in omni re confidimus, ita ut nobis ab ſe ſatisfieri abunde non dubitemus. Quare tenore præſentium ex certa ſcientia, & de noſtræ proteſtatis plenitudine etiam abſolute, & alias omnibus modo, jure, viâ, & formâ, quibus melius, & validius poſſumus, & debemus, ipſum Comitem Gasparem facimus, conſtituimus, & deputamus generalem, & ſpecialem Procuratorem, & Mandatarium noſtrum, & quicquid melius dici, & eſſe poſſit, ſpecialiter, & expreſſe ad nomine noſtro, & pro nobis ineundum, praticandum, gerendum, capiendum, concludendum, & ſigillandum cum Magnificis Dominis de Conſilio Antianorum Communis prædictæ Civitatis Januæ, & ſeu cum Agentibus nomine prædicti Communis Januæ, nec non cum Magnificis Dominis Protectoribus, & Officio Comperarum jam dictæ Civitatis Januæ, atque etiam cum omnibus, & ſingulis Magiſtratibus, Præſidentibus, Nobilibus, Civibus, & ſeu particularibus perſonis, quicumque ſint, aut quibusvis dignitatibus, aut honoribus fulgeant, vel coujunctim, aut ſeparatim tam in prædictâ Civitate, quam in ejus Terris, Villis, Locis, atque diſtrictibus commorantibus, & exiſtentibus, etiamſi tales perſonæ eſſent, quæ Mandatum exigerent magis ſpeciale, & iude ad dicto nomine noſtro offerendum, promittendum, & obligandum prædictis omnibus, & ſingulis, ſingula ſingulis congruè referendo omnia, & ſingula bona noſtra mobilia, & immobilia præſentia, & futura, etiamſi talia eſſent, quæ velut nimis gravia non venirent in obligatione generali. Item ad dicto nomine noſtro recipiendum debitum fidelitatis, & obedientiæ juramentum à prædictis omnibus, & ſingulis tam prædictæ Civitatis Januæ, quam partium Januenſium ſub illis modo, tenore, & formâ, de quibus, & pro ut ſibi de mente noſtrâ plenillime informato melius videbitur, & placuerit. Et generaliter ad omnia, & ſingula dicto nomine noſtro tractandum, gerendum, exercendum, procurandum, & faciendum, pro ut nos ipſi facere poſſemus, ſi perſonaliter intereſſemus, & quæ in prædictis, circa prædicta, & quodlibet prædictorum neceſſaria fuerint, vel etiam opportuna, & quæ quilibet veri, & legitimi Legati, Procuratores, & Mandatarii facere poſſent. Dantes, & concedentes eidem Comiti Gaspari Procuratori, & Mandatario noſtro in præmiſſis omnibus, & ſingulis, circa prædicta, & quolibet prædictorum, & in dependentibus, & emergentibus ab eisdem plenam, largam, liberam, generalem, & ſpecialem adminiſtrationem, poteſtatem, auctoritatem, & baliam, cum pleno, libero, largo, generali, ſpecialique Mandato. Demum promittentes nos rata, grata, & firma habituros, & quod executioni mandari faciemus omnia, & ſingula, quæ per ipſum Comitem Gasparem Mandatarium noſtrum ut ſuprà acta, geſta, facta, recepta, & promiſſa fuerint nomine noſtro non aliter quam ſi præſentialiter feciſſemus, & quod contra prædicta, ſeu aliquod prædictorum nullo tempore contraveniemus, neque faciemus ſub obligatione noſtrâ, & omnium bonorum noſtrorum. Supplentes denique ex eadem poteſtate nnſtra omni defectui ſolemnitatum, quæ in hoc præſenti Mandato noſtro interfuiſſe debere dicerentur. In quorum teſtimonium præſentes fieri juſſimus, & regiſtrari, noſtrique ſigilli munimine roborari. Datum Mediolani die vigeſimo octavo Martii M CCCC. LXIV. Franciscus Sfortia Vicecomes manu propriâ ſubſcripſi. Cichus; Et ad cautelam in nos Cancellarios, & Notarios infraſcriptos Officio publico ſtipulantes, & recipientes nomine, & vice præfatorum Illuſtriſſimorum Dominorum ut ſuprà tranſtulerunt, & transferunt dictam Magnificam Civitatem Januæ, & omnes alias Civitates, Terras, Villas, Caſtra, & Loca dictæ Civitati Januæ ſpectantia, & pertinentia, & ſeu quæ dictæ Civitati Januæ ſpectare, aut pertinere poſſent tam ad præſens, quam in futurum, cum meto, & mixto imperio, gladii poteſtate, & omnimodâ jurisdictione; exceptis Civitatibus, Tertis, & Inſulis, ac juribus tranſlatis per Commune Januæ in Comperas, & ſeu in Magnificos Dominos Protectores Comperarum Sancti Georgii, quæ nou intelligantur incluſæ, vel incluſa iu præſenti tranſlatione, & Dominium, & poſſeſſionem, & tenutam dictæ Civitatis Januæ, Territorii, ac pertinentiarum, & Civitatum, Terrarum, & Locorum, & aliorum omnium prædictorum ſub modis, pactis, formis, conventionibus, & petitionibus infraſcriptis, & cum omnibus, & ſingulis juribus ſpectantibus, & pertinentibus, & ſeu quæ ſpectare, & pertinere poſſent Dominio dictæ Civitatis, præfatosque Illuſtriſſimum Dominum Ducem, Illuſtriſſimam Dominam Duciſſam, & ſucceſſive ſupraſcriptos eorum filios natos, & naſcituros de legiiuno matrimonio maſculos ut ſupra, receperunt, & recipiunt in eorum, & ſeu dicti Communis, veros Dominos, & eorum Dominationi, & protectioni ſe ſubjecerunt, & ſubjiciunt, conſtituentes ſe tenere, & poſſidere præfatam Magnificam Civitatem Januæ cum ſuo territorio, diſtrictu, & pertinentiis, Loca, & Terras nomine præfatorum Illuſtriſſimi Domini Ducis, & Illuſtriſſimæ Dominæ Duciſſæ, & filiorum, & etiam omnia, & ſingula ſuperius data, & tradita cum omnibus eorum juribus, honoribus, & prærogativis, donec, & quousque dictæ Civitatis, Territorii, & pertinentiarum, & aliorum prædictorum poſſeſſionem acceperint corporalem. Dantes, & concedentes præfati Magnifici Domini Antiani, & Officiales nomine, & vice Communis Januæ præfato Magnifico Domino Comiti dicto Procuratorio nomine, & per ipſum præfato Illuſtriſſimo Domino Duci, Duciſſæ, & filiis, & ſeu corum certo Nuutio, & Procuratori ad hoc poteſtatem habenti plenam, & liberam poteſtatem, licentiam, & auctoritatem apprehendendi, intrandi, & recipiendi corporalem, & actualem poſſeſſionem, vel quali dictæ Civitatis Januæ, diſtrictus, & Territorii, & pertinentiarum, & omnium, & ſingulorum ut ſuprà tranſlatorum, & conceſſorum, quando eis placuerit, & viſum fuerit. Qui præfatus Magnificus Dominus Gaspar Comes, & Procurator ut ſuprà benigne, ac teverenter dictam electionem, ac Dominii tranſlationem acceptans, & recipiens, dictis petitionibus, ac Capitulis vilis, perlectis, & intellectis, respondit, & illis omnibus ſingulariter conſenſit, pro ut in fine dictorum Capitulorum eſt annotatum.

ANNO 1464.

Et

ANNO 1464. Et primò quod præfatus Illuſtriſſimus Dominus Dux, Illuſtriſſima Domina Ducilla, & ſucceſſive eorum filii nati, & nasciturі de legitimo matrimonio ut ſuprà teneantur conſtituere in Civitate Januæ unum Locumtenentem, & Gubernatorem, qui vocetur Locumtenens Ducalis, & Januenſium Gubernator, qui ſit vir prudens, modeſtus, & magnæ auctoritatis, & quantum heri poteſt, moribus noſtris conformis; qui unà, & cum, & de Conſilio Magnificorum Dominorum Antianorum electorum, & eligendorum in Civitate Januæ regant, & gubernent Civitatem Januæ ſimul cum Territorio ſuo, & pertinentibus ad Dominium Januæ, & Rempublicam Januenſem ad laudem, & honorem Ducalem, & utilitatem ipſius Civitatis, & ſecundum ſtatuta, regulas, decreta, & ordinamenta dictæ Civitatis Januæ.

Respondit, & conſtitit, quod deputabuntur Locumtenens, & Gubernator Ducalis, & alii ad regimen, qui regent, & gubernabunt Civitatem ipſam Januæ cum Conſilio Dominorum Antianorum ejusdem ad hunorem, & ſtatum præfatorum Illuſtriſſimorum Dominorum, & utilitatem Civitatis, & ſecundum ordinamenta dictæ Civitatis.

Item quod Poteſtates futuri Civitatis Januæ, & alii Judices, Officiales, ac Magiſtratus Januæ miniſtrent, & miniſtrare debeant jus, & juſtitiam ſecundum formam Capitulorum, Decretorum, & Ordinamentorum Civitatis Januæ, conditorum, & condendorum per repræſentantes dictam Civitatem, & illis deficientibus, ſecundum Jura Romana, & demum pro ut eſt ſolitum fieri in Civitate Januæ, & quod dictus Poteſtas Januæ, & Officiales Curiæ ſuæ non poſſint eſſe Cives Januæ, vel diſtrictuales origine, nec habitatione, ſed externi: Qui Dominus Poteſtas, & Officiales Curiæ ſuæ habeant, & habere debeant à Communi Januæ, & de pecuniâ dicti Communis ſalarium ordinatum, & ſeu deputatum, ordinandum, & ſeu deputandum per Dominum Locumtenentem, & Gubernatorem Ducalem, & Conſilium Dominorum Antianorum, & alios ad hujusmodi ſalaria perſolvenda Deputatos; & quod dicti Poteſtas, & Officiales poſſint, & debeant ſindicari ſecundum formam Statutorum, & Ordinamentorum Civitatis Januæ.

Respondit, & conſenſit, pro ut in Capitulo continetur.

Item quod univerſi Cives Januæ, & ſeu Sindici dicti Communis, & ſeu habentes poteſtatem ab ipſo Communi præſtent, & præſtare debeant debitum juramentum fidelitatis præfato Illuſtriſſimo Domino Duci, & Illuſtriſſimæ Dominæ Ducilſæ, & ſucceſſive filiis eorum, & ſeu præfato Domino Ducali Locumtenenti, & Gubernatori, aut alteri nomine præfatorum Illuſtriſſimi Domini Ducis, Ducilſæ, & filiorum ſupramemoratorum. Quodque dictum Commune Januæ, & univerſi Januenſes erunt boni, veri, & legales Subditi præfatorum Illuſtriſſimi Domini Ducis, Ducilſæ, & filiorum ut ſuprà, & cisdem fideliter, & legaliter obſervabunt premiſſa, & remuvabunt dictum juramentum fidelitatis ſemper, & quandocumque ad omnem requiſitionem præfatorum Illuſtriſſimorum Dominorum Ducis, & Ducilſæ, & filiorum ut ſuprà, vel Gubernatoris, & Locumtenentis eorum.

Respondit, & conſenſit, pro ut in Capitulo continetur.

Item quod omnes Vaſſalli, Feudatarii, & conventionati Communis Januæ, & eorum ſucceſſores, qui ante præſentem tranſlationem tenebantur facere homagium, & ſeu fidelitatis juramentum Communi Januæ, & ſeu Agentibus pro dicto Communi, illud de cætero facere debeant dicto Domino Locumtenenti, & Gubernatori, & Conſilio Dominorum Antianorum nomine, & vice ipſorum Illuſtriſſimorum Dominorum, & dicti Communis Januæ, & in formâ ſolitâ, & autea conſuetâ.

Respondit, & conſenſit pro ut in Capitulo continetur.

Item quod Cives, & diſtrictuales Januæ, & alii Subditi Communis Januæ teneantur, & debeant præſtare Domino Locumtenenti Ducali & Gubernatori illos honores, & obedientiam, & reverentiam, quos, & quas facere, & exhibere eorum Gubernatoribus tempore felicis memoriæ Illuſtriſſimi quondam Principis Domini Philippi Mariæ Ducis Mediolani, & tunc Januæ Domini conſueverunt; & quod præfatus Dominus Locumtenens, & Gubernator Ducalis in ipſos habeat illam omnimodam jurisdictionem, & cohertionem, & imperium, quod, & quam in ipſos dicti Locumtenentes, & Gubernatores Ducales Januæ habere conſueverunt ſecundum formam regularum Civitatis Januæ.

Respondit, & conſenſit pro ut in Capitulo continetur.

Item quod præfati Magnifici Domini Antiani, & Officiales nomine, & vice dicti Communis Januæ teneantur, & debeant bona fide, & ſine fraude, toto eorum poſſe manutenere, & defendere præfatos Illuſtriſſimum Dominum Ducem, & Illuſtriſſimam Dominam Ducilſam, & ſuperſcriptos filios ſuos in Domino, & poſſeſſione, vel quaſi dictæ Civitatis Januæ, Territorii, & pertinentiarum, ac allorum in præſenti tranſlatione contentorum contra quoscumque in dicto Dominio, & ſeu poſſeſſione eos turbare volentes.

ANNO 1464.

Respondit, & conſenſit, pro ut in Capitulo continetur.

Item quod præfatus Illuſtriſſimus Dominus Dux, & Illuſtriſſima Domina Ducilſa, & eorum filii, nati, & naſcituri de legitimo matrimonio ut ſuprà defendent Civitatem, & diſtrictum Januæ, & quoscumque Januenſes, & diſtrictuales Communis Januæ, & omnes Subditos dicti Communis etiam in partibus orientalibus, & in quibuscumque aliis mundi partibus exiſtentes, & eorum bona, ac Statum Communis, ac Populi Januenſis à quibuscumque injuriis, violentiis, rapinis, oppreſſionibus, & damnis eis, vel alicui eorum illatis, vel factis, inferendis, vel faciendis, & quod præfatus Illuſtris Dominus Dux, Illuſtriſſima Domina Ducilſa, & filii bona fide, & pro eorum poſſe ſalvabunt, & manutenebunt univerſos Januenſes, diſtrictuales, vel Subditos, quemadmodum quilibet verus, & bonus Dominus ſuos Subditos, & fideles defendere, & tueri tenetur, & debet.

Respondit, & conſenſit, pro ut in Capitulo continetur pro poſſe eorum.

Item quod præfatus Illuſtriſſimus Dominus Dux, & Illuſtriſſima Domina Ducilſa, & eorum filii ut ſuprà nati, & naſcituri de legitimo matrimonio non alienabunt, nec in alium transferent quovis titulo, five modo dictam Civitatem Januæ, diſtrictum, Territorium, & ſeu pertinentias ejusdem, nec aliquam partem, nec etiam Dominium, vel poſſeſſionem, vel quaſi Civitatum, Caſtrorum, Villarum, & Locorum, vel jurium ut ſuprà tranſlatorum, nec aliquid eorum, nec etiam jurisdictionem, obedientiam, & gubernationem Civitatis prædictæ, & omnium ut ſuprà tranſlatorum quonumodolibet divident, vel ſeparabunt.

Respondit, & conſenſit, quod præfati Illuſtriſſimi Domini non alienabunt dictam Civitatem, nec de membris Civitatis, de quibus in Capitulo continetur.

Item quod præfatus Illuſtriſſimus Dominus Dux, Illuſtriſſima Domina Ducilſa, & ſucceſſive ſuprascripti eorum filii cum effectu curabunt reintegrare Civitates, Terras, & Loca, membra, & alia jura Communis Januæ alienata, tranſlata, & ſeu occupata per quamvis perſonam, & corpus, Collegium, vel univerſitatem ad obedientiam Communis Januæ reducere, & ſi quæ alienario, vel tranſlatio facta eſſet de aliquo Loco ad Commune Januæ pertinente, vel conſueto ſpectare, & pertinere, talis alienatio, tranſlatio, & conceſſio ſit caſſa, irrita, & nullius valoris, & habeatur penitus pro non facta.

Respondit, & conſenſit, quod fiet toto poſſe ipſorum Illuſtriſſimorum Dominorum, ſalvis ſemper juribus tertii, pro ut in Capitulo continetur.

Item quod præfatus Illuſtriſſimus Dominus Dux, Illuſtriſſima Domina Ducilſa, & ſucceſſive eorum filii ſupramemorati non imponent, nec imponi facient per ſe, vel alios aliquam avariam, mutuum, vel collectam, nec aliquam exactionem realem, perſonalem, vel mixtam, nec etiam aliquas angarias, vel perangarias, nec aliquam gabellam, & ſeu aliquod onus, quocumque nomine cenſeatur, Communi Januæ, vel Civibus dictæ Civitatis, nec in dicta Civitate, diſtrictu, aut pertinentiis, & quod alicuas res dictæ Civitatis Januæ, vel diſtrictus, vel pertinentiarum, vel etiam aliquos reddittus ejusdem, & ſeu Civium Januæ non percipient per ſe, vel per alios, nec quovis modo capient, nec capi permittent; & quod Terras, Loca, jura, reddittus, atque bona quæcumque Communis Januæ ad obedientiam dictæ Civitatis, & Communis Januæ manutenebunt, & ſalvabunt bona fide, & pro poſſe ipſorum.

Respondit, & conſenſit, pro ut in Capitulo continetur, niſi veniret neceſſitas aliter providendi, quo caſu provideatur ſecundum Ordinamenta Civitatis.

Item quod mulctæ, condemnationes, & emolumenta jurisdictionum Civitatis Januæ, & aliorum ut ſuprà tranſlatorum ſpectent, & ſpectare debeant illi, aut illis, ad quos ſpectant, & pertinent vigore Ordinamentorum Communis Januæ, & non alicui alii perſonæ cujuscumque ſtatus, gradus, & dignitatis exiſtat.

ANNO 1464. Respondit, & consensit quod in eis servetur, quod solitum est ab antiquo tempore Illustrissimi quondam Domini Philippi Ducis Mediolani, salvis juribus Comperarum sancti Georgii.

Item quod Dignitates, Honores, Officia, & Beneficia cujuscumque generis, & scribania Officii moneteæ, scribaniis omnibus aliis etiam comprehensis Communis Januæ, exceptâ Potestariâ Januæ, & Castellaniis, detur & concedantur in Januâ, & inter Cives Januæ more solito, & servatâ qualitate colorum, & per ipsum Dominum Ducalem Locumtenentem, & Gubernatorem, Cives deputandos per ipsum Dominum Locumtenentem, & Gubernatorem, & Consilium Dominorum Antianorum, & secundum formam Capitulorum, & regularum, & ordinamentorum Communis Januæ, & scribaniæ conferantur scribis de Collegio Notariorum Januæ.

Respondit, & consensit, quod Officia, Beneficia, Honores, Dignitates conferantur, & distribuantur per Locumtenentem, & Præsidentes Ducales in Januâ Civibus, & Subditis Communis Januæ; exceptis Castellaniis, & Custodiis portarum, & Locorum, & Potestariâ Januæ, ac Officiis Bulletarum Civitatum Januæ, & Saonæ, & pro ut fiebat tempore Illustrissimi quondam Domini Ducis Philippi. De Potestariâ Saonæ, si dubium oriatur, fiat quod juris est, & scribaniæ conferantur etiam scribis de Collegio Notariorum Januæ.

Item quod de monetâ Communis Januæ non expendatur, nec expendi possit, niti consulte, & deliberate, & secundum ordines Civitatis Januæ, & pro ut est fieri consuetum. Quæ moneta Januæ fabricetur cum signo ipsorum Illustrissimorum Dominorum, ut fieri solet.

Respondit, & consensit, pro ut in Capitulo continetur.

Item pro evitandis magnis, & multis inconvenientibus, atque incommodis Januensium de gestis per Magistratus Januenses, & etiam de pertinentibus ad justitiam non habeatur, nec haberi possit recursus, vel fieri supplicatio, reclamatio, vel appellatio ad præfatum Illustrissimum Dominum Ducem, seu præfatam Illustrissimam Dominam Ducissam, vel filios, ne Cives Januæ vexentur, & graventur laboribus, & expensis, & trahantur extra Civitatem Januæ ad longum, sumptuosum, & insolitum examen, sed si quæ reclamatio, vel supplicatio fiat, debeat porrigi Domino Gubernatori Ducali, & Consilio Dominorum Antianorum, & juxta ordines dictæ Civitatis. De appellationibus verò fiat, ut disponitur in Capitulis Civitatis Januæ.

Respondit, & consensit, pro ut in Capitulo continetur: salvis in pertinentibus ad Statum.

Item quod Januenses, & districtuales, ac eorum Subditi, & confœderati possint morari, mercari, & conversari, ac negotiari cum omnibus nationibus Mundi, & omnia facere circa negociationem, quæ facere potesant ante præsentem translationem.

Respondit, & consensit pro ut in Capitulo continetur.

Item quod Januenses in Locis honorabilibus, & ordinatis, & in Navibus, & Galeis, & cæteris navigiis eorum tencantur, & debeant portare in uno vexillo plena arma, & signa, præfatorum Illustrissimi Domini Ducis, Illustrissimæ Dominæ Ducissæ, & filiorum in Loco honorabiliori: Intellecto tamen quod arma Communis Januæ portari etiam debeant in alio secundo Loco immediate honorabiliori.

Respondit, & consensit, pro ut in Capitulo continetur.

Item quod Commune Januæ, & præfati Magnifici Domini Antiani possint uti sigillo solito Communis in eorum agendis.

Respondit, & consensit, pro ut in Capitulo continetur.

Item quod præfatus Illustrissimus Dominus Dux, & Illustrissima Domina Ducissa, & filii non possint concedere alicui Civitati, Terræ, Universitati, vel Communitari, vel etiam singulari personæ conventionatæ cum Communi Januæ, aut etiam non conventionatæ, aliquod in præjudicium, detrimentum, vel derogationem jurium Communis Januæ, vel Comperarum Sancti Georgii, aut aliarum Comperarum, quoniam faciliter ex inadvertentia generari posset maximum incommodum redditibus Communis Januæ, & seu Comperarum sancti Georgii, & aliarum Comperarum, & si quid in præjudicium Communis Januæ, vel dictarum Comperarum concessum fuisset per Excellentiam suam, sit irritum, & inane, & nullatenus debeat observari; & si de prædictis oriretur inter partes dubitatio, justicia ministretur per præfatos Illustrissimos Dominos secundum jura, & regulas Civitatis Januæ. ANNO 1464.

Respondit, & consensit, pro ut in Capitulo continetur.

Item quod præfatus Illustrissimus Dominus Dux, Illustrissima Domina Ducissa, & filii confirmabunt, approbabunt, & ratificabunt, & ipse Magnificus Dominus Gaspar Comes dicto nomine ex nunc ratificat, approbat, & affirmat omnes, & singulas convenciones, translationes, consuetudines, libertates, privilegia, concessiones, jurisdictiones, jura, & decreta concessas, & concessa quommodocumque, & qualitercumque Magnifico Officio Sancti Georgii, & seu Comperis prædictis, & quod prædicta omnia realitet, & cum effectu observabuntur, & observari facient præfatis Dominis Protectoribus, & Comperis, nec de gestis, & factis dictarum Comperarum, & Protectorum earumdem, vel gerendis, & faciendis per dictos Dominos Protectores, qui nunc sunt, vel pro tempore fuerint, ipsi Illustrissimus Dominus Dux, Domina Ducissa, & filii, aut præfatus ejus Locumtenens, & Gubernator, qui nunc est, aut pro tempore fuerit, se possint intromittere directe, vel indirecte, aut aliquo quovis modo.

Respondit, & consensit, pro ut in Capitulo continetur.

Item quod Dominus Ducalis in Januâ Locumtenens, & Gubernator, qui nunc est, & qui pro tempore fuerint, teneantur, & debeant præbere omne auxilium, consilium, & favorem Commerchiariis, & Collectoribus Gabellarum Civitatis Januæ ad colligendum dictas Gabellas, & Commerchia, & curare quod Commerchia, & Gabellæ non fraudentur præcipue per Officiales, & Stipendiarios Ducalis Excellentiæ.

Respondit, & consensit, pro ut in Capitulo continetur.

Item quod Dominus Ducalis in Januâ Locumtenens, & Gubernator non possit, nec debeat concedere aliquem salvum conductum pro debitis publicis, vel privatis sine consilio, & consensu Dominorum Antianorum Civitatis Januæ, & si ex inadvertentiâ concederetur, sit, & intelligatur denuntiatum contramandum unius diei tantum, eo ipso quod facta fuerit querela de hoc coram Domino Gubernatore, aut coram Dominis Antianis, & facta ei de hoc denunciacione, ei facta fuerit hujusmodi concessio per præfatum Dominum Gubernatorem, aut Antianos, non possit augeri dictum contramandum quovis modo, nisi sit de Consilio Dominorum Antianorum.

Respondit, & consensit, pro ut in Capitulo continetur.

Item quod convenio, quæ est inter Excelsum Commune Januæ ex una parte, & Commune Saonæ ex altera, solita servari, servari debeat; quodque dictæ Civitati Saonæ per præfatos Illustrissimos Dominos nihil concedi possit in præjudicium, detrimentum, vel derogationem jurium Communis Januæ, vel Comperarum Sancti Georgii, aut aliarum Comperarum, quoniam faciliter ex inadvertentia generari posset maximum incommodum redditibus Communis Januæ, & seu Comperarum sancti Georgii, & aliarum Comperarum; & si quid in præjudicium Communis Januæ, vel dictarum Comperarum, aut conventionum, & jurium Communis Januæ, & seu contra sententiam alias latam inter Commune Januæ ex unâ parte, & Commune Saonæ ex alterâ per quondam bonæ memoriæ Nicolaum Piciuinum tamquam Delegatum numquam delendæ memoriæ Illustrissimi Principis Domini Philippi Mariæ olim Ducis Mediolani, & tunc Januæ Domini, concessum fuisset per Excellentiam suam, sit irritum, & inane, & nullarenus debeat observari, & quod Commerchiarii Civitatis Januæ tam præsentes, quam futuri tenere poterunt in Civitate Saonæ unum Collectorem, qui debita Commerchia colligat. Verum si de prædictis inter partes oriretur ulla dubitatio, præfati Illustrissimi Domini partibus justiciam ministrent.

Respondit, & consensit, pro ut in Capitulo continetur.

Item quod præfatus Illustrissimus Dominus Dux, Illustrissima Domina Ducissa, & filii facient, & curabunt cum effectu, quod Commune Januæ, & Januenses habebunt Pacem, & poterunt uti, & frui Pace, quam Excellentia sua habet cum quibuscumque Regibus, Principibus, Dominis, & Communitatibus, & quod si de cætero per Excellentiam suam fiet aliqua Pax, vel Tregua, quod in ea Commune Januæ, ac Januenses includentur.

Res-

ANNO 1464. Respondit, & consensit pro ut in Capitulo continetur.

Item quod cum temporibus retroactis intervenerint variæ mutationes Statuum, & Regiminis Civitatis Januæ, & ob eam causam secuta sint varia damna, præfatus Illustrissimus Dominus Dux, Illustrissima Domina Ducissa, & eorum filii ut suprà curabunt opere, & cum effectu, quod Communitas Januæ non molestabitur pro aliquibus damnis, prædis, rapinis, ac offensionibus, & interesse, quæ in dictis mutationibus, aut depositionibus Statuum quommodocumque, aut qualitercumque factæ, aut perpetratæ fuissent, nec etiam occasione alicujus pœnæ, si in aliquam pœnam dicta Communitas occasionibus prædictis incidisset, vel incidisse dici posset.

Respondit, & consensit pro ut in Capitulo continetur, salvo jure inter privatos.

Item quod Magnifici Domini Antiani Civitatis Januæ, qui nunc sunt, & pro tempore erunt, possint, & valeant eligere Legatos, & Ambassiatores ad præfatum Illustrissimum Dominum Ducem, Ducissam, & filios, & etiam mittere Nuncios, & scribere Litteras, infrascripto Domino Locumtenente, & Gubernatore Ducali ignorante.

Respondit, & consensit, pro ut in Capitulo continetur.

Item quod Dominus Locumtenens, & Gubernator Ducalis, qui nunc est, & pro tempore erit, teneatur jurare ad sanctæ Dei Evangelia corpotaliter tactis Scripturis in introitu sui Officii observare, & observari facere præsens Instrumentum translationis, Capitulorum, ac Responsionum, & omnia, & singula in eis contenta.

Respondit, & consensit, pro ut in Capitulo continetur.

Item quod præfatus Illustrissimus Dominus Dux, Illustrissima Domina Ducissa, & eorum filii supradicti teneantur confirmare, ratificare, & approbare præsens publicum Instrumentum translationis, & Capitulorum, & Responsionum, & omnia, & singula in eis contenta per publicum Instrumentum, vel per ejus patentes Litteras cum solemnitatibus, clausulis, juramentis, & cautelis necessariis, & opportunis, & hoc infrà duos menses ab hodie numerandos.

Respondit, & consensit pro ut in Capitulo continetur.

Quæ omnia, & singula suprascripta singula singulis referendo dictæ partes dictis nominibus sibi invicem, & vicissim una alteri, & altera alteri, solemnibus stipulationibus hinc inde intervenientibus promiserunt, & convenerunt, & ad cautelam juraverunt ad sancta Dei Evangelia corporaliter manu tactis Scripturis, & etiam ad cautelam promiserunt, & convenerunt nobis Notariis, Cancellariis infrascriptis stipolantibus, & recipientibus nomine, & vice Excelsi Communis Januæ, ac Cumperarum Sancti Georgii, & aliarum Comperarum, & omnium quorum interest, intererit, & seu interesse poterit in futurum, perpetuo rata, grata, & firma habere, tenere, attendere, & observare, & in nullo contrafacere, vel venire per se, aut alios aliqua ratione, causa, vel ingeniu, quæ dici, vel excogitari possit de jure, aut de facto, sub pœnâ dupli totius ejus, quo contra faceret, in solidum stipulatione promissa; qua soluta, vel non, rata, grata, & firma maneant omnia, & singula suprascripta; & proinde ad sic observandum obligaverunt sibi dictis nominibus mutuo, & vicissim omnia eorum bona habita, & habenda.

Actum Januæ in Palatio magno Communis solitæ residentiæ Magnifici Domini Gubernatoris, & in Camera, ubi hyberno tempore Consilia celebrari solent. Præsentibus Spectabilibus Viris Donato del Conte Aulico præfati Illustrissimi Principis, Christophoro Panigarola, & Biasio de Gradi Mercatoribus Mediolanensibus, Ambrosio de Senaregha, Francisco de Vernatia, & Nicolao de Credeotia Cancellariis Excelsi Communis Januæ, Testibus ad hæc habitis, vocatis, & rogatis. Anno à Nativitate Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto, die decimo nono Maii, Indictione undecimâ secundum Januæ Cursum.

Et ego Gotardus Stella filius quondam Peroni de Donatis publicus Imperiali auctoritate Notarius, & Judex ordinarius, ac Excelsi Communis Januæ Cancellarius prædictis omnibus interfui, & unà cum Viro Egregio Maphiolo Orabono Cive Mediolani, & Notario publico, ac Cancellario Magnifici Domini Gasparis de Vicomercato Comitis Valentiæ, & Ducalis in Januâ Locumtenentis, ac Gubernatoris rogatus tradidi, eum eoque diligenter revidi, & auscultavi, signo, & nomine meo appositis, ut consuevi, in fidem, & testimonium omnium præmissorum. ANNO 1464.

Ego Maphiolas Horabonus filius quondam Domini Melchionis publicus Imperiali auctoritate Notarius Civis Mediolanensis, ac Magnifici Domini Gasparis de Vicomercato Comitis Valentiæ, & Ducalis in Januâ Locumtenentis, & Gubernatoris Cancellarius prædictis omnibus interfui, & unà cum Viro Egregio Gotardo Stella publico Imperiali auctoritate Notario, & Judice ordinario, ac Excelsi Communis Januæ Cancellario suprascripto rogatus tradidi, eum eoque diligenter revidi, & auscultavi, signo, & nomine meo appositis, ut consuevi, in fidem, & testimonium omnium præmissorum.

In nomine Domini Amen. Ex hoc publico Instrumento sit omnibus manifestum, qualiter Magnificus, & Præstantissimus Dominus Gaspar de Vicomercato Comes Valentiæ, Ducalis in Januâ Locumtenens, & Januensium Gubernator, ac Procurator, & Procuratorii nomine Illustrissimi, & Excellentissimi Principis Domini Francisci Sforciæ Vicecomitis Ducis Mediolani, Papiæ, Angleriæque Comitis, ac Cremonæ Domini, sicuti de ejus potestate, & balia, ac mandato constat vigore Litterarum Ducalium subscriptarum manu ipsius Illustrissimi Principis, & etiam signaturarum manu Cichi, & sigillaturum sigillo ipsius Illustrissimi Principis hoc anno, die decimo nono Maii ex una parte, & Magnificum Consilium Dominorum Antianorum Communis Januæ in pleno numero congregatum, spectatumque Officium Dominorum viginti quatuor ad hæc deputatorum etiam in sufficienti, & legitimo numero congregatum, agentes nomine, & vice Communis Januæ ex altera. Scientes in contractu habito, & celebrato cum præfato Magnifico Domino Comite nomine quo suprà, de translatione Dominii Januensis in præfatum Illustrissimum Principem, & Illustrissimam ejus Consortem Dominam Blancam Mariam Ducissam, ac eorum filios de legitimo matrimonio natos, & nascituros, illos videlicet, qui in Ducatu Mediolani succedent, & seu in præfatum Magnificum Dominum Comitem eorum nominibus cum Capitulis, conventionibus, ac pactis, & concessionibus, ac responsionibus, & consensu unicuique Capitulo factis per præfatum Magnificum Dominum Comitem Gasparem nomine quo suprà, sicut de prædictis constat publico Instrumento tradito, & rogato per me Notarium, & Cancellarium infrascriptum, ac etiam per Egregium Virum Maphiolum Horabonum de Mediolano Notarium, & Cancellarium præfati Magnifici Domini Comitis hoc anno, die decimâ nonâ Maii fuisse omissum Capitulum tenoris infrascripti, ut posteà apod præfatum Illustrissimum Principem de eo tractaretur, videlicet.

Item quia Civitas Januæ, & Cives propter guerrarum discrimina, & malas condiciones Locorum, in quibus soliti sunt Januenses negociari, sunt multum contriti, fatigati, & consumpti, adeò quod vix possunt se, & suas familias communiter gubernare, quod expensa ordinaria Communis Januæ non possit excedere summam talem librarum quinquaginta millium Januinorum, sed etiam dicta expensa ordinaria possit modificari, & diminui arbitrio Domini Locumtenentis Ducalis, & Gubernatoris, qui pro tempore fuerit, & Magnificum Consilium Dominorum Antianorum, vel deputandorum ab eis, cui expensæ ordinariæ contribuant, qui de jure, & secundum ordinamenta Civitatis tenentur, denuo ad infrascripta pervenerunt, quia requirentibus nostris Magnifico Consilio Dominorum Antianorum, & Spectato Officio Dominorum viginti quatuo: Deputatorum ut suprà, quod præfatus Magnificus Dominus Comes vellet ipsi Capitulo dare responsum, & concedere, ac consensum illi præbere, pro ut in Capitulo continent. Volens ipse Magnificus Dominus Gaspar Ducalis Locumtenens, & Januensium Gubernator, ac Ducalis Procurator ut suprà in ea re Civitati, & ipsis Magnifico Domino Consilio Antianorum, & Officio viginti quatuor Deputatorum complacere, visa maximè, & cognita ad hoc voluntate, & consensu præfati Illustrissimi Principis, pro ut ex uno articulo Litterarum per præfatum Illustrissimum Principem ipsi Magnifico Domino Comiti nuperrimè scripturum expresse apparet, & cujus articuli tenor talis est.

Dux Mediolani, &c.

Dilectissime nostet: *Havemo inteso &c. Alla parte della difficultà, che è facta al Capitolo de le septanta cinque millia libre, per che quelli Cittadini vorebeno remanesse la intrata in cinquanta millia per lo respecto de li squadreni, & desordeni, & damni receuuti per*

ANNO 1464. *loro qui indicto, & che questa cosa è remessa mi, che questi Ambassiatori nella verrano ad dimandare qui &c. Dicimo, che noi havemo acceptato il Dominio di quella Città non con speranza de haverne intrata, mà per avere l'amore, & il core de gli homini, perche per reducere quella Città in bono stato, & bona condicione non solum gli vogliamo tore dil suo, mà gli vogliamo mettere dil nostro; & pero restamo contenti gli concedi quello Capitulo, che la intrata ordinaria resti in cinquanta millia libre, como dimandano, perche cum li Ambassiatori qui non vogliamo ragionare de Capituli, ne d'altra cosa molesta à loro, ne à noi, ma solamente de cose piacevole, contentamento, & alegreza. Si che col nome de Dio gli concedi ogni cosa liberamente, mandandone poi la copia ordinata de li Capituli.* Datum Mediolani die XXII. Maii M. CCCC. LXIV. Cichus. *A tergo*: Magnifico, ac Strenuo Gaspari de Vicomercato Comiti Valentiæ, armorum ductori, & nostro Januæ Locumtenenti dilectissimo.

Respondit, & consensit, pro ut in Capitulo continetur.

Promittens Magnificis Dominis Antianis, & Officio Dominorum viguti quatuor præsentibus ut suprà, & ad cautelam mihi Notario, & Cancellario infrascripto tamquam personæ publicæ Officio publico stipulanti, & recipienti nomine omnium, quorum interest, interterit, & interesse poterit quommodolibet in futurum, & etiam jurans ad sancta Dei Evangelia, corporaliter manu tactis Scripturis observantiam, & ratificationem præfati Illustrissimi Principis, & Illustrissimæ Dominæ Ducissæ, pro ut in dicto Instrumento de aliis Capitulis, & responsionibus continetur.

Actum Januæ in Palatio magno Communis, & in Camera inferiori, ubi consilia hyberno tempore celebrari solent: Præsentibus Viris Egregiis Jacobo de Barcellis, Ambrosio de Senaregha, Francisco de Vernacia, Nicolao de Credencia, & Lazaro Pouciono Cancellariis Excelsi Communis Januæ Testibus ad hæc habitis, vocatis, & rogatis, anno à Nativitate Domini M. CCCC. LXIV. Indictione undecima, secundum Januæ cursum, die vero vigesima tertia Maii.

Ego Gotardus Stella filius quondam Peroni de Donatis publicus Imperiali auctoritate Notarius, & Judex ordinarius, ac Excelsi Communis Januæ Cancellarius prædictis omnibus interfui, & rogatus scripsi, diligenter revidi, & auscultavi, signo, & nomine meo apposito, ut consuevi, in fidem, & Testimonium omnium præmissorum.

Idcirco & nos nihil magis cupientes, atque affectantes, quam ipsi Inclytæ Communitati Januæ gratificari, & in omnibus, quæ nobis possibilia sunt, eorum utilitati, & commodis consulere, quique nihil potius ducimus, quam eam ipsam Civitatem in pristinam dignitatem, atque ornamentum restituere, & in Pace, atque tranquillitate conservare, cujus honor, & commodum nobis etiam, & aliis Civitatibus, & Subditis nostris honori, & commodo accedit: Ea denique omnia, & singula sic ut præmittitur acta, & celebrata, & concluſa per ipsam Inclytam Communitatem cum præfato Magnifico Comite Gaspare Gubernatore, & Locumtenente nostro exploratissima, atque gratissima habentes, tenore præsentium ex certa scientia, & de nostræ potestatis plenitudine, & alias omnibus modo, jure, via, causa, & forma, quibus melius, validius, & efficacius possumus, ipsa omnia, & singula confirmamus, ratificamus, & approbamus, & in quantum expediat ad majorem cautelam, & ex abundanti decuo facimus, & concedimus; promittentes etiam pro nobis, & Illustrissima Domina Consorte nostra, & filiis, & descendentibus nostris ut suprà in verbo Legalis Principis, & sub obligatione nostri, omniumque bonorum nostrorum præsentium, & futurorum ea ipsa omnia, & singula debitè, & congruè referendo ex latere nostro realiter, & cum effectu attendere, & observare, & in aliquo non contrafacere, vel venire aliqua ratione, vel causa, directe, nec per indirectum, aut aliquo quæsito colore. In quurum Testimonium præsentes fieri, & registrari jussimus, nostrique sigilli appensione muniri; ac insuper ad majus robur præmissorum nostra propria manu subscripsimus. Datum Mediolani die ultima Maii millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto.

FRANCISCUS SFORTIA Vicecomes manu propria subscripsi.

Cichus.

Confirmatio prædictorum Capitulorum facta per Dominam Ducissam Mediolani eodem anno 1464.

BLANCHA MARIA Vicecomes Ducissa Mediolani &c. Papiæ, Angleriæque Comitissa, ac Januæ, & Cremonæ Domina. Plenam notitiam habentes, atque abundè certiores effectæ de omnibus, & singulis Capitulis, & concessionibus initis, contractis, & celebratis per, & inter Magnificum, & Præstantem Virum Gasparem Vicomercatum Comitem Valentiæ, armorum &c. Gubernatorem, & Locumtenentem, ac in ea parte Procuratorem, & Mandatarium Illustrissimi Domini Consortis nostri, ac nomine ejstro, quæ rata habuimus parte una, & Inclytam Communitatem nostram Januæ, seu agentes pro ea parte alia, seu pluribus, de quibus extant publica Documenta, & scripturæ inde confectæ manu Egregii Viri Gotardi Stellæ Cancellarii, & Secretarii, ac publici Notarii Januensis sub die XVIIII. mensis Maii anni præsentis, & Maphioli Huraboni Notarii Mediolanensis, & Cancellarii præfati Comitis Gasparis, & de altera etiam concessione facta dictæ Communitati de expensa ordinaria eodem anno die XXIII. Maii manu ejusdem Gotardi. De quorum etiam omnium, & singulorum continentia, vi, & effectu plenius edoctæ, atque instructæ fuimus ab ipso Illustrissimo Principe, & Excellentissimo Domino Consorte nostro, à cujus Excellentia ipsa quoque omnia, & singula confirmata, & approbata fuerunt, ut constat patentibus ejus Litteris cum inserto ibidem omnium ipsorum Capitulorum, ac Concessionum tenore, datis Mediolani die Jovis ultimo Maii proximè elapsi mensis, suoque Ducali sigillo pendenti, suaque manu propria subscriptis, & manu Cichi Secretarii præfati Domini Consortis nostri signatis, cum ipsa Capitula, & Concessiones, & Litteræ de oobis quoque specialem faciant mentionem, & nostra interesse dignoscantur; Idcirco & nos tam ut impleamus quæ ad nos spectant in hac materia, quam etiam ut præcipuum amorem, caritatem, & studium, quibus Inclytam Communitatem, & Rempublicam Januensem complexæ sumus, ipsis patefaciamus prædicta omnia, & singula Capitula, & Concessiones, & exinde secura; quorum omnium tenorem in his quoque nostris Litteris pro sufficienter expresso haberi volumus. Tenore præsentium ex certa scientia, & alias omnibus modo, jure, via, causa, & forma, quibus melius, validius, & efficacius possumus, laudamus, ratificamus, & approbamus, & laudata, ratificata, & approbata esse decernimus, & declaramus, promittentes prout in ipsis Capitulis, & Concessionibus continetur. In quorum Testimonium præsentes fieri, & registrari jussimus, nostrique sigilli munimine roborari, ac etiam nostra propria manu subscripsimus. Datum Mediolani die septimo Junii millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto, Indictione duodecima.

BLANCA MARIA Vicecomes manu propria.

Galasius.

Extracta fuit præsens Copia à Registro inscripto sub Litteris D. D. *Ducis* PHILIPPI MARIÆ ANGELI *Vicecomitis existente in Regio Archivio Castri Portæ Jovis Mediolani, in papiro scripto. Datum Mediolani die trigesima mensis Octobris anni* 1719.

Examinavit JOANNES FRANCISCUS STRIGA[illegible]TUS *Regii Archivii Officialis.*

CCXXXIII.

1. Juin. *Instrumentum Juramenti Fidelitatis, per Oratores & Procuratores Communis* JANUÆ *ad hoc constitutos, Illustrissimis* FRANCISCO SFORTIÆ, *&* BLANCÆ MARIÆ *ejus Consorti Ducibus Mediolani, magnâ cum solemnitate præstiti. Mediolani Anno Nativitatis* 1464. *die* 1. *mensis Junii. Indictione* XII. [Pièce authentique, tirée des Archives Royales du Château de Milan.]

IN *Nomine Domini Amen.* Anno à Nativitate ejusdem millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto, Indictione duodecima secundum Cursum Inclytæ Civitatis Mediolani, die Veneris primo mensis Junii. Cum post factam Illustrissimis Principibus, & Excellentissimis Dominis Francisco Sforziæ Vicecomiti Duci Mediolani &c. Papiæ, Angleriæque Comiti, ac Januæ, & Cremonæ Domino, & Dominæ Blancæ Mariæ ipsius Domini Ducis præcarissimæ Consorti, & seu pro eis, suisque filiis, & successoribus Magnifico Comiti

ANNO 1464. miti Gaspari de Vicomercato ipſius Illuſtriſſimi Domini Ducis Locumtenenti, & Gubernatori in Janua, ac Procuratori traditionem Civitatis Januæ, & totius ejus Diſtrictus, & Dominii per Commune, Populum, Cives, & Univerſitatem ejusdem Civitatis, ſeu pro ea agentes, & ad ipſa peragenda poteſtatem habentes, ut latius conſtat publico inſtrumento rogato per Egregium Gotardum Stellam Notarium Januenſem, & Cancellarium Communis præfatæ Civitatis anno, & die in eo contentis, venerunt pro ſupraſcripta traditione, & ipſius veræ poſſeſſionis translationis adimplemento per inſignia infraſcripta, approbata conſuetudine, & ad hoc ipſum introducta ad prælibatos Illuſtriſſimos Dominos Ducem, & Ducillam ſupra nominati Oratores, Sindici, & Procuratores præfatæ Inclytæ Civitatis Januæ, ut de eorum pleno Mandato conſtat Inſtrumento rogato per ſupraſcriptum Gotardum anno præſenti ſub die XXIII. Maii, præſentaverintque ad prædictorum omnium effectum, & qui melius dici, & eſſe poſſit ipſis prænominatis Illuſtriſſimis Dominis Duci, & Duciſſæ Sceptrum, Vexillum, Claves, & Sigillum prædictæ Civitatis Januæ in ſignum veræ translationis poſſeſſionis dictæ Civitatis Januæ, & Diſtrictus, & Dominii ipſius, pro ut moris eſt in ſimilibus fieri ut ſuprà, videlicet Dominus Baptiſta de Goano Juris utriusque Doctor Sceptrum, Dominus Johannes de Serra Juris utriusque Doctor Vexillum, Jacobus de Fliſco Claves, & Johannes de Inurea Sigillum. Quorum Oratorum, & Sindicorum nomina ſunt hæc.

Dominus Baptiſta de Goano Juris utriusque Doctor.
Dominus Johannes de Serra Juris utriusque Doctor.
Dominus Jacobus de Fliſco.
Dominus Meliadux Salvagius.
Nicolaus Garumberius.
Borruellus de Grimaldis.
Antoniotus de Franeis.
Symon de Nigrono.
Nicolaus de Marinis.
Nicolaus de Fornariis.
Baptiſta Garronus.
Johannes de Inurea.
Petrus de Maiolo.
Johannes Bigna.
Paulus Lodiſius Maruffus.
Marcus Grillus.
Paulus de Aurea.
Karolus Lomelinus.
Georgius Lercarius.
Jacobus Juſtinianus.
Baptiſta Gentilis.
Laureutius Preſenda.
Hieronymus Spinula, &
Baptiſta de Caſſina.

Nunc verò omnibus ſicut ſuprà peractis præfati Oratores, Sindici, & Procuratores pro adimplemento Capitulorum factorum, & conceſſorum prælibatæ Inclytæ Civitati Januæ, & Populo ejusdem per dictum Magnificum Comitem Gasparem Lacumtenentem, & Gubernatorem ut ſuprà, ac Procuratorem præfati Domini Ducis, ut de ejus Mandato, & Procura conſtat Litteris patentibus ipſius Illuſtriſſimi Domini Ducis datis Mediolani die vigeſimo octavo Martii anni præſentis ſubſcriptis manu propria ipſius Domini Ducis, & ſignaris manu mei Cichi Notarii, & Secretarii infraſcripti, ac ſæpe dicti Domini Ducis ſigillo munitis, conſtituti genibus flexis coram conſpectu, & præſentia prætatorum Illuſtriſſimorum Dominorum Ducis, & Duciſſæ nomine, & vice prædictæ Inclytæ Civitatis Januæ, Communisque, Populi, Hominum, Univerſitatis, & ſingularum perſonarum ejusdem Civitatis tam ſpecialiter, quam generaliter, ac diſtrictus ipſius Civitatis, fitiorumque, hæredum, & ſucceſſorum ſuorum in infinitum, juraverunt in manibus, & ante omnia, ac jurant ipſi, ac quilibet eorum ad ſancta Dei Evangelia ſuis propriis manibus corporaliter tactis ſacroſanctis Scripturis ſuper uno Miſſali, quod præfati Illuſtriſſimi Domini Dux, & Duciſſa in ſuis habebant manibus, quod quibuscumque futuris temporibus ab hac hora in antea dicti Conſtituentes, Civitas, Commune, Populus, & Cives, ac quilibet Subditi prædictæ Civitatis, & ipſius Diſtrictus, & Dominii, filiique, hæredes, & ſucceſſores in perpetuum, & quilibet eorum erunt fideliſſimi, boni, veri, perfecti, & ſinceri homines, Subditi, & ſervitores dictorum Illuſtriſſimorum Dominorum Ducis, & Duciſſæ, eorumque filiorum legitimorum, & ſucceſſorum, de quibus in Capitulis continetur, ſicut Dominorum ſuorum, & neminem alium viventem, ſeu qui naturaliter vivere, & mori poſſet, cujusvis ſtatus, dignitatis, præeminentiæ, & gradus exiſtat, aut eſſe poſſit, etiamſi de eis hîc oporteret fieri mentionem ſpecialem, & eorum etiam, qui à prædictis excludi poſſe dicerentur, aut excluſi intelligi poſſent, non recognoscent in Dominum ſuum immediatum, niſi præfatos Illuſtriſſimos Dominos Ducem, & Duciſſam, eorumque filios legitimos, & ſucceſſores ut ſuprà; & quod præfatam Civitatem Januæ cum ſuis omnibus, & ſingulis Civitatibus, Terris, Caſtris, & Juribus in præfatos Illuſtriſſimos Dominos Ducem, & Duciſſam ut ſuprà translatos tenebunt, gubernabunt, & cuſtodient nomine, & vice præfatorum Illuſtriſſimorum Dominorum Ducis, & Duciſſæ, filiorum, hæredum, & ſucceſſorum ſuorum ut ſupra, & ad ipſorum nomen, gloriam, & utilitatem, pro ut, & quemadmodum tenentur, & debent veri, & fideles Subditi Dominorum ſuorum, ac de, & cum eis, & quolibet eorum facient, & diſponent, prout, & ſicut ipſis ordinabitur, & injunctum fuerit à præfatis Illuſtriſſimis Dominis Duce, & Duciſſa, filiisque, & ſucceſſoribus ſuis; quodque Gubernatorem, Præſidentes, Poteſtatem, Officiales, Caſtellanos, Capitaneos, Executoresque, & omnes, & ſingulos ipſorum Dominorum filiorum, & ſucceſſorum ut ſuprà Officiales, qui ab ipſis Illuſtriſſimis Dominis filiis, & ſucceſſoribus ſuis miſſi ſunt, aut in futurum omni tempore mittentur ad dictam Civitatem, reverenter recipient, & ipſis, & cuilibet eorum integre quacumque ceſſante exceptione, & contradictione obedicut; etiam ſimiliter Litteras, Mandata, Nuncios, Legatos, & Oratores præfatorum Dominorum Ducis, & Duciſſæ, filiorumque, hæredum, & ſucceſſorum ſuorum ut ſuprà reverenter recipient, & ipſis absque exceptione, vel contradictione integre obedient. Item quod numquam erunt, nec ſe reperient in aliquo tractatu, diſpuracione, colloquio, conſilio, machinacione, opera, nec facto, in quo, vel quibus tracterut modo aliquo contra præfatos Illuſtriſſimos Dominos noſtros Ducem, & Duciſſam, nec eorum filios, & ſucceſſores ut ſuprà, nec etiam contra Gubernatorem, aut quosvis ipſorum Dominorum Officiales ut ſuprà, nec contra eorum perſonas, vel perſonam, aut Statum, aut in quo, vel quibus tractaretur, ſeu fieret aliquid, propter quod ipſi Illuſtriſſimi Domini Dux, & Duciſſa, filiique, ſucceſſores, & Officiales ipſorum ut ſuprà, nec aliquis eorum perderent, vel amitterent perſonam, aut membrum aliquod, ſen rem aliquam, quam de præſenti habeant, & tencant, ſeu in futurum habebunt, & tenebunt, nec patientur aliquid, propter quod prælibati Domini, filiique, ſucceſſores, & Officiales ut ſuprà tæſtimem recipient in ære, vel perſona; quin immò ſi ipſi, aut ipſorum aliquis ſentient, vel audient, aut ſentiet, vel audiet aliquam ex prædictis rebus contra præfatos Dominos Ducem, & Duciſſam, eorumque filios, ſucceſſores, & Officiales ut ſuprà, aut eorum aliquem, ne id fiat, obviabunt toto eorum, & cujuslibet eorum poſſe, quacumque perſonarum exceptione penitus ceſſante, & prælibatis Dominis Duci, & Duciſſæ, filiisque, ſucceſſoribus, & Officialibus ſuis ut ſuprà, id, quanto citius poterunt, perſonaliter notificabunt, ſi poterunt, & ſi non poterunt perſonaliter, notificabunt per Nuncios, vel Litteras ſuas. Item juraverunt, & jurant dicti Sindici, & Procuratores, quod ſi prælibatis Illuſtriſſimis Dominis Duci, & Duciſſæ, filiisque, & ſucceſſoribus ſuis ut ſuprà, aut alicui eorum aliquo caſu, quem Deus avertat, accideret perdere, vel amittere aliquam Civitatem, Terram, Caſtrum, Locum, Arcem, aut Fortilitium, Stanum, vel aliam rem eorum, quam præfati Domini habent de præſenti, aut in futurum habebunt, vel quæ aliquo modo pervenerſat, aut pervenient ad obedientiam, manus, & poteſtatem præfatorum Dominorum, filiorumque, & ſucceſſorum ſuorum, ad ipſas, & quamlibet earum recuperandum, & recuperatas; vel recuperatam manutenendum toto ipſorum Sindicorum, & Prucutatorum, ſuorumque Conſtituentium poſſe juvabunt. Item juraverunt, & jurant, quod ſi caſus contingeret, quo aliqua moleſtia, oppreſſio, vel injuria fieret præfatis Illuſtriſſimis Dominis Duci, & Duciſſæ, aut eorum filiis, ſucceſſoribus, & Officialibus ut ſuprà, aut alicui ipſorum, ſeu ipſis, vel cuivis eorum damnum aliquod in ære, vel malum in perſona ab aliquo cujusvis gradus, dignitatis, & præeminentiæ exiſtat, inferetur, ipſos Illuſtriſſimos Dominos Ducem, & Duciſſam, filios, ſucceſſores, & Officiales ut ſuprà, toto ſuo poſſe, juvabunt, & defendent absque ulla exceptione; quodque dictum Commune, Populus, Homines, Cives, & eorum

ANNO 1464.

descen-

ANNO 1464. descendentes dictæ Civitatis, & diſtrictus, ac Dominii ejusdem ullo unquam tempore quovis modo non facient, aut tentabunt rem aliquam, quæ pertineat, vel ceſſura ſit ad damnum, injuriam, aut contumeliam prælibatorum Dominorum, filiorumque, & ſucceſſorum, ac Officialium ſuorum ut ſuprà. Item quod ſi dicti Cives, Commune, Univerſitas, & Populus dictæ Civitatis in generali, vel ſpeciali erunt requiſiti, vel requiſitus à præfatis Illuſtriſſimis Dominis Duce, & Duciſſa, aut filiis, ſucceſſoribus, & Officialibus ipſorum ut ſuprà, ac eorum aliquo, eis, & cuicumque eorum omnem poſſibilem præſtabunt favorem; quodque ſi ipſis Communi, Civibus, Populo, Univerſitati, & ſingularibus perſonis dictæ Civitatis, & ut ſuprà, vel alicui eorum præfati Domini Dux, Duciſſa, filii, ſucceſſores, & Officiales ut ſuprà aliquod in aliqua re poſtulabunt conſilium, illud fideliter, & rectè præſtabunt conſilium, quod eis videbitur pro meliori, idque omne, quod eis, aut alicui eorum per præfatos Illuſtriſſimos Dominos Ducem, Duciſſam, filiosque, ſucceſſores, & Officiales ſuos ut ſuprà dictum, aut datum fuerit in ſecreto, alicui perſonæ ſine licentia præfatorum Illuſtriſſimorum Dominorum Ducis, Duciſſæ, ac ſuorum ut ſuprà filiorum, & ſucceſſorum non revelabunt, aut notificabunt, nec aliquid facient, propter quod pandatur. Item quod illum, vel illos, qui tenderent, vel ſe transferrent, aut tenderie, vel ſe transferre vellent ad damna præfatorum Dominorum Ducis, & Duciſſæ, ſuorumque filiorum, ſucceſſorum, & Officialium ut ſuprà non acceptabunt, nec eis, vel ei juvamen, aut favorem præſtabunt ullo modo, quin immò ipſis ſe opponent, & contra eos facient tamquam proprii inimici, ac ſuper, & in animas ipſorum Sindicorum, & Procuratorum, & cujuslibet ipſorum pro quanto ad eos ſpectat, ac in, & ſuper animas dictorum ſupraſcriptorum, pro quibus ut ſuprà juraverunt, & cujuslibet eorum jurant, quod ſemper omni tempore facient omnes illas alias res, quas in omnibus, & per omnia facere tenentur, & debent quicumque fideliſſimi, veri, & legales ſervitores, & Subditi erga ſuperiores, & Dominos ſuos bona fide, & ſine fraude, omnique cum ſumma diligentia pure, & ſincere. Juraverunt quoque ulterius, & jurant facere dicti Sindici, & Procuratores eorum propriis nominibus ut ſuprà, & nominibus dictorum Conſtituentium in omnibus, & per omnia, pro ut requiritur, & debent jurare, & facere veri, recti, legales, & fideliſſimi ſervitores, & Subditi ſuis ſuperioribus, & veris Dominis, & etiam ſecundum formam Capitulorum, & præſtationis utriusque fidelitatis, ſcilicet veteris, atque novæ. Promiſerunt inſuper dicti Sindici, & Procuratores, & juraverunt, & jurant, quod omnes, & ſinguli Cives, ſingulares perſonæ, Commune, & Populus dictæ Civitatis Januæ infra terminum duorum menſium ab hodie proxinè futurorum ratificabunt præſens Inſtrumentum per publicum Documentum, cum inſertione præſentis Inſtrumenti de verbo ad verbum, quodque ſimile juramentum fidelitatis præſtabunt in manibus Gubernatoris prælatorum Dominorum Ducis, & Duciſſæ in dicta Civitate Januæ, quam ratificationem, ſeu quod ratificationis documentum publicum mittent infra dictum terminum duorum menſium prælibatis Dominis Duci, & Duciſſæ.

Quæ omnia, & ſingula firmis, & ratis manentibus ſupraſcriptis Capitulis cum promiſſionibus factis in Janua, & nuper per præfatos Illuſtriſſimos Dominos confirmatis, ſupra memorati Sindici, & Procuratores eorum, & cujuslibet ipſorum nomine proprio pro quanto ad eos pertinet, & nomine, & vice dictorum Conſtituentium promiſerunt, convenerunt, & juraverunt prælibatis Illuſtriſſimis Dominis Duci, & Duciſſæ recipientibus pro ſe, ac filiis, & ſucceſſoribus ſuis prædictis omni tempore abinde in antea firma habere, rata, & grata tenere, attendere, ſolvere, obſervare, & adimplere, & in nullo contra facere, dicere, nec venire aliqua ratione, vel occaſione, de jure, aut de facto, ſub refectione, & reſtitutione damnorum omnium, intereſſe, & expenſarum litis, & extra, quæ proindè modo aliquo fierent, & paterentur per dictos Sindicos, & Procuratores ſuis, & quibus ſuprà nominibus prælibatis Illuſtriſſimis Dominis Duci, & Duciſſæ, & ad cautelam nobis Notariis infraſcriptis quibus ſuprà nominibus ſtipulantibus, & recipientibus, ſolemni ſtipulatione ſolvere promiſerunt, quibus ſolutis, vel non ratus præſens maneat contractus; Pro quibus omnibus, & ſingulis ſic firmiter, & efficaciter attendendis, obſervandis, & ſolvendis prædicti Sindici, & Procuratores ſuperius deſcripti ſuis ut ſuprà, & dictis nominibus omnia eorum, & dicti Communis, Populi, Univerſitatis, & ſingularum perſonarum dictæ Civitatis bona præſentia, & futura prælibatis Dominis, ac nobis Notariis, quibus ſuprà nominibus ſtipulantibus, & recipientibus, pignori, & ipothecæ penitus obligaverunt, & obligant, ac renunciaverunt, & renunciant dicti Sindici, & Procuratores ſuperius nominati verſus prælibatos Illuſtriſſimos Dominos, & nos Notarios quibus ſuprà nominibus ſtipulantes, & recipientes, exceptioni non factarum prædictarum fidelitatis, promiſſionum, recognitionum, obligationum, ac juramenti, omniumque, & ſingulorum non ſic actorum, factorum, & geſtorum ut ſuprà continetur, omnique alii juri, exceptioni, & defenſioni contra hæc, exceptioni doli mali, metus, & in factum actioni, & omnibus probationibus, & productionibus Teſtium, & Inſtrumentorum contra prædicta omnia, & ſingula. Et inde de prædictis prælibati Illuſtriſſimi Domini Dux, & Duciſſa juſſerunt, & jubent nobis Notariis, ac prædicti Sindici, & Procuratores rogaverunt, & rogant nos Notarios infraſcriptos unum, & plura Inſtrumentum, & Inſtrumenta publicum, & publica conficere debeamus ejusdem tenoris.

ANNO 1464.

Actum in Civitate Mediolani in Curia Arenghi ſoliæ habitationis præfatorum Illuſtriſſimorum Dominorum ſuper quodam maximo Tribunali conſtructo in ipſa Curia ad hunc actum fidelitatis fiendæ; præſentibus nobis infraſcriptis Secretariis, Cancellariis, & Notariis, ac

Reverendiſſimo Domino Stefano de Forlivio Archiepiscopo Mediolani.

Magnifico Viro Domino Antonio Cintinello quondam Domini Boffardi Sereniſſimi Domini Regis Ferdinandi Oratore.

Reverendiſſimo Domino Paulo Archiepiscopo Dirachii.

Magnifico Viro Ugulotto de Facino filio quondam Antonii Illuſtr. Domini Ducis Mutinæ Oratore.

Reverendiſſimo Domino Lazaro Scarampo Episcopo Cumano.

Spectabili Milite Domino Bertholomeo de Rachneto filio quondam Mathei præfati Domini Regis Secretario.

Magnifico Milite Domino Petro de Pardo de Valentia.

Magnifico Petro Maria de Rubeis Comite Berceti filio quondam Domini Petri.

Comite Petro de Verme quondam Comitis Alnyfii.

Comite Ludovico de Lugo quondam Comitis Alberici.

Magnifico Petro de Puſterla quondam Domini Johannis Aulicis præfati Illuſtriſſimi Domini Ducis.

Spectabili Pigello de Portinariis filio quondam Fulchi Floren.

Spectabili Petro de Gallarate filio quondam Domini Johannis.

Domino Johanne Jacobo de Riciis Juris utriusque Doctore quondam Stephani aulicis Ducalibus, &

Matheo de Fomariis filio quondam Mathei.

Antonio Grillo quondam Johannis.

Catanco Spinula de Lnculo quondam Raphaëlis.

Cipriano Spinula quondam Bonardi Civibus Januenſibus.

Bonifacio Aliprando quondam Alexii Cancellario,

Prospero Camulio quondam Nicolai Secretario Ducalibus, &

Chriſtoforo Panigarola quondam Petri Cive Mediolani, omnibus Teſtibus ad prædicta habitis, idoneis, notis, vocatis, & rogatis.

Et ego Cichus Symoneta quondam Domini Antonii de Calabria publicus Imperiali auctoritate Notarius, ac prælibati Illuſtriſſimi Domini Domini noſtri Ducis Mediolani Secretarius prædictis omnibus, dum ſic agerentur, & fierent unà cum infraſcriptis Notariis rogatus interfui, ſed aliis negociis ejusdem Illuſtriſſimi Domini noſtri occupatus curam ſcribendi, & in hanc publicam formam redigendi de conſenſu ipſorum infraſcriptorum Notariorum alteri commiſi, poſtmodum eam ipſis Notariis legi, & auſcultavi, & concordare inveni, ideò ad fidem, & majus robur omnium præmiſſorum me propria manu ſubſcripſi, ac ſignum meum apposui conſuetum.

Ego Gotardus Stella filius quondam Peroni de Donatis publicus Imperiali auctoritate Notarius, ac Judex ordinarius, & Excelſi Communis Jannæ Cancellarius prædictis his omnibus interfui, & unà cum Magnifico Domino Cicho Symoneta Notario publico, & primo

ANNO 1464. primo Ducali Secretario, ac infraſcripto Collega meo Nicolao de Credentia Notario publico, & etiam Exceſſi Communis Januæ Cancellario rogatus ſcripſi, & cum illis diligenter revidi, & auſcultavi, licet per manum alterius hic transcribi fecerimus variis, & majoribus negotiis impediri, ſigno, & nomine meo appoſito, ut conſuevi, in fidem, & Teſtimonium omnium præmiſſorum.

Ego Nicolaus de Credentia quondam Thomæ publicus Imperiali auctoritate Notarius, & Exceſſi Communis Januæ Cancellarius prædictis omnibus his interfui, & unà cum Magnifico Domino Cicho Symoneta Notario publico, & primo Ducali Secretario, ac Egregio Gotardo Stella Collega meo Notario publico, & etiam Exceſſi Communis Januæ Cancellario rogatus ſcripſi, & cum illis diligenter revidi, & auſcultavi, licet per manum alterius hic transcribi fecerimus variis, & majoribus negotiis impediti, ſigno, & nomine meo appoſito, ut conſuevi, in fidem, ac Teſtimonium omnium præmiſſorum.

Ego Johannes Symoneta filius quondam Antonii de Calabria publicus Imperiali auctoritate Notarius, ac præfati Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani Secretarius, prædictis omnibus unà cum ſuprаſcriptis, & infraſcriptis Secretariis, Cancellariis, & Notariis, dum hæ agerentur, rogatus interfui, tradidi, & in fidem præmiſſorum omnium ſubſcripſi, ſignumque mei Tabellionatus appoſui conſuetum.

Ego Jacobus de Perego filius quondam Domini Vanini Civitatis Mediolani Portæ novæ Parochiæ ſancti Steffani ad Nuxigiam Notarius publicus, ac etiam Notarius, & Scriba prælibatorum Illuſtriſſimorum Dominorum Ducis, & Ducilſæ Mediolani juſſus, & rogatus unà cum præfatis Magnifico Domino Cicho Symoneta prælibatorum Dominorum Secretario, & Notario ut ſuprà, ac Spectabilibus Gotardo Stella, & Nicolao de Credentia Notariis publicis Januenſibus, & Cancellariis præfati Exceſſi Communis Januæ, ac etiam cum infraſcriptis Notariis publicis Januenſibus, & Cancellariis præfati Exceſſi Communis Januæ, ac etiam cum infraſcriptis Notariis, & Cancellariis tradidi, & ſubſcripſi.

Ego Iri de Venegono filius Domini Chriſtofori Civitatis Mediolani Portæ Novæ Parochiæ ſancti Bertholomei intus publicus Imperiali, & Ducali auctoritatibus Notarius, & Cancellarius, ac Scriba præfatorum Illuſtriſſimorum Dominorum Ducis, & Ducilſæ rogatus unà cum præfatis Magnifico Cicho præfatorum Dominorum Secretario, & Notario ut ſuprà, ac Spectabilibus Gotardo Stella, & Nicolao de Credentia Notariis publicis Januenſibus, & Cancellariis præfati Exceſſi Communis Januæ, ac etiam cum infraſcriptis Notariis, & Cancellariis tradidi, & ſubſcripſi.

Ego Chriſtoforos de Cambiago filius quondam Domini Jacobini Civitatis Mediolani Portæ Ticinenſis, Parochiæ ſancti Georgii in Palatio, prælibati Illuſtriſſimi Domini Ducis Cancellarius, publicusque Imperiall, ac Ducali auctoritatibus Notarius, & in hac parte Notarius, & Scriba prælibatorum Illuſtriſſimorum Dominorum Ducum juſſus, & rogatus unà cum ſuprаſcriptis, & infraſcripto Marco etiam in ſolidum tradidi, & ſubſcripſi, ſignumque mei Tabellionatus appoſui conſuetum in fidem, & Teſtimonium omnium præmiſſorum.

Ego Marcus Trotus filius quondam Dominici Civis Alexandriæ publicus Imperiali, Apoſtolicaque auctoritate Notarius, & Cancellarius prælibati Illuſtriſſimi Domini Ducis juſſus, & rogatus unà cum præfato Magnifico Domino Cicho Notario, & Secretario ut ſuprà, ac aliis omnibus ſuprаſcriptis Notariis, & Cancellariis tradidi, & ſubſcripſi, ac in fidem præmiſſorum omnium ſignum mei Tabellionatus appoſui conſuetum.

Extracta fuit præſens Copia à Regiſtro inſcripto ſub Litteris D. D. *Ducis* PHILIPPI MARIÆ ANGELI *Vicecomitis, exiſtente in Regio Archivio Caſtri Portæ Jovis Mediolani, in papiro ſcripto. Datum Mediolani die trigeſima menſis Octobris anni* 1759.

Examinavit JOANNES FRANCISCUS STRIGELLSUS *Regii Archivii Officialis.*

CCXXXIV.

12. Juill. *Ceſſio & Tranſlatio Inſulæ* Corſicæ *cum omnibus Juribus, Caſtris & Proventibus, exceptis duobus Caſtris,* Bonifacio *ſcilicet &* Calvo, *facta per Communitatem* JANUÆ, FRANCISCO SFORTIÆ *Duci Mediolani Actum Mediolani anno* 1464. *die* 12. *Julii. Indictione* 12. [Pièce authentique, tirée des Archives Royales du Château de Milan, Regiſtre D. D.]

ANNO 1464.

IN nomine Domini Amen. Anno à Nativitate ejusdem milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo quarto, Indictione duodecimâ, die duodecimâ menſis Julii, ſecundum curſum, & morem luclytæ Civitatis Mediolani; Poſteaquam divinâ favente clementiâ Dominium Inclytæ Civitatis Januæ cum omni ejus dicione, ac jurisdictione ſummo totius ejus urbis, & ordinum ſuorum conſenſu, publicisque omnium Januenſium votis legitime, ac ſolemniter tranſlatum pervenit in Illuſtriſſimos Principes, & Excellentiſſimos Dominos noſtros Dominos Franciscum Sfortiam Vicecomitem Ducem Mediolani &c. & Dominam Blancam Mariam Duciſſam &c. ejus præcariſſimam Conjugem pro ſe ſe, & eorum Illuſtribus filiis masculis ex eis natis, & naſciturs, & deſcendentibus in infinitum, intellexit ipſa Magnificentiſſima, nobiliſſimaque Civitas Januenſis adverſantem ſuperioribus annis rebus ſuis fortunam pariter cum Statu mutaram fuiſſe, & duros caſus, & turbines, quibus diu, ac multum agitata fuerat in læticiam, ac ſerenitatem eſſe converſos; nec minus omnibus bene, ac pacifice vivere optantibus apertiſſime declaratum eſt, omnes præfati Illuſtriſſimi Domini Ducis cogitatus, omnia deliderìa nihil magis intendere, atque cuiti, quam ut eamdem ipſam clariſſimam Urbem terreſtribus, mariuinisque rebus geſtis Illuſtrem in priſtinam dignitatem reſtitueret, ejusque honores, & commoda undique procuraret. Quorum omnium talia jam jacta fundamenta eſſe noſcuntur, quæ Urbi ipſi decus, & ornamentum, Ipſi vero Illuſtriſſimo Principi gloriam immortalem eſſe videantur. Quæ cum ita ſint, & præcipue intelligentes, Magnifici, & Præſtantes Viri Domini Protectores Comperarum, Magiſtratus Sancti Georgii ipſius Civitatis Januæ cum additis, hunc animi affectum prælibati Illuſtriſſimi Principis, clementiſſimumque propoſitum; & propterea indubitato ſibi perſuadentes quæcumque Officii ſui negocia ſub Ducalis ſuæ Celſitudinis patrocinio, atque auctoritate, nonniſi recte, atque ſalubriter gubernari poſſe; & præſertim attendentes res Corſicanas, & intratas ejus Inſulæ dicto Officio Sancti Georgii ſpectantes, ita ſerente ſuperiorum temporum malitiâ à nonnullis emulis, atque rebellibus vexari, quo minus ſolitam eorum in eâ Inſulâ jurisdictionem exercere poſſent, eorumque talium temerarios anſus, atque inſolentias ſub ipſius Illuſtriſſimi Principis tutelâ facile comprimi poſſe; rebus omnibus bene, & diligenter diſcuſſis, atque examinatis in hanc ſententiam, & deliberationem devenerunt de transferendo ſcilicet Dominio, atque jurisdictione cum omnibus ſuis juribus ipſi Officio quoquo modo ſpectantibus, ſeu ſpectare valentibus prædictæ Inſulæ Corſicæ in præfatum Illuſtriſſimum Dominum Ducem modo, & forma, & conditione infraſcriptis. Cumque res hujusmodi jam pridem, & repetitis vicibus conſultata ſit per ipſos Domſuos Protectores, & Officium Sancti Georgii, & ad prælibatum Illuſtriſſimum Dominum Ducem delata, & per ejus Excellentiam intellecta, atque approbata. Cumque ipſi Domini Protectores cum additis nuper miſerint apud præfatum Illuſtriſſimum Dominum Ducem Egregium Virum Franciscum de Borlasca Civem Januenſem ipſius Magnifici Officii ſancti Georgii Notarium, & Cancellarium in hac parte Procuratorem, & Mandatarium ſpecialiter, & legitime conſtitutum per publicum, & ſolenne Inſtrumentum ſuperinde confectum, & celebratum, traditum, & rogatum per Paulum Maynerium de Vuada quondam Andreæ publicum Imperiali auctoritate Notarium, & ipſius Magnifici Officii ſancti Georgii Cancellarium die Meteurii quarta menſis Julii, menſis, & anni præſentis. Idcirco præfatus Illuſtriſſimus, & Excellentiſſimus Dominus Franciscus Sſortia Vicecomes Dux Mediolani &c. Papiæ, Angleriæque Comes, ac Januæ, & Cremonæ Dominus pro ſe, & prælibata Illuſtriſſima Domina Blanca Maria Duciſſa ejus Conſorte, & ſuis liberis filiis masculis natis, & naſciturs ex una parte, & præfatus Franciscus de la Borlasca Cancellarius, & Procurator, & Mandatarius præfatorum Dominorum Protectorum, ac Additorum, & Officii Sancti Georgii Inclytæ Civitatis Januæ parte aliâ, conſulte, deliberate, & ex certa ſcientia, & non per aliquem errorem juris, vel facti, ac omnibus modo,

ANNO 1464. do, jure, viâ, causâ, & forma, quibus melius, & validius, ac efficacius fieri possit, devenerunt, & deveniunt ad infrascriptas conventiones solemni stipulatione vallatas. Primò namque præfatus Franciscus de Borlasca Procurator, & Mandatarius præfati Magnifici Officii sancti Georgii specialiter ad hoc, ut præmittitur, constitutus, Procuratorio nomine, & vice præfatorum Dominorum Protectorum Comperarum ipsius Officii sancti Georgii, cum sedecim ei Officio additis, dedit, cessit, transtulit, ac mandavit, dat, cedit, & transfert in præfatum Illustrissimum Dominum Ducem nollrum ibi præsentem, stipulantem, & recipientem suo, & suorum ut suprà nomine, & vice pleno jure, ut infrà, & sub conditionibus tamen infrascriptis, Dominium, jurisdictionem, & jura quæque tam respectu proprietatum, quam possessionum totius, atque universæ Insulæ prædictæ Corficæ, quæ insula est, & esse dignoscitur ex juribus ipsarum Comperarum sancti Georgii olim jurium Communis Januæ, quæ aliàs translata fuerant in Magnificos Dominos Protectores dictarum Comperarum sancti Georgii, exclusis, & reservatis tantummodo Castris, & Oppidis Bonifacio, & Calvo ipsi Communi Januæ remanentibus pro ut infrà, cedendo, dando, & transferendo, ac mandando, ac cessit, dedit, & transtulit, atque mandavit dicto Procuratorio nomine in ipsum Illustrissimum Dominum Ducem stipulantem, & recipientem ut suprà, & ut supra ipsam omnem, totam, ac integram, atque universam Insulam cum omnibus Fortilitiis, Terris, possessionibus, gabellis, nemoribus, piscationibus, introitibus, redditibus, homagiis, & Jurisdictionibus, omnibusque denique juribus, & pertinentiis suis in integrum, reservatis tantummodo dictis Bonifacio, & Calvo, nec non eum omnibus juribus, actionibus realibus, & personalibus, ippothecariis, atque mixtis, usibus, exceptionibus, & replicationibus dicto Officio sancti Georgii, & Communi Januæ, vel alteri eorum, eorumque datoribus pertinentibus & spectantibus qualitercumque, quommodocumque, & undecumque pertinere, & spectare valentibus, quæcumque, qualiacumque, & quantacumque sint omnia prædicta, & quibusvis nominibus, titulis, & juribus censeantur, & dignoscantur, ponendo etiam, & posuit ipsum Illustrissimum Dominum Ducem ut suprà in locum, jus, & stratum præfati Magnifici Officii sancti Georgii quo ad præmissa. Et volens prædictus Procurator, & Mandatarius dicto nomine in præfatum Illustrissimum Dominum Ducem, & suos ut suprà plenum Dominium, & plenam possessionem dictæ Insulæ Corficæ cum suis juribus, & pertinentiis in integrum transferre, exceptis ut suprà, constituit se dicto nomine tenere, & possidere dictam Insulam cum suis juribus, & pertinentiis ut suprà, & exceptis ut suprà, nomine præfati Illustrissimi Domini Ducis, & suorum ut suprà, donec præfatus Illustrissimus Dominus corporalem ejus Insulæ per ejus Procuratorem, vel Nuncium possessionem apprehenderit, & ulterius promisit, & promittit dicto nomine versus præfatum Illustrissimum Dominum Ducem, & suos in suprà dictam Insulam, & bona, & jura superius data, translata, & cessa defendere, & manutenere pro dato, & facto ipsius Officii sancti Georgii, tantum, intelligendo, & declarando, prout moris est, videlicet quod præfati Domini Protectores Comperarum, & Officium sancti Georgii à die quo habuerunt jus, & Dominium ipsius Insulæ Corficæ citra, nulli alii personæ, Communi, Collegio, vel Universitati de ea venditionem, aut alienationem, aut obligationem fecerunt, nec imposterum facient, nec aliquid aliud egerunt, aut in futurum agent, propter quod hujusmodi datio, cessio, & translatio impediri possit, vel effectum non sortiri. Promittens insuper prædictus Franciscus de Borlascha Procurator, & Procuratorio nomine quo suprà, quod prædicti Domini Protectores Comperarum ad omnem requisitionem, omneque Mandatum prælibati Illustrissimi Domini Ducis, seu Magnifici Locumtenentis, & Gubernatoris sui in Januâ realiter, & cum effectu consignari faciet in manibus, & potestate cujuscumque Nuncii per ipsum Dominum Ducem, aut Gubernatorem deputandum omnes, & singulas arces, & fortilicia quæ impræsentiarum tenent, & possident, seu tempore dictæ fiendæ consignationis tenebunt in ipsa Insula Corficæ, dictis tantummodo Bonifacio, & Calvo exceptis ut suprà. Item quod præfati Domini Protectores Comperarum contemplatione præfati Illustrissimi Domini Ducis infrà tres menses proxime venturos restituent Communi Januæ omne jus, & omnem Jurisdictionem, quod, & quam habent in prædicto Loco, & Castro Calvi; & quia prætendunt præfati Domini Protectores Comperarum Homines Calvenses sibi, & Officio sancti Georgii teneri, & obligatos esse pluribus ex causis, contentator prælibatus Illustrissimus Dominus Dux, & ita per præsentes promittit ad omnem ipsius Officii sancti Georgii instantiam, & requisitionem contra ipsos omnes, & singulos Calvenses ministrari facere justiciam cum favore in quibuscumque rebus, & causis debitis, & honestis, summarie, & expedite; nec in aliquo ex latere suo, & quantum cum honore Excellentiæ suæ fieri possit, deficere. Versa vice præfatus Illustrissimus Dominus Franciscus Sforcia Vicecomes Dux Mediolani & verius prædictum Franciscum Procuratorem, & Procuratorio nomine quo suprà stipulantem, & recipientem in verbo Regalis Principis promisit, & promittit pro se, & præfata Illustrissima Domina Consorte, & suis, & descendentibus suis, quod ullo unquam tempore, casu, vel eventu ipse Illustrissimus Dominus Dux, aut sui ut suprà non transferent, aut alienabunt, neque transferri, aut alienari permittent quovis modo, formâ, condicione, vel titulo, directe, vel per indirectum, aut alio quæsito colore dictam Insulam Corficæ, aut aliquam ejus partem in aliquam personam, Collegium, vel Universitatem, aut alios quicumque sint, & esse possent sine expresso consensu Magnificorum Dominorum Protectorum Comperarum sancti Georgii, qui sint, vel pro tempore fuerint; & quoniam, & ab inicio dictum est, prælibatus Illustrissimus Dominus Dux omni cura, & studio invigilat, & invigilare intendit omnibus juribus, & emolumentis, & honoribus præfatæ Inclytæ Civitatis Januæ conservandis, & augendis, & præcipue favere Comperis ipsis sancti Georgii pro hac ipsa translatione Dominii, & juris dictæ Insulæ Corficæ pro annuo censu, & census, & annuæ præstationis nomine, & titulo, & pro aliquali restauratione graviorum espensarum, quas ipsum Officium toleravit in acquirendo, & manutenendo ipsius Insulæ Corficæ Dominio, promisit, & promittit dicto Francisco Procuratori, & Procuratorio nomine præfatorum Magnificorum Dominorum Protectorum Comperarum Officii sancti Georgii dare, & solvere dicto Comperarum Officio libras duas mille monetæ Januæ currentis singulo anno, & in fine cujuslibet anni, incipiendo terminum anni primi hujusmodi solutionis, ea die, qua præfati Domini Protectores consignari fecerint realiter, & cum effectu dicto Illustrissimo Domino Duci, sive ab eo deputando Castra, & Arces, quas ut suprà tenent, seu tempore consignationis tenebunt in dicta Insula, & sic successive singulis annis usque in perpetuum. Item promisit, & promittit prælibatus Illustrissimus Dominus Dux dicto Francisco Procuratori, & Procuratorio nomine ut suprà restituì facere in Loco tuto, & idoneo præfatis Dominis de dicto Officio sancti Georgii omnes, & singulas munitiones Castrorum, & Fortiliciorum Excellentiæ suæ consignandorum in ipsâ Insulâ Corficæ, aut earum omnium pretium persolvi, & numerari faciet secundum judicium, & æstimationem idonearum personarum de acordio ad hoc eligendarum; item quod Excellentia sua ministrari faciet justiciam omnibus, & singulis amicis, & benivolis ipsorum Dominorum Protectorum in ipsa Insulâ damnificatis cum restitutione, & satisfactione omnium indebite ablatorum, pro ut juri, & honestati convenire videbitur: & eos omnes, & singulos præcipue commendatos habere, & fovere pollicetur in omnibus rebus opportunis, & honestis. Item promisit, & promittit prælibatus Illustrissimus Dominus Dux Mediolani, quod non patietur aliquovis modo, quod Thomasinus de Campo Fregoso, aut alius ex ipsa familia Fregosa ab ipso Domino Duce, vel alio quovis modo habeat aliquam præheminentiam in ipsa Insulâ Corficæ, neque aliqua ejus parte. Derhum promisit, & promittit, atque concedit, quod Homines Bonifacii propter eorum fidelitatem, & quia ex virtute, ut asseritur, Conventionum suarum, sint franchi, & immunes in omnibus Terris Communis Januæ, de cetero etiam in tota dicta Insula immunes sint, & illis immunitatibus gaudeant, & utantur, quibus gaudent, & utuntur in Civitate Januæ, aliis Terris Jurisdictionis Januensis, & in eo statu, & gradu præseruentur, in quo erant, & tractabantur pacifico tempore regiminis dicti Officii. Promisit insuper, & promittit præfatus Franciscus Procurator, & Procuratorio nomine ut suprà, quod præfati Magnifici Domini Protectores Comperarum cum sedecim additis hoc Instrumentum dationis, cessionis, & translationis, & omnia in eo contenta approbabunt, & ratificabunt per solenne Instrumentum in forma valida, & ampla cum insertione hujus Instrumenti de verbo ad verbum, & ulterius curabunt, & facient cum effectu quod Commune Januæ, seu legitime deputati,

aut

ANNO 1464.

ANNO 1464. aut deputandi ab ipſo Communi ſimiliter dictam dationem, ceſſionem, & tranſlationem approbabunt, & ratificabunt in ſolenni forma, & Inſtrumenta ratificationum, & ceſſionum dictus Procurator dicto nomine teneatur expediri facere, & transmittere præſibato Illuſtriſſimo Domino Duci in forma valida, & autentica infra terminum menſium quatuor proxime futurorum. Quæ omnia, & ſingula prædictæ partes, & utraque earum mutuis inter ſe ſe ſtipulacionibus, & promiſſionibus promiſerunt una verſus alteram, & altera verſus alteram dictis quibus ſuprà nominibus prædicta omnia, & ſingula, & ſingula ſingulis congrue, & debite referendo attendere, & obſervare ſemper, & omni tempore, nec unquam ullo futuro tempore contrafacere, vel venire de jure, nec de facto, directe, nec per indirectum, aut aliquo quæſito colore ſub obligatione ſui nominibus ut ſuprà, & omnium bonorum ſuorum præſentium, & futurorum, & ſub refectione, & reſtitutione omnium damnorum, expenſarum, & intereſſe litis, & extra, proinde patiendorum, & ſuſtinendarum; & ulterius juraverunt, & jurant ad ſancta Dei Evangelia in manibus mei Notarii infraſcripti veluti perſonæ publicæ ſtipulantis, & recipientis nomine, & vice præfati Illuſtriſſimi Domini Ducis, & Conſortis, filiorum ſuorum, nec non Magnificorum Dominorum Protectorum Comperarum ſancti Georgii, & aliorum quorumcumque intereſt, intererit, vel intereſſe poterit quommodolibet in futurum, prædicta omnia, & ſingula, & ut ſuprà, attendere, & obſervare. Renunciando, & renunciant ipſæ partes, & utraque earum exceptioni non factæ dictæ datiunis, ceſſionis, & tranſtationis, ac promiſſionum, & obligationum, & omnium, & ſingulorum ſic, & taliter non geſtorum, exceptioni doli mali, metus in factum, actioni, condicioni ſine cauſa, vel ex injuſta cauſa, omnique probationi, & defenſioni in contrarium, ac omni alii Legis, & Juris auxilio, quo, vel quibus ſe tueri vellent, aut defendere contra præmiſſa, vel aliquod præmiſſorum. De quibus omnibus, & ſingulis præfatus Illuſtriſſimus Dominus Dux juſſit, & jubet, dictusque Franciſcus dicto nomine rogavit, & rogat per me Cichum Notarium, & Secretarium infraſcriptum confici debere unum, & plura Inſtrumenta ejusdem tenoris. Actum in Camera nuncupata Canis ſolitæ reſidentiæ præfibati Illuſtriſſimi Domini Ducis ſita in Curia Arenghi Civitatis Mediolani. Præſentibus Spectabile Johanne Symoneta quondam Domini Antonii Secretario, & Johanne Antonio de Girardis de Papia filio Domini Bernini Cancellario Ducalibus Notariis, & Pronotariis; Pro teſtibus autem Magnificis Domino Antonio de Cincinellis de Neapoli Sereniſſimi Domini Regis Ferdinandi Oratore, Sforcia ſecundo Vicecomite præfati Illuſtriſſimi Domini Ducis filio, Domino Magiſtro Benedicto de Reguardatis de Nurſia Phyſico, Antonio Guidobono filio quondam Domini Cavalchini, & Vincentio de Amidanis Secretariis, Donato de Burris filio quondam Domini Dionifii familiari Ducalibus, & Chriſtoforo Panigarola Cive, & Mercatore Mediolani notis, idoneis, vocatis, & rogatis.

Et ego Cichus Symoneta quondam Domini Antonii de Calabria publicus Imperiali auctoritate Notarius prædictis omnibus, dum ſic agerentur, rogatus interfui, ſed aliis ipſius Illuſtriſſimi Domini noſtri Ducis occupatus per alium idoneum, & mihi fidum Virum ſcribi feci, poſtmodum legi, & auſcultavi, & concordare inveni, nihilque varium a veritate rei conſiſtere comperi, ideo ad majus robur præmiſſorum, fidemque clariorem me propriâ manu ſubſcripſi, ac ſignum meum appoſui conſuetum, & de Ducali Mandato Ducali pendenti ſigillo muniri feci.

Extracta fuit præſens Copia à Regiſtro inſcripto ſub Litteris D. D. *Ducis* PHILIPPI MARIÆ ANGLI *Vicecomitis exiſtente in Regio Archivio Caſtri Portæ Jovis Mediolani in papiro ſcripto. Datum Mediolani die trigeſima menſis Octobris anni* 1719.

Examinavit JOANNES FRANC. STRIGELLIUS *Regii Archivii Officialis.*

CCXXXV.

18. Juill. *Renovatio Confœderationis inter Regem Franciæ* LUDOVICUM XI. *& Regem Bohemiæ* GEORGIUM *facta, quâ Fœdera inter utrumque Regnorum retroactis temporibus inita denuo firmantur, & æterna Fraternitas, Amicitia & Colligatio ab utraque Partium promittitur. Datum in Villa de Dieppe* 18. *Julii* 1464. [BALBINI Miscellaneor. Hiſtoricor Regni Bohemiæ Decad. I. Libr. VIII. Epiſtolar. Part. I. Epiſtola LXXV. pag. 93. LUNIG, Teutſches Reichs-Archiv. Part. Spec. Cont. I. Abtheil. I. Abſatz I. von Böhmen pag. 85. *d'où l'on a tiré cette Pièce.*]

ANNO 1464.

UNIVERSIS has Literas inſpecturis. Nos Hugo de Bournaſel Miles, Dominus dicti Loci de Bournaſel, & de Labadie Seneſcallus Tholoſanus & Albigenſis, & Rubertus Biote, Dominus de Laroque & de Monſtreul, Magiſter Requeſtarum Hospitii, Conſiliariique Chriſtianiſſimi Domini *Ludovici Dei Gratia Francorum Regis*, Domini noſtri ſupremi, Commiſſariique & Deputati, pro parte ejusdem Domini noſtri Regis per ſuas patentes Literas tenore ſequenti:

LUDOVICUS Dei gratia Francorum Rex, dilectis & fidelibus Conſiliariis noſtris Hugoni de Bournaſel, Militi, Domino dicti Loci de Bournaſel, & Labadie Seneſcallo noſtro Tholoſano & Albigenſi, & Magistro Roberto Biote, Domino de Laroque & Monſtreul, Magiſtro Requeſtarum Hospitii noſtri ſalutem & dilectionem. Conſiderantes, quod cum inter Inclytæ recordationis Francorum Reges Chriſtianiſſimos, noſtros Prædeceſſores, & Sereniſſimos Inclytosque Bohemiæ Reges, Ligæ, Confœderationes & Amicitiæ per longa tempora hactenus firmæ inviolabilesque exiterint, & nuper Nobilis Baro Albertus de Poſtupitz, Marchionatus Luſatiæ Advocatus, & ſtrenuus ac egregius Miles Anthonius Marini de Gracioli Conſiliarii, Ambaſiatores & Oratores *Chariſſimi & Dilectiſſimi Fratris noſtri Georgii Regis Bohemiæ* ad nos deſtinati cum poteſtate ſufficienti nobis verbo expoſuerunt, prædictum Fratrem noſtrum renovationem ac continuationem prædictarum Ligarum, amicitiarum, & fraternitatum, deſiderare: Nos in re tam laudabili, & Reipublicæ Chriſtianæ congrua, Regibusque ac Subditis noſtris, hinc inde profutura; ſimili voto concurrere cupientes, confidentes ad plenum de veſtris fidelitate, & diligentia, probitate & induſtria, vos Procuratores noſtros generales & Nuncios ſpeciales facimus, conſtituimus, creamus, ac etiam ordinamus per præſentes, dantes per easdem vobis plenam & liberam poteſtatem nomine noſtro cum prædictis Oratoribus *Fratris noſtri Bohemiæ Regis*, Ligas, Pacem, Fœdera, & Uniones jam dictas, dudum habitas, inter dictas Domus Illuſtriſſimas, Franciæ & Bohemiæ innovandi, faciendi, agendi, ordinandi, concludendi, & disponendi, innovatas, factas, ordinatas, concluſas & diſpoſitas, Literis, Pactis, juramentis, promiſſionibus, ſponſionibus & aliis juris vel facti clauſulis, opportunius conſummandi: Et quæ nos cum præfato noſtro Fratre Chariſſimo Bohemiæ Rege, ſi præſentes eſſemus, faceremus, ageremus & firmaremus, pro bono & feliciſſimo ſtatu Regnorum Chriſtianorum, Reipubl. fidei ac Orthodoxæ, prout vobis melius, expeditius, & utilius videbitur expedire: Promittentes nihilominus bona fide & verbo noſtro Regio ratum, gratum, firmum, & acceptum nos, pro nobis & *ſucceſſoribus noſtris Regibus Franciæ* habituros, quicquid per vos in præmiſſis ordinatum, actum, factumque fuerit & concluſum. Datum in Villa de Dieppe die XIV. Menſis Julii, Anno Domini Milleſimo, quadringenteſimo, ſexageſimo quarto, & Regni noſtri tertio. Sic ſignatum per Regem. Patriarcha Epiſcopo Baicenſi, Epiſcopo Broicenſi, Admiraldo, Dominis Dulan & de Baſoges, Magiſtro Steffano Chevalier, Guillero de Varie, & aliis præſentibus. Roland.

Et nos Albertus de Poſtupitz, Marchionatus Luſatiæ Advocatus, & Anthonius Marini de Gracioli, Milites, Conſiliarii, Ambaſiatoresque & Nuncii Sereniſſimi Princ. Domini noſtri Domini Georgii Dei gratia Bohemiæ Regis &c. ſimiliter ordinati per præfatum Sereniſſimum & Illuſtriſſimum Regem Bohemiæ, cum ſuis patentibus Litteris, quarum tenor ſequitur in hæc verba:

GEORGIUS Dei Gratia Rex Bohemiæ, &c. Notum facimus tenore præſentium univerſis: Quod cum inter Chriſtianiſſimum Regnum, Domum ac Reges Franciæ, & inter Sereniſſimos Reges Bohemiæ, prædeceſſores noſtros, Ligæ, Fœdera, & Amicitiæ indiſſolubiles, etiam juramentis, pœnis, Litteris, Sigillis vallatæ, ac Obligationibus ſtrictiſſimis firmatæ fuiſſent: ut Regna tanta, talique optima, fauſtaque amicitia conjuncta vix extiniſſent quibus una anima unaque pro fide Orthodoxa & Republica voluntas extitiſſet:

ANNO 1464. Nos prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærere volentes, ut noſtro tempore ita Regnum noſtrum cum Chriſtianis Regibus jungatur, quatenus Hoſtibus Religionis Chriſtianæ facilius reſiſtere poſſit, & ipſa nedum domeſtica, verùm externa pace & amicorum numero felici lætari; habentes plenam conſtantemque fiduciam de legalitate & prudentia Baronis Alberti de Poſtupitz, Marchionatus noſtri Luſatiæ Advocati, & ſtrenui & egregii Militis Antonii Marini de Gracioli, Conſiliatiorum noſtrorum fidelium, dilectorum; ipſius animo deliberato, de ooſtra certa ſcientia, authoritate Regia, facimus, creamus & conſtituimus meliori modo, via, jure & forma, quibus poteſt & debet fieri, noſtros veros, legitimos, & certos Procoratores, negotiorum geſtores, Ambaſiatores, Nuncios & Oratores ſpeciales: Dantes & concedentes eisdem plenam, & omnimodam poteſtatem, authoritatem & facultatem, nomine noſtro eum Chriſtianiſſimo Principe & Domino, Domino *Ludovico* Rege Francorum, Conſanguineo noſtro & Fratre Chariſſimo, Ligas, Pacem, Fœdera, Amicitias, & Uniones veteres & habitas inter domos Inelyriſſimas Franciæ & Bohemiæ, innovandi, faciendi, agendi, ordinandi, concludendi & disponendi, innovatas, factas, actas, ordinatas, concluſas & diſpoſitas, Litteris, Pactis, Juramentis, Promiſſionibus, Spouſionibus, & aliis juris vel facti Clauſulis opportunis, conſummandi: quæ oos cum præfato Domino Rege, ſi præſentes eſſemus, faceremus, ageremus, & firmaremus, pro bono & feliciſſimo ſtatu Regnorum Chriſtianorum Reipublicæ ac Fidei Orthodoxæ, prout ipſis melius, expeditius & utilius videbitur expedire, promittentes nihilominus bona fide, in verbo noſtro Regio, ratum, gratum, firmum, & acceptum nos, pro oobis & *ſucceſſoribus noſtris Regibus Bohemiæ* habituros & tenturos, quicquid per præfatos Oratores, Ambaſiatores, Conſiliarios noſtros, ordinatum, actum, factum, habitum & concluſum fuerit quomodolibet in præmiſſis. Præſentium ſub appenſione noſtri Regalis Sigilli Teſtimonio Literarum. Datum Pragæ, die ſedecima Maii, Anno Domini Milleſimo, quadringenteſimo ſexageſimo quarto, Regni noſtri anno ſeptimo. Sic ſubſcripta ad Mandatum Domini Regis. Vigore quarum quidem Litterarum & virtute poteſtatis nobis per eas attributæ, convenientes in unum nos Commiſſarii prædicti, poſt multas communicationes, matura deliberatione inter nos habita, attendentes & conſiderantes antiquas Ligas, Confœderationes & Amicitias inter Reges & Regna Franciæ & Bohemiæ retroactis temporibus initas, factas, & inviolabiliter obſervatas, ipſas ad honorem Dei omnipotentis, pro bono & utilitate Fidei Catholicæ, & totius Chriſtianæ Reipublicæ, & conſervatione Regnorum & Subditorum Regum prædictorum, virtute dictarum noſtrarum commiſſionum, & in quantum nobis per eas conceſſum eſt, facimus, ordinamus, concludimos, ac de novo, in quantum opus eſt, facimus, firmamus, & ſtatuimus, promittentes nominibus, quibus ſopra, quod à modo futurisque temporibus, dicti Reges inter ſe ioviecm amorem, dilectionem & fraternam charitatem mutuò obſervabunt. *Erunque Fratres, amici & colligati perpetuis temporibus, tam pro bono, utilitate & honeſtate Regnorum Perſonarumque ſuarum, quàm Fidei Catholicæ & totius Reip. Chriſtianæ.* Et ita nos prædicti Commiſſarii, virtute jam dictarum poteſtatum pro Dominis Regibus dictis, eorumque ſucceſſoribus Regibus Franciæ & Bohemiæ, in animam præfatorum Regum nos conſtituentium, & nobis poteſtatem concedentium, volumus, promittimus & juramus ad ſacroſanctа Dei Evangelia, per oos corporaliter tacta, in cujus rei Teſtimonium prædictas Litteras ſignis noſtris manualibus ſignavimus, & Sigillorum noſtrorum appenſione. Datum in Villa de Dieppe, die XVIII. menſis Julii in Normandia. Anno Domini Milleſimo, Quadringenteſimo Sexageſimo quarto.

CCXXXVI.

31. Août. **Ainung zwiſchen Graff Ulrich und Graff Eberhard von Würtemberg eins: und der Ritterſchafft St. Jorgenſchilds zu Oberen-Schwaben andern theils / wodurch dieſe jenen allen Beyſtand wider ihre feinde unter gewiſſen conditionen verſprechen; beyde theile / aber wegen Ertheilung der juſtiz unter beyderſeits Land und Leuthen mit einander überein kommen. Geſchloſſen biß St. Jörgen nachſtkommend und darnach ein ganz Jahr / Gegeben uff die nechſten Mit-woch nach Sanct Bartholomæus Anno 1464. [PHIL. DATT. Volum. Rerum Germanic. Novum. Lib. II. Cap. III. pag. 243. §. 49. *D'où l'on tiré cette Pièce* LUNIG, Teutſches Reichs-Archiv. Part. Spec. Contin. II. Abtheillung IV. Abſatz VII. pag. 691.]** ANNO 1464.

C'eſt-à-dire,

Traité d'Alliance entre ULRICH *&* EBERARD *Comtes de Wirtemberg d'une part, &* L'ORDRE EQUESTRE *de la Societé de l'Ecu de St.* GEORGE *dans la haute Suabe d'autre part, par laquelle ceux-ci promettent aux deux Comtes de les aſſiſter contre leurs Ennemis ſous certaines conditions; & l'on convient de ce qui regarde l'Adminiſtration de la Juſtice aux Sujets des deux Parts, en ſorte que ledit Traité dureroit jusques au jour de la St. George ſuivant & une Année au delà. Fait le Mecredi après la St. Barthelemi* 1464.

WIr Johans Greave zu Werdemberg hoptmann/ und alle und yeglich Graven/ Herren/ Ritter und Knechte der Ritterſchafft / och Prelaten und Stette der verainung und geſellſchafft Sanct Georgen ſchilts zu Obern Schwaben. Bekennen und tun kund offenbar mit dieſem briefe / dieweil wir mit ganzer begird geneigt ſein zu friden / und och / das Wittwen / Waiſen / rich und arm / bilgerin / Koffmann / Landfarer und Koffmannsſchafft / Gotshüſer und alle ander anderſprechen lute / ſie ſeyen geiſtlich / oder weltlich / beſchirmpt werden / ſicher ſien / deſter baß gewandeln / und by gemach beliben mögen / So haben wir unß mit wolbedachtem Mut und rechtem wiſſen / dem heiligen Römiſchen Rich zu würden / und zu Eren / dem heiligen Ritter Sanct Jörgen zu lobe / und zu nutz unß ſelber / den unſern und den gemeinen landen zu friden und gemach / mit dem hochgeborn Herrn / Herrn Ulrichen Graven zu Würtemberg ꝛc. und Herrn Eberharten Grave zu Würtemberg und zu Mümpelgart / Gebettern / unſern gnedigen Herrn / fruntlichen und gutlichen veraint / verſchriben und verbunden; Verſchreiben / vereinen und verbinden unß och zu Inen / mit rechter wiſen / in krafft diß briefs / in der maß / alß hernach geſchriben ſteth.

Deß Erſten: So ſollen und wollen wir in zeyt dieſer ainung umb deheinerley Sach willen / dehains wegs / nit ſin / wider die vorgenante unſere gnädige Herren / Ire Räte / Diener / die Iren / die Ihnen zugehören und zuverſprechen ſteen / geiſtlich oder weltlich / noch ſie die zyt uß ihres innhabenden genoßen guts nit entweren / ſonder ſy by Je ſtilleu / geruweten / innehabenden gewer / och by allen Iren ſchloſſeu / freyheiten / gnaden / briefen / vogteyen / guter gewonheiten / gerichten und rechten / alß ſie die herbracht und genoßen habeu beliben laſſen: uſgenommen / was dieſe Eynung betrifft / ungeverlich.

Und ob yemand / wer der oder die weren / die vorgenant unſer gnedige Herrn baid / oder Ir einen inſonder / Ire Räte / Diener / die Ieen / die In zugehören und zuverſprechen ſteen / geiſtlich oder weltlich / inſonder vahen / hinfüren / angriffen / beſchädigen / oder dehainerley zugriff / an lut / oder an gut / wie oder umb was Sach ſich die fugten thun / oder ſunſt mächtig gewaltig zugriff beſcheen / oder zu tund underſtanden / mit gewalt / von wem das beſchehe / und umb was Sach: daß wir dann nach yeglicher Sach geſtalt / mit den unſern ungeverlich / den wir das by Iren aiden zu tunde ſollen und wollen befehlen / ſo bald ſie / und och die / ſo unß zuverſprechen ſteen / deß ermant / ſuſt erinnert wurden oder vernehmen / zu friſchen getat uff unſern koſten und ſchaden

ANNO 1464. den nachvlen / zuziehen und darzu tun ſollen / ſolichen zugriff und Nomen uffrecht zubehalten / glicher wiſe / alſ eb ſolich Sach unſer gemeinlich oder undee unß aines iuſunder allein were / ungeverlich.

Und ob in ſollichem nachvlen / von unß / oder den unſern und die unß zuverſprechen ſteen / jemaud dns / ſo er genommen hat / von verbrieſter ſchuld / oder erfolgter Recht wegen abgeyzlt wurde / und ſich das waurlich erfunde; So ſol demſelben das / das Jm alſo von den unſern abgeyzlt und entwert were worden / wider gegeben / oder nach billichen dingen bekert werden.

Were och / ob yemand / wer der oder die werent / die die genante unſere gnedige Heern / beid oder Je einen iaſonder / Jre Räte / Diener / die Jren und die Jn zugehörent und zuverſprechen ſtehem / mit gewalt uberziehen / ſie belägern und beſchädegen würden / nit beand / nome oder ander wüſtung: So ſollen und wellen wir alle und unſer yeglicher inſonderheit von Stund / on alles verziehen / ſo bald wir deß ermaat / ſuſt gewar / oder erinnert werden / mit allen den unſern / und wer zu unß gehort / und zuverſprechen ſteth / mit ganzer macht zu Roß und fuß zuziehen / ſollich beſchedigung / läger und wüſtung / underſtehn zu wehren / und dem widerſtand zu tunde / ſo lang das / nach yeglicher geſtalt der Sach wirdet not ſin / in aller der maß / alß ob das were unſer gemeinlich / und eins Jrden inſonder ſelbs Sach. Und ſo offt ſich alſo / daß wir mit macht / der obgenanten Urſach halb / zu ziehen werden / begeben wirdet / deß ſoll allweg geſchehen / uf unſer gemeinen geſellſchafft koſten / biß in der genanten unſre Herren von Würtemberg land / und darnach uf derſelben unſer Herren koſten / und alle mal uff unſern ſchaden. Und wo wir über die Thenow kommen / ſo ſollen wir in unſer Herren land und koſten ſin. Ob aber unſer Herren unß uſer Jren land hie diſſhalb der Tunaw mahnen würden / zuziehen / oder ſuſt not würd ungemant zuziehen / alß vorſteth; wohin und an welches ende wir alſo gemanet werden / oder zuziehen / da ſollen unſ unſere Herrn in ihren koſten empfahen und halten. Zügen wir abe lenger den drey tag / er daß wir an das Ende / dahin wir gemant weren / oder zuziehen würden / kommen / ſollen wir dannenthin uff unſer Herren koſten ziehen und die benanten unſer gnedig Herrn / unſ und die unſern mit liferung halten / alſ ander die Jren / neutlich / raiſig alſ Raiſig und fuſzknecht / alſ fuſzknecht / ohngeverlich.

Item wir ſollen und wollen auch den gemelten unſern gnedigen Herrn / von Würtemberg / ihnen baiden und Je einem inſonder / Jren Räten / dienern / den Jren / die Jhn zugehören und zuverſprechen ſtren / zu glichen billichen Rechten beraten und beholffen ſein: alſo: Ob ſie jemand zubekriegen oder zu binden underſtanden würde / und ſachen / derhalben ſie meinten Jhnen unrecht und unbillich geſchehe: So mag der vorgenant unſer gnediger Herrn Landhofmeiſter einer / den ſie dann darzu beſcheiden / ob anders die Sach ihr beider iſt / Sechs ihr beider Räte / oder ob die Sach ihr eins wäre / deſſelben Herrn Landhofmeiſter / Sechs ſin Räte / die dann all der Sachen / darumb ſollich krieg oder vinſchafft darüren / unpartheyig und unargwönig ſint / zu Jm beruffen / und mit denſelben Sechſen über die Sach ſtzen / der geſtalt und gelegenheit erneſzen / und dann neyemand zu lieb / noch zu laid / dann dem göttlichen / billichen Rechten / zu förderung / troſt und uffenthalt / uff Jr Ere und aid erkennen / ob wie dem obgenaten unſerm gnedigen Herrn von Würtemberg / beiden / oder Jr einem / den das antrifft / in ſollichen Sachen hülff ſollen ſchuldig ſein; und wann unſ dann / von dem oder demſelben unſerm gnedigen Herrn verkünt und zuwiſzen gethan wirdet / daſz wir Jn beiden / oder Je einem in denſelben Sachen hilff zu tund / durch die vorbeſtimpte Landhofmeiſter und Sechs Räte / oder den merern tayl erkennt / und das Jnen / oder Jren Räten / dienern und den Jren / oder die Jn zuverſprechen ſtehen / unrecht und unbillichs beſchehen ſye / und damit umb hilff von Jn baiden / oder Jr einem erſucht und angelangt werden: So ſollen und wollen wir Jnen beiden / oder Jr einem / den das angeet / zu teglichen krieg ſchicken vierzig gewappelt wolerzugitt / mit pferden und harneſch; und ſollen Jn die und damit unſer vindtsbeief ſchicken / an die Ende / wir deſz von Jnen werden erfordert ungeverlich in vierzehen tagen / den nechſten nach ſollicher Erkantnuſz verkündung / und dawider nichtzit zu wort haben / reden / noch vertragen einicherley in deham weiſz. Und ſo offt wie denſelben unſern gnedigen Herrn von Würtemberg / baiden / oder Jr aineu ſollich anzal reiſiger werden zuſenden / ſollen ſie ſich mit denſelben in ſollichen kriegen / en Jr zutun nit behelffen / ſondern zu dem nünſchem / alſo viel / alſ wir Jnen geſchickt haben / darzu erdnen und wolgeeüſtet zu jnen legen / die och mitainander den krieg bruchen und handeln ſollen / ſo lang deſz not ſein wirdee / ohngeverlich.

Ob aber den dem vergenanten Landhofmeiſter / und den Sechs Räten / oder dem uer tayl / nach geſtalt der Sach alſo dil Raiſiger nit nothdurfftig ſin / und minder zulegen und zuſenden erkant wurde / ſollen wir nach ſollich Jr erkantnuſz / in voegeſchribner maſz / zu tund pflichtig und darüber den genanten unſern gnedigen Herrn iner zuſenden ait gebunden ſin. Und wievil dieſelben hofmeiſter und Räte minder erkennen / daſz wir Jnen beiden / oder Jr einem ſchicken ſollen / ſo viel ſollen ſie zum minſten zuver / ehe die unſern Jnen zugeſant werden / ligen haben / in vorgeſchribner maſz; doch ſo ſol ſollich ſchicken allweg geſchehen / uff ir beider Gnaden oder Jr eins Coſten / dem dann ſollich ſchicken geſchiht / und uff unſern ſchaden ungeverlich. Und die ſo alſo von unſ zu teglichem krieg werden geſchickt / ſollen denſelben unſern gnedigen Herrn / oder heptmann uff die Biud zu ryten und ſie zu ſchädigen gehorſam und gewärtig ſin / getrulich / und nit von Jnen ryten ohn Urlob / ungeverlich.

Würde ſich och fügen / daß unſer gnedig Herre von Würtemberg von Je ſelbs wegen / ihrer Rät / Diener / der Jren und die Jnen zuverſprechen ſteen / mit jemand / von dem ſie glicher billicher rechten nit bekommen möchten / und daß ihnen unrecht geſchehe / nach erkantnuß deß Landhofmeiſters und der ſechs Räten / oder dem merrayl zu krieg kemen / ſich deßhalb für ein ſchloſz legern / und ihnen das beraten und beholffen zu ſein / vordern würden: das ſoll ſteen zu erkantnuſz Fünffer / der unſer gnedige Herrn von Würtemberg / beid / oder Jr einer / den das angeet / dry uſzer unſer geſellſchaffte / und wir zwen uſzer Jr gnaden Reten nemen ſollen; dieſelbea Fünff in vierzehen tagen / den nechſten / nach manang derſelben unſer gnedigen Herrn / beider oder Eins / an unſ geſchehen / ſich uff einen benanten tag gen Sigmuringen in die Statt fügen / und daſelbs uf Jr aid erkennen ſollen / wie ſtarck zu Roß und zu fuß / wir za ihren Gnaden / oder für ſollich ſchloß ſollen kommen / und weß ſie ſich alſo gemeinlich oder der merrayl nader Jnen uf ir aide erkenneu / daß ſollen wir alſo vollelich nach ſolcher Je erkantnuß / in der allweg geſtalt / gelegenheit nad herkommen der Sach ſoll angeſehen werden / halten / und ohne verzag tun / doch uff deeſelben unſer gnedigen Herrn baider / oder Jr ainß / dem ſollich hülff geſchiht / Coſten / und uff unſern ſchaden / getrulich und nagevärlich.

Und ob alſo würden gewonnen dehainerley Schloß / dieſelben Schloß ſollen den genantrn unſern gnedigen Herren zugehören / und beiben: Doch / ob unß oder

Anno 1464. den unßern Schloß entwert / und alſo wider gewonnen wurden / die ſollen unß oder den unſern wider geben / wie die erobert werden / ungeverlich.

Wurden och in ſollichen kriegen von unſerm gnedigen Herren / einem oder beiden / ſo die unſern by Inen lägern / alß in zuſatz wiſe / burger oder geburn gefangen / dieſelben ſollen ihnen zugehören / und beliben Wurden aber Raiſig / Edel oder unEdel alßdann gefangen / dieſelben gefangen alle ſollen och zuſteen Inen / und doch gehalten werden in Bengnuß alß kriegs herkommen iſt. Umb das / ob von Irem widerſtand / oder Binden / Inen och deßglichen auch von ihren widerſtand wegen / Edel oder ohnEdel gefangen wurden / oder weren / daß dann ein Edler gegen dem andern / doch nach glichen billichen dingen / und ein arm knecht gegen dem andern ungeſchetzt ledig gelaßen werden ſollen. Und ſie ſollen doch derſelben Raiſigen / Edel oder unedel / keinen ledig zelen dann mit unſerm wißen und willen ungeverlich. Doch ob hemand ohnbillich oder unrechtlich krieg gegen den vorgenanten unſern gnedigen Herrn / beiden / oder Ir einem / Iren Räten / dienern / den Iren / oder die in zu verſprechen ſteen / fürnemen oder Inen ſuſt replich zugriff geſchehen / gegen dem / oder denſelben mögen ſie / ob der einer oder mer von ihnen nidergeworffen wurde / rechtlich ſtraſhandlen / ungeirret unſer und menigklich von unſertwegen.

Und wär / daß ſollichs gefangen ledigung / oder rechtlichs handels halb / wie davon hievor begriffen iſt / zwuſchen den genanten unſern gnedigen Herrn oder Iren zugewanten / alß vor ſtet / und uns / Irrung entſteen wurde / alſo daß ſie einen oder mehr / der zu ihren handen nidergelegen wär / ledig laſſen / oder rechtlich ſtraf / gegen In fürnemen / und wir das nit willigen weleen / ſollen darumb aber tun rechtlich erkantnuß die Fünff / der wir dry uſſer ihren Räten / und ſie zwen uſſer uns nemen ſollen / zu zyt und daß die Eynung inhalt. Und wie dieſelben fünf oder der mertayl in recht erkennen / daß ſich die vorgenant unſer gnedig Herren oder Ir zugewanten / mit ſolchen gefangen / alß vor ſteth / halten ſollen / demſelb alsdann nachgangen werde / ungevärlich.

Ob auch die genant unſer gnedig Herrn und wir / von Jern wegen / alſo in krieg und vindeſchafft kemen / wie obſteet / mit wem das weer / ſo deere daß die zu beerchtigen zu ſchwehr ſin wolte / oder weren / ſo ſoll darinn ein richtung / frid / oder gutlichen anſtand / uſzunehmen oder die abzuſtahen / an den vorgenanten unſern gnedigen Heern und unſz / nit ſteen / ſonder nach erkantnuß Fünffer / der zween von unſz / uſß Ir gnaden Räten / und dry von Inen / uſzer unſer geſellſchafft genommen / gehalten werden: deß ſo ſie och erkennen / dieſelben unſer gnedig Herrn / und wir benügig ſin und daby beliben ſollen / ungeverlich

Were och / das die egemelten unſer gnedig Herren und wir / von jemant wegen / zu krieg kemen / alſz vorgeſchriben iſt / ſo ſollen wir Inen nach dieſer Eynung uſzgang dannocht beraten und beholffen ſin / in aller der wyſe / als vorgeſchriben ſtet / biß die ſach erobert und gericht würdet / ohn geverde. Wir ſollen unſz och gegen jemand / ſollicher hilf halb uſzſönen / friden oder fürworten / dann mit der genanten unſer gnedigen Heern wißen und wollen ungeverlich.

Wer es auch / daß wir in einer Sach oder mer / der vorgenanten unſer gnedigen Herrn helffer würden / und daß wir / oder unſer helffer oder helffers helffer / lehen / gegen den / der Binde wir wurden / uffſagten / ſo ſollen dieſelben unſer gnedig Herrn dehein richtung der Sach uffnemen / den mit geding / daß unß / oder unſern deiffern oder helffers helffern / ſolliche lehen wider gelihen werden / ohne gevärde.

Och ſollen und wollen wir allgemeinlich / und unſer jeder inſonder / dem vorgenanten unſerm gnedigen Herrn von Würtemberg Iren Räten / dienern / den Iren / und die In zuverſprechen ſteen / gaiſtlich oder weltlich dehainen übergriff / an lut noch an gut / nit tun. Ob es aber beſchehe / daß doch nit ſin ſoll / ſo bald wir dann von dem / dem der übergriff beſchehen wäre / den bekert zu ſchaffen / erfordert werden / ſollen und wollen wir das fürderlich thun / oder gethun werden ſchaffen.

Anno 1464.

Were aber / daß wir gemeinlich / oder unſer einer inſonder / oder die unſern / die dann ſollichen übergriff getan hetten / das für einen ubergriff nit haben wolten / ſo ſoll aber vor den Fünffen / der wir zween / uſſer unſſer gnedigen Herrn Räten / und dry / uſſer unſer geſellſchafft / nemen ſollen / gelutert werden / mit erecht / ob das ein übergriff ſy oder nit: Würdet dann erkant / daß das ein übergriff iſt / ſo ſollen wir gemeinlich / oder unſer einer inſonder / oder die unſern / die dann den getan habent / bekeren / ohne schaden: und dem / dem ſollicher zugriff geſchehen iſt / fürbaß zuſprechen / und die Sach handeln / mit recht nach dieſer Eynung Sag / ungeverlich. Doch hindangeſetzt / ob jemand angriffen / oder pfenden wurde / umb verbrieft ſchulden / dem ſoll ſin recht behalten ſtn / nach lut ſiner brief.

Wurd aber jemand pfenden umb unlogenbar Stur / Zinß / und hubgelt / ſoll es gehalten werden / alß von alter herkommen iſt / und deßhalben der angriffer wider den artickel vorgemelt nit getan han / ſonder ein jeglicher / der alſo angegriffen und gepfendt hette / ſol mit den Pfanden pfantlich gefarn / getruwlich und ungeverlich. Und ſollich uſtrag der rechten / alß vorgeſchriben ſteth / ſollen geſchehen / end und uſtrag nemen in ſechs Wochen und dryen tagen den nechſten / nachdem und die odgenanten fünff von unſern gnedigen Herrn / und unſz / umb erkantnuß erfordert worden ſind. Es wäre dann / daß ſich das deß rechten halb lenger derzehen wurde / ohngeverlich. Doch in allen vorgeſchribnen Rechten ſollen acht und banne ſtill ligen und nit fürgezogen werden. Es ſollent och wir / die unſern / und die unß zuverſprechen ſteen / by dem / das geſprochen wurdet / beliben Es werd dann von den / die das recht ſprechen ſollent / mit recht fürbaß gewyſt. ſollich erecht ſprechen och allweg von den / die das tun werden / ſol geſchehen / uff Ir aide ungeverlich.

Wir alle gemeinlich und unſer yeder innſonder / och die / ſo unß zuverſprechen ſteen / ſollen und wollen och der vorgenant unſer gnedige Herrn / Ire Räte / diener / die Iren und die In zuverſprechen ſteen / Binde / ſo bald unß die zu wißen getan / oder für ſelbs gewar werdent / in allen und yeglichen unſern Schloßen / Stetten / Merckten / Dürffern und gebieten / wiſſentlich nit enthalten / huſen / noch hofen / eßen / trincken / noch geverlich hinſchieben / hälff / fürderung / noch bystand nit thun; noch ihnen für ſie dehain gelait / troſtung noch ſicherheit nit geben / ſondern ihnen zu ſollichen ihren feinden an welchen Enden ſie die ergriffen / rechts geſtatten / und das on Intrag nad verzug ergeen laßen / getruwlich und ohngeverlich.

Es ſollent och / dieſe aynung ganz uß unſere Schlößer / die wir yetzo haben / oder überkommen / den vorgenanten unſern gnedigen Herrn / ſo wir ihnen nach lut dieſer aimung hilff ſchuldig würden / in ihren Sachen und kriegen offen ſin / ſich darinne und daruß zubehelffen / nach nothdurfft / ungeverlich Doch ſollen die / die uß- und inryten werden / geloben / unß / den unſern und die unß zuverſprechen ſteen / auch den ſchloßen nit ſchedlich zu ſinde / wir ſollen auch in denſelben unſern ſchloßen beſtellen / daß ſie faulen koſt finden / umb einen zytlichen Pfenning / alles ohne gevärde.

Herinn uſgenommen / daß wir / unſer Schloß / Stett /

ANNO 1464. Stett/ lut und gut/ wol angriffen/ verſezen oder verkauffen mögen/ wie unſer nothdurfft erfordert/ alſzo daß die/ der offnungen und ander Sachen halb nach lut dieſer ainung/ darnach ledig und unverbunden ſin ſollen; doch ſoll ſolches mit geverden nad darumb/ daß wir diß vertragen bliben/ nit geſchehen/ ungeverlich

Und wäre/ daß die vergenant unſer gnedige Herren/ beid/ oder Jr riner/ Jr Räte/ diener/ die Jren nnd die Jhn zuverſprechen ſteen/ geiſtlich oder weltlich/ an unß gemeinlich/ oder unſer einer oder mehr inſonder/ die unſere und die unß zuverſprechen ſteen/ geiſtlich oder weltlich/ nach dato dieſer ainung/ ycht zuſprechen gewonnen; So ſollen wir und dieſelben/ die unſern/ mit Jhnen darumb kommen für die drey/ ſo wir Jerlichs in unſer ainung nad verſchreibung/ unſer ſpann halb/ vor ihnen außzutragen pflegen/ zu ſezen/ und ſuſt für zween/ die unſer hauptmann/ außer u ß/ der Sachen/ darumb der ſpann oder zuſpruch würdet ſin/ unargkwenig und unparthyig zu denſelben geben ſoll/ ob deß wirdet begert von dem Kleger und Jnen vor denſelben dryen oder fünffen/ wir jezgemelt iſt tun/ in vergeſchribner zyt/ der dryer tag und ſechs Wochen/ ſich begeb dann darinn im recht länger verzug. Was wir ihnen mit recht pflichtig werden/ und was och alſo von denſelben dryen oder fünffen/ oder dem mertayl mit recht erkant wirdet/ dabo ſollen wir beliben.

Gewonnen och die genant unſer gnedig Herrn/ beid/ oder Jr einer/ Jr Rät/ diener/ die ihren und die ihnen zuverſprechen ſtehen/ an unſer gemeinlich/ oder unſer aine inſonder/ oder die unß zuverſprechen ſteen/ geiſtlich oder weltlich/ nach dato der Eynung/ burgern oder armen inten icht zuſprechen: der oder dieſelben arm lut ſollen an Jnen vor den Richtern und gerichten/ darinn ſie geſeßen ſiat/ und darynne ſie gehören/ aints rechten ſin: daſelbs Jnen auch ein fürderlich recht widerfaren und ergeen ſoll/ ungeverlich. Doch wäre/ daß ein Erb von einem Edeln uff den andern gefiel/ daß ſoll berechtigt werden/ vor den dryen oder Fünffen/ wie negſt vorgeſchriben ſteth.

Geviel aber ein Erb von einen burger oder armen uff den andern/ das ſoll berechtigt werden/ in dem gericht/ da das Erb gefallen iſt; und umb aigen/ zinß/ gült und ehhafftin/ da ſelb das lehen dem aigen nachſaren ungeverlich.

Und in allen vorgeſchribenen Rechten ſoll außgeſchaiden ſein/ was lehen antrifft/ daß das vor deß lehenherrn/ von dem es zu lehen geth/ richter und Mannen berechtigt werde. Were och/ daß und den zuſpruch zu tund ſpenne würden alſo daß unſer gnedigr Herrn von Würtemberg beid oder Jr einer/ ir Rät/ diener die Jren/ und die Jhnen zuverſprechen ſteen/ mainten/ nit Clager zu ſin; deßglichen herwiderumb wir und die unſern/ nnd dir unß zu verſprechen ſint; umb denſelben punckten/ haben wir unß geamt/ daß unſer gnedige Herrn/ oder dit Jren/ wie vorſteth/ och wir oder die unſern/ die dann alſo darumb miteinander ſpenne hand/ darumb an geligen end zuſamen kommen ſollen/ und ſich eins gemeinen verainen; vor dem/ mit glichem zuſatz mit recb erkennen zu laſſen/ welicher tail kläger und zuſprecher ſin ſolle? und welicher alſo kläger erkant würdet; ſo ſoll dem uſtrag deß rechten fürbaß nachgegangen werden/ nach dieſer aynung Sag/ ungeverlich.

Were aber/ daß ſie des Gemeinen nit aints werden möchten/ ſo ſoll yeglich tayl dem andern drn oder vier zu gemeinen benennen/ und dann ein loß geworffen werden/ welicher tayl dir wahl haben ſolle zu nehmen und zu benennen einen gemeinen/ uſter des andern tayls benempten: und welichem das loß alſo zufallet/ der ſoll uſter des andern tayls anzal einen gemeinen nemen/ zu dem dann baid tail ſetzen/ und den Sachen/ welchen dem andern zuſprechen ſolle/ nachgeen ſollen/ immaßen wie vorgeſchriben ſteth ungeverlich. ANNO 1464.

Fügte ſich auch/ daß under uns/ einer oder mer/ ſich an ſollichen Rechten und uſtragen/ als vorgeſchriben ſteth/ nit benügen laßen/ och andern Sachen/ nach lut dieſer ainung/ nit nachkommen wolten: deß/ oder derſelben/ ſollen und wollen wir andern uns nit annehmen/ ſondern/ den vorgenannten gnedigen Herrn/ nnd den/ wie vorſteth wider den/ oder dieſelben getrulich beraten und beholffen ſin/ als lang/ diß der/ oder die gehorſam werden/ und tund/ daß ſie/ nach dieſer aynung Sag tun ſollen/ en alles geverde.

Wir ſollen und wollen uns auch fürohin zu niemand verainen/ noch verbinden/ wir nehmen dann darinnen dieſe verainung gantz und luter uß/ ungeverlich. Och ſollen und wollen wir uns in zyt dieſer verainung zu keinem Fürſten verbunden/ noch der in unſer Eynung nfnemen/ dann mit der vorgenanten unſer gnedigen Herrn wißen und willen/ ußgenommen Aebbt/ die mögen wir wol nehmen unverhindert diß artickels ungevärlich.

Es ſollen och hierinn alle Sachen uſgenommen und hindangeſzt ſin/ die vor anfang dieſer aynung zu Krieg und zu kuntlicher Bundſchafft kommen/ oder die ervolgt und erlangt ſint/ nach ordnung des Rechten/ ungevärlich.

Wir ſollen und wollen auch fürbaß deheinen geſellen uer innemen/ noch empfahen/ er glob dann zuvor uff den ayde/ den er uns ſchwehrt/ diß ainung zu halten.

Es ſoll auch dehain unſer Hoptmann ſiner Hoptmanſchafft nit abretten/ der/ ſo an ſin Statt kommen ſoll/ hab dann zuvor och gelobt/ alles deß verbunden zu ſin/ und zu tun/ deß der vorig geweſen iſt/ ohne geverde.

Und wir haben in dieſer aynung gemeinlich uſgenommen/ unſern Heiligſten Vatter/ den Pabſt/ und unſern allergnedigſten Herrn den Römiſchen Kayßer.

So nemen wir nachbenempten inſonderheit uß.

Wir Graf Jörg von Werdemberg unſern Herrn/ den Pfalzgrafen. Wir Graf Conrad von Fürſtenberg/ unſern Herrn/ Herzog Sigmunden von Oeſterreich/ und unſer liebe Vettern/ Graf Heinrichen und Graf Egon von Fürſtenberg. Wir Graf Heinrich/ Graf Sigmund/ und Graf Hanß von Lupfen/ unſern Herrn Herzog Sigmund von Oeſterreich/ öffnung unſers Schloßes/ und Verſchreibung/ damit wir unſrer herrſchafft von Oeſtereeich gewant ſint. Darzu nemen wir Graf Sigmund uß/ unſern Vettern Graff Conraden von Tubingen/ und wir Graf Hanß von Lupfen/ unſern Herrn von Straßburg und den Marſchalck von kurgnn. Wir Graf Eberhart von Sonnenberg und Hanß Truchſäß von Waldpurg/ der verſchreibung der öffaung halb unſer Schloß/ gegen unſer herrſchafft von Oeſterreich/ und nnſer Vettern/ beid Herrn Jörg Truchſäßen von Walpurg.

Jch Rudolff von Rechberg Land Commenthur/ den Teütſchen orden; Burckart und Conrat von Honburg den burgfreiden/ ſo wir nnt unſern Vettern Herrn Wilhelmen von Honburg haben.

Hanß Ulrich von Stöffeln/ einen Herrn von Coſtanz und ſinen Stifft/ und ich Balthaſar von Plumneck einen Herrn/ Herzog Sigmunden von Oeſterreich.

Und alſo haben wir/ obgenanter Johannß Graf von Werdemberg/ Hoptmann/ och alle und jeglich Graven/ Herrn Ritter und Knecht/ Prælatrn nnd Stett/ der vorgenantrn Geſellſchafft für unß alle/ die unſern nnd die unß zugehören/ und zuverſprechen ſteen/

ANNO 1464. ſteen / Geiſtlich und weltlich / dieſe bendtnuß und verainung mit allen und jeglichen Ihren Stucken puncten und artickeln / von datum diß briefs an / biß Sant Jörgen tag nechſt kompt und darnach ein ganz Jar / mit truwen gelobt / in aidswiſe / getrulich zuhalten und zu vollfüren: alles / on allerley liſt und geverde. Und deß alles zu wahrem urkunde / haben wir obgenanter / Johans Grafe zu Werdemberg / heptmann / und mit ihm / wir Graf Ulrich von Montfort; und Hanß Truchſäß zu Waldpurg / Ritter / Landvogt ꝛc. unſer jeglicher von bevelens wegen gemeiner geſellſchafft unſer verainung / ſin Inſigel an diß brief hencken laſſen / darunder wir unß gemeinlich und ſonders aller und jeglicher hierinn begriffner Stuck / puncten und artickeln offenbarlich zubeſagen / mit rechter wiſſen und in krafft diß briefs verbinden / der geben iſt / uff die nechſten Mittwuch nach Sant Bartholomeus deß Heiligen zwölff botten tag / nach Chriſti geburt / tuſend vierhundert / Sechzig und vier Jar.

CCXXXVII.

12. Nov. *Teſtament de* MARIE DE HARCOURT, *Comteſſe de Vaudemont, Veufve d'*ANTHOINE DE LORRAINE, *Comte de Vaudemont. Fait le* 12. *Novembre* 1464. [La Veritable Origine des Maiſons d'Alſace, de Lorraine, d'Autriche &c. pag. 216. *Tiré des Archives de Lorraine.*]

In nomine Domini, Amen.

[Vertheydigtes Preuſſen wider den anſpruch des Teutſchen Ordens und Anno 1701. auf dem Richs-Tag &c. Gravamen über die Königliche würde in Preuſſen in Beylagen ſub Num. V. Apud THUCELIUM in Actis Publicis Part. I. pag. 895. LUNIG, in Spicilegio Eccleſiaſtico & quidem Fortſetzung des erſten Theils Cap. III. vom Teutſchen und Johanniter Orden. pag. 28.]

In nomine Domini, Amen.

AD perpetuam rei memoriam. Cum inter humanæ voluntatis deſideria, æquæ in aliquid citra Deum, finem æque rerum omnium opificem diriguntur, nulla res optabilior, nulla gratior, quemadmodum quotidianis experimur effectibus, nulla denique humano generi æque ſalutaris, neceſſaria, jucundior & utilior, quam pax habeatur, in ortu Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti, hominibus bonæ voluntatis denunciata per Angelos, & in receſſu ad Patrem cœtui Apoſtolico, & univerſis Apoſtolorum ſequacibus geminata donatione relicta. Proinde Nos Caſimirus, Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, ac Cracoviæ, Sandomiriæ, Siradiæ, Lanciciæ, Cujaviæ, Ruſſiæ, Pruſſiæque, Chelmen, Elbingen & Pomeraniæ Terrarum Dominus & heres: ſignificamus tenore præſentium, quibus expedit, univerſis, tam præſentibus, quam futuris, præſentium notitiam habituris. Quomodo attendentes, quales ſint veræ Pacis fructus, & quanta belli pericula, qualisque vaſtitas diſcordiam ſubſequatur: ad laudem omnipotentis Dei & intemeratæ Mariæ Virginis glorioſæ, totiusque cœleſtis Hierarchiæ propa-

ANNO 1466. propagationem, fidei cultum, juſtitiæ & Religionis Chriſtianæ ſalutiferum incrementum, Regni quoque Polonici noſtri decus & ſtabilimentum a guerraruar & litigiorum deflendis diſcriminibus, à diſſentiunum & odiorum anfractibus & displicentiis & ſingulis offenſis, quæ inter nos, Caſimirum, Regem Poloniæ, Magnum Ducem Lithuaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæque Dominum & hæredem prædictum, & Illuſtres Principes, Dominos, Conradum, Caſimirum, Bolcſlaum & Januſſium, Maſſoviæ, Henricum, Stolpen. Duces, ac Reverendum Patrem, Dominam Paulum, Epiſcopum, & Eccleſiam ac Capitulum ejusdem Varmienſ. Stephanum, Wohewodam Moldaviæ, Regnum Poloniæ, Terras noſtras, & alia Domnia nobis & regno noſtro Poloniæ ſubjecta ex una, & Magiſtrum & Religioſam virum, Dominum Fratrem Ludovicum de Erlichshauſen, Magiſtrum generalem Ordinis Beatæ Mariæ Teutonicorum, hospitalis Jeroſolimirani Præceptores, Commendatores & Ordinem ſuum, & Terras ejusdem Ordinis, ut Terras Pruſſiæ, parte ex altera, conſiſtentibus, fuerunt exortæ, animos noſtros ad feminas Pacis & concordiæ convertimus, fluctus quoque bellicæ tempeſtatis, hactenus figentes, ſedandos & abolendos duximus, & ea, quæ duranibus hujusmodi guerris & controverſiarum turbinibus, diruta fuere, deformata & diſtracta, per Pacis iuregritatem, ad Statum cupientes reducere quietum & tranquillum, per mediationem, operam & interventum, Reverendiſſimi in Chriſto Patris, Domini Rudolphi, Epiſcopi Laventinſ, Sedis Apoſtolicæ Legati, a Sanctiſſimo Domino noſtro Paulo, Papa II. ad intercipiendum bellum hujusmodi ſpecialirer deſtinati, cum eodem Domino Ludovico, Magiſtro, Commendatoribus Ordinis & Fratribus ipſius, Terris Pruſſiæ Subditis, & ſequacibus eorum, perpetuæ Pacis & inviolabilis fœderis concluſionem conſummationemque elegimus, aſſumpſimus, inivimus, ſuſcipimus eligimusque, aſſumimus & inimus tenore præſentium mediante omni tempore & perpetuo duraturam, quam ſub fide & honore & juramentis corporaliter præſtitis, ſine dolo & fraude promittimus, vigore præſentium, obſervare. Et ut ipſa pax & concordia, cum omni maturitate & deliberatione concepta, ad firmum & conſtantem ordinem jugiter ſervandum deducatur, ipſam per articulos infra ſcriptos duximus regulandam. Imprimis, quod inter Nos, Regem, Duces prædictos, Regnum Poloniæ ejusque Terras, Epiſcopum & Capitulum Varmienſ. & ſuam Eccleſiam, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Maſſoviæ, Srolpen & aliorum Dominiorum noſtrorum ab una, & prædictum Magiſtrum generalem, Commendatores, & Ordinem, Terras & Subditos ipſius in Terris Pruſſiæ, parte ab altera, omnes controverſiæ, diſſenſiones, hoſtilitates, inimicitiæ, diffidationes, infamiæ & damna inter partes hinc inde facta dimiſſa & totaliter ſopita debent eſſe, nec illorum de cætero aliqua mentio, aut memoria & ſignanter in querelis, aut in detractione partium, coram quibuscunque perſonis habeatur, aut fiat in quocunque judicio Eccleſiaſtico, vel Seculari, vel extra: ſed nec una partium ad infamiam alterius ſuggeret, conſenriet, auxilium dabit, vel favorem, per ſe, aut ſubmiſſam perſonam, quovis quæſito colore, publice vel occulte. Et quantum in utraque parte fuerit, delationes & detractiones hujusmodi fieri non admittet, ſed potius prohibebit.

Item ad abolendas omnes displicentias, odia, ſimultates & quaſlibet hoſtilitates, quæ inter præfatum Dominum Ludovicum, Magiſtrum, Commendatores & ſuum Ordinem ſuosque Prædeceſſores ab una, & nos prædeceſſuresque noſtros, Reges Poloniæ, partibus ab altera, occaſione terrarum Pomeraniæ Chelmen. & Michalovien. frequentius annis ſuperioribus usque bellorum gravia diſcrimina conſurgebant. Et ut Pax firma, ſtabilis, atque perpetua, non ex ore tantummodo, ſed ex corde, pure, non fide, ſincere, non ſimulate, inter Nos, Regem & Regnum Poloniæ, Duces, Epiſcopum & Capitulum, Varmienſ. adhærentes & Coadjutores noſtros, D. Ludovicum, Magiſtrumque, Commendatores & Ordinem Pruſſiæ proveniat, Terra Chelmen, cum ſuis Caſtris, Civitatibus & Oppidis, ac Fortalitiis, videlicet Thorun veteri & nova, Birgelau, alias Byrzglovo, Aldehaus, alias Starigrod, Colmen, alias Chlem, Venczelau, alias Unyſlaw, Leipe, alias Lipno, Schenezeh, alias Cowale, Roghanzen, alias Rogozno, Engelsberg, alias Coprzywno, Raden, alias Radzyn, Grudenz, alias Grudzancz, Golau, alias Golub, Pappaw, alias Papow, Strasberg, alias Brodnicza, Litteberg, alias Ludberg, Bratian, Nevemarckt, alias Novoforo, Leſſen, alias Laſſyno, cum ſuis omnibus pertinentiis & Villis etiam, quæ pertinebant ad judicium & Banderium Culmenſ. & cum tota Terra Michalovienſ. nihil excipiendo: Item tota Terra Pomeraniæ circa antiquos terminos ſuos cum univerſis Caſtris, Civitatibus & Oppidis, munitionibus in ea conſiſtentibus, videlicet, Gdaneczk, alias Gdansk, Pwozeck, alias Puczki, Lawenborg, alias Lamberg, Heyle, alias Helta, Liebe, alias Costczewzim, Grebyn, alias Grabinu, Derſchaw, alias Tczew, Mewe, alias Gnyew, Stargarth, Neweburg, alias Nowe, Swetexe, alias Swyecze, Moſſeck, alias Oſſzyk, Jeſſenycz, alias Jaſſenyecz, Keuſchau, alias Kyſchowo, Slochau, alias Slochow, Konycz, alias Chonycza, Fredeland, Hamerſteen, Bewtau, alias Bytow, Tuchel, alias Tuchola, Sobeyck, alias Sobowiczk, Schonecke, alias Scharzew, Baldenborg & cum Naria fluviis, aquis, Mari, ac piscaturis, quæ ſunt in cauda Maris, alias Hap, villis, portibus, inſuſis & pertinentiis univerſis & Dominio univerſali, directo & utili, mero & mixto, ad Nos & Regnum noſtrum Poloniæ pertinebunt, & ſpectabunt, pertinereque & ſpectare debebunt, donationibus, renunciationibus, ceſſionibus, appropriationibus per Reges, Principes, Prælatos, Barones, Nobiles & Civitates, Subditos Regni Poloniæ, ex quacunque cauſa & occaſione de Terris prædictis, jure, proprietate, Dominio ac titulo earum, quomodolibet & quotiescunque, etiam juramento corporali intervenniente, in favorem Magiſtri & Ordinis prædictorum factis, & Apoſtolica, Imperiali vel quacunque alia firmitate roboratis, non obſtantibus quibuscunque, quas per præſentem unionem & fœdus annullamus, caſſamus, abolemus, tollimus, exſtinguimus & mortificamus, illisque perpetuo derogarum eſſe volumus & derogamus. Tenebiturque Dominus Magiſter Ludovicus, Commendatores & Ordo Teutonicorum prædictus ipſis Terris Pomeraniæ, Chelmen. & Michalovien. & illarum juri, proprietati, titulo & Dominio, quomodolibet & ex quacunque cauſa ſibi & Ordini in illis competenti, pro ſe, ſucceſſoribus & Ordine ſuis, renunciatione & ceſſione perpetua, irrevocabili & ſpontanea, de certa & expreſſa ſcientia, cedere & renunciare, ſeque & Ordinem ſuum Terris præfatis Pomeraniæ, Chelmen. & Michalovien. in perpetuum abdicare, ac omnes inſcriptiones, donationes, renunciationes, ceſſiones, reſignationes, confirmationes, Literas, privilegia, Inſtrumenta, venditiones, emptiones, lauda, arbitria, ſententias, pronunciationes, monumenta & decreta, in favorem Magiſtri & Ordinis ſuper Terris prædictis, per ſummos Pontifices, Imperatores, Reges, Principes, Duces, Marchiones, Comites & quascunque perſonas Eccleſiaſticas, vel mundanas, cujuscunque conditionis, dignitatis, præeminentiæ, vel tenoris exiſtant, confectas, decretas & conceſſas, caſſare, abolere, extinguere, mortificare, & illis pro ſe, ſucceſſoribus ſuis & Ordine, non per errorem, conſte aut improvide, ſed libere & ſpontanee, ac de certa ſcientia perpetuo cedere & renunciare, & jus omne, quod Magiſtro & Ordini in præfatis Terris quomodolibet competebat, in Nos & Regnum noſtrum ſucceſſoresque noſtros, Reges Poloniæ, perpetuo transferre, & Milhares, Nobiles, Vaſallos, Cives, Terrigenas & quoscunque Subditos Eccleſiaſticos & Seculares, Terrarum, Civitatum, Diſtrictuum & Locorum prædictorum ab omni ſua fidelitate, omagio, ſubjectione, juramento, & qualibet ſponſione dimittere, abſolvere & relasare: Excepto, quod piscaturas in Hap a fine aquæ & piscaturarum Epiſcopi & Capituli Varmienſis & ex oppoſito in Mari falſo, Item partem Nergiæ a dicta aqua & piscaturis dictæ Eccleſiæ Varmienſis per transverſum Nergiæ usque ad dictum Mare falſum, & a dicto transverſo per deſcenſum Nergiæ usque in profundum cum Villis Scheytte & Neudorff, ac Curia Meteloff cum Jurisdictione & utilitate, atque ipſum profundum cum piscatura Sturionum & Thelonio antiquo Dominus Magiſter & Ordo perpetuo habebunt & poſſidebunt. Quam quidem portionem Nergiæ cum prædictis Villis & Curia de ſpeciali gratia præfato Domino Magiſtro & Ordini perpetuo conferimus & aſſignamus. Reſervata ramen Nobis totali venatione ſuper dicta portione Nergiæ, prout & ſuper tota Nergia illam Nobis reſervabimus. Hoc etiam adjuncto, quod Magiſter & Ordo nullum Caſtrum, aut munitionem ſuper dicta portione Nergiæ ſibi donatæ ædificare, vel ædificari facere, neque novum Teloneum, vel gravamen imponere debeat.

ANNO 1466.

Item ex certis bonis reſpectibus Nos moventibus, & pro præſentis Pacis ſtabilimento, Caſtrum & Civitas Marienburg cum duabus Inſulis, magna videlicet & altera parva, quæ dicitur Fiſchenwerder, & cum inre-

ANNO 1466. gritate Lacus Drauſen & ſuis omnibus piscaturis, piscatoribus & Villis, & cum Diſtrictu Scharphau & omnibus aliis attinentiis & Villis ſuis, eo tamen excepto, quod Villæ Aldenoff & Cleppyn, quæ pertinent ad Holand, Culborn & Hoendorff, quæ ultima ſola Militarium eſt, & pertinet ad Prewſchmarch, habeat facultatem in lacu Drauſen piſces pro beneplacito ſuo piscandi juxta morem antiquum. Item Caſtrum & Oppidum Schrum eum omnibus ſuis antiquis juribus, cohærentiis & pertinentiis univerſis. Item Civitas Elbing utraque, vetus videlicet & nova, & cum Diſtrictu Villarum, limitibus & jure, & cum Oppido Tolkmyth & eius Diſtrictu & ſuo Officio, Sylvarum & nemorum, alias Waldampth, & cum ſex Villis tenutæ & Caſtri Holand, videlicet, Pylouen, Myſtotyn, Bartkoyn, Kamensdorff, Welckliez, Prewſenmarg, & cum quinque Villis, quæ ad Oppidum & Diſtrictum Metheuſe pertinebant, videlicet magna Staban, parva Staban, Sekonemar, Pomerendorff & Wolsdorff. Item oppidum & Diſtrictus Criſtburg, alias Dzirgou, cum ſuis libertatibus, Militaribus, Nobilibus, Vaſallis, Villis, Lacubus, Molendinis & Caſtro: Ita tamen, quod demoliatur Caſtrum, & cum pertinentiis ejusdem univerſis, incipiendo ab uno latere oppidi dicti Criſtburg & descendendo fluvium Szirge usque ad Lacum Drawſen, Curia tamen Dolleſted cum ipſius Molendino apud Dominum Magiſtrum & Ordinem remanente. Ab alio vero dicti Oppidi latere aſcendendo & transeundo usque ad finales granicies dicti Oppidi Criſtburg & Villæ Haldenſtad mutuo ſe confingentes, eadem Villa a ſiniſtris in ditione Domini Magiſtri & Ordinis remanente. Ab inde vero directiùs eundo ad Pomezanienſis Eccleſiæ proximiores fines, ubi omnia & ſingula ſub dictis finibus ad partem Caſtri noſtri Marienborg conſiſtentia Villa Manſterberg iterum in parte Domini Magiſtri & Ordinis remanente, cum Curiis, Allodiis & quibuscunque aliis pertinentiis ad dictum Caſtrum noſtrum Marienborg pertinebunt. Cætera vero omnia & ſingula ad Cameratum & generaliter ad Diſtrictum Criſtberg usque in præſens pertinentia, pari modo in Oppidis, Curiis, Allodiis, Militibus, Terrigenis, Villis, piscaturis, aquis, nemoribus & aliis ſingulis pertinentiis, ſpectabunt ad Caſtrum Domini Magiſtri & Ordinis Prewsmarg, perpetuæ & in ævum pro Nobis Regibus & Regnu Poloniæ permanebunt. Ita quod Caſtra, Civitates, Oppida, Diſtrictusque prædii ex nunc & de cætero, vigore præſentis unionis & fœderis, ad jus, proprietatem, ſortem, & titulum Regni Poloniæ pertinebunt & ſpectabunt, pertinereque & ſpectare debent perpetuæ & in ævum. Dominus quoque Magiſter Ludovicus, Commendatores & Conventus prædicti pro ſe & ſuis ſucceſſoribus, Caſtris, Civitatibus, Oppidis, Inſulis, Lacubus, piscaturis, piscatoribus, Cameratibus & Officiis prædictis ac illorum Diſtrictibus, & Villis, perpetuæ & irrevocabili renunciatione de certa & expreſſa ſcientia, juri quoque, ſorti, proprietati, titulo & Dominio quomodocunque ex qualicunque cauſa, Domino Magiſtro, Commendatoribus, Officialibus & Ordini, ſuis in illis competentibus, per ſuas patentes Literas cedet & renunciabit, & omne jus, quod eidem Domino Magiſtro, Commendatoribus & Ordini ipſius in Caſtris, Civitatibus, Oppidis, Inſulis, Lacubus, Piscaturis, Diſtrictibus & Villis prædictis, quomodolibet competit, vel competere potuit, in Nos Casimirum Regem, Succeſſores noſtros, Reges & Regnum Poloniæ ſpontanee & de certa ſcientia perpetuo tranſtulit & applicavit; Milites quoque, Nobiles, Vaſallos, Terrigenas & Cives & quoſlibet Subditos Eccleſiaſticos & Seculares, prælatorum Diſtrictuum, Terrarum, Civitatum & Locorum, ab omni fidelitate, juramento, ſubjectione, Omagio & qualibet ſponſione abſolvet, dimittet & relaxabit. Cætera vero Caſtra, Civitates, Diſtrictus, Furtalitia, Villas, & Dominia in Terris Pruſſiæ, tam in terris, quam in aquis conſiſtentes & conſiſtentia, videlicet Kunygsberg Caſtrum, cum tribus Civitatibus: Item Caſtra & Oppida Lochſteth, Wargien, Gyrman, Pobebten, Rudan, Schoken, Kaimen, Kremiten, Waldau, Tapiau, Tapelauken, Narbelten, Inſterburg, Allenburg, Wonsdorff, Gyrdanen, Angyrburg, Nordenburg, Labiaw, Laukyſchken, Tylzath, Ragyt, Roſſiten, Wynthorg, Memel, Brandenborch, Crewyzeborgk, Fredelauth, Barthen, Loczen, Balga, Heyligenbeil, Synthen, Landtzberg, Preſcheſtau, Bartenſtein, Seſteen, Zegensborg, Ram, Raſtenborg, Lycke, Johansborg, Holand, Lybeſtath, Molliuſen, Morung, Paſenheym, Ortelsburg, Oſterode, Hoenſteen, Neydenburch, Soldau, Ilgenburg, Dewczeilaw, Prewſemarg, Lybemole & Salefelth, quæcunque alia Caſtra, Civitates, Oppida, Diſtrictus, Territoria & Villas, cum eorum Subditis, Militibus, Terrigenis & Vaſallis, aquis, nemoribus, lacubus & aliis pertinentiis univerſis, quibuscunque cenſeantur nominibus, Dominus Magiſter, Commendatores, Conventus & Ordo perpetuo & in ævum, quiete & pacifice absque omni noſtro & ſucceſſorum noſtrorum Regum & Regni Poloniæ impedimento, perturbatione & moleſtatione poſſidebit, & illorum plenum habebit uſum & Dominium. De quibus quidem Caſtris, Civitatibus, Oppidis, Terris, Diſtrictibus, Villis, Militibus, Terrigenis & Vaſallis, de illorum quoque jure, titulo, proprietate, ſorte & Dominio, quod nobis & Regnu noſtro Poloniæ quomodolibet & ex quacunque cauſa competit vel competere potuit, Nos Caſimirus, Rex præfatus, de certa & expreſſa ſcientia, pro nobis & ſucceſſoribus noſtris, Regibus & Regnu Poloniæ, ſponte & deliberato animo, præfato Domino Magiſtro, ſucceſſoribus ſuis, Magiſtris, Commendatoribus, Conventui & Ordini in Terris Pruſſiæ, cedimus & renunciamus, ac omne jus, quod nobis, ſucceſſoribus noſtris, Regibus & Regno Poloniæ, exemptione, & quibusque aliis cauſis, in præfatis Caſtris, Civitatibus, Oppidis, Terris, Diſtrictibus, Villis, Militibus & Vaſallis, quomodolibet competit, in Dominum Magiſtrum, Succeſſores ſuos, Commendatores, Conventum & Ordinem per renunciationem & ceſſionem perpetuam & irrevocabilem transferimus, & illud ipſis ſponte, libere & de certa ſcientia applicamus, & omnes Milites, Vaſallos, Nobiles, Terrigenas, Cives & quoslibet Subditos Eccleſiaſticos & Seculares, Terrarum & Locorum prædictorum, ab omni fidelitate, juramento, ſubjectione, omagio & qualibet ſponſione abſolvimus, dimittimus & præſentium tenore relaxamus. Episcopatus inſuper & Eccleſia Sambienſ. cum ſuis Caſtris, Civitatibus, Oppidis, videlicet Feſcheuſen, Tireuberg, Lobetau, Powden, Jurgemborg, Zalau & Neuenhauſs, & cum omnibus Vaſallis, Villis & pertinentiis ſuis univerſis, ſub ditione Domini Magiſtri & Ordinis ſui perpetuo conſiſtet & remanebit. Item ordinamus & ſtatuimus, quod ſuper omnibus piscaturis, Cutle vulgariter appellatis, ſub præſentia Capitanei noſtri Marienbergenſis & factoris Domini Magiſtri ab eo deſtinandi, in Caſtro Marienborg annis ſingulis in magna feria quinta debeat fieri arendatio, & Literæ ſuper omnibus Curtis ſub noſtro & Domini Magiſtri Signetis, arendatoribus debeant dari, & medietas pecuniarum ex hujusmodi arenda provenientium nobis debeat cedere, altera vero medietas Domino Magiſtro & Ordini provenire, jure Episcoporum Varmienſ. & Sabienſ. & Capitulorum eorundem, cæterarumque perſonarum & Locorum, libertatem ex antiquo Cutlorum habentiam per omnia ſalvo. Quibus Literas ſuper Cutlis præfatis & quantitate illorum absque omni pecunia libere volumus concedere.

ANNO 1466.

Item ne Pax ipſa, fœdus & unio, tanta maturitate concluſa & firmata, poſſit imposterum humana malignitate iuſringi, aut aliquibus fallaciis, dolis & ingeniis violari, nos quoque Caſimirus Rex, ſucceſſores noſtri & Regnum Poloniæ, Prælati, Principes, Barones & Subditi Regni ejusdem, de Domino Magiſtro, Commendatoribus & Ordine Pruſſiæ, Prælatis, Militibus & Subditis ſuis, Dominus quoque Magiſter, ſucceſſores ſui, Commendatores & Ordo, Prælati, Milites & Subditi ſui Pruſſiæ, de nobis Regibus & Regno Poloniæ, Prælatis, Principibus, Baronibus & Subditis ejusdem, plenam confidentiam & ſecuritatem, omni hoſtili reſpectu in præſens & in poſterum depoſito, teneamus, nos Caſimirus Rex Poloniæ prædictus, præfatum Dominum Ludovicum, Magiſtrum, Commendatores ſuos & Ordinem in Pruſſia, omnesque eorum ſucceſſores, in noſtrum & Regni noſtri Poloniæ Principem, Conſiliarium perpetuum: Commendatores vero principaliores, quos Dominus Magiſter & ſucceſſores ſui pro tempore duxerint deputandos, in Conſiliarios noſtros, & Regni noſtri, & in noſtram ac Regni Poloniæ protectionem, ſubjectionem & defenſionem perpetuo duraturam aſſumimus: Pollicentes in verbo noſtro Regio & ſub fide præſtiti juramenti, pro Nobis & ſucceſſoribus noſtris, Regibus & Regno Poloniæ, quod præfatum Dominum Magiſtrum, Commendatores & Ordinem, Prælatos, Milites, Vaſallos & Subditos ſuos in Pruſſia, eorumque ſucceſſores, affectione Regia tractabimus, honorabimus & diligemus; Ipſumque Dominum Magiſtrum, Commendatores & Ordinem, Succeſſores, Prælatos, Milites, Nobiles, Cives, Subditos & Terras eorum, velut Principis Conſiliarii & unitorum noſtrorum, in eorum juribus, libertatibus,

ANNO 1466.

tatibus, Privilegiis, munimentis & limitibus, quæ præſenti unioni & fœderi, aut ejus articulis & conditionibus non contrariantur, conſervabimus, ab univerſis quoque eorum hoſtibus, vexatoribus & impugnatoribus in Terris eorum prædictis Pruſſiæ tuebimur & defendemus. Tenebitur quoque præfatus Dominus Ludovicus, Magiſter, & quilibet ſucceſſor ſuus in Officium Magiſterii aſſumptus, & aſſumendus, poſt ſex menſes a die aſſumptionis in Magiſterium ſe Nobis & ſucceſſoribus noſtris perſonaliter repræſentare, & illic pro ſe, Commendatoribus & Tertis Pruſſiæ, Nobis & ſucceſſoribus noſtris, Regibus, & Regno Poloniæ præſtare debitæ fidelitatis, de obſervanda præſenti Pace, ac nunquam petenda abſolutione, ſeu relaxatione juramenti, nec ut conceſſa, aut concedenda, juramentum, ac in noſtra Caſimiri Regis, noſtrorumque ſucceſſorum, Regum Poloniæ, finiſtra parte, habere primarium locum & ſeſſionem. Quem quidem Dn. Ludovicum, Magiſtrum, ſuosque ſucceſſores, Commendatores, Prælatos, Milites, Vaſallos, Conventum & Subditos, Terrasque omnes Pruſſiæ ab eis nunc poſſeſſas & impoſterum poſſidendas, conquiſitas & conquirendas, etiam in Terris paganorum extra Terras Pruſſiæ, Nobis & Regno noſtro Poloniæ perpetuo connectimus, jungimus, unimus & inviſceramus, ea conditione & reſpectu, ut præfatus Ludovicus, Magiſter, ſui ſucceſſores, Commendatores & Conventus, Prælati, Barones, Milites, Terrigenæ & perſonæ ſingulæ, tam Eccleſiaſticæ, quam Seculares, & omnes Terræ eorum, atque homines in illis degentes, in Pruſſia ſint amplius & de cætero nobiscum, ſucceſſoribus noſtris, Regibus, & cum Regno noſtro Poloniæ unum & individuum corpus, una gens, unus populus, in amicitia, fœdere & unione nullum alium, præter ſummum Pontificem, quam Nos, Caſimirum, Regem, ſucceſſores noſtros, Reges Poloniæ, ac pro ſuo capite & ſuperiore recogniturі. Teneantur inſuper & ſint obligati, Nos, ſucceſſores noſtros, Reges & Regnum Poloniæ, ſive in proſperis, ſive adverſis nunquam deſerere, ſed nobis & ſucceſſoribus noſtris, Regibus & Regno Poloniæ, contra omnes hoſtes & adverſarios noſtros & Regni noſtri Poloniæ more aliorum Prælatorum, Principum & Baronum Regni aſſiſtere: Nosque & Regnum Poloniæ in noſtris guerris & in adverſitatibus eorum, potentiis, conſiliis & ſuffragiis opportunis adjuvare. Nec ſine noſtro & Succeſſorum noſtrorum, Regum Poloniæ: Nos quoque & ſucceſſores noſtri, Reges Poloniæ, ſive Magiſtri, Succeſſorum, Prælatorum, Commendatorum & Militarium ſuorum Pruſſiæ ſpeciali & expreſſo conſilio, voluntate & conſenſu, cum quibuscunque perſonis, quaconque præfulgeant dignitate, celebrabimus, ſtatuemus aut firmabimus aliqua fœdera, inſcriptiones vel contractus, publice vel occulte, per ſe vel ſubmiſſas perſonas: Sed nec Dominus Magiſter, Commendatores eorumque ſucceſſores, bella aliqua contra Catholicos ſine noſtro & ſucceſſorum noſtrorum, Regum & Regni Poloniæ ſpeciali movebunt conſenſu.

Forma autem juramenti, ſub qua Dominus Ludovicus, Magiſter, & ſucceſſores ſui, Nobis Caſimiro Regi, & ſucceſſoribus noſtris, Regibus & Regno Poloniæ, jurare tenebitur, talis erit:

EGo Ludovicus, Magiſter Generalis Ordinis Sanctæ Mariæ Theutonicorum, Princeps & Conſiliarius Regni Poloniæ, juro, quod ab hac hora, & deinceps fidelis ero Sereniſſimo Principi, Domino Caſimiro, Regi & Succeſſoribus ſuis Regibus, & Regno Poloniæ, & profectum illorum fideliter procurabo, & negotiis Regis & Regni fideliter conſulam, & Secretu, quæ mihi qualitercunque communicata fuerint, in eorum detrimentum nulli pandam, Pacem inſuper præſentem in omnibus ſuis conditionibus obſervabo, & cuſtodiam, ſic me Deus adjuvet, & Sanctu Dei Crux.

Item, ut per præſentes Pacis & Fœderis unionem ſingula odiorum & irritamentorum nubila poſſint funditus evelli, cum præfato Domino Ludovico, Magiſtro, Commendatoribus ſuis & Conventu pro bono Pacis devenimus, & illud inter nos concordavimus, quod Epiſcopatus & Eccleſia Chelmen. ad Gnesneuſ. Eccleſiam redeat, ac a modo & deinceps præfatæ Gnesneuſ. a Polonicæ Eccleſiæ, & ut tanquam primatialis ſit in omnibus obediens & ſubjecta, de Regulari in Secularem, favore & auctoritate Summi Pontificis, ad quod tam Dominus Ludovicus, Magiſter, Commendatores ſui, & Conventus prædicti, ſuum expreſſum præſtiterunt & præſtant conſenſum, transferenda: quæ eriam cum ſua Diœceſi & cum omnibus Caſtris, Civitatibus, Oppidis & munitionibus ſuis, videlicet, Chelmza, alias Colmenſich, Lubawa, alias Lubaw, Kurzathnik, alias Kuwernyk, Varmbrzesno, alias Fredek, & omnibus diſtrictibus, Nobilibus, Vaſallis, Villis & pertinentiis ſuis univerſis, ſub noſtra, ſucceſſorum noſtrorum, Regum & Regni Poloniæ conſiſtet perpetua ditione, patrocinio & defenſa. Item concordavimus de prædicti Domini Ludovici, Magiſtri, Commendatorum ſuorum & Conventus ſpeciali annuentia & expreſſo conſenſu, quod Varmienſis Eccleſia & ejus Pontifex pro tempore cum ſuo Venerabili Capitulo Varmienſi ex nunc & de cætero eum omnibus ſuis Caſtris, Civitatibus, Oppidis & munitionibus, videlicet, Heylsberg, Braunsberg, Warmyth, Seburg, Wartemburg, Reſil, Byſchowſteyn, Magno Olſteen, Guthſtad, Melzak, Frawmburg & Byſchemberg cum omnibus Diſtrictibus, Nobilibus, Vaſallis, Pertinentiis, Villis & Attinentiis ſuis, in noſtra & ſucceſſorum noſtrorum, Regum & Regni Poloniæ ditione, ſubjectione & protectione conſiſtant. Et Dominus Ludovicus, Magiſter, ſui ſucceſſores, Commendatores, & Ordo ejus, ditioni, protectioni & ſubjectioni expreſſe renunciant, & omne jus, quod ipſis in prædicta Eccleſia, Epiſcopatu & Capitulo Warmienſi, quomodolibet hactenus competebat, in Nos, Caſimirum Regem, ſucceſſores noſtros, Reges & Regnum Poloniæ plenarie tranſfundant, & tranſfundere teneantur. Item concordatum eſt & conventum de ſpeciali præfati Domini Ludovici, Magiſtri, Commendatorum ſuorum & Conventus comprobatione & conſenſu, quod Venerabilis Vincentius Kelbaſſa, Cuſtiliarius & Secretarius noſter dilectus, ad Eccleſiam præfatam Culmenſem per nos nominatus, & ad eandem noſtra interceſſione, dante Domino, promovendus, Eccleſiam & Sedem Pomezanienſis Epiſcoparus de ditione D. Ludovici, Magiſtri, & ſui Conventus, quamvis hactenus in Capite & membris regularem in Commendam, per diſpoſitionem & ordinationem Apoſtolicam, ad vitæ duntaxat ſuæ tempora habeat, & illam cum ſuis Caſtris, Civitatibus, Fortaliciis, videlicet Prabuth, alias Reſemburg, Qwyedzyn, alias Mariewerder, Biskupicze, alias Byſchowerder, Kyszchyelecz, alias Freyſtath, Schouenberg, Gardzin & Rozemberg, cæterisque ejus Diſtrictibus & pertinentiis obtineat, ipſamque in Spiritualibus & temporalibus adminiſtret: Eccleſia prædicta Pomezanien. remanente nihilominus cum ſuis membris interim regulari præfato, aut Vincentio Kelbaſſa morte aſſumto, ad præfatam Pomezanienſem Eccleſiam regularis perſona dicti Ordinis in Pontificem eligetur & ſubſtituetur, Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ gratia & favore accedens, gaudebitque noſtra protectione, conſiſtens in Magiſtri & Ordinis tam Religione, quam ditione.

Item quoniam poſt fœdatos fluctus bellicæ tempeſtatis, nulli magis Nos primum conveuit, quam Eccleſiis & earum Miniſtris compati & commiſereri, quatenus ſupremus ſedatos uberiorem firmitatem Paci conditæ infundat. Quocirca ordinamus & ſtatuimus, quatenus omnia Caſtra, Fortalitia, Civitates, Oppida, Caſtella, Munitiones, Eccleſiarum Loca & Villæ, & ſignanter Framburg, Warmyth, Wartemberg, Melzak, Lubaw, Prabuty, alias Reſemburg, Quyedzyn, alias Mariewerder, & Schonberg, quomodolibet a Nobis & noſtris, ac præfato Domino Ludovico, Magiſtro, Commendatoribus & Conventu ſuis, poſſeſſa, occupata & incaſtellata, quocunque nomine vocitentur, ſuis Pontificibus, Capitulis, Prælatis, Abbatibus, Monaſteriis, & ſignanter Varmien. Chelmen. Pomezanien. & Sambien. Eccleſiis, Epiſcopis & Capitulis, tam Cathedralibus, quam Conventualibus, Collegiatis, Hoſpitalibus abſque alia contradictione, diminutione, depactatione, ſolutione vel arreſto, cum omni ſua ſuppellectili, bombardis, ornamentis & pertinentiis univerſis, infra hinc & feſtum Nativitatis Beati Johannis Baptiſtæ proxime venturum reddantur vice verſa. Omnes inſuper Pontifices, Abbates, Capitula, Prælatos, Præpoſitos, Canonicos, Curatores, & alios Beneficiatos, qui non ſunt de Ordine prædicto, in eorum Loca, Jura, libertates & poſſeſſiones, quæ, & quas ante motam guerram poſſederant, reſtituimus,

ANNO 1466.

ANNO 1466. restituimus, & tenore præsentium reintegramus, exceptis Castris, & Civitatibus prædictis, in festo prædicto Beati Johannis Baptistæ restituendis. Quod si Curati Nobis, aut Domino Magistro, aut Civitatibus, vel Oppidis ingrati, vel suspecti sint, permittatur, quod permutent, aut Vicarios idoneos constituant, aut pensionem honestam auctoritate superioris reservandam, dimisso atque renunciato titulo suscipiant. Item omnes captivos in præsenti guerra per nos Casimirum Regem, Duces Masoviæ & Stolpen. Episcopum & Capitulum Varmien. gentes nostras, Coadjutores & Adhærentes captos, sive sint depactati, sive non, ab omni captivitate & sponsione, vigore præsentis fœderis absolvimus, & tenore præsentium relaxamus, quæ absolutio & libertas per Dominum Ludovicum, Magistrum, suos Præceptores, Capitaneos & Officiales, nostris & omnium nostrorum Coadjutorum & Adhærentium, & signanter captivis Dominorum Ducum Masoviæ & Stolpen. ac Reverend. Patris, Domini Pauli, Episcopi, & sui Capituli Varmiensis, sive depactatis, sive non, quocunque vocitentur nomine, nullo excepto, debet præstari & impendi, nec depactati aut taxati debent obligari ad aliquam solutionem præmissam, quæ nondum est soluta, etiamsi depactati dedissent pro se de solutione aliquam cautionem. Item ordinamus & statuimus, ut omnes Mercatores, tam Regni nostri Polon. Principatuum, Terrarum & Dominorum nostrorum & Regni ac Episcopatus, Capitulique Varmien. quam Terrarum Prussiæ in ditione Domini Ludovici, Magistri, & Ordinis sui consistentes, sint ubique in Terris, & in aquis tuti, & securi, & nullæ illis molestiæ inferantur nec cogantur, nisi solitis, & veteribus stratis, itineribus & locis ambulare, aut ad aliquam Civitatem, Castrum & Locum sub prætextu cujuscunque Constitutionis vel Edicti, cum rebus & mercibus suis, cujuscunque maneriei existant, de cætero applicari, præterquam in Kynsberg, juxta Conventionem desuper factam, super qua speciales a nobis Literæ emanarunt. Item, quoniam per Mercatorum industriam, & rerum venalium importationem Respubl. notabile accipere consuevit incrementum: Statuendo decernimus & spondemus, quod nulla Telonea, Deposita, Gabellas, foralia, sive quascunque, alias censuationes, Locis & personis in Regno nostro, Principatibus & Dominiis nostris, & Regni nostri imponemus de novo, aut imponi permittemus, tam in terris, quam in aquis: Sed tantummodo eternum impositis. Quod idem Dominus Magister Ludovicus, successores sui, Commendatores & Conventus in Terris Prussiæ suis observabunt. Item, ut charitatis & unionis amplior certitudo inter Nos Casimirum Regem, successores nostros, Reges & Regnum Poloniæ, Principatus, Terras & Dominia nostra, & Regni ejusdem Subditos, & Adhærentes parte ab una, & Dominum Ludovicum, Magistrum, successores suos, Commendatores atque Ordinem in Prussia a partibus altera, jugiter & inconcusse, perpetuo perseveret: Statuimus & ordinamus, quod deinceps & a modo ad Ordinem S. Mariæ Theutonicorum & prædictum in Terris Prussiæ consistentem, personæ idoneæ & Ordinis capaces, etiam ex Subditis quibuscunque Regni nostri Poloniæ, Principatuum, Terrarum & Dominiorum ejus assumantur: Ita tamen, quod ultra mediam partem assumere de illis non teneantur, & in distribuendis Commendariis & Officiis Ordinis juxta dictam medietatem Magister, & Commendatores teneantur ad illos bonum habere respectum: Magister vero eligetur Vir magis utilis & idoneus, secundum regulam Ordinis & institutæ; Qui cum sit noster & Regni Poloniæ Princeps & Consiliarius, non debebit sine suo demerito & nostro scitu per Commendatores & Conventum a Magistratu amoveri. Item, ut hujusmodi pacem perpetuam, unionem & concordiam sub certiori attestatione, firmitate & robore custodiamus, promittimus sine dolo, & fraude ac onere præstiti juramenti, quod ad nullius viventis hominis auctoritatem, & potestatem, etiam quacunque præfulgeat dignitate Papali, Imperiali, Regali, Ducali, aut cujuscunque Congregationis legitimæ personarum Ecclesiasticarum, aut Secularium, ad impetrandum præsentis Pacis, Fœderis, & Contractus, in toto, vel in parte, expresse, manifeste, vel occulte, per se, alium, vel alias quascunque submissas personas spirituales, vel seculares, dissolationem, ruptionem, cassationem, aut irritationem recurremus, aut recursum habere poterimus, aut Nos induci, persuaderi, requiri, vel nobis mandari ad violationem præsentis Pacis per aliquam potestatem Papalem, Synodalem, Imperialem, Regalem, Ducalem permittemus, neque impetrabimus absolutionem, aut relaxationem juramenti præstiti, neque utemur impetrata, aut etiam motu proprio concessa vel concedenda. Et si contrarium fecerimus, censebimur fidifragi & perjuri. Item Subditi Domini Ludovici, Magistri, ac Terrarum prædictarum suarum Prussiæ, undecunque & cujusennque gradus, status, & conditionis fuerint, qui causa Negotiationis vel alia ad Terras quascunque nostras & Regni nostri, Principatuum & Dominiorum prædictorum venerint, per Nos, Principes, Barones, Subditos, sive etiam extraneos, cujuscunque conditionis vel gradus fuerint, impediri, convenire vel arrestari non debent. Sed in Prussia si quid actionis habuerint, actores juxta Terrarum jura municipalia illos conveniant, & querelæ hujusmodi sopiantur. Delinquens tamen in Loco delicti deprehensus & contrahens de Contractu præsenti in Loco Contractus poterit conveniri, sed si de Loco, ubi contraxit, recesserit publice vel occulte, coram Judice suo conveniatur. Item ordinamus, quod ubicunque quis receperit rusticos; vel Colonos suos, qui propter guerras, aut alias ab eo recesserunt, possit eos repetere, qui & sibi dimitti & restitui debent, cum eos requisierit. Item, quod nullus mercator seu alius homo, cujuscunque conditionis existat, aut bona ipsius, propter delictum, seu debitum alterius arrestetur, molestetur, turbetur, nec etiam captivetur. Item si vectores aut aurigæ, bona seu merces mercatorum pro precio ducentes, reloneum, seu datiarum Loca præterierint, ipsi duntaxat in eorum rebus, & equis suis propriis puniantur, & quod præterea bona mercatoria non debent occupari nec detineri. Item si per aliquem Subditum, aut Indigenam alicujus nostrum, inscriptioni seu Paci perpetuæ præsenti forer in aliquo derogatum & contraventum, utpote, si rapinæ, spolia, incendia, vel homicidia, aut aliqua maleficiorum gratia in Terris & Dominiis nostris alterutrum perpetrata forent & commissa, propter ea prædicta pax & unio cassari, & irritari non debebit, & in sua firmitate permanebit; nec propter hoc pars, cujus subditus hujusmodi maleficium commiserit, censebitur fore dejerans, seu perjurans: Prædicti autem delinquentes, & malefactores pro ipsorum excessibus, per Capitaneum seu Officiales utriusque nostrum judiciaiiter punientur, & ad satisfactionem plenam & debitam arcebuntur, & compellentur. Item promittimus tenore præsentium & spondemus, & in verbo nostro Regio, & sub onere per nos præstiti juramenti pollicemur, quod ad occupandum Terras, Castra, Civitates, Oppida, Villas, & quæcunque Loca Magistri, & Ordinis, & omnium Subditorum suorum, sub ejus ditione consistentium, tam Ecclesiasticorum, quam Secularium, nullo unquam tempore aspirabimus. Quinimo, si aliquo casu per quemcunque hostem, seu insidiatorem Magistri, & Ordinis, Castrum aliquod, Civitas, vel Fortaltium fuerint dolo, fraude & violentia intercepta, vel occupata, quod Deus auferat, nullatenus debebimus, vel poterimus Castrum, Civitatem, Fortalitium, aut Loca sic intercepta, occupata, vel incastellata, etiamsi sponte, vel ultronee illius, vel illorum nobis offeratur deditio, quomodolibet, & sub quocunque colore suscipere: Sed renebimur, & astringemur ad conquisitionem, & recuperationem cujuslibet Civitatis, Castri, & Fortalitii, & Loci incastellati, in Terris Chelmen. Pomeraniæ & Prussiæ inrercepti, occupati, expugnari vel incastellati, per Nos, vel nostras potentias, una cum potentia Domini Ludovici, Magistri, Commendatorum, & Terrarum suarum consurgere, & de manibus hostilibus eripere, ac in potestatem & ditionem Domini Ludovici, Magistri, & Ordinis, restituere vice versa. Item tenebimur Nos Casimirus, Rex, Castra, & Civitates Holand cum Districtu, & Oppido Melhausen, & Cameratum Burdauen, item Passenheym & Nideburg, quæ hactenus fuere in nostra possessione, Domino Ludovico, Magistro, Commendatoribus, & Ordini suo dimittere, & illorum cum omnibus eorum pertinentiis infra hinc & festum Nativitatis S. Johannis Baptistæ, proxime venturum, tradere effectualem, & expeditam possessionem, sex Villis de Districtu & Capitaneatu Holand, & quinque Villis de districtu Melhausi, superius descriptis, duntaxat exceptis, quæ de cætero ad nos, & ad nostram Regiam Civitatem Elbingensem perpetuo pertinebunt, sive autem de manibus nostris & nostrorum, & ex nostra cessione, sive etiam aliis quibuscunque modis, præfata Castra & Civitates, in manus & potestatem Domini Magistri, aut sui Conventus devenerint, quod per hoc huic articulo nos Casimirus Rex censebimur satisfecisse, proviso tamen

ANNO 1466.

ANNO 1466. men antea omnia, quæ prædictus Dominus Ludovicus, Magiſter, Commendatores ſui, & Conventus prædictarum Civitarum, Cives & Subditos benigne ſuſcipiet & pertractabit, & omnem offenſam ex corde, nunquam illam verbo, vel facto reminiscendo, illis dimittet, & de bonis ac vita illos per ſpeciales ſuos Commendatorum & Conventus Literas, in manus noſtras tradendas aſſecurabit, jura eorum, libertates & immunitates antiqua & antiquas duntaxat confirmando, quod idem & nos Caſimirus Rex, de Civibus & Subditis Civitatum & Oppidorum ac Caſtrorum Chelmen. Brodynicza, Noviſſori, Cridsburg, Stum, Bratian, & Althaus, alias antiquum Caſtrum, cum univerſis ſuis Diſtrictibus & pertinentiis, ſalva diſpoſitione de Cridsburg, ſuperius expreſſa, quorum Nobis Dominus Ludovicus, Magiſter, Commendatores & Conventus, infra hinc & feſtum prædictum S. Johannis Baptiſtæ, effectualem & expeditam demittere tenebitur poſſeſſionem facere; obligamur. Volumus autem, quod omnes venditiones, donationes, alienationes, libertationes & inſcriptiones inde & ſuper Oppidis, Caſtris & Villis, quæ nos, Rex Caſimirus, dicto Domino Magiſtro & Ordini, prout ſupra aſſignare tenemur, hujusmodi guerris durantibus, quovis modo factæ, ſint caſſæ, irritæ & nullæ, quas & ſic eas noſtra certa ſcientia caſſamus, irritamus & annullamus. Item ordinamus, quod omnes profugi, ſpoliati, exules, militares, videlicet Nobiles & Terrigenæ, tam de Regno noſtro Poloniæ, Ducatibus, & Dominiis noſtris ac Regni noſtri & Epiſcopatus Varmienſ. quam de Terris Pruſſiæ Domini Magiſtri, & Ordinis prædicti, quibuscunque poſſint redire ad propria, & de bonis ſuis dimiſſis disponere pro beneplacito ſuæ voluntatis, ad quorum quietam & plenam poſſeſſionem tenebimur illos, aut proximiores eorum admittere & defendere admiſſos. Non obſtante, quod bona eorum hujusmodi per Nos aliis quibuscunque perſonis ſint ad vitam, tempus, vel in perpetuum obligata, donata, vel inſcripta. Quas quidem Obligationes, Donationes, venditiones & inſcriptiones caſſamus & irritamus, revocamus & annullamus, nullius roboris eſſe volumus per præſentes. Tenebimurque Nos & ſucceſſores noſtri, illos habere in favore & gratia, nec verbo, vel facto eorum commemorare hoſtilitates, nec de illis unquam aliquam ſumere ultionem, per nos vel ſubmiſſam perſonam, publice vel occulte, directe, vel indirecte, aut quovis quæſito colore; quibus etiam plenam damus licentiam de Terris & Dominiis noſtris, ad Terras Ordinis ratione incolatus ſe transferre, & bona ſua mobilia & immobilia vendere, donare, commutare, obligare, & de eis libere diſponere pro ſuo arbitrio, beneplacito & utilitate. Cives etiam partis utriusque, qui de Civitatibus, vel Oppidis expulſi, vel banniti fuerunt, aut alias ab eis publice, vel occulte, receſſerunt, debent ad illos & illa teadmitti. Bona quoque eorum, quæ ante inchoationem hujus dictæ vendita, vel donata aliis non ſunt, debent eis reſtitui. Et ſi ad domos, vel bona vendita, aut donata redirum habere velint, dato pretio per emtorem expoſito, aut quod pro donatis per Conſulatum loci taxabitur, debent eisdem reſtitui, ſalvo etiam eo, quod poſſeſſores in ædificiis, vel aliis oneribus occaſione dictorum domorum vel bonorum expoſuerunt, quod ſimiliter juxta dictamen Conſulatus loci reſtituere debent, antequam hujusmodi domus ipſis, vel bona reſtituantur. Item ut præſentis Pacis, Fœderis, & Unionis concluſio abundantiori cuſtodiatur per Nos, Prælatos, Duces, Barones, Conſiliarios & Subditos noſtros cautela, ordinamus, quod omnes Epiſcopi, Principes, Palatini, Caſtellani, & cæteri Barones Regni noſtri, Officia Magiſtratus, & Capitaneatus in Regno noſtro obtinenda: Item Magiſtri Civium, Conſules Civitatum, Regni noſtri prædicti, videlicet, Cracovien. Posnanien. Sandomirien. Caliſien. Leopolien. Torunien. Chelmen. Gedan. Elbingen. Brunsbergen. tam moderni, quam illis in Pontificatibus, Principaribus, Magiſtratibus, Capitaneatibus, & Officiis, quomodo licet, ſuccedentes, præſentem Pacem in omnibus ſuis Articulis cuſtodire & ſervare per juramentum corporale ſe adſtringant, nec contravenire quacunque occaſione, neque dispenſationem, vel relaxationem juramenti petere, renunciando omnibus exceptionibus juris & facti. Item, ut hujusmodi pacem perpetuam & concordiam ſub certiori attentionis firmitate & robore in omnibus ſuis Capitulis, Conditionibus, Articulis atque punctis cuſtodiamus & obſervemus: Et ut Pax ipſa, fœdus & unio ab omni ſuſpicionis genere ſit circumſcripta, pro illius ſubſiſtentia adjicimus: Quod nos Caſimirus, Rex Poloniæ, & præfatus Dominus Ludovicus, Magiſter, Commendatores, Conventus & Ordo per noſtros hinc inde Factores & Procuratores, quos in ſolidum & irrevocabiliter præſentium tenore conſtituimus, Reverendum videlicet Patrem, Dominum Jodocum, Epiſcopum Ozilien. & Magnificum, Venerabiles, Egregios, Nobiles & circumſpectos Viros, Johannem de Oſtrorog, Militem, utriusque Juris Doctorem, Caſtellanum Myedzyrzecen. Magiſtrum Sandivogium, Theologiæ Profeſſorem, Præpoſitum Monaſterii Clodavien. Ordinis Canonicorum regularium, Antonium de Furlivio, Decretorum Doctorem, Cameræ Apoſtolicæ Clericum, Andream de S. Cruce, Antonium de Caſarellis, Sacri Palatii Apoſtol. Advocatos, Bartholomeum Kelbaſſa, Canonicum Gnesnen. Magiſtrum Henricum Hurdman, Decanum Eccleſiæ S. Andreæ Colonienſ. Procuratorem cauſarum, Magiſtrum Fabrianum Hanko, Decretorum Doctorem, Canonicum Majoris & Scholaſticum S. Crucis Wratislavienſ. Eccleſiarum coram Summo Pontifice, Domino noſtro Sanctiſſimo Papa, confitebimur, recognoscemus, & quilibet noſtrum confitebitur & recognoscet præfatam Unionem, Fœdus, Pacem & Concordiam, nos ſponte nee, libere, ſincera voluntate, ſine dolo & fraude celebraſſe, ordinaſſe, conteciſſe & conſummaſſe, & omnes Articulos, Capitula, Modos & Ordinem, quibus Pax ipſa & Concordia conſummata, confecta & regulata eſt, ad præfati Reverendiſſimi Patris, Domini Rudolphi, Epiſcopi Laventini, Apoſtolici Legati, exhortationem, perſuaſionem, & mediationem, & de noſtra mente, ſcitu, voluntate, aſſenſu & beneplacito ultroneis proceſſiſſe. Inſtabimusque, petemus, laborabimus, inſtareque, petere & laborare debemus, & tenebimur ſine dolo & fraude, quatenus Summus Pontifex, Sanctiſſimus Dominus noſter, præſentem Unionem, Fœdus, Pacem & Concordiam per interpoſitionem ſui ſpecialis Decreti, de certa ſuæ Sanctitatis ſcientia emanandi, & per Literas Apoſtolicas ſive Bullas in omnibus ipſius Articulis, Capitulis, Modis, ordinationibus atque punctis acceptet, gratificet, ratificet, & ad perpetuam rei memoriam confirmet, pœnam quoque & cenſuram, ad quam nos ſubmittimus, adjiciet & apponet, in præſentis Pacis, Unionis, & Fœderis violatorem, transgreſſorem & contravenientem, cum ſuppletione defectuum, ſi qui ſunt in præſenti fœdere, Ordinatione & Inſcriptione commiſſi, & cum derogatione ſtatutorum & conſuetudinum Ordinis etiam juramento firmatorum, aut auctoritate Apoſtolica vel Legatorum ejus, vel quacunque alia confirmatorum, quibus forſaſſe cavere, quod in magnis & arduis rebus Ordinis vocatio & conſenſus Magiſtrorum Almaniæ, & Livoniæ debeat intervenire, ac etiam cum caſſatione allegationis metus, qui per Magiſtrum, Commendatores, Conventum & Ordinem de metu poſſet, dum ad pacem præſentem conficiendam, ad vocationem præfati Reverendiſſimi Patris, Domini Rudolphi, Epiſcopi Laventini, Apoſtolici Legati, ſponte venerint, & in ſingulos Tractatus, conditiones & concluſiones Pacis, tanquam nobis proficuas & utiles, ſnum ultroneum præbuerunt conſenſum. Quam quidem concordiam, unionem & Fœderis perpetui concluſionem, Nos Caſimirus, Rex præfatus, pro Nobis, Regni noſtri ſucceſſoribus, & Ducibus Maſoviæ & Stolpen. Epiſcopo, Epiſcopatu ac Capitulo Warmienſi Adjutoribus, Adhærentibus, & Subditis noſtris, de certa ſcientia in omnibus ejus Articulis, Conditionibus atque punctis approbamus, acceptamus, & præſentium tenore pro ſubſiſtentia perpetua emologamus, ſalvis aliis, quæ contra præſentis Pacis & Unionis ordinationem, ejus conditiones, Articulos & Capitula non ſunt, præfati Domini Ludovici, Magiſtri, & ſui Ordinis Juribus, libertatibus & Privilegiis: Quæ nos Caſimirus, Rex præfatus, pro nobis & ſucceſſoribus noſtris, Regibus Poloniæ, approbamus & confirmamus. In cujus rei Teſtimonium noſtrum & præfati Reverendiſſimi Patris, Domini Rudolphi, Epiſcopi Laventini, & Apoſtolici Legati, Sigilla, eum manus propriæ ipſius Domini Rudolphi, Legati, & Notariorum publicorum ſubſcriptione præſentibus ſunt appenſa. Et Nos Johannes, S. Gnesnen. Eccleſiæ Archiepiſcopus & Primas, & Regni Poloniæ Cancellarius, Jacobus, Wladiſlavienſ. Paulus, Warmienſ. eadem gratia Epiſcopi: Lucas de Gorka, Posnanienſ. Staniſlaus de Oſtrorog, Caliſchienſ. Stiborius de Bayſen, Gubernator Pruſſiæ, Petrus de Opporow, Lancicienſ. Nicolaus de Coszczeleez, Breſten. Johannes de Coszczeleez, Juniwladiſlavienſ. Gabriel de Bayſen, Culmenſ. Palatini: Petrus de Schamotuli, Posnanienſ.

ANNO 1466. Petrus de Gay, Caliſchienſ. Johannes de Rythwiany, Regni Poloniæ Marſcalcus, Otho Machwicz, Miles, Nicolaus Pilawski, Culmenſ. Petrus de Moszczona, Dobrzynen. Dobrogoſtus de Oſtrorog, Camienecenſ. Johannes de Oſtrorog, utriusque Juris Doctor, Medyvrzecen. Sandivogius de Czarnkow, Santhoczenſ. Caſtellani, Stiborius de Poniecz, Judex Posnanienſ. Petrus Donyn de Prankowicze, Sandomirienſ. & Michael de Laſſotki, Lancicien. Succamerarii: Promittimus & ſpondemus, quod Sereniſſimus Princeps, Dominus noſter gratioſiſſimus, Dominus Caſimirus, Dei Gratia Rex Poloniæ, & Magnus Dux Lithuaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Dominus & Hæres, & ſui ſucceſſores, Reges Poloniæ, præſentem concordiam & fœdus Pacis perpetuæ atque conjunctionis cum Illuſtriſſimo, & Magnifico Principe, & Conſiliario Regni Poloniæ, Domino Ludovico de Erlichhauſen, Magiſtro Generali Ordinis Beatæ Mariæ Theutonicorum, Hospitalis Jeroſolymitani, prædicto initam, concluſam, firmaram, cuſtodiet, attendet, obſervabit. Nos quoque Prælati & Barones prædicti cuſtodiemus, attendemus, obſervabimus & implebimus, in omnibus conditionibus, articulis atque punctis, &, in evidentiam præmiſſorum, Sigillorum noſtrorum appenſione præſentem Literam ordinavimus roborari. Actum & datum in Thorun, die Solis, decima una Octobris, Anno Domini 1466.

Præſentibus Venerabilibus, Egregiis, Strennis, Nobilibus & Spectabilibus Viris, Paulo de Glowina, Decano Cracovienſ. Petro Pnyewy, Præpoſito Wladislavienſ. & Canonico, Jacobo de Schadeck, Decretorum Doctore, Præpoſito Præmislienſ. & Johanne Dlugoſch, Canonico Cracovienſ. Henrico de Opporow, utriusque Juris Doctore, Archidiacono Gnesnenſ. Matthia de Raczansx, Canonico Wladislavienſ. Johanne Winkler, Decretorum Doctoribus, Paulo de Paneziawicze, Johanne Offinan, Clerico Bambergenſ. Diœceſis, Licentiatis in Decretis, Johanne Srankonis, Medicinæ Doctore, Canonico Wratislavienſ. Bernhardo de Schomberg, in Chelm, Johanne Skalskim, in Frauenburg, Georgio Sliwen, Przewſchelaw, Capitancis: Johanne Schilling, Johanne Thimonis, & Philippo Wayszell de Sambia, & aliis quamplurimis fide dignis Teſtibus ad præmiſſa vocatis & rogatis.

Et Ego Rudolphus, Dei gratia Epiſcopus Laventinus, Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, & Sanctiſſimi Domini noſtri Domini Pauli, divina Providentia Papæ II. ad Germaniam Legatus miſſus præfatus. Quia præmiſſa omnia tractavi, concordavi, & dum per partes acceptarentur, emologarentur, & jurarentur, præſens interfui; Ideoque pro majori evidentia ac Teſtimonio hic me manu propria ſubſcripſi, hujusmodi concordiam & fœdus perpetuum approbando, atque grata, rata, habendo.

R. LAVENTINUS EPISCOPUS, mppr.

(L.S. JO. EWICH, Not.)

Et ego Johannes Ewich, de Attendarii Clericus Colonien. Diœceſ. Publicus, Apoſtolica & Imperiali auctoritatibus, Notarius, præfatique Reverendiſſimi in Chriſto Patris & Domini, Domini Rudolphi, Epiſcopi Laventini, & Legati Apoſtolici ac coram eo Scriba. Quia præinſertis Concordiæ & perpetuæ Pacis & articulorum & Capitulorum in eadem Concordia expreſſorum publicationi & inſinuationi partium hinc inde ejusdem Concordiæ acceptationi & emologationi, exceptioni, renunciationi, promiſſioni, & juramentorum præſtationi, omnibusque aliis & ſingulis præmiſſis, dum, ſicut præmittitur, per præfatum Dominum Reverendiſſimum, Dominum Rudolphum, Episcopum Laventinum, & Legatum Apoſtolicum, coram eo, & per Sereniſſimum Principem & Dominum, Dominum Caſimirum, Poloniæ Regem &c. & ſuos ex una, ac Magnificum Dominum Ludovicum de Erlichhauſen, generalem Magiſtrum Ordinis Beatæ Mariæ Theutonicorum, & etiam ſuos ab altera partibus, agerentur & fierent, una cum prænominatis Teſtibus præſens fui, eaque omnia & ſingula, prout in præmiſſa Concordia & Articulis continentur, fieri vidi & audivi. Ideoque præinſertas Literas Concordiæ & perpetuæ Pacis cum earum Articulis & Capitulis, manu alterius, me aliunde legitime occupato, fideliter ſcriptas atque confectas ſubſcripſi, publicavi „ & in hanc publicam formam redegi, ſignoque & nomine meis ſolitis, & conſuetis, una cum prædictorum Sereniſſimi Domini Regis, Domini Legati ac Regis Conſiliariorum, Sigillorum appenſionibus, ac cum Notariis infraſcriptis ſignavi, in fidem & teſtimonium omnium, & ſingulorum præmiſſorum rogatus & requiſitus. Ad has Literas Pacis perpetuæ viginti ſigilla ſunt appenſa. ANNO 1466.

CCLIX.

Renovatio & Confirmatio Fœderis inter FERDINANDUM *Regem Siciliæ*, BLANCAM MARIAM, *&* GALEATIUM MARIAM SFORTIAM *Duces Mediolani, atque Rempublicam Florentinam. Romæ die* 17. *Januarii* 1467. *Indictione decima quinta.* [Pièce authentique, tirée du Regiſtre ZZ. des Archives Royales de la Ville de Milan.] 1467. 17. Janv.

In Nomine Domini, Amen.

ANNO à Nativitate ejusdem milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſeptimo, Indictione decima quinta, die verò decimo ſeptimo Januarii. Cum magnopere, & ſupramodum expeterent, & affectarent Sereniſſimus Princeps, & Excellentiſſimus Dominus Ferdinandus Dei gratia Siciliæ Rex, ac Illuſtriſſimi Principes, & Excellentiſſimi Domini Bianca Maria Cremonæ Domina, & Galeaz Maria Sforcia Vicecomites Duces Mediolani &c. Papiæ, Angleriæque Comites, ac Januæ Domini, ac Excelſa Communitas Florentiæ, quietem, Pacem, & tranquilitatem Italiæ. Utique omnibus hæ ipſorum omnium optimæ, & ſincereſſimæ mentes, & diſpoſitiones patefierent, Volentes pro more ipſarum optimarum mentium agere, quæ nil ſuprà geſſiunt, & anhelant, quam Pacem, quietem, & tranquiliratem ipſam Italicam, & præcipuè paternis monitis, & perſuationibus Sanctiſſimi, ac Beatiſſimi Domini noſtri Papæ Pauli ſecundi inducti, qui nil magis peroptare videtur, quam Pacem ipſiusque frugalitatem, ſicut verum, & digniſſimum Pontificem decet, per mediam Procuratorum, & Mandatariorum, ac Nunciorum ſuorum ad confirmarionem, & renovationem Italiæ Pacis, & Ligæ in Alma Urbe cum certis pactis, Conventionibus, Capitulis, terminis, clauſulis, & obligationibus in ea contentis die quarto præſentis menſis, liberis & perjocundis animis devenerunt. Quibus omnibus ſic peractis, de eisque poſtea Sanctitas ipſa per hujusmodi Oratores certiorata Ligam ipſam, confirmationem, ſeu renovationem landavit, & commendavit, paternaque, & Apoſtolica auctoritate benedixit, cujus quidem confirmationis, & renovationis Pacis, & Ligæ tenor ſequitur, & eſt talis.

In Dei nomine Amen. Cum olim die videlicet trigeſimo menſis Auguſti Anno à Nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo quarto Indictione ſecunda inter Illuſtriſſimum Dominium Venetorum, atque inclitæ memoriæ Franciscum Sfortiam Vicecomitem Ducem Mediolani &c., ac Magnificam, & Excelſam Communitatem Florentiæ per ſuos Oratores, Procuratores, & Mandatarios ad id ſpecialiter deputatos confederatio, unio, intelligentia, & Liga in Civitate Venetiarum initæ, atque contractæ fuiſſent, quas exinde die vigeſimo ſexto menſis Januarii Anno à Nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo quintu tertiæ Indictionis, Claræ divæque memoriæ Alfonſus, Aragonum, Hieruſalem, Siciliæ, & Hungariæ &c. Rex inivit ingreſſus, & amplexus eſt, & ſucceſſive felicis recordationis Nicolaus divina Providentia Papa quintus pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus canonice intrantibus eum nonnullis Capitulis, pactis, & Conventionibus inde habitis, & firmatis prout in quibusdam Inſtrumentis exinde confectis plenius dicitur contineri, ad quas quidem confederationem, unionem, intelligentiam, atque ligam confirmandas, ſive renovandas Sanctiſſimus Dominus noſter Paulus divina Providentia Sacroſanctæ, & Univerſalis Eccleſiæ Pontifex ſummus ejusdem nominis ſecundus pii Patris, & boni Paſtoris more pro conſervatione Italicæ Pacis, & exaltatione Catholicæ fidei, cui præcipua præfata Sanctitas ſemper ſtuduit, & indefeſſo animo ſtudere non deſinit, diuque elaboravit, & cum eadem Sanctitas ad hujusmodi confirmationem, ſeu renovationem concurreret, ſæpius requiſierit Sereniſſimum, & Invictiſſimum Principem, Illuſtriſſimumque Dominum Ferdinandum Siciliæ, Hieruſalem, & Hungariæ Regem præfati Alphonſi Regis filium & in prædictis Regnis heredem, & ſucceſſorem, jam dictumque inclitum Venetorum Dominium, ac præfatum Inclitæ memoriæ Franciscum Sfortiam

ANNO 1467. Sfortiam quondam Ducem Mediolani primum, & ſucceſſive poſt ejus obitum Illuſtriſſimos Principes, & Dominos Dominam Blancam Mariam Duciſſam, & Dominum Galeatium Mariam Sfortiam Vicecomitem Mediolani Ducem, Papiæ Angleriæque Comites, ac Januæ Dominos Franciſci Ducis prædicti ſucceſſores, nec non dictam Excelſam Communitatem Florentiæ, cujus requiſitioni præfati Domini Rex, Duciſſa, ac Dux, & dicta Excelſa Communitas Florentiæ devote parentes ad Sanctitatem eandem cum omni quæ convenit poteſtate ad hujusmodi confirmationem, ſive renovationem juxta requiſitionem ſuos deſtinavit, & mandavit Oratores, quibus coram eadem Sanctitate properera comparentibus Sanctitas prælibata ad hujusmodi confirmationem, præfarum iuclitum Dominium Venetorum, etiam expectandum decrevit, de quo nondum certum aſſeruit habere reſponſum, ſperans etiam ſua opera, atque ſolicitudine ipſum Venetorum Dominium cum eadem Sanctitate, & aliis in & ad prædictas confirmationem, ſeu renovationem, vel ſaltem ad aliquam ſecuritatem mutuo, & viciſſim præſtandam, quemadmodum requiſierat concurrere, & quamquam præfata Sanctitas eisdem Oratoribus expreſſe declaravit, quod prædictam ligam ſervare intendit, & per alios prout ad eandem Sanctitatem ſpectat ſervari facere; Ita quod Pax Italiæ nullatenus perturbetur: Ex nonnullis tamen imminentibus ſuſpitionibus viſum eſt præfatis Dominiis interea inter ſe bonam habere unionem, iurelligentiam, & ligam, & debitas pro ſecurirate Statuum ſuorum facere proviſiones ut tollatur omnis malignandi occaſio. Quapropter Reverendus in Chriſto Pater Dominus Petrus Gulielmus Rocha Appoſtolicus Prothonotarius, & Referendarius, ac Sacri Regii Conſilii Præſidens, & Spectatiſſimi, ac Clariſſimi Viri Nicolaus Antonius de Montibus Doctor, Magnifici Camerarii, Regni Sicilliæ Locumtenens, & Antonius Cincinelli de Neapoli Miles, Conſiliarii, Oratores, Procuratores, & Mandatarii antedicti Sereniſſimi Domini Regis ut patet publico Inſtrumento ſubſcripto, & publicato manu Spectabilis Viri Antonelli de Petruciis ejusdem Sereniſſimi Domini Regis Secretarii, & Notarii publici & magno ſigillo dicti Domini Regis cera rubea, cordulis ſericis rubei croceique coloris in pendenti munito. Datum Neapoli die decimo ſeptimo Novembris Anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſexto à nobis Notariis infraſcriptis viſo, & lecto, dicto Mandatario, & Procuratorio nomine, & pro ejusdem Domini Regis Conſtituentis filiis, & hæredibus, ac ſucceſſoribus, Colligatis, Adhærentibus, Reccomendatis, Complicibus, Sequacibus, & Subditis ex una, & ſpectatiſſimi, & clariſſimi Militis, & eximii Legum Doctores Dominus Laurentius de Piſauro de Terentiis, & Auguſtinus de Rubeis de Parma Conſiliarii, Oratores, Nuntii, Actores, Sindici, Procuratores, & Mandatarii Illuſtriſſimorum Dominorum Blancæ Mariæ Cremonæ Dominæ & Galeaz Mariæ Sfortiæ Vicecomitis Ducum Mediolani &c. Papiæ Angleriæque Comitum, ac Januæ Dominorum ut patet duabus publicis & authenticis Litteris ſubſcriptis manibus propriis præfatorum Dominorum Blancæ Mariæ, & Galeaz Mariæ Sfortiæ, ac etiam ſubſcriptis manu Spectabilis Viri Cichi præfatorum Dominorum Ducum Secretarii, & magno ſigillo eorumdem cera alba impreſſione muniris. Datum Mediolani una videlicet die vigeſimo octavo Novembris, & alia die ſecundo Decembris milleſimi quadringenteſimi ſexageſimi ſexti a nobis Notariis viſis, & lectis, & quilibet eorum inſolidum, & in totum dictis Mandatariis, & Procuratoriis nominibus, ac pro eorumdem Dominorum Ducum Conſtituentium filiis, hæredibus, ac ſucceſſoribus, Colligatis, Adhærentibus, Reccomendatis, Complicibus, Sequacibus, & Subditis ex alia, & Clariſſimi Viri Dominus Antonius Domini Laurentii de Rodoſiis Miles, & Joannes Antonii de Caniſianis impræſentiarum etiam Miles, Cives Florentini, Oratores, Sindici, & Procuratores, ſeu Mandatarii, & Nunii ſpeciales Magnificæ, & Excelſæ Communitatis Florentiæ ut patet publico Inſtrumento ſubſcripto, & publicato manu Egregii Viri Ser Antonii Mariani Aniii Civis, & Notarii publici Florentini, ac etiam Cancellarii præfatæ Excelſæ Communitatis Florentiæ, ſub die decimo quinto menſis Novembris, Anno Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſexto, Indictione decima quinta à nobis Notariis infraſcriptis viſo, & lecto dictis Mandatariis, & Procuratoriis nominibus, & per ejusdem Excelſæ Communitatis Florentiæ Colligatis, Adhærentibus, Reccomendatis, Complicibus, Sequacibus, & Subditis partibus ex altera. Ad laudem, & gloriam Omnipotentis Dei, ejusque Glorioſæ Virginis Matris Mariæ totiusque celeſtis Curiæ triumphantis, ad exaltationem Catholicæ fidei, ac felicitatem, & pacem totius Italiæ, tranquillitatem, & quietem partium prædictarum ſuorumque hæredum, & ſucceſſorum, Colligatorum, Adhærentium, Recommendatorum, Complicium, Sequacium, & Subditorum, atque omnimodam pacem, perfectionem, & robur, ac viuculum caritatis inter partes prædictas, ſine tamen, & absque præjudiriu Ligæ prædictæ olim ut dicitur initæ, ac contentorum iu Inſtrumentis prædictis inde confectis, & ad reſervationem Capitulorum ipſius Ligæ cui nullo pacto per præſentem Contractum derrogare intendunt, faciunt, firmant, ineunt, & contrahunt invicem, & viciſſim, mutuis ſtipulationibus intervenienibus, & per ſingula Capitula ſpecialiter repetitis; infraſcriptam confœderationem, unionem, intelligentiam, & Ligam cum infraſcriptis conditionibus, modis, pactis, obligationibus, conventionibus, de quibus per infraſcripta Capitula particularius infrà habetur mentio ſpecialis. Quorum Capitulorum tenor talis eſt videlicet.

ANNO 1467.

Primo namque partes prædictæ pro ſe ſe filiis, ac hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis congrue reſpectendo ubi convenit nominibus quibus ſupra faciunt, firmant, iucunt, & contrahunt bonam, meram, & puram, uuionem, confederationem, colligationem, intelligentiam, & Ligam dutaturam usque ad annos viginti quinque, & ulterius etiam usque ad illud totum tempus, quod ipſis partibus placitum fuerit ad conſervationem, & defenſionem Statuum ipſarum partium, & pro Statibus ipſarum, quos ipſæ partes, & quælibet earum de præſenti habent ſive qnovis modo poſſident, vel in futurum legitime habuerint per Terram iu Italia contra omnes de cætero non laceſſitos, aut provocatos ex nova ſcilicet guerra, aut invaſione, quæ poſt præſentem Contractum Ligæ moveri, aut fieri contigerit ubicunque ſive in Italia, ſive extrà Italiam Statum habentes, ſive etiam uon habentes, turbantes, inquietantes, ſeu moleſtantes, leu turbare vel moleſtare, aut inquietare volentes partes prædictas, ſeu earum aliquam neminem turbantem, moleſtantem, ſeu inquietantem, excipiendo undecunque venerit, cujuscunque gradus, & dignitatis exiſtant, etiam ſi tales eſſent, de quibus neceſſe eſt fieri mentiouem ſpecialem etiam in individuo, quæ hîc pro factæ habentur, ac etiam per niare ubique ſi aliqua dictarum partium à Dominis aut Comunitatibus habentibus Statum In Italia offenderetur, ſint quicumque veliut.

Item conveuerunt partes prædictæ, atque expreſſe declaraverunt, quod laceſſiti, & provocati de quibus in præcedeni Capitulo mentio habetur, non intelligantur alicujus partium prædictarum Feudatarii, Vaſſalli, vel Subditi, contra quos pars ipſa In ſuo territorio, qualitercunque procedat.

Item convenerunt prædictæ partes, quod quandocunque re inregra præfatus Sanctiſſimus Dominus noſter una cum Illuſtriſſimo Venetorum Dominio, vel absque eo prædictam generalem Ligam olim Venetiis initam, & poſtea Neapoli firmatam ut prædicitur confirmare, ſeu renovare dignabitur, atque voluerit, teneantur partes prædictæ, & earum quilibet cum præfata Sanctitate ut præfertur in eandem confirmatiouem, ſeu renovationem concurrere firmis ſemper inter partes prædictas remanentibus omnibus, & ſingulis Capitulis in præſenti Contractu Ligæ contentis.

Item convenerunt, & promiſerunt, partes prædictæ habere, & tenere t nto tempore dictæ Unionis & Ligæ, videlicet Sereniſſimus Dominus Rex tempore Pacis ſaltem equites ſex mille, & pedites duos mille bonarum gentium ſuis propriis ſumptibus, Illuſtriſſimi Domini Duciſſa, & Dux Mediolani obligentur eo tempore Pacis tenere ſaltem equites ſex mille, & pedites duos mille. Excelſa vero Communitas Florentiæ ipſo tempore Pacis equites duos mille, & pedites mille, tempore autem Belli etiam obligentur partes ipſæ habere, & tenere videlicet Sereniſſimus Rex ad minus equites octo mille, & pedites quatuor mille, Illuſtriſſimi Domini, Duciſſa & Dux Mediolani equites octo mille, & pedites quatuor mille, & prædicta Excelſa Communitas Florentiæ equites quinque mille, & pedites duos mille, omnes ſumptibus propriis partium prædictarum.

Item ſi forte (quod Deus avertat) occurreret, quod ad guerram deveniretur nou poſſe quovis modo per aliquam partium prædictarum fieri Pax, aut ad aliquam concordiam deveniri niſi de communi voluntate, & conſenſu omnium trium partium ſupradictarum dum tamen debita ſubſidia, & opportuno tempore juxta formam præſentium Capitulorum Ligæ per reliquos Colli-

ANNO 1467. gatos eorum propriis expensis ipsi offenso præstita, & continuata fuerint.

Item quod facta conclusione præsentis Ligæ ulla partium prædictarum non possit venire ad aliquam aliam Intelligentiam, sive Ligam cum aliqua Potentia Italica, nisi de communi consensu, & voluntate omnium partium prædictarum, nisi illam fecerit sine præjudicio, & cum reservatione Capitulorum ipsius Ligæ, cui nullo pacto liceat derrogare.

Item teneantur partes prædictæ occurrente guerra vel evidenti, aut probabili guerræ suspitione sic ut præfertur sibi invicem succurrere de gentibus prædictis secundum exigentiam, & opportunitatem partis, sive partium, & saltem usque ad medietatem numeri gentium per partes promissarum ut supra, ac etiam gentes ipsas mittere ad omnem Locum, & partem contra partem offendentem, seu offendere volentem, & de qua fuerit evidens, vel probabilis offendendi suspitio per terram sive per mare ut præfertur ad omnem requisitionem partis sive partium prædictarum bona fide, & toto posse usque ad guerram ipsam, & impetsam per Pacem, aut victoriam finitam, & suspitionem ipsam cessantem, & hoc toties fieri debeat, quoties veniet casus guerræ, vel suspitionis ut prædicitur durante tempore præsentis Unionis, & Ligæ.

Item si forte occurreret, quod propter offensam quæ fieret per mare ut supra, Serenissimus Dominus Rex necessarium judicaret Classem maritimam parare contra offendentes, seu offendere volentes, vel de quibus fuerit evidens, vel probabilis suspitio offendendi habentes Statum in Italia, eo casu teneantur Illustrissimi Domini Ducissa, & Dux Mediolani, & Excelsa Communitas Florentiæ ad omnem requisitionem ipsius Serenissimi Domini Regis contribuere pro portione expensis Classis prædictæ omni mense Ducatos quinque mille auri, si & in quantum armata ipsa fuerit Galearum viginti, qui quidem quinque mille Ducati æqua portione, & pro medietate solvantur per Illustrissimos Dominos Ducissam, & Ducem Mediolani, & Excelsam Communitatem Florentiæ, vel si maluerint medietatem simul, aut alter eorum quartam dictæ Classis partem parare possint, & valeant, & si armabuntur naves computetur, & intelligatur in eo numero expensæ cujuslibet navis pro duabus Galeis, si verò armata prædicta numero fuerit Galearum viginti expensa navium computata ut supra tanto minus per ratam solvi, aut parari debeat per præfatos Illustrissimos Dominos Ducissam, & Ducem Mediolani, & Excelsam Communitatem Florentiæ. Reliquum autem Expensarum Classis prædictæ, etiam si major fuerit, solvi debeat per Serenissimum Dominum Regem, & præmissa tories bona fide fieri, & servari debeant, quoties casus prædictus advenerit. Illud idem penitus observetur; si propter offensam hujusmodi, vel suspitionem ut supra prædicti Illustrissimi Domini Ducissa, & Dux Mediolani, vel Excelsa Communitas Florentiæ simul, vel separatim Classem parari judicarent. Quod prædictus Dominus Rex pro medietate, Reliqui verò simul pro alia medietate, videlicet unusquisque pro quarta parte Classis, aut pecuniarum contribuere teneantur ad ipsius Contribuentis electionem. Reffidnum verò Expensarum Classis prædictæ etiam si major fuerit per requirentem solvi debeat.

Item si contigerit, quod ab una dictarum partium ad alteram, vel altera ad alteram in subsidium alicujus partis gentes mitterentur, Illa pars in cujus succursum, & præsidium gentes ipsæ missæ fuerint, teneatur, & debeat cisdem gentibus missis, quando se reperient in Territoriis, & Dominiis suis providere de allogiamentis, & stationibus, ac victualiis, quæ tamen victualia vendi debeant gentibus partis mittentis, eo pretio quo venduntur gentibus partis, cui mittetur, & etiam io omnibus aliis necessariis, & in similibus consuetis gentes ipsas missas tractare quemadmodum gentes partis ad quam mittentur, tractabuntur.

Item quod quælibet partium prædictarum teneatur infrà terminum unius mensis incohandi à die celebrationis præsentis Contractus in scriptis nominare suos Colligatos, Adhærentes, Reccomendatos, Complices, seu Sequaces: Qui quidem sic nominandi infrà terminum duorum mensium numerandorum à die stipulationis præsentis Contractus ratificasse, & prædictam denominationem approbasse, & infrà alium mensem dictos dnos immediate sequentem nominationem, ratificationem, & approbationem prædictas reliquis Colligatis intimare teneantur, quo casu beneficio præsentis Unionis gaudere possint, aliter non.

Item quia Magnifica Communitas Senarum est inter Italiæ Potentias nobile Membrum, convenerunt partes prædictæ quod dictæ Magnificæ Communitati Senarum ANNO 1467. reservetur, & reservatus esse intelligatur locus honorabilis intrandi præsentem Ligam cum pactis, modis, & conventionibus honestis, & rationabilibus secundum quod ipsis partibus in Liga existentibus, & eidem Communitati Senarum simul concordantibus videbitur, & placuerit, dum tamen infrà terminum dnorum mensium a tempore notificationis præsentis Contractus numerandorum intraverit.

Item quod Illustrissimo, & Excellentissimo Domino Borsio Duci Mutinæ, & Regii &c. pro se, ac filiis, & hæredibus reservetur, & reservatus esse intelligatur locus honorabilis intrandi præsentem Ligam cum pactis, Capitulis, modis, & Conventionibus honestis, & rationabilibus secundum quod ipsis partibus in Liga existentibus, ac ipsi Illustrissimo Domino Duci Mutinæ simul concordantibus videbitur, & placuerit, dum tamen infrà terminum duorum mensium a tempore notificationis præsentis Contractus numerandorum intraverit.

Item quia Magnifica Communitas Lucæ est etiam inter ipsas Potentias honorabile Membrum, convenerunt partes prædictæ quod dictæ Magnificæ Communitati Lucæ reservetur, & reservatus esse intelligatur locus honorabilis intrandi præsentem Ligam cum pactis, modis, & conventionibus honestis, & rationabilibus secundum quod ipsis partibus in Liga existentibus, & eidem Communitati Lucæ simul concordantibus videbitur & placuerit, dum tamen infrà terminum duorum mensium à tempore notificationis præsentis Contractus numerandorum intraverit.

Item ut præcidatur omnis materia turbationis Italicæ Pacis convenere dictæ partes, quod si aliqua pars in Liga comprehensa, vel quæ post contractum Ligæ, Ligam intrabit, aut aliqui Domini, vel Communitates pro Colligatis, Adhærentibus, Complicibus, aut Reccomendatis dati per aliquam partium in Liga comprehensarum offenderent aliquam ex partibus principalibus, aut Colligatos, Adherentes &c. alicujus partium non intelligatur Liga violata quo ad alias partes ooo contrafacientes, sed omnes aliæ partes principales in Liga comprehensæ teneantur ad requisitionem partis offensæ contra offendentem subsidia præstare offenso pro ejus defensione toto posse, & bona fide secundum casus exigentiam, quemadmodum facerent, & facere deberent si talis offendens non esset in Liga tanquam principalis, aut accessorius ullo modo comprehensus.

Item contingente casu guerræ, vel evidentis, aut probabilis guerræ suspitionis cum aliqua ex prædictis partibus in Liga comprehensis aut aliquo ex Colligatis, Adherentibus &c. Partes aliæ teneantur non solum oon dare transitum, receptum, & victualia gentibus ad offensam alicujus partium transeuntibus, sed illis transitum interdicere non solum denegando sibi prædicta, sed etiam toto suo posse, & omni suo conatu obsistere ne transitum habeant ad offensas ut supra bona fide, & secundum casus exigentiam.

Item quod præsens Liga, & confœderatio solemniter publicetur die decimo octavo præsentis mensis Januarii cum solemnitatibus, & processionibus in similibus consuetis.

Item quod præsens Liga, & Confœderatio per partes principales infrà terminum quindecim dierum proxime futurorum hinc inde in forma valida, & authentica per publica Instrumenta, vel Litteras ratificari debeat, & infrà unum mensem Instrumenta vel Litteras ratificationis hujusmodi continentur vicissim mandari, & tradi.

Quam quidem Ligam, & Unionem, ac Confœderationem, & omnia, & singula suprascripta, & infrascripta promiserunt dicti Sindici, & Procuratores, ac Contrahentes suprascripti, & quilibet ipsorum insolidum Sindicariis, & Procuratoriis nominibus quibus supra sibi invicem, & vicissim unus alteri, & alter alteri, & unus omnibus & omnes uni, stipulationibus debitis hinc inde intervenientibus, & nobis Notariis infrascriptis publicis personis stipulantibus, & recipientibus vice & nomine omnium quorum interest, vel interesse poterit in futurum, firmam, ratam, gratamque, ac firma, rata, grataque, habere, tenere, attendere, observare, & observari facere, & adimplere effectualiter, & in totum, & non contrafacere, dicere, opponere, vel venire per se, vel per alium, seu alios, modo aliquo, vel ingenio, directe, vel indirecte, tacite vel expresse, de jure, vel de facto, aut aliquo quæsito colore, in juditio, vel extrà sub pœna, & ad pœnam Ducatorum ducentorum millium Auri parti observanti, & in fide stanti applicandorum, Quam pœnam constituunt se dictis nominibus solvturos

ANNO 1467. foluturos Romæ, Neapoli, Mediolani, Florentiæ, & in quolibet alio Loco Civitate vel Caſtro ſolemni ſtipulatione promiſſa, quæ pœna toties committatur, & commiſſa intelligatur, & per obſervantem partem, & in fide ſtantem a parte non obſervante, vel in fide non ſtante toties peti poſſit, & exigi cum effectu, quoties in prædictis, vel aliquo prædictorum fuerit quomodolibet contrafactum, vel contraventum, aut non obſervatum, vel omniſſum, & pœna ſoluta, vel non exacta, vel non una vice, vel pluribus nihilominus prædicta omnia, & ſingula firma perdurent, & ſub eadem pœnæ ſtipulatione debeant a partibus inviolabiliter obſervari.

Pro quibus omnibus, & ſingulis firmiter obſervandis, & adimplendis obligaverunt dicti Sindici, & Procuratores ſibi invicem, & viciſſim nominibus antedictis, & debitis ſtipulationibus hinc indè intervenientibus pignori omnia eorum, & cujuslibet eorum conſtituentium bona mobilia, & immobilia Status, & Dominia præſentia, & futura, ac etiam Subditos, & bona Subditorum, & cujuslibet eorum, Renuntiantes libi invicem, & viciſſim partes prædictæ nominibus quibus ſupra in prædictis omnibus, & ſingulis, exceptioni dictæ Unionis, Ligæ, & Confederationis non factæ non ſic factarum promiſſionum, obligationum, & conventionum ſuprafcriptorum, & prædictorum omnium non ſic geſtorum, & non ſic celebrati contractus, & omni exceptioni, & conditioni ſine cauſa, vel ex injuſta cauſa, privilegio fori, doli mali, & in facto novarum Conſtitutionum, beneficio Epiſtolæ Divi Adriani, & de fidejuſſoribus, & omni alii Legum, Jurium, & Conſtitutionum auxilio, & legi dicenti generalem Renuntiationem non valere, nec non omni Privilegio, Litteris, & abſolutionibus impetratis, vel impetrandis, quibus contra prædicta, vel aliquid prædictorum poſſent ſe tueri, dicere, facere, vel venire, & ad majorem expreſſionem, & firmitatem omnium prædictorum, prædicti Sindici, & Procuratores, quod quilibet ipſorum in animabus, & ſupra animabus quorum ſunt Procuratores, & Sindici, dictus Reverendus Prothonotarius more Prælatorum ſupra pectus, Alii verò omnes tactis Scripturis ad Sancta Dei Evangelia ſic ut præmiſſum eſt in omnibus, & ſingulis ſuperius nominatis attendere, & obſervare, ac attendi, & obſervari facere corporaliter juraverunt, mandantes, rogantes, quod volentes, quod de præmiſſis omnibus, & ſingulis per nos Jacobum de Trillo Clericum Hoſtienſis Diœceſis Apoſtolica, & Imperiali auctoritatibus, Petrum de Caſſolis Clericum Mediolanenſem Imperiali auctoritate, & Nicolaum Chriſtophori Honophrii de Ferinis de Florentia Imperiali auctoritate Notariis publicis infraſcriptis unum, & plura confici debere Inſtrumenta ejusdem tenoris, & continentiæ conjunctim, & diviſim. Actum Romæ in domo habitationis præfati Reverendi Patris, & Domini Petri Gulielmi Rocha Appoſtolici Protonotarii, & Refferendarii ſita in Regione Pignæ, Anno à Nativitate Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſeptimo, Indictione quinta decima, die verò quarta menſis Januarii, Preſentibus Venerabilibus, Egregiis, & discretis Viris Fratre Antonio Soreutino de Neapoli Priore ſanctæ Marthæ de Pergolis Puteolanæ Diœceſis, Domino Nicolao de Bindis de Piſauro Decretorum Doctore, Joanne olim Francisci de Tornabonis Cive, & Mercatore Florentino, Jacobo Caſteluga de Tayvano Satrianenſis Diœceſis, Petro de Ligorio de Neapoli, Joanne Matheo de Privolis de Papia, Antonio de Geraldinis de Amelia, Gabriele Contano de Monteferrato, & Colautarino de Petra, Teſtibus ad præmiſſa habitis, & rogatis. Pontificatus prælibati Sanctiſſimi Domini noſtri Pauli anno tertio.

Intendentesque propterea prælibati Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi Domini Ducissa, & Dux Mediolani è latere ipſorum, quæ per dictos eorum Nuntios, & Procuratores facta, conventa, promiſſa, capitulata, obligata, & concluſa fuerint attendere, & inviolabiliter obſervare, Capitula ipſa confirmationis, & renovationis italicæ Pacis, & Ligæ, & omnia, & ſingula in eis, & dicto Inſtrumento contenta, tenore præſentium omnibus melioribus modo, via, jure, cauſa, & forma, quibus magis, & melius, ac validius de Jure facere potuerunt, & poſſunt ratificaverunt, confirmaverunt, approbaverunt, & amologaverunt, ac ratificant, confirmant, & amologant ac approbant, & rata, grata, ac firma habuerunt, & habent non ſecus ac ſi per eos ipſos facta, firmata, conventa, capitulata, obligata, & concluſa fuiſſent, Promittentes inſuper præfati Illuſtriſſimi Domini Ducissa, & Dux ea omnia, & ſingula per dictos eorum Nuncios, & Procuratores acta, capitulata, firmata, promiſſa, conventa, & concluſa attendere, & inviolabiliter obſervare, & non contravenire, vel facere directe, vel per indirectum, tacite vel expreſſe, nec alio quovis quæſito colore ſub obligatione omnium bonorum ſuorum præſentium, & futurorum. Nec non juraotes ad Sancta Dei Evangelia in manibus mei Cichi Simonettæ de Calabria Notarii publici, ac Secretarii præfatorum Illuſtriſſimorum Dominorum Ducissæ, & Ducis, ſtipulantis, & recipientis nomine, & vice, & ad partem, & utilitatem quorumcunque intereſt, vel intereſſe poterit in futurum; Ac inſuper renuntiantes præfati Illuſtriſſimi Domini Ducissa, & Dux exceptioni non factæ præſentis Confirmationis, & Ratificationis, ac omnium, & ſingulorum non ſic actorum, & factorum ut ſupra contiuetur, ac omnibus probationibus, oppoſitionibus, & deffenſionibus in contrarium, de quibus omnibus & ſingulis præfati Illuſtriſſimi Domini Ducissa, & Dux juſſerunt, & jubent per me dictum, & infraſcriptum Notarium publicum, & Secretarium, publicum confici debere Inſtrumentum unum, & plura ejusdem tenoris.

Actum Mediolani in Curia Arenghi, videlicet in Camera cubiculari præfatæ Illuſtriſſimæ Dominæ Ducissæ. Preſentibus pro ſecundis Notariis Ser Joanne de Uleſſiis quondam Domini Ambroſii, & Marco de Tronis quondam Dominici Ducalibus Cancellariis, & Notariis. Pro Teſtibus autem Illuſtribus Dominis Philippo Maria Sforcia, & Ludovico Maria Sforcia Fratribus quondam bonæ memoriæ Illuſtriſſimi Principis Domini Francisci Sforciæ Ducis Mediolani, Magnifico, & Strenuo Domino Roberto de Sanctò Severino Comite Caratii quondam Domini Leonetti amorum &c. Magnifico, & ſtrenuo Domino Conrado de Foyano quondam Domini Marci, Magnifico, & ſtrenuo Comite Gaspare de Vicomercato armorum &c. quondam Domini Thadioli, Magnificis, ac Spectabilibus Militibus Dominis Lancelotto, & Andreotto Fratribus de Maynis quondam Domini Ambroſii, Reverendo in Chriſto Patre Domino Jacobo Antonio della Turre Epiſcopo Parmenſi, Spectabilibus Dominis Joanne de Vicomercato quondam Domini Thadioli, Domino Luca de Vernaciis de Cremona quondam Domini Stephani, Domino Sillano de Nigris quondam Domini Sillani Legum Doctoris, Spectabili Milite Domino Thoma de Moronibus de Reate quondam Domini Francisci, Spectabili Legum Doctore Domino Franciſco Vicecomite quondam Domini Baptiſtæ, Spectabili Milite, ac Artium & Medicinæ Doctore Domino Magiſtro Benedicto de Nurſia quondam Domini Blaſii, Spectabili Domino Angelo Simonetta quondam Domini Gentilis Ducalibus Conſiliariis notis, idoneis, vocatis, & rogatis.

Examinavit JOANNES FRANCISCUS STRIGELLIUS *Regii Archivii Officialis.*

ANNO 1467.

CCLX.

Pax, Liga, & Confœderatio perpetua inter BLANCAM MARIAM, *&* GALEAZIUM MARIAM SFORTIAM, *Duces Mediolani ab una, & Helvetiæ Confœderatos ſeptem; videlicet Dominos de* TUREGO, *ſive* TIGURO, *de* LUCERNA, *de* URANIA, *de* SUNGTIA, *ſive* SUNDGOVIA, *de* UNDERWALDEN, *de* GLARONA, *&* ZUG, *ad commune bonum, & mutuam ſecuritatem inita; atque ergà quoscunque valitura, exceptis tantum Confœderationibus præcedentibus, nec non Imperatoris ſuperioritate. Actum Lucernæ die* 26. *Januarii Anno* 1467. [Pièce authentique, tirée des Archives Royales du Château de Milan.] 26. Janv.

In nomine ſacroſanctæ, & Individuæ Trinitatis feliciter, Amen.

AD honorem, & reverentiam Salvatoris noſtri optimi Maximi quoque, Glorioſiſſimæque Matris Mariæ Virginis, ac tocius Curiæ cœleſtis triumphantis. Illuſtriſſimi, & quàm potentiſſimi Principes, & Domini Domina Blancha Maria, & Dominus Galeaz Maria Sforcia Vicecomites Duces Mediolani &c. Pa-

ANNO 1467. piæ, Angletiæque Comites, ac Januæ Domini; cum ſuis filiis, hæredibus, & ſucceſſoribus parte una, & Magnifici, & Potentes Domini Domina de Maguifica, Exceſſique Liga Confœderatorum cum ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus, videlicet Domini de Thurego, Domini de Lucerna, Domini de Uranie, Domini de Sungtia, Domini de Undervalden ſupra ſilvam, & ſub ſilva, Domini de Zug cum ſuis ad ſe ſpectantibus, & Domini de Glarona parte altera, moti zelo caritatis, nec non vinculo mutuæ, & antiquæ ſuæ amicitiæ, & benivolentiæ, ac ad ſoliditatem Pacis perpetuæ inter ipſos Dominos contrahentes, eorumque Subditos, Civitates, Terras, Oppida, & Villagia per ſuos veros Ambaſſiatores, & Oratores, videlicet Illuſtriſſimi Domini Principes ſuprafcripti per Magnificum Ambaſſiatorem ſuum Dominum Antonium de Beſana Clariſſimum Doctorem Mediolanenſem, & præfati Domini Magnifici Domini Confœderati per Ambaſſiatores ſuos de dictis partibus Ligæ ſupradictæ vice, & nomine ipſorum, & ſpecialiter ad hoc deputatos, & congregatos in Oppido Lucernenſi anno, menſe, & die infrafcriptis, ad protectionem, & conſervationem Statuum ſuorum, nec non ad firmamentum, & augumentacionem prædictæ amicitiæ, attento etiam quod Provinciæ partium ipſarum convicinæ exiſtunt, omnibus modo, jure, via, & forma, quibus melius potuerunt, & poſſunt, ſimul inierunt, contraxerunt, & firmaverunt, ac ineunt, contrahunt, concludunt, & confirmant inter ſe ſe per hæc ſcripta perpetuam, veram, ſolemnem, & irrevocabilem Ligam, Confœderationem, Intelligentiam, & Unionem perpetuis duraturam temporibus in modum, vel modos, qui ſequuntur, ſalvis tamen ſemper Ligis, & Confœderationibus, nec non Statutis, & Jurisdictionibus tam Civilibus, quam Provincialibus per utramque partem jam prius confectis. Primò quod dictæ partes, & quælibet earum cum ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus, ac earum Subditi, & Provinciæ perpetuò ſtent, & quod inviolabiliter, ac inconcuſſe ſtabunt in bona Pace, & ſincera amicitia, Liga, Confœderatione, & Unione, & quod nullo unquam tempore, aut caſu ſe invicem offendent guerris, vel injuriis, & quod una contra alteram guerram, vel injuriam non inferet, nec movebit directe, nec per indirectum, quin immò ſe invicem ſemper bona fide diligant &c. & ſimiliter quod nulla ex dictis partibus dabit recte, nec per indirectum per dictionem ſuam, ſeu per ejus Territorium, & Diſtrictum, paſſum, transitum, favorem, auxillum, vel ſuffragium alicui inimico, vel emulo, Domino, vel Dominio, aut ipſarum partium Subdito volenti, & conanti injuriam, nocumentum, aut guerram inferre alteri ex ipſis partibus, & earum Subditis, quin immò debeant dictæ partes hoc prohibere, & poſſe tenus fideliter prohibebunt &c.

Item, & ſecundo quod pro conſervacione, & defenſione Statuum ambarum partium ſimul colligatarum, & confœderatarum ut ſuprà, ſi aliqua ex eis, videlicet præfati Illuſtriſſimi Domini Principes, & eorum filii, & hæredes, vel univerſalis Liga dictorum Dominorum Confœderatorum guerris, vel anxietatibus aggravarentur, vel opprimerentur, quod avertat Deus, in quibus guerris, ſeu anxietatibus pars oppreſſa alterius partis ſubſidium deſideraret, tunc, & in eo caſu quælibet pars oppreſſa habeat, & habere debeat bonam confidentiam, & fidem in aliam partem, juxta bonam caritatem, Amicitiam, Ligam, & Confœderationem ut ſuprà contractam, & celebratam.

Item & tertiò, quod debita Litteris autenticis, aut Documentis publicis confeſſata, quorum ſolvendorum terminus tranſivit, ſolvi debeant ſine ulteriori protellacione ad peticionem, ſeu requiſitionem creditoris, ſi debitor tantum in bonis habuerit, ut poſſit ſatisfieri creditori, ſi verò tantum in bonis non habuerit, quod ſatisfacere poſſit, tunc procedatur contra debitorem juxtà Juris formam, & vigorem, ac ſecundum jura Loci, ubi debitor relidentiam habet, ſi creditor ulterius expectare non vellet, & quod nullum circa hoc fiat impedimentum.

Item & quartò ſi contingeret, quod avertat Deus, quod aliqua controverſia, vel difficultas inter partes ipſas, videlicet, inter ipſos Illuſtriſſimos Principes, Filios, Fratres, & hæredes ipſorum, & univerſalem Ligam Dominorum de dictis partibus confœderatorum, vel aliquam ex dictis Communitatibus, vel partibus aliquo modo ſuborta eſſet, aut ſuboriretur, quod tunc, & eo caſu pro hujusmodi controverſiâ, vel difficultate ſublevanda quælibet dictarum partium ſibi eligat, & aſſumat duos probos, & honeſtos Viros, Deumque timentes in Arbitros, vel Commiſſarios ſuos, qui Arbitri, vel Commiſſarii ambabus partibus controverſias habentibus diem juridicam ſtatuere, & intimare debeant, & hi ſimul convenant videlicet ad Abyascam, aut quò ipſismet Arbitris pro eorum commoditate melius placuerit, accedente etiam voluntate utrarumque partium, ibique dicti quatuor Arbitri poſſint, & debeant realiter, & bonâ fide, & intervenientibus propriis eorum ſacramentis ſtrictiſſimis prius præſtandis in manibus partium, aut pro eis agentium in amplâ formâ de recte & juſte procedendo, & judicando, nec propter ullam cauſam hæc obmittendo, quantum fides jurisjurandi eos aſtringere poſſit &c., partes ipſas, ſeu agentes pro eis audire, & controverſiam; vel difficultatem ipſam intelligere, aut cognoscere, aut quantum poterunt primò amicabiliter, ac in concordia, & de amicabili compoſitione terminare, & eradicare; & caſu quo dicti Arbitri partes amicabiliter concordare, & differentiam ſopire per compoſitionem amicabilem nequirent, quod tunc controverſiam ipſam cognoscant, & decidant de jure, Deum ſemper præ oculis habendo infrà menſem à die cæpti judicis computandum, & quod ante omnia dicti Arbitri per illud tempus judicii abſolvantur ab omni nexu, & vinculo juramenti fidelitatis, quo aſtricti, vel obnoxii ſorent præfatis Illuſtriſſimis Dominis, Principibus, aut alteui Communitati dictæ Magnificæ Ligæ Dominorum Confœderatorum, & quod prædicti Arbitri per Dominos, vel ſuperiores ſuos cogantur, & aſtringantur ad prædicta; & quidquid per illos quatuor Arbitros, vel per majorem partem eorum ſententiam, & declaratum fuerit, obſervetur; ſi verò in compouendo, vel in judicando de jure ſorent hujusmodi Arbitri discordes, quod tunc, & eo caſu actores in cauſa, ſeu controverſia pendente in jure ſibi eligere, & aſſumere poſſint quintum Coarbitrum, quem voluerint probum, & honeſtum ut ſuprà in Locis propinquioribus, & magis commodis dictis partibus, ut pote in Civitate Curienſi, aut indictione Valleſienſi, qui ſit de Conſilio ibidem, & ambæ partes dictum quintum Coarbitrum rogare debent, ut onus prædictum in ſe ſuscipiat, debent etiam rogare Dominos, & Superiores ipſius Arbitri, ut cogant, & aſtriugant ipſum Arbitrum ad ſuſcipiendum prædictum onus, pro ut juris eſt; qui quidem Coarbiter pariformiter, ac in omnibus, & per omnia jurabit, pro ut de aliis Arbitris ſuprà dictum eſt juxtà bonam conſuetudinem, & quidquid per ſupradictos quatuor Arbitros, & per quintum Coarbitrum, aut per majorem partem eorum ſententiarum, declaratum, vel ordinatum fuerit, ſive de amicabili compoſicione, ſive de jure, illud obſerverur fideliter, & executioni demandetur, qualibet exceptione ceſſante, & pars, quæ contumaciter coram ipſis Arbitris comparere contempſerit, niſi legitime impedita, puniatur in amiſſione cauſæ principalis, & in expenſis legitimis.

ANNO 1467.

Item, & quintò, ſi inter præfatos Illuſtriſſimos Dominos Principes, ſuos hæredes, & ſucceſſores parte una, & aliquem ſingularem, vel particularem confœderatum præfatæ Magnificæ Ligæ parte altera quovis modo ſuborta eſſet, vel ſuboriretur aliqua controverſia, vel difficultas, debebit tunc talis ſingularis, vel privatus confœderatus, ſi fuerit Thuricenſis, adire Dominos ſuos Thuricenſes, ſi fuerit Lucernenſis Dominos ſuos Lucernenſes, & ſic de ſingulis Communitatibus, vel Dominiis, & coram eis debebit proponere querelam ſuam, vel ejus gravamen, videlicet, quommodo non poteſt creditum, vel jus ſuum à præfatis Illuſtriſſimis Dominis Principibus conſequi, & ibidem coram eisdem Dominis ſuis debebit proponere, & oſtendere jus, & cauſam ejus, ac quid, & quantum habere prætendit adverſum præfatos Illuſtriſſimos Dominos Principes, & ſi illi Domini ſui dignoverint, & declaraverint illam talem perſonam habere juſtam, bonam, ac honeſtam cauſam, & actionem petendi, & agendi contra ipſos Illuſtriſſimos Dominos Principes, debebunt tunc ſcribere hæc præfatis Illuſtriſſimis Dominis Principibus, quod ſcilicet audierunt querelam illius perſonæ, & viderunt jura ſua, & quod eis videtur ipſam ſoverc juſtam cauſam poſſendi petere contrà Excellentias ſuas, & illas exhortari, & rogare, quod velint, agnoscendo bonam fidem, ſatisfacere illi Concivi ſuo, & ſi tunc per Illuſtriſſimos Dominos Principes illi perſonæ agenti ſatisfactum fuerit taliter, quod Domini, & Superiores ſui de hoc merìò contententur, tunc, & eo caſu debebit talis perſona ſtare tacita, & contenta, nec ulterius perturbare, vel moleſtare debeat Illuſtriſſimos Dominos Principes, & eorum Subditos; ſi verò poſt hæc præfati Illuſtriſſimi Domini Principes non ſatisfacient illi perſonæ, vel ſi nihil juridicum, vel honeſtum apud tales

ANNO 1467. les Dominos non adduxerint quare non teneantur illi perſonæ ad petita, tunc, & eo caſu præfati Domini, ſi eis videbitur, quod non ſatisfactum fuerit illi perſonæ, vel nihil juridicum allegatum ut ſuprà aſſentiant, & concedatur illi perſonæ, quod deveniatur ad Arbitros aſſumendos è latere præfatorum Illuſtriſſimorum Dominorum Principum, & è latere illius perſonæ, qui Arbitri eligantur, aſſumantur, ſe conferant, & jurent, & faciant, & denique circà hoc fiant, & obſerventur in omnibus, & per omnia, quæ, & pro ut in proxime præcedenti Capitulo declaratum; ſalvo tamen, quod unus tantum Arbiter pro ſingula parte eligatur, & pariformiter in omnibus, & per omnia ſervetur, & fiat, ſi privata perſona ex Subditis præfatorum Illuſtriſſimorum Dominorum Ducum prætenderet habere jus, & actionem ut ſuprà adverſum Magnificam dictam Ligam, aut contrà aliquam Communitatem, vel partem ipſius ut ſuprà.

Item, & ſextò, ſi quæſtio, vel difficultas ſuborta eſſet, vel ſuboriretur per, & inter perſonas privatas, vel ſingulares ex Subditis hinc inde, & ſi ſumma fuerit florenorum centum Renenſium, vel infrà usque ad quinquaginta, tunc præfati Illuſtriſſimi Domini Principes ordinare, & conſtituere debeant tres Judices, unum in Inclytâ Urbe Mediolani, alium in Urbe Cumarum, & tertium in Oppido Birinzonæ, qui ultra, vel præter Judices ordinarios omnibus, & ſingulis ex confederatis de prædictâ Magnificâ Ligâ faciant jus, & juſtitiæ complementum ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figurâ Judicii, & absque omnibus ſuperfluis ſolempnitatibus, & denique protellatione litis contrà quoscumque debitores eorum infrà menſem; & ſi ſumma debita fuerit Florenorum quinquaginta Renenſium, vel minor infrà quindicim dies, niſi juſtum, & legiptimum impedimentum obſtet, ſic pariformiter faciant per omnia, & facere debeant præfati Domini Confœderati in Civitatibus, Terris, & dictionibus ſuis in favorem Subditorum Illuſtriſſimorum Dominorum Ducum, ut ſingulæ cauſæ ſummariùs expediantur; ſi verò per Judices hinc inde denegata fuerit juſticia perſonis agentibus, vel protellata fuerit cauſa, & indicia ſuſpenderetur ultrà terminos juris, & formam præſentium Capitulorum, tunc, & in eo caſu poſſit actor dimiſſis Judicibus, & jure ſupraſcriptis devenire ad Arbitros, qui Arbitri eligantur, aſſumantur, ſe conferant, & jurent, & faciant in omnibus, & per omnia, quæ, & pro ut in præcedenti Capitulo declaratum extitit; ſalvo etiam quod unus tantum Arbiter pro ſingula parte eligatur, & pars, quæ contumaciter coram ipſis Arbitris comparere legitimè contempſerit, ſuccumbat in cauſa, & condemnetur in expenſis: & ſi contingeret aliquem de Judicibus ſupraſcriptis proferre Sententiam definitivam, quæ alicui Confœderato merito eſſet intolerabilis, ſive iniqua, talis Confœderatus poterit cauſam ſuam unà cum Sententiâ proponere coram Dominis Confœderatis, & ſi ipſis videbitur, re matura perſpectâ ipſam Sententiam fore iutolerabilem, & iniquam ut ſuprà, debebunt hæc omnia ſcribere, & exponere præfatis Illuſtriſſimis Principibus, qui Domini Principes dehinc exquirent à prædictis Judicibus rationes, & cauſas, propter quas moti ſunt ad prolationem prædictæ Sententiæ, & ſubſequenter ipſi Domini Principes reſponſa, & allegationes, & cætera, quæ moverint ipſos Judices ad hujusmodi Sententiæ prolationem, debebunt reſcribere præfatis Dominis Confœderatis, & ſi poſt hæc ipſis Dominis Confœderatis allegata, & reſcripta per Dominos Principes videbuntur legitima, & juſta, tunc talis Sententia ſervabitur, & executioni demandabitur, ſi verò præfatis Dominis Confœderatis videretur ſupraſcripta, allegata, & producta non fore legitima, & juſta, tuue non obſtante, nec attentâ tali Sententiâ dandus eſt locus partibus deveniendi ad Arbitros juxtà modum ſuperius expreſſatum, & quod Arbitri cauſas hujusmodi cognoſcant, & decidant infrà menſem à die cœpti Judicii computandum, pars verò, quæ coram ipſis Arbitris contumaciter comparere contempſerit, niſi legiptime impedita, ſuccumbat in cauſa, & condempnetur in expenſis legitimis, & idem in omnibus, & per omnia, ac de verbo ad verbum ſervetur, exequatur, & fiat in favorem Civium, & Subditorum Illuſtriſſimorum Dominorum Ducum &c; ſi verò ſumma veri crediti erit ultrà ſummam centum florenorum Renenſium, tunc poſſit actor ex Subditis hinc, & inde convenire reum coram altero ex ſupradictis Judicibus, vel poteſt ſecum devenire ad Arbitros, & ſit in Arbitrio actoris petere jus coram dictis Judicibus, vel devenire ad Arbitros juxta formam ſuperius declaratam; & hæc omnia ſerventur bona fide, & ſine fraude per ſupraſcriptas Dominationes contrahentes, ac per, & inter eorum Subditos.

ANNO 1467.

Item, & ſeptimò, quod præfibati Illuſtriſſimi Domina Duciſſa, & Dominus Dux eorum liberalitatem, & munificentiam exercendo, attenta etiam præſenti amicitia ſic ut ſupra contracta, ſupradictis Dominis de Ligâ Confœderatorum, & omnibus ſuis Subditis, & aliis in ipſorum jurisdictione, diſtrictibus, & Dominio habitantibus, & Hominibus Leventinis fecerunt iſtam graciam, amiciciam, & caritatem, quod ipſi quo ad eorum corpora, & bona deinceps ſint, & perſeverentur immunes, ac exempri ab omni ſolutione pedagii, & quod conducere valeant, & poſſint libere, & expedite, ac ſine ſolucione pedagii mercimonia ſua per totum Dominium, & Ducatum Mediolani, ubique, eundo, & redeundo tam per terram, quam per aquam, excepta Iuelyta Urbe Mediolani ad foſſata excluſive, & quod omnes illi, qui per quatuor annos continuos reſidentiam habuerunt apud præfatos Dominos Confœderatos, quique tandem nominabuntur in Litteris autenticis præfatorum Illuſtriſſimorum Dominorum Confœderatorum ſint, & præferventur immunes, & exempti modis, & formis ſupraſcriptis, pro ut ſunt præfati Domini Confœderati.

Item & octavò, quod quicumque ex dictis Confœderatis conduxerint equos, vel alia mercimonia temporibus nundinarum, ſeu aliis quibuscumque temporibus ad Terras, vel ad partes præfatorum Illuſtriſſimorum Domioorum Principum poſſint eos, & ea vendere, & diſtrahere libere, & impune, ac ad eorum libitum voluntatis cui, vel quibuscumque voluerint absque omni impedimento, vel moleſtia tam præfatorum Illuſtriſſimorum Dominorum Principum, quam aliarum quarumcumque perſonarum, ita quod deinceps ſora ſint libera, ſic quod emptores tam præfatorum Illuſtriſſimorum Dominorum Principum, quam aliorum quorumcumque emere volentium, non prohibeantur quin emere poſſint, & valeant ad libitum ipſorum à prædictis Confœderatis, & quod ſine impedimento prædictorum Illuſtriſſimorum Dominorum, ac quorumcumque aliorum ſe transferre poſſint eum eorum mercimoniis quorſum voluerint.

Item, & nonò, ſi contingerit in Dominio præfatorum Illuſtriſſimorum Dominorum Ducum per aliquem ibi jus dicentium capi aliquem debitorem, & in carceres trudi ad peticiooem, & inſtantiam alicujus Confœderati de prædictâ Magnificâ Ligâ pro conſecutione credidi ſui, ut aliquando ſit in partibus illis, quod talis detentus, & incarceratus non poſſit, nec debeat ullo modo relaxari, nec è carceribus liberari absque voluntate, & conſenſu talis creditoris, niſi prius integranter ſatisfecerit ei creditori pro ſorte principali, & pro juſtis impenſis, aut niſi idoneè ſatisfederit, aut ſufficiens depoſitum fecerit de, & pro faciendâ integrâ, & reali ſatisfactione ut ſuprà ioſra breve tempus eum æquitate, & honeſtate ſtatuendum, & Judex, vel Officialis, qui dolo, vel fraude è carceribus dimittet aliquem captivarum ut ſuprà, niſi modis, & in caſibus ſupraſcriptis teneatur ergà talem creditorem ad ſolutionem debiti, & in omnibus, ad quæ ille debitor relaxatus tenebatur, ſimilisque favor, & executio favorabilis fiat Civibus, & Hominibus præfatorum Illuſtriſſimorum Dominorum Ducum è latere, & in Terris, vel Dominio Magnificæ Ligæ ſupraſcriptæ.

Item & decimò, ſi quis ex Subditis hinc inde fidejuſſerit, vel interceſſerit pro allo, & ſi quis promiſerit alteri damnum, & intereſſe, quod à modo in anteà talis fidejuſſor, vel interceſſor, & qui promiſit dampnum, & intereſſe ut ſuprà, & hoc notorium ſit per Litteras autenticas, ſeu Documenta publica, talis absque omni excuſatione, & exceptione teneatur, & conveniri poſſit ad præmiſſa ut ſuprà, non obſtantibus aliquibus Statutis, aut Decretis, vel Ordinationibus quibuscumque in contrarium facientibus, aut quibus caveatur, quod interceſſor, vel fidejuſſor alterius non poſſit conveniri &c. aut quod promiſſio dampni, & expenſarum, ac intereſſe non habeant vires &c. quoniam ſi quis plura promittit, ad plura teneatur, & ſolvat.

Item, & undecimò, quod nemo ex Civibus, vel Hominibus præfatorum Illuſtriſſimorum Dominorum Ducum poſſit aliquo modo teſto, nec inditeſto arreſtari, moleſtari, nec inquietari per aliquam perſonam, vel Communitatem præfatæ Magnificæ Ligæ Confœderatorum in eorum Dominio, vel dicione, niſi fuerit verus, & juſtus debitor, vel uiſi pro allo fidejuſſerit, promiſerit, & interceſſerit, pariformiter per omnia obſervetur in favorem Hominum præfatæ Magnificæ Ligæ, & quod nemo ex Subditis hinc inde debeat, vel

poſſit

ANNO 1467. possit incarcerari, nisi ex probabili, vel necessaria aut legitimâ causâ & hæc omnia in, & sub pœnâ refectionis dampnorum, & interesse, quæ pro tali turbacione, vel arrestacione indebita paterentur, & sustinerentur per talem arrestatum, vel indebite molestatum.

Item & duodecimò decisum est pro parte Provinciæ, & Vallis Leventinæ, quod de eadem Provinciâ, & Valle Leventinâ cum pleno utili Dominio, redditibus, & proventibus quo modo, & quidquid ad gladium spectat sæcularem, pro ut & ipsi Domini Uranienses ipsam Vallem hue usque detinuerunt, & eâ usi sunt Illustrissimi Principes, & Domini, Domina Ducissa, & Dominus Dux ob specialem amiciciam, & caritatem, quam habent ad Magnificos supradictos Dominos Confœderatos debent se investire à Venerabilibus Dominis ordinariis Templi majoris gloriotissimæ Virginis Mariæ Mediolani, & tunc ipsam Vallem supradictis Dominis Uraniensibus per Investituram assignare possidendam tamquam rem propriam, sicque eadem Vallis quo modo suprascriptum est, stare, & permanere debet supradictis Dominis de Uraniâ perpetois futuris temporibus, non obstantibus prædictis Illustrissimis Dominis, Domina Ducissa, Domino Duce, eorumque filiis, hæredibus, & successoribus, nec non Dominis ordinariis, & eorum successoribus, & cæteris quibuscumque.

Item & tertiò decimò pro parte censuum, & reddituum anniversariorum, & aliorum spiritualitatem tangentium, quia ipsi Domini ordinarii Ecclesiæ Majoris Gloriosissimæ Virginis Mariæ in Mediolano prætendunt se habere quandam summam super Communi Provinciâ, & Valle Leventinâ, vel super personis singularibus, aut earum bonis, & illi de Leventina prætendunt eis tantam summam non tenere, neque debere dare, seu expedire, concluſum, & declararum est, quod ipsi Domini ordinarii eligant unum, & ipsi de Leventinâ etiam unum, isti duo sic per prædictas partes electi debent convenire in eontinio, ubi prædicta lis dependet, & debent ibi audire jura, & propositiones partium, earumque Testimonia, & quicquid isti duo sic electi decreverint, quod illi de Leventinâ teneantur, & obligentur dare ipsis Dominis ordinariis, hoc ipsum debent jam dicti de Leventina dare, & expedire dictis Dominis ordinariis, sive fuerit parum, sive fuerit multum. Ita tamen quod præscripti duo Arbitri declarent, & decernant quantum illi de Leventina solvere, & dare debeant prædictis Dominis ordinariis, & quod reliduum solvant Illustrissimi Domini Prineipes supradicti, si autem prædicti duo Arbitri in decernendo discordarent inter se, quantum illi de Leventina, aut quantum ipsi Illustrissimi Domini Principes solvere, & dare deberent prædictis Dominis ordinariis, & tunc ipsi Illustrissimi Domini Principes pollint eligere unum sertium Coarbitrum, qui sit natus de Confœderatis, & de Consilio eorum, & tunc illi tres Arbitri declarare debent quantum ipsi Illustrissimi Domini Principes dare, & solvere debeant Dominis ordinariis, & si aliqua de prædictis partibus, sive fuerint Domni ordinarii, sive isti de Leventinâ, haberet aliquas querelas, seu actiones adversus aliam partem, sive hoc fuerit de censibus præteritis non solutis, aut de superflue receptis, & usis pro talibus differentiis sublevandis debeut prædicti duo Arbitri, & tertius Coarbiter cum ipsis etiam declarare, & decernere quid sit faciendum, & quidquid tunc per eos declaratum fuerit, debent ambæ partes tenere, & fideliter satisfacere sine omni contradictione.

Item & quartò decimò quod in omnibus, & singulis suprascriptis, & capitulatis, & conclusis reservetur, & reservatum esse intelligatur, & in omne totum, & integrum jus superioritatis, Serenissimi Domini Imperatoris semper Augusti, & similiter reservetur jus Confœderationis per utrasque partes prius confectæ, ut in principio dictum est &c., & quod omnia, & singula suprascripta Capitola, & in eis contenta intelligantur, & observentur, & adimpleantur, ac intelligi, observari, & adimpleri debeant bona fide, puro, sincero, & recto animo, ac ad sanum, & parum intellectum qualibet cavillatione, & siniſtra, vel mala interpretacione cessante; Et ut supradicta Confœderatio, Intelligentia, Liga, & Unio perpetuis futuris temporibus eo melius observari valeat. Nos supradicti Principes, & Duces Mediolani pro nobis, ac nostris hæredibus, & successoribus, & nos suprascripti Confœderati dictarum partium Ligæ pro uobis, & nostris successoribus promittimus bona fide, & omni semota fraude, suprascripta omnia, & singula rata, grata, & firma habere, & tenere, ac inviolabiliter observare, & adimplere, & nomquam contrafacere, vel contravenire recte, nec per indirectum, nec aliquo ex quæsito colore &c. In quorum testimonium, robur, & fidem nos memorati Principes, & Duces Mediolani præsentes Litteras Confœderationis duplicatas sigillavimus sigillo nostro Ducali, & pariformiter nos Confœderati antedictæ dictarum pariuin Ligæ sigillavimus sigillis singolarum Communitatum nostrarum antedictarum easdem Litteras duplicatas ut suprà, ac de verbo ad verbum conformes, quarum Litterarum sigillatarum cuilibet pari principali contradicti ut suprà assignata est una. Actum in Oppido Lucernensi in Loco Consilii Secreti Magnificorum Dominorum Lucernensium Anno à Nativitate Domini Salvatoris nostri millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo, vigesimâ sextâ die mensis Januarii. ANNO 1467.

Extracta fuit præsens Copia à Regiſtro inſcripto ſub Litteris Q. Ducis PHILIPPI MARIÆ ANGLI *Vicecomitis, & Ducis* FRANCISCI *Primi* SFORTIÆ *Vicecomitis exiſtente in Regio Archivio Caſtri Portæ Jovis Mediolani, in papiro ſcripto. Datum Mediolani die trigeſima menſis Octobris anni* 1719.

Examinavit JOANNES FRANCISCUS STRIGELLIUS *Regii Archivii Officialis.*

CCLXI.

Inſtrumentum Publicum de Pace, inter Potentatus Italiæ, imprimis, FERDINANDUM *Sicilia Regem ejusque Succeſſores & Adherentes,* CHRISTOPHORUM MAURO *Ducem & Dominum* VENETORUM, GALEATIUM MARIAM SFORTIAM *Mediolani Ducem, & excelſam Communitatem* FLORENTIÆ, *eorumque Adherentes & Colligatos, per Summum Pontificem* PAULUM II. *Romæ* IV. *Nonas Februarii Anno* 1467. *publicata atque declarata, nec non Anno* 1468 *die* 25. *Aprilis ibidem per dictarum partium Oratores approbata, & acceptata, porrò etiam die octava Maji ejusdem anni per præfatum Summum Pontificem benedicta, atque adeò commodius expeditionem contra Turcas intendendam, per eumdem Pontificem in ea parte principali conſtituta.* Acceſſerunt DIPLOMATA *varia Ratificationis & Denominationis Colligatorum Adherentiumque, videlicet* FERDINANDI *Regis unum, Datum Neapolis* 2. *Junii* 1468. DOMINII VENETI 2. *Dat. Venetiis* 10. *Junii* 1468. GALEAZ MARIÆ *Ducis Mediolani* 3. *Dat. Papiæ* 26. *Maii* 1468. *&* REIPUBLICÆ FLORENTINÆ 4. *Dat.* 4. *Junii* 1468. [Pièce authentique, tirée des Archives Archiducales de Mantoue.] 2. FEVR.

In nomine Domini, Amen.

ANNO millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo Indictione prima, die Veneris decima septima mensis Junii Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini Pauli divina Providentia Papæ secundi Anno quarto. Noverint universi præsentes, & futuri hoc publicum Instrumentum inspecturi, quod cum Sanctissimus Dominus noster Dominus Paulus Papa secundus supradictus per suas Litteras datas Romæ apud sanctum Marcum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo CCCC. LXVII. quarto Nonas Februarii Pontificatus sui anno quarto, de omnipotentis Dei, & Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli auctoritate, & suæ, ac Apostolicæ potestatis plenitudine ex justis rationibus, & causis in ipsis Litteris expressis inter universos, & singulos Italiæ Potentatus, & Principes, etiam si regali, vel quavis alia perfulgerent dignitate, & precipue inter Serenissimum, & Invictissimum Dominum Dominum Ferdinandum Regem Siciliæ, ac Illustrissimum, & Excellentissimum Principem Dominum Christophorum Mauro Ducem, Inclitumque Dominium Venetorum, & similiter Illustrissimum, & Excellentissimum Principem Dominum Galeaz Mariam Sfortiam Vicecomitem Ducem Mediolani, Papiæ Angleriæque Comitem, ac Januæ Domiqum, & Illustrem, & Excelsam Comunitatem Florentinorum ipsorumque Dominorum Regis, Ducum, & Comunitatis successores, & hæredes Pacem perpetuam ab eis omnibus,

ANNO 1467. bus, & ſingulis ipſorum Colligatis, Adhærentibus, Sequacibus, & Subditis inviolabiliter obſervandam publicaverit, promulgaverit, & declaraverit, quas quidem Litteras eadem die quæ fuit Purificationis Beatæ Virginis Mariæ in Eccleſia etiam Beatæ Mariæ de Ara Cœli de Urbe ſoleniniter in ſua præſentia per Reverendiſſimum in Chriſto Patrem, & Dominum F. ſancti Euſtachii Diaconum Cardinalem Senenſem publicari juſſit, & deinde die vigeſima quinta menſis Aprilis Anno milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo octavo in qua Feſtum ſancti Marci Evangeliſtæ celebratum eſt in Eccleſia ſancti Marci de Urbe, ubi prædictus Sanctiſſimus Dominus noſter reſidentiam ſuam facit, poſt Miſſarum ſolemnia prædictorum Dominorum Regis, Ducum, & Communitatis Oratores ante ejus Sanctitatis præſentiam conſtituti ob Apoſtolicæ Sedis, & ſuæ Sanctitatis reverentiam Pacem prædictam per Contractum, & Capitula mutuis ſtipulationibus * fieret fieri conſuevit poſtea firmandam ſponte, & reverenter acceptaverint, approbaverint, & emologaverint, ac ſucceſſive die octava menſis Maii Anno prædicto. Idem Sanctiſſimus Dominus noſter tamquam omnium Pater univerſalis, & Caput ad tollendum difficultates quaslibet, & quo facilius ad ipſammet inheundam contrahendamque Pacem, cujus laudabili exemplo cæteri ſupradicti inducerentur, ac pro ſui Status temporalis ſecuritate, Felicis etiam Recordationis Domini Nicolai Papæ quinti ſuæ Sanctitatis prædeceſſoris veſtigiis inherere volens, & ut commodius facilinsque expediſſioni Exercitus Chriſtianorum contra Impiiſſimos Turcas intendi valeat Pacem ejusmodi non modo benedicere, approbare, confirmare, cuſtodire, & protegere, ſed etiam ſe ipſum in eadem Pace partem principalem conſtituere, eamque ingredi, inire, firmare, contrahere dignatus ſuerit, quemadmoduin ſua Beatitudo, & dictorum Dominorum Regis, Ducum, & Comunitatis Oratores ad id ſpecialem poteſtatem habentes inierunt, firmarunt, contraxerunt, prout in Capitulis, & Inſtrumentis inde per Nos infraſcriptos, & certos alios publicos Notarios confectis plenius continetur. Cumque iurer Capitula Pacis prædictæ tria ſint tenoris, qui infra de verbo ad verbum ſequitur.

* Forte lege *Fuit.*

Item convenerunt prædictæ Partes nominibus, quibus ſupra, quod infra terminum quinquaginta dierum incipiendo a die ſtipulationis hujus Contractus, teneantur declarare, & intimare hinc inde Colligatos, Confederatos, Adhærentes, & Recomendatos. Item convenerunt dictæ Partes nominibus quibus ſupra, quod præſens Pax infra terminum quadraginta dierum proximè futurorum hinc indè in forma valida, & autentica per publica Inſtrumenta vel Litteras ratificari per eorum Principales, & ratificatio hujusmodi intimari debeat. Item Partes prædictæ convenerunt quod omnibus, & ſingulis Dominis quacumque dignitate etiam Regali fulgentibus, & habentibus Dominium aliquod in Italia, & Potentatibus Italiæ liceat infra terminum duorum menſium pacem etiam ut Principales intrare, & illa gaudere cum omnibus, & ſingulis in ea contentis pro Dominiis in Italia conſiſtentibus dumtaxat. Præfati Sereniſſimus Dominus Rex, ac Dominium Venetorum, nec non Illuſtris ac Excelſa Communitas Florentiæ volentes promiſſionibus per ſupradictos eorum Oratores, Procuratores, & Sindicos in prædictæ Pacis Contractu ipſorum nomiuibus factis, & conventis plenè ſatisfacere. Præfatus videlicet Sereniſſimus Rex per Reverendum Patrem Dominum Petrum Guilielmum Roccha Prothonotarium, & Reſetendarium Apoſtolicum, ac ſui Sacri Conſilii Præſidentem, & in Romana Curia ad præſens Oratorem, & Procuratorem, ac Mandatarium cum pleniſſimo Mandato, & poteſtate ad infraſcripta peragenda ſpecialiter conſtitutum per ejus Majeſtatis patentes Litteras, datas in Caſtello Novo Civitatis Neapolis die ſecunda menſis Junii præſentis anni ſua Regia, & Spectabilis Domini Antonelli de Petrutiis &c. manibus ſubſcriptas, ac magno ſuæ Majeſtatis pendente ſigillo munitas, quæ ibidem ad omnium aſtantium plenam intelligentiam lectæ fuerunt, & quæ infra de verbo ad verbum inſertæ ſunt Pacis prædictæ, & omnium, & ſingulorum in ea Inſtrumentisque ſuper ea confectis contentorum Ratificationem per ſuam Majeſtatem in, & per easdem Litteras ſpecialiter, & ſpecifice factam Sanctiſſimo Domino noſtro Papæ prætato, & Magnifico Equiti Domino Petro Mauroceno Patritio Veneto Illuſtriſſimi Domini Docis, & Dominii Venetorum Oratori, & Sindico, ac Procuratori ad id active, & paſſive agendum Mandatum ſpeciale, quod tunc ſimiliter alta, & intelligibili voce lectum fuit, & quod infra de verbo ad verbum inſeretur, habenti. Nec non Magnifico etiam Equiti & Doctori Domino Othoni Lapi de Nicolinis Oratori, & Sindico, ac Procuratori Illuſtris & Excelſæ Communitatis Florentiæ ſimiliter ad id active, & paſſive agendum ſpeciale Mandatum, quod tunc eodem modo lectum fuit, & quod infra etiam ad verbum inſeretur, habenti, omnibus ſimul, & ſingulis de per ſe in eodem tamen loco permanentibus ittimavit, & notificavit. Cum nundum eſſet lapſum tempus quadraginta dierum in Capitulo ſupra inſerto deſignatum ſimiliter etiam præfatus Illuſtriſſimus Dominus Dux, & Dominium Venetorum per ſupradictum Magnificum Dominum Petrum Mauroceno Oratorem, & Sindicum, ac Procuratorem præfatum Ratificationem, Approbationem, & Confirmationem, & Emologationem Pacis ejusdem, & omnium, ac ſingulorum in alio Inſtrumento deſuper manu Ser. Dionilii Floriano quondam Ser. Nicolai de Venetiis publici Notarii die decima præſentis menſis Junii ſtipulato, quod infra etiam inſertum eſt contentorum. Eisdem Sanctiſſimo Domino noſtro Papæ, & Reverendo Patri Domino Petro Guilielmo Roccha Prothonotario, & Reſerendario Conſilii Præſidenti, Oratori, ac Procuratori Sereniſſimi Domini Regis plenam ad id active, & paſſive agendum facultatem ex eisdem Litteris habenti. Nec non Magnifico Domino Othoni Oratori, Sindico, & Procuratori Excelſæ Communitatis Florentiæ ſimiliter plenam facultatem ad id active, & paſſive agendum ex alio Inſtrumento tunc lecto, & infra inſerto habenti, præfatis omnibus ſimul, & ſingulariter ſingulis in eodem loco tamen permanentibus inrimavit, & pari modo ſupradicta Illuſtris & Excelſa Communitas Florentiæ per ſupradictum Magnificum Dominum Othonum Oratorem, Sindicum, & Procuratorem eorum præfatum ſimilem ejusdem Pacis cum omnibus partibus, & effectibus in omnibus, & per omnia, & quoad omnes, & omnia, de quibus, & quemadmodum in ipſius Pacis Inſtrumento continetur, & ſcriptum eſt. Ratificationem, Approbationem, Emologationem, & Confirmationem per publicum Inſtrumentum manu Ser. Bartholomei olim Ser. Guidonis Jacobi de Guidis publici Notarii Florentiæ die quarta præſentis menſis Junii ſtipularum tunc etiam prelectum, & infra de verbo ad verbum inſertum, factam ſepedictis Sanctiſſimo Domino noſtro Papæ, & Reverendo Domino Prothonotario Roccha Regio, nec non Magnifico Domino Petro Mauroceno Venetorum Oratoribus, & Procuratoribus ac Sindico intimavit omnibus, & ſingulis ſimul, ac ſingulis eorum de per ſe in eodem tamen loco permanentibus. Præfatus autem Sanctiſſimus Dominus noſter Papa auditis, & plenè intellectis omnibus præmiſſis, facta enim ſunt in ejus Sanctitatis conſpectu & Camera ſecreta firmiter, & conſtanter proſequens ſuum primum pium, ac glorioſum propoſitum nihil permittendi, quod ad prædictæ Pacis ſoliditatem, & firmitatem pertineat pro ſatisfactione intimationis ſibi factæ quod de Jurisperitorum etiam ad præſens negotium Pacis intereſſe habentium juditio, & conſilio ſe facere aſſeruit, legit cedulam quam habebat in manibus, & quam perlectam tradidit nobis Notariis infraſcriptis in præſenti Inſtrumento inſerendam. Erat autem ejus renor, qui ſequitur de verbo ad verbum videlicet.

ANNO 1467.

Quia non videtur neceſſaria reſponſio, propteres tacemus. Nolumus tamen quod noſtra taciturnitas habeat aſſerre aliquod præjuditium contentis in Contractu, & concluſione Pacis, quam longo tempore multis laboribus impenſis, & vigiliis auctoritate Apoſtolica procuravimus, & qua media intendimus Deu propitio rem fidei Chriſtianæ contra inmaniſſimos Turcas diligenter agere, & feliciter proſequi pro ſalute omnium Chriſtianorum. Subſequenter autem ad hæc cum Magnificus Dominus Petrus Mauroceno Orator Venetus exiviſſet de præfata Camera, & a præfato Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ conſpectu eandem Cameram, & ante eundem conſpectum illico intraverunt Magnifici Juris Utr. Doctores Dominus Johannes Jacobus Ritius Papienſis Conſiliarius, & Dominus Johannes Andreas de Cagnolis Mediolanenſis Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi Principis Domini Galeaz Mariæ Sforciæ Vicecomitis Ducis Mediolani, Papiæ, Angleriæque Comitis, ac Januæ Domini Oratores, Procuratores, Sindici, & Mandatarii ſpecialiter, & expreſſe, ac ſpecifice conſtituti ad acceptationem, & Ratificationem Pacis ſupradictæ per præfatum Illuſtriſſimum Dominum Ducem Mediolani factam, & item nominationem Colligatorum, Confederatorum, Adhærentium, Recommendatorum, & Complicum ejus ntà cum confederationum, & obligationum, quibus tenetur Sereniſſimo Domino Regi Francorum, & Sereniſſimæ

ANNO 1467. reniſſimæ Ligæ Italiæ, & certis aliis reſervationibus, notificandum, præſentandum, & intimandum coram præfatis Sanctiſſimo, & Magnifico Oratore, ſeu Oratoribus Illuſtriſſimi Domini Ducis, & Dominii Venetorum, nec non Sereniſſimo Domino Ferdinando Rege, & Excelſa Communitate Florentina, aut eorum Oratoribus, prout de dicto eorum Mandato conſtat patentibus Litteris præfati Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani propria manu ſubſcriptis, & magno rotundo ſigillo in alba Cerra ſignatis, ibidem tunc alta voce lectis, & infra ad verbum inſertis. Quidquid Domini Oratores, & Mandatarii, præter, & ultra præſentationem, & exhibitionem ſupraſcripti eorum Mandati, ſeu Litterarum, præſentaverunt etiam alia duo publica Inſtrumenta per Magnificum Virum Cichum Simonettam publicum Notarium, & ejusdem Illuſtriſſimi Domini Ducis Secretarium eadem die viceſima ſeptima menſis Maii proximè præteriti ſtipulata, & magno rotundo ſigillo ejusdem Domini Ducis ſignata. In quorum altero Ratificatio Pacis ſæpedictæ per eundem Illuſtriſſimum Dominum Ducem Mediolanicum prædictis reſervationibus, & limitationibus facta continetur; In altero verò ſpecificantur nomina, & cognomina omnium, & ſingulorum, quos idem Dominus Dux ad prædictam Pacem nominavit pro ſuis Colligatis, Confederatis, Adhærentibus, Complicibus, & Recommendatis, quorum tenores infra de verbo ad verbum ſunt inſerti ad quæ Inſtrumenta ſe referentes præfati duo Domini Oratores Sanctiſſimo Domino noſtro prefato, & aliis illic exiſtentibus Oratoribus, videlicet Reverendo Domino Prothonotario Roccha, & Magnifico Domino Othoni ſæpedictis ſimul, & eorum ſingulis ſingulariter intimaverunt tam Pacis Ratificationem, ut præmittitur, factam, quam prædictam denominationem. Cum autem inter ſic nominatos Confederatos, & Colligatos ejusdem Domini Ducis ſint, & exprimantur Illuſtris, & Potens Dominus Federicus Comes Urbini pro Statu, & Terris ſuis, & Illuſtr. Dominus Alexander Sforcia pro Piſauro, & Terris ſuis, Magnifica Communitas Bononiæ, Magnifica Communitas Anchonæ, Magnificus & Potens Dominus Thadeos Incola &c. Qui omnes Domini, & Communitates ſunt immediate Subditi Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ. Præfatus Sanctiſſimus Dominus noſter Papa, ut audivit, dixit Dominis Oratoribus prædictis, & aliis omnibus ibidem præſentibus, non eſſe jutum, neque conveoieus, quod aliquis Potentatuum in Pace prædicta comprehenſorum numine alterius Potentatus ſimiliter in dicta Pace compreheoſi Subditos pro Confederatis, Colligatis, aut Adhærentibus vel Complicibus &c., & quod proteſtabatur ex tunc talem nominationem non debere valere, nec tenere quoad prædictos Subditos ſuæ Sanctitatis, & ſic non admittere niſi, ſi, & in quantum de jure teneatur aut debeat. Et caſu quo de jure admittere debeat ejus Sanctitas, ex tunc & à ſimili nominabat, & nominavit pro ſuis, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Confederatis, & Colligatis Magnificas Communitates Papiehſem, Laudenſem, Parmenſem, Novaneuſem, & Teribnenſem, & earum omnium, & ſingularum Populos, & Communitates, reſervata ſibi nſque in finem termini in prædicto Capitulo expreſſi, ulteriori facultate nominandi alios quoscumque voluerit. Declaravit tamen ejus Sanctitas ſuæ intentionis eatenus nunquam fuiſſe, neque eſſe velle nominare aliquem Subditum alicujus aliorum Potentatuum prædictorum, niſi quatenus aliorum in ſimili caſu factæ, aut faciendæ nominationis eam ad id impellant. His autem peractis Reverendus Pater Dominus Petrus Guillielmus Roccha Prothonotarius Orator, qui ſupra, & ſimiliter Magnificus Dominus Otho Orator jam ſæpedictus præfatis Magnificis Dominis Johanni Jacobo, & Johanni Andreæ Oratoribus Domini Ducis Mediolani præfati intimaverunt Ratificationes per prædictum Sereniſſimum Dominum Regem, & Excelſam Communitatem Florentinam Principales ſuos factas, ſicut præmiſſum eſt. Præfatus verò Sanctiſſimus Dominus noſter Papa repetita de manibus noſtris Cedula ſupra inſerta, eam rurſus in reſponſionem dictorum Dominorum Oratorum Domini Ducis Mediolani, ſicut prius fecerat, ſe id de Juris Peritorum etiam in ipſo negotio Pacis intereſſe habentium, judicio & conſilio facere, eandemque nobis Notariis prædictis reſtituit ſic, ut præmiſſum eſt, inferendam. Cum autem eadem ejus Sanctitas, ut aſſeruit, ex lectione Mandatorum ſingulorum ex dictis Oratoribus per alterum ex nobis infraſcriptis Notariis omnibus audientibus ibidem perlectorum deprehendiſſet Mandatum præfatorum Dominorum Oratorum Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani, quo ad continentia trium ex Capitulis præfatis, quorum tenores inferius inſerti ſunt non usquequaque correspondere certæ conventioni poſt celebrationem Pacis prædictæ die ſecunda menſis Junii præſentis, ut tunc naravit, & aſſeruit inter ejusdem Sanctitatem, & Dominos Oratores Sereniſſimi Domini Regis, & Excelſæ Communitatis Florentinæ ibidem præſentes, ac Magnificum Dominum Laurentium de Terrentiis de Piſauro in contrahenda præfata Pace, & ipſa conventione facienda adhuc ejusdem Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani Oratorem, Procuratorem, & Mandatarium ſufficiens Mandatum habentem, quem etiam ibidem vocari fecit de communi ipſorum omnium conſenſu, conſilio, & voluntate ac juditio; factæ & conventæ videlicet. Quod nun obſtante; quod in ipſis Capitulis dicretur, & dicatur, quod declarationes, & intimationes Colligaturum, Confederatorum; Adhæicntium, & Reccommendatorum. Et ſimiliter intimatio Ratificatiouis, & Approbationis dictæ Pacis infra ſuos terminos fieri debeant, & intimari hinc inde. Nihilominus pro majori commoditate ipſarum omnium Partium, & propter alios bonos, & laudabiles reſpectus tam declarationes, & intimationes Colligatorum, Confederatorum, Adhærentium, & Recommendatorum, quam intimatio Ratificationis Pacis prædictæ aliaque quæ ex forma ipſorum Capitulorum intimanda ſunt, fieri poſſint, & debeant hic in Alma Urbe, in ipſius Sanctitatis, & eorumdem, aut aliorum prædictorum Dominorum Regis, Ducum, Dominii, & Communitatis Oratorum, quos tunc hic eſſe contingeret præſentia, & conſpectu active, & paſſive, & quod ſic factæ valeant ad plenam, & omnimodam ſatisfactionem formarum corundem Capitulorum quosd præfatam intimationem, videretque non eſſe amplius poſſibile pro anguſtia imminentium jam terminorum præfatorum, quod hi, qui hucusque non deſtinaverant ſuos Oratores, aut Nuntios ad prædictas intimationes ſingulis eorundem Regis, Ducum, & Communitatis facieodas, poſſint eas intra debitum tempus peragere attento maxime, quod tam præfatus Sereniſſimus Dominus Rex, quam Illuſtriſſimus Dominus Dux Venetiarum, & Illuſtris Communitas Florentinorum prætextu, & ratione prædictæ Conventionis die ſecunda menſis Junii præſentis factæ dederunt eorum Oratoribus & Mandatariis præfatis plenam facultatem ad easdem intimationes ſic, ut præmittitur, in ejus Sanctitatis conſpectu faciendæ active, & paſſive, ex eo quod provide conſideraret, eo voluiſſe non debere alibi, quam in dicto conſpectu fieri tales intimationes, cum exiſtiment ipſas debere ibidem fieri active, & paſſive, ut prædicitur, volens, & intendens tali in commodo emergeoti opportune ratione media prnvidere præfatis Magnificis Dominis Johanni Jacobo Ritio, & Domino Johanni Andreæ de Cagnolis Oratoribus antedictis nuper hue miſſis, & præfatis Regio, & Venetorum, ac Florentinorum Oratoribus, & Domino Laurentio de Piſauro antedicto, & Nobis Notariis infraſcriptis videntibus, & audientibus expoſuit Conveotionem eandem prædicta die ſecunda Junii antedicti, ſicut præmiſſum eſt, factam fuiſſe de eorum omnium, & ſingulorum, qui tunc erant in Urbe conſilio, conſenſu, voluntate, & juditio propter cauſas, & reſpectus præmiſſos, Et quod iidem omnes, & ſinguli dicti Oratores promiſerunt tunc de eadem ſic facta Conventione celeriter dare notitiam per Litteras eorum Principalibus præfatis, interrogavitque eos ſingulos ſingulariter videlicet primo præfatum Reverendum Patrem Ducem Petrum Guillelmum Roccha Prothonotarium Oratorem Regium, & deinde dictum Magnificum Dominum Petrum Maurocenum Oratorem Venetum ad finem, & effectum infraſcriptæ teſtificationis faciendæ ad eundem ſuæ Sanctitatis conſpectum revocatum, & intromiſſum, & ſucceſſive prædictum Magnificum Dominum Othonem Oratorem Florentinorum, & poſtremo dictum Dominum Laurentium de Terrentiis de Piſauro ibi, ſicut præmiſſum eſt, vocatum, an conventio ſupraſcripta dicta die ſecunda menſis Junii ſit, ut præmittitur, inter ipſius Sanctitatem, & eos omnes, & ſingulos ita ut ejus Sanctitas tunc dumtaxat, ut ſupraſcriptum eſt, facta fueri, requirent eos, ut ſuper eo de veritate perhiberent teſtimonium. Qui quidem Domini Oratores, & primo Dominus Petrus Guillelmus Roccha Prothonotarius, & Orator prædictus, & deinde Magnificus Dominus Petrus Maurocenus, ac ſucceſſive Magnificus Dominus Otho Oratores ſupraſcripti, ſic ut præmittitur, interrogati, & requiſiti, ratificando, dixerunt, & aſſeruerunt verum eſſe quod die ſecunda

ANNO 1467.

Junii

ANNO 1467. Junii Conventio prædicta ita facta fuit, ſicut ejus Sanctitas dixerat in omnibus, & per omnia, & quod quilibet ipſorum de ea ſcripſerat ſuis Principalibus, & etiam miſerat quandam notam Inſtrumenti, in & ſuper facultate, & poteſtate ad præmiſſa omnia, & ſingula agendum per dictos eorum Principales mittenda, prout ipſa Inſtrumenta miſſa eis ſunt eidem notæ conformia, vel quaſi, & quæ Inſtrumenta ibidem paulo ante perlecta fuerant, ad quæ ſe retulerunt. Similiter etiam prædictus Dominus Laurentius de Terrentiis de Piſauro olim Orator præfati Domini Ducis eodem modo interrogatus, & requiſitus teſtificando dixit, & aſſeruit verum fuiſſe, & eſſe, quod ſepedicta die ſecunda menſis Junii dicta Conventio ita geſta fuerat, quemadmodum Sanctiſſimus Dominus noſter Papa retuleraț; & prædicti Domini Oratores fuerant teſtificati, & quod ipſe diverſas Litteras ſuper eadem re ad plenum ſcripſerat prælibato Illuſtriſſimo Domino Duci ſuo Principali, & Domino, & quod non poterat cogitare eamſam, quare ad ejusmodi ſuas Litteras reſponſum, aut ſaltem mandata præfatis duobus Dominis Oratoribus data non fuerant ad tenorem ejusdem Conventionis adaptata. Quia ſicut præmittitur plene, & ad liquidum ſcripſerat, & habebat ſic ſcriptarum Litterarum Regiſtrum, quod optulit exhibere, ſi opus eſſet. Quibus ſic dictis Sanctiſſimus Dominus noſter ſolemniter, & expreſſe proteſtatus fuit, & proteſtabatur, quod quandocumque hæc intimatio, & Ratificatio Pacis, & aliorum contentorum in Capitulis Conventionis Pacis aliter, quam ut præmittitur, facta non fuerit per ſuam Sanctitatem, ac alios Potentatus, non debeat in aliquo præjudicare præfato Contractui Pacis, aut eisdem partibus. Iidem autem Magnifici Domini Oratores Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani rurſus ad ea cum ſumma reverentia, & ſubmiſſione reſponderunt ejus Sanctitati, quod talis proteſtatio non videbatur eis neceſſaria, quia cum ejus Sanctitas Pater, & Caput, ac Dominus ipſorum omnium Potentatuum, ſicut cæterorum Chriſtianorum, eſſet, ipſique omnes, & præcipue præfatus Illuſtriſſimus eorum Dux, eſſent ejus Sanctitatis devotiſſimi filii, non videbatur eis requirendum ab ipſius Sanctitate, quod ad unguem ſervaret circumſtantias contentorum in præfatis Capitulis, ſicut erat illud de Intimatione, & Ratificatione Pacis, & Declaratione, & Intimatione Confederatorum &c. hic in Urbe, vel alibi faciendis, & quod pro eo, quod ſpectaret ad præfatum eorum Dnem, Ipſi non dubitabant, imò tenebant pro certo, & promittebant ejus Sanctitati, quod futurus eſſet benè contentus de Ratificatione, & Intimatione tunc facta, & Declaratione, ſeu nominatione, & intimatione Confederatorum, ac aliis ejusmodi impoſterum ibidem tam per ejus Sanctitatem, quam per dictos alios Dominos Oratores faciendis. Quamquam ipſi ſuper eo non haberent aliquod Mandatum, quod certiſſime tenebant eveniſſe ſolum, quia idem eorum Dominus Dux non fuerat debite informatus, aut benè non intellexerat mentem ejus Sanctitatis ſuper eo, & deliberationem ac Conventionem per eam, & dictos alios Dominos Oratores prædicta die ſecunda preſentis menſis factam circa ipſum Negotium Ratificationis, & Declarationis, ac Intimationis faciendæ. De quibus omnibus & ſingulis, ſic ut præmittitur, per ejus Sanctitatem, ac præfatos Dominos Oratores, & Dominum Laurentium actis, geſtis, reſponſis, & teſtificatis, ac aſſertis præfatus Sanctiſſimus Dominus noſter Papa mandavit Nobis Notariis publicis, & infraſcriptis, & prædicti Oratores ſingulariter, prout ad nnumquemque eorum ſpectabat requiſierunt tam pro ſuo, quam aliorum omnium, & ſingulorum quomodolibet habentium vel impoſterum habiturorum intereſſe, ut unum, & plura conficeremus publica Inſtrumenta ejusdem tenoris ad futuram rei memoriam. Tenores verò Litterarum Regiarum, & Inſtrumentorum publicorum, de quibus ſupra facta eſt mentio ſequuntur ad verbum, & ſant tales videlicet.

FERDINANDUS Dei gratia Rex Sciciliæ, Hieruſalem, & Hungariæ Univerſis, & ſingulis præſentem ſeriem inſpecturis pateat evidenter. Quod cum ſuperioribus menſibus motis tunc pet nonnullos Italiæ Potentatus & Principes Armis magna bellorum pericula imminere viderenrur niſi eis celeris Pacis remedio occurrererur Sanctiſſimus in Chriſto Pater, & Dominus noſter Dominus Paulus divina Providentia Papa ſecundus, prout in Apoſtolicis inde confectis Litteris ſub data Romæ apud Sanctum Marcum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo CCCC. ſexageſimo ſeptimo quarto Nonas Februarii Pontificatus ſui Anno quarto, quas eadem die, qua fuit Feſtum Purificationis Beatæ Mariæ Virginis in Eccleſia Sanctæ Mariæ de Ara Cœlli de Urbe ſolemniter publicari fecit inter Univerſos Italiæ Potentatus, & Principes etiam ſi Regali, vel quavis alia perfulgerent dignitate, & præcipue inter Illuſtriſſimum & Excellentiſſimum Principem Dominum Chriſtophorum Mauro Ducem, Inclitumque Dominium Venetorum, & ſimiliter inter Illuſtriſſimum, & Excellentiſſimum Principem Dominum Galeaz Mariam Sforţiam Viceeomitem Ducem Mediolani, Papiæ, Angleriæque Comitem, ac Januæ Dominum, & Illuſtrem ac Excelſam Communitatem Florentinorum, & Nos ipſorum quoque Ducum, & Communitatis, ac noſtri hæredes, & ſucceſſores Pacem perpetuam ab eis, & nobis omnibus, eorumque ac noſtris Colligatis, Adhærentibus, Sequacibus, & Subditis inviolabiliter obſervandam promulgaverit, & declaraverit, ipſamque Pacem per contractum, & Capirula mutuis ſtipulationibus, ſicut conſtat fieri poſſe modum firmandam, depoſitis hinc inde odiis, & rancoribus, ac remiſſis vicillim injuriis, & damnorum illatione cum reſtitutione tamen Caſtrorum, & Locorum hinc inde ablatorum, ac ſalvis ſemper, & integris manentibus Juribus ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & utrique parti in illis vel in aliquo ipſorum competentibus. Oratores, Procuratores, & Sindici præfatorum Ducum, Domnii, Communitatis, & noſtri ad hæc ſufficienti poteſtate ſuffulti olim die vicetima quinta menſis Aprilis proxime præteriti, quæ fuit dies lunæ, qua Feſtum ſancti Marci Evangeliſtæ in dicta Eccleſia celebratum extitit poſt Miſſarum ſolemnia juxta voluntatem, & exortationes præfati Sanctiſſimi Domini noſtri emologaverint, ratificaverint, acceptaverint, & approbaverint: Et exinde eodem Anno Domini milleſimo CCCC. LXVIII. Indictione prima, die vero octava menſis Maii inter ſextam, & ſeptimam horam noctis in qnorundam Notariorum publicorum, & teſtium ad id vocatorum, & rogatorum præſentia, conſtituti omnes, & ſinguli Oratores prædicti coram præfato Sanctiſſimo Domino noſtro Papa animo, & intentione ac ad finem, ut Pacem eandem, ut præmittitur, vicceſima quinta menſis Aprilis in Eccleſia ſancti Marci inter eos initam juxta conventionem tunc habitam in Capitula, & Inſtrumentum publicum deducerent, celebrarent, & firmarent, & publice ſtipulari facerent, Idem Sanctiſſimus Dominus Noſter qnamvis cum omnibus Pacem habuerit, & haberet, ut patet univerſalis illam ſervaverit, & ſervaret, nihilominus volens inhærere veſtigiis felicis Recordationis Nicolai Papæ qninti ſuæ Sanctitatis Prædeceſſoris, qui publicam Italiæ Pacem tunc etiam confectam inivit, contraxit, recepit, acceptavit, benedixit, approbavit, & confirmavit, ut commodius Rei Publicæ Chriſtianorum adverſus Impios Turcas conſulti, faciliusque expeditioni Exercitus Chriſtianorum contra eosdem Turcas intendi valeat, & poſſit ad tollendum difficultates alias, quæ inter Partes oriebanſnr, us exempto ipſius Pacem ſpetialiter contrahentis facilius ad ipſam Pacem acceptandam inducerentur, ac etiam pro ſecuritate ſni ſtatus temporalis, & ad honorandum omnes & ſingulos Potentatus ac ad majorem futuram ipſius Pacis firmitatem, Pacem eandem, ſicut præfertur ratificatam, & acceptatam Apoſtolicæ Sedis, ac ſuæ Sanctitatis præheminentia, dignitate, auctoritate, & reverenria ſemper ſalvis, motu proprio, & ex certa ſui animi ſcientia ſponte, & libere inire, & contrahere pro ejusdem Dominio temporali, ut infrà latius declaratur, propoſuit, & inde ad laudem, & reverentiam Omnipotentis Dei, & Glorioſæ Virginis Mariæ ejus Matris, ac ſacroſanctæ Romanæ, & Univerſalis Eccleſiæ Matris, & Magiſtræ omnium Chriſtianorum ejusque Patronorum Beaorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, Beati Michaelis Arcangeli, Beati Johannis Baptiſtæ, ſanctorum Marci Evangeliſtæ, & Ambroſii Epiſcopi, & Confeſſoris totiusque Curiæ Cælcſtis triumphantis, & ad perpetuam Italiæ Pacem, & infraſcripratum Partium, Statuumque, Terrarum quietem & tranquilitatem Præſatus Sanctiſſimus Dominus noſter pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis canonice intrantibus Romanis Pontificibus, ſuisqoc Colligatis, Adhærentibus, Confederatis Complicibus, Sequacibus, Reccommendatis, Subditis, & Stipendiariis ex nna & Reverendns Pater Petrus Guiſtelmus Rocca Apoſtolicus Prothonotarius, & Referendarius, ac noſtri ſacri Concilii Prælidens, Et Magnificus Nicolaus Antonius de Montibus de Capua Leguni Doctor, noſtri Magni Camerarii, Regni Siciliæ Locumtenens, noſtri Conſiliarii, Oratores, Procnratores & Mandatarii pro nobis, noſtrisque filiis, & hæredibus ac ſucceſſoribns, Colligatis, Adhærentibus, Confederatis, Complicibus, Seqnacibns, & Reccommendatis,

ANNO 1467. Subditis, & Stipendiariis ex una alia; Et Magnificus Petrus Maurocenus quondam Domini Marci Patritius Venetus, ipſius Illuſtriſſimi Domini Ducis, & Incliti Dominii Venetorum Orator, Sindicus, Procurator, & Mandatarius pro ipſo Illuſtriſſimo, & Excellentiſſimo Domino Duce ejusque ſucceſſoribus, & Dominio Venetorum, eorumque Colligatis, Adhærentibus, Confœderatis, Complicibus, Sequacibus, Reccommendatis, Subditis, & Stipendiariis ex una alia; Et Magnificus Laurentius de Terrentiis Piſaurienſis Eques, & Juris utriusque Doctor, Conſiliarius, Orator, Procurator, & Mandatarius prætati Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani, Papiæ Anglerieæque Comitis, ac Januæ Domini pro ipſo Domino Duce ejusque filiis, hæredibus, & ſucceſſoribus, Colligaris, Adhærentibus, Confederatis, Complicibus, Sequacibus, Reccommendatis, Subditis, & Stipendiariis ex una alia; Et Magnificus Otho Lapi de Nicolinis Eques, & Juris Conſultus Illuſtris & Excelſæ Communitatis Florentinorum Orator, Sindicus, Procurator, & Mandatarius pro Communitate Florentinorum, eorumque ſucceſſoribus, Colligatis, Adhærentibus, Confœderatis, Complicibus, Sequacibus, Reccomendatis, Subditis, & Stipendiariis ex una alia partibus ſponte & ex certa ſcientia, & non per errorem omni meliori via, & modo, quibus potuerunt coram Notariis & Teſtibus ad id vocatis, & rogatis inierunt, fecerunt, contraxerunt, & firmaverunt unam veram, puram, ſinceram, & inviolabilem Pacem Deo dante, perpetuis temporibus duraturam cum Capitulis, pactis, conditionibus, modis, formis, promiſſionibus, obligationibus, & Clauſulis in Inſtrumento ſeu Inſtrumentis exinde confectis, contentis. Et inter cætera Capitula Pacis ejusdem conſineatur, quod Pax ipſa infrà terminum quadraginta dierum tunc proxime futurorum hinc inde in forma valida, & authentica per publica Inſtrumenta, vel Litteras per Principales ipſorum Oratorum, Procuratorum, & Sindicorum ratificari, & ratificatio hujusmodi intimari debeat. Nos propterea volentes omnia quæ noſtro nomine per dictos noſtros Oratores, Procuratores, & Mandatarios propterea ſicut promiſſa adimplere, & integraliter obſervare, ex certa ſcientia, animoque deliberato omni modo, via, jure, & forma, quibus melius potuimus, & poſſumus, ratificamus Pacem prædictam cum omnibus, & ſingulis in ea, ejusque Inſtrumento ſeu Inſtrumentis contentis, de quibus omnibus & ſingulis habuimus, & habemus plenam ſufficientemque notiriam, ac omnia, & ſingula in Inſtrumento, ſeu Inſtrumentis inde confectis contenta, & promiſſa per præfatos noſtros Oratores, Procuratores, & Mandatarios firma, & rata habere promittimus, & firmiter attendere, & inviolabiliter obſervare. Mandantes propterea earundem tenore præſentium præfato Reverendo in Chriſto Patri Petro Guillelmo Roccha, quem ad hæc noſtrum Procuratorem omni modo, quo melius fieri poteſt, ſpetialiter conſtituimus quatenus noſtro nomine, & pro nobis hujusmodi noſtram ratificationem infrà tempus prædictum intimare debeat præfato Sanctiſſimo Domino noſtro, & Oratoribus, Procuratoribus, & Mandatariis in Romana Curia præfatorum Illuſtriſſimorum Dominorum Ducum, & Dominii Venetorum, ac Mediolani, & Illuſtris & Excelſæ Communitatis Florentinorum, & alia facere ad quæ ex ſupradicto Capitulo propterea teneremur. Et de his quæ propterea agenda duxerit inde confici facere unum, ſive plura publicum Inſtrumentum, ſeu Inſtrumenta pro noſtri, & omnium quorum intereſt, & intereſſe poterit, certitudine, & cautella, nec non pro reverentia Sedis Apoſtolicæ, ac Beatitudinis præfati Domini noſtri facilioríque expeditione, & complemento propterea agendorum Volumus, & eidem Procuratori noſtro earum tenore præſentium expreſſe concedimus, quod infrà dictum quadraginta dierum terminum eidem pro nobis intimari poſſit, & valeat Ratificatio, ſive Ratificationes Pacis prædictæ quæ per Principales prædictos dictorum aliorum Procuratorum, Sindicorum, & Mandatariorum juxta tenorem præmeniouati Capituli facta fuerit, ſive factæ fuerint infrà terminum ſupradictum, quodque intimatio inde ſibi propterea facta, ſeu intimationes hujusmodi, quæ inde ipſi Procuratori noſtro fieri contigerit pro parte ipſorum Principalium, ſcilicet Illuſtriſſimi Ducis, & Dominii Venetorum, Illuſtriſſimi Ducis Mediolani & Illuſtris & Excelſæ Communitatis Florentiæ conjunctim, vel diviſim perinde habeantur, ac ſi nobis perſonaliter fierent, vel factæ fuerint. In cujus rei Teſtimonium præſentes fieri juſſimus, & magno Majeſtatis noſtræ pendenti ſigillo muniri. Datum in Caſtello noſtro Novo Civitatis Neapolis die ſecundo menſis Junii milleſimo CCCC. ſexageſimo octavo. Rex FERDINANDUS Dominus Rex. Mandatum mihi Antonello de Petrutiis. Regiſtratum in Cancellaria penes Cancellarium in Regiſtro Ligæ primo. ANNO 1467.

In Chriſti Nomine Amen. Anno Nativitatis ejusdem milleſimo CCCC. ſexageſimo octavo menſis Junii die decimo, Indictione prima. Cum Sanctiſſimus Dominus noſter Dominus Paulus Divina Providentia Papa ſecundus per Litteras Apoſtolicas datas Romæ apud ſanctum Marcum Anno Dominicæ Narivitatis milleſimo CCCC. ſexageſimo ſeptimo quarto nonas Februarii Pontificatus ſui Anno quarto de Omnipotentis Dei, & Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli auctoritate, & ſuæ, ac Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ex juſtis rationibus, & cauſis in dictis Litteris ſeriosius expreſſis inter univerſos, & ſingulos Italiæ Potentatus, & Principes, etiam ſi Regali, vel quavis alia perfulgerent dignitate, & præcipue inter Sereniſſimum, & Excellentiſſimum Dominum Ferdinandum Regem Siciliæ ac Illuſtriſſimum, & Excellentiſſimum Principem Dominum Chriſtophorum Mauro Ducem, Incliteamque Dominium Venetorum, & ſimiliter Illuſtriſſimum & Excellenriſſimum Principem Dominum Galeaz Mariam Sfortiam Vicecomitem Ducem Mediolani, Papiæ, Anglerieque Comitem ac Januæ Dominum, Et Illuſtrem & Excelſam Communitatem Florentiæ, ipſorumque Dominorum Regis, Ducum, & Communitatis ſucceſſores, & hæredes Pacem perpetuam, ab eis omnibus, & ſingulis: Ipſorum Colligatis, Adhærentibus, Sequacibus & Subditis inviolabiliter obſervandam promulgaverit, & declaraverit; Quas quidem Litteras eadem die, quæ fuit Purificationis Beatæ Virginis Mariæ in Eccleſia etiam Beatæ Mariæ de Ara Cœlli de Urbe ſolemniter in ſua præſentia per Reverendiſſimum Dominum Franciscum ſancti Euſtachii Diaconum Cardinalem Senenſem publicari juſſerit. Et deinde XXV. menſis Aprilis Anno milleſimo CCCC. ſexageſimo octavo, in qua Feſtum ſancti Marci Evangeliſtæ celebratum eſt in Eccleſia ſancti Marci de Urbe, ubi prædictus Sanctiſſimus Dominus noſter reſidentiam ſuam facit poſt miſſarum ſolemnia prædictorum Dominorum Regis, Docum, & Communitatis Oratores ante ſuæ Sanctitatis præſentiam conſtituti ob Apoſtolicæ Sedis, & ſuæ Beatitudinis reverentiam Pacem prædictam per Contractum, & Capitula mutuis ſtipulationibus, ſicut fieri conſuevit, poſtea firmandam reverenter, & ſponte acceptaverint, & emologaverint, ac ſucceſſive die octavo menſis Maii Anno prædicto Idem Sanctiſſimus Dominus noſter tanquam omnium Pater Uniuerſalis, & Caput ad tollendum difficultates quaſlibet, & quo facilius ad ipſam incundam, contrahendamque Pacem ejus laudabili exemplo cæteri ſupradicti inducerentur, ac pro ſui Status temporalis ſecuritate felicis etiam Recordationis Nicolai Papæ quinti ſuæ Sanctitatis prædeceſſoris veſtigiis inhærere volens, & ut commodius, faciliusque expeditioni Exercitus Chriſtianorum contra Impiiſſimos Turcas intendi valeat, Pacem hujusmodi non modo benedicere, approbare, confirmare, cuſtodire, & protegere, ſed etiam ſe ipſum in eandem Pacem partem priucipalem conſtituere, eamque ingredi, inire, firmare, contrahere dignatus fuerit, quemadmodum ſua Beatitudo & dictorum Dominorum, Regis, Docum, & Communitatis Oratores ad id ſpetialem poteſtatem habentes inierunt, firmarunt, & contraxerunt, prout in Capitulis, & in Contractibus inde confectis ſeriosius continetur, pace itaque ſuæ benigniſſimæ, ac clementiſſimæ Sanctitatis exemplo, opera, ſtudio, & auctoritate, ut prædicitur, inter eandem Beatitudinem, & jam dictas partes firmata. Quoniam inter cætera ejusdem Pacis, atque Contractus Capitula hæc tria ſubſequentis tenoris contiuentur. Item convenerunt dictæ Partes nominibus quibus ſuprà, quod infrà terminum quinquaginta dierum, incipiendo à die ſtiularionis hujus Contractus teneantur declarare, & intimare hinc inde eorum Colligatos, Confederatos, Adhærentes, & Reccomendatos. Item convenerunt dictæ Partes nominibus quibus ſupra, quod præſens Pax infrà terminum quadraginta dierum proxime futurorum hinc inde in forma valida, & authentica per publica Inſtrumenta vel Litteras ratificari per eorum Principales, & Ratificatio hujusmodi intimari debeat. Item Partes prædictæ convenerunt, quod omnibus, & ſingulis quacumque dignitate, etiam Regali ſungeutibus, & habentibus Dominium aliquod in Italia, & Potentatibus Italiæ, liceat infrà terminum duorum menſium Pacem etiam ut Principales intrare, & illa gaudere cum omnibus, & ſingulis in ea contentis pro Dominiis in Italia exiſtentibus dumtaxat. Pro honore igitur, & reverentia Sedis Apoſtolicæ, & Beatitudinis ejusdem faciliori, promptoríque

expeditio-

ANNO 1467. expeditione eorum, quæ pro firmamento, ſtabilitate, & validatione Pacis prædictæ fieri juxta ſupradictorum Capitolorum continentiam neceſſarium Illuſtriſſimus Princeps, & Excellentiſſimus Dominus D. Chriſtophorus Mauro Dei gratia Inclitus Dux Venetiarum &c. unà cum ſuis Conſiliis, habentibus ad infraſcripta, & alia exercenda pleniſſimam libertatem. Et ipſa Conſilia unà cum ipſo Illuſtriſſimo Domino Duce more ſolito congregata unanimiter, & concorditer, nemine diſcrepante pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis, ac nomine, & vice Inclyti Dominii Venetiarum ſponte, & libere, & ex certa ſcientia animoque deliberato omnibus melioribus, & validioribus modis, via, jure, & forma, quibus magis melius, validius, & efficatius potuerunt, & poſſunt cum Interventu omnium, & ſingularum ſolemnitatum, quæ in hujusmodi actibus requiruntur tam de hujus Almæ Civitatis conſuetudine, quam de Jure fecerunt, conſtituerunt, & ſolemniter ordinaverunt, ac faciunt, creant, & ſolemniter ordinant Spectabilem, & generoſum Militem Dominum Petrum Maurocenum quondam Domini Marci honorabilem Civem Venetiarum, & Oratorem præfati Illuſtriſſimi Ducalis Dominii ad ſummum Pontificem abſentem tamquam præſentem, & hoc præſens Mandatum ſuſcipientem dicti Dominii Venetiarum verum Sindicum, Actorem, Factorum, Procuratorem, legitimum negotiorum geſtorem ad comparendum coram Sanctiſſimo Domino noſtro prædicto, & ad approbandum, & acceptandum, confirmandum, & ratificandum Pacem ſupraſcriptam cum omnibus in ipſa Capitulis & conditionibus contentis, & declaratis, & per partes alias audiri, acceptari, ratificari, & approbari petendum atque inſtandum, & illorum, & cujuslibet eorum Ratificationes, & approbationes recipiendum, & acceptandum. Item ad declarandum, & intimandum Ratificationem prædictæ Pacis in forma valida, & authentica per publica Inſtrumenta, & Litteras tam præfato Sanctiſſimo Domino noſtro, quam dictorum Sereniſſimi, & Illuſtriſſimorum Dominorum Regis, Ducis, & Excelſæ Communitatis Oratoribus ad id ſufficientem poteſtatem habentibus conjunctim, vel diviſim, nec non ad audiendum, intelligendum, & recipiendum intimationem jamdictæ Ratificationis, quæ per Oratores dictorum Dominorum Regis, Ducis, & Communitatis fieri contigerit. Vnlentes intimationem hujusmodi eandem vim, robur, & poteſtatem habere, ac ſi eidem Illuſtriſſimo Domino Duci, & Inclito Dominio Venetiarum perſonaliter facta fuiſſet. Item ad denominandum, declarandum, & intimandum tam præfato Sanctiſſimo Domino noſtro, quam etiam prædictorum Sereniſſimi, & Illuſtriſſimorum Dominorum Regis, Ducis, & Excelſæ Communitatis Oratoribus ad id ſufficientem poteſtatem habentibus conjunctim, vel diviſim ipſorum Colligatos, Confederatos, Adhærentes, & Recommendatos. Nec non ad audiendum, intelligendum, & recipiendum denominationem, declarationem, & intimationem per præfatos Sanctiſſimum Dominum noſtrum, & dictorum Sereniſſimi & Illuſtriſſimorum Dominorum Regis, Ducis, & Excelſæ Communitatis Oratores, & eorum quemliber de ipſorum, & cujuſlibet eorum communiter vel diviſim Colligatis, Confœderatis, Adhærentibus, & Recommendatis. Volentes declarationem, & manutentionem hujusmodi, quam, ſeu quas præfatus Sanctiſſimus Dominus noſter, & Oratores, ut prædicitur, eidem Procuratori ſuo fieri contigerit, eandem vim, & poteſtatem habere, ac ſi eidem Illuſtriſſimo Domino Duci & Inclito Dominio Venetiarum perſonaliter factæ fuiſſent. Item ad recipiendum, & accæptandum omnes & ſingulos quacunque dignitate etiam ſi Regali fulgentes, & habentes Dominium aliquod in Italia, & Potentatus eriam Italiæ, Volentes ut Principales ingredi Pacem ſupradictam, & illa gaudere cum omnibus & ſingulis in ea contentis pro Dominiis in Italia exiſtentibus dumtaxat, & ſi fuerit opus, ad ineundum, firmandum, contrahendum cum præfato Sanctiſſimo Domino noſtro, ac ſupradictis, & omnibus aliis, & ſingulis Dominiis, & Potentatibus Italiæ communiter, & diviſim una vice, vel pluribus cum ſupradictis Capitulis, vel aliis de quibus poterunt convenire, & pro præmiſſis omnibus, & eorum quilibet Inſtrumenta, & Contractus Ratificationis, approbationis, emologationis, confirmationis, intimationis, & denominationis, acceptationis, & compoſitionis, & omnia, & ſingula alia quævis Documenta faciendum, recipiendum, & accæptandum à ſupraſcriptis omnibus, ſeu eorum quolibet ſemel, & pluries, & toties, quoties opus fuerit cum pactis, promiſſionibus, renunciationibus, pœnis, ac pœnarum adjectionibus, hypotecationibus, emologationibus, confirmationibus, ſacramento, articulis, clauſis ſtipulationibus, & ſolemnitatibus tam de conſuetudine, quam de jure requiſitis, & uſitatis, ac etiam prorſus extraneis, & remotis uti & ſicut dicto Sindico, & Procuratori videbitur, & placebit. Et generaliter ad omnia alia, & ſingula dicenduni, gerendum, faciendum, procurandum, & exercenduni, quæ in prædictis, & circa prædicta, & in conexis, & dependentibus ab eisdem fuerint neceſſaria, utilia, & quomodolibet opportuna, & quæ iplimet Conſtituentes facere poſſent, ſi perſonaliter intereſſent, etiam ſi talia forent, quæ mandatum exigerent ſpetiale. Dantes, & concedentes prædicti Domini Conſtituentes prædicto eorum Sindico, & Procuratori in prædictis, & circa prædicta in conexis, & dependentibus ab eisdem plenum, liberum, & generale mandatum, ac etiam ſpetiale, ubi exigitur, cum plena, libera, & generali Adminiſtratione, & poteſtate. Promittentesque dicti Domini Conſtituentes mihi Notario infraſcripto, ut publicæ perſonæ ſtipulanti, & recipienti nomine, & vice omnium, & ſingulorum quorum intereſt, ſe perpetuo, firma, rata, & grata habituros quæcumque dictus eorum Sindicus, & Procurator in prædictis, & circa prædicta & quolibet prædictorum duxerit facienda, & prominenda, & contra ea, vel eorum aliquod ullo unquam tempore non facere, dicere, vel venire per ſe, vel alium aliqua ratione, vel cauſa de jure vel de facto ſub hypoteca, & obligatione, omnium, & ſingulorum bonorum ipſius Illuſtriſſimi Domini Ducis, & Dominii Venetiarum præſentium, & futurorum. In præmiſſorum autem fidem, & evidentiam pleniorem Idem Illuſtriſſimus Dominus Dux præſens Sindicatus Inſtrumentum fieri juſſit, & Bulla ſua plumbea pendente muniri. Actum Venetiis in Ducali Pallatio in Salla Auccllarum Præſentibus Egregio, & ſapientious Viris Ser. Alexandro à Fornacibus, Phebo Capella, & Marco Aurelio Ducalibus Secretariis ad hæc vocatis ſpetialiter & rogatis. Ego Bartholomeus de Eranis quondam Ser. Gaspatis de Venetus publicus Imperiali auctoritate Notarius, & Judex ordinarius, ac præfati Illuſtriſſimi Principis, & Dominii Venetiarum Scriba prædictis omnibus, & ſingulis interfui, & ea rogatus ſcribere, ac de mandato præfati Illuſtriſſimi Domini Ducis ſcripſi, & publicavi, & in evidentiam me ſuſcripſi, ſignumque meum appoſui conſuetum.

ANNO 1467.

In Chriſti nomine Amen. Anno Nativitatis ejusdem milleſimo CCCC. ſexageſimo octavo, Indictione prima, menſis Junii die decimo. Cum Sanctiſſimus Dominus Noſter, Dominus Paulus divina Providentia Papa ſecundus per Litteras Apoſtolicas datas Romæ apud ſanctum Marcum Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo CCCC. LX. ſeptimo quarto Nonas Februarii Pontificatus ſui Anno quarto de Omnipotentis Dei, & Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli auctoritate, & ſuæ, ac Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ex juſtis rationibus, & cautis in dictis Litteris ſerioſius expreſſis. Inter univerſos, & ſingulos Italiæ Potentatus, & Principes, etiam ſi Regali vel quavis alia pertulgerent dignitate, & præcipue inter Sereniſſimum, & Excellentiſſimum Dominum Ferdinandum Regem Siciliæ, ac Illuſtriſſimum, & Excellentiſſimum Principem Dominum Chriſtoforum Mauro Ducem, Inclitumque Dominium Venetorum, & Inſuliter Illuſtriſſimum, & Excellentiſſimum Principem Dominum Galeatium Mariam Sforiam Vicecomitem Ducem Mediolani, Papiæ, Anglerieque Comitem, ac Januæ Dominum, ac Illuſtrem & Excelſum Communitatem Florentiæ, ipſorum Dominorum Regis, Ducum, & Communitatis ſucceſſores, & hæredes Pacem perpetuam ab eis omnibus, & ſingulis, ipſorumque Colligatis, Adhærentibus, Sequacibus, & Subditis inviolabiliter obſervandam publicaverit, promulgavetit, & declaraverit. Quas quidem Litteras eadem die, quæ fuit Purificationis Beatæ Virginis Mariæ in Eccleſia Beatæ Mariæ de Ara Cœli de Urbe ſolemniter in ſua præſentia per Reverendiſſimum Dominum Franciſcum ſancti Euſtachii Diaconum Cardinalem Senenſem publicari juſſerit, & deinde die viceſima quinta menſis Aprilis Anno milleſimo CCCC. ſexageſimo octavo, in qua Feſtum ſancti Marci Evangeliſtæ celebratum eſt in Eccleſia ſancti Marci de Urbe, ubi prædictus Sanctiſſimus Dominus noſter reſidentiam ſuam facit poſt Miſſarum ſolemnia prædictorum Dominorum Regis, Ducum, & Communitatis Oratores ante ſuæ Sanctitatis præſentiam conſtituti ob Apoſtolicæ Sedis, & ſuæ Beatitudinis teverentiam Pacem prædictam per Contractum, & Capitula mutuis ſtipulationibus, ticut fieri conſuevit, poſtea firmandam reverenter, & ſponte acceptaverint, approbaverint, & emologaverint. Ac ſucceſſive

ANNO 1467. ceſſive die octavo menſis Maii anni prædicti Idem Sanctiſſimus Dominus noſter tamquam omnium Pater Univerſalis, & Caput ad tollendum difficultates quaslibet, & quo facilius ad ipſam ineundam, contrahendamque Pacem ejus laudabili exemplo cæteri ſupradicti inducerentur, ac pro ſui Status temporalis ſecuritate, felicis etiam recordationis Nicolai Papæ quinti ſuæ Sanctitatis prædeceſſoris veſtigiis inhærere volens, & ut comodius faciliusque expeditioni Exercitus Chriſtianorum contra Impiiſſimos Turcas intendi valeat Pacem hujusmodi non modo benedicere, approbare, confirmare, cuſtodire, & protegere, ſed etiam ſe ipſum in eandem Pacem partem principalem conſtituere, eamque ingredi, inire, firmare, & contrahere dignatus fuerit, quemadmodum ſua Beatitudo, & dictorum Dominorum Regis, Ducum, & Communitatis Oratores, ad id ſpetialem poteſtatem habentes iuierunt, firmaverunt, & contraxerunt prout in Capitulis, & in Contractibus inde confectis ſeriosius continetur. Pace itaque beniguiſſime, & clemeniſſime ſuæ Sanctitatis exemplo, opera, ſtudio, & auctoritate, ut prædicitur, inter eandem Beatitudinem, & jam dictas Partes firmata. Quamobrem iuter cetera ejusdem Pacis, atque Contractus eſt Capitulum infraſcripti tenoris videlicet. Item convenerunt dictæ Partes nominibus, quibus ſupra, quod præſens Pax intra terminum quadraginta dierum proximè futurorum hinc inde in forma valida, & authentica per publica Inſtrumenta vel Litteras ratificari per eorum Principales, & Ratificatio hujusmodi iutimari debeat. Idcirco præfatus Illuſtriſſimus Princeps Dominus Chriſtophorus Mauro Dei gratia Inclitus Dux Venetiarum &c. eum ſuis Conſiliis oportunis more ſolito ſolemniter congregatis, & ipſa Conſilia unà cum ipſo Domino Duce, in quibus omnimoda poteſtas, arbitrium, & bailia conſiſtit. Volentes omnia quæ eorum nomine ſunt promiſſa adimplere, & generaliter obſervare unanimiter, & concorditer uemine discrepante ex certa ſcientia animoque deliberato omni modo, jure, via, & forma quibus melius, & validius potuerunt, & poſſunt, ratificaverunt, approbaverunt, confirmaverunt, & emologaverunt, ac ratificant, approbant, confirmant, ac emologant ſupraſcriptam Pacem, ac omnia, & ſingula in Inſtrumento ſuperinde confecto contenta. De quibus omnibus aſſerunt, & affirmant habuiſſe, & habere plenam ſufficientemque notitiam, ac omnia, & ſiugula in dicto Inſtrumento Pacis contenta, & promiſſa firma, & rata habere, & tenere promittunt, ac firmiter attendere, & inviolabiliter obſervare. Et ad declarationem, & robur omnium præmiſſorum præfatus Illuſtriſſimus Dominus Dux, & Inclitum Dominium Venetiarum eum ſuis Conſiliis antedictis voluerunt, & mandaverunt per me Notarium infraſcriptum de his omnibus hoc publicum confici Inſtrumentum. Quod ad majorem certitudinem & firmitatem Idem Illuſtriſſimus Dominus Dux juſſit ejus Bulla plumbea pendente muniri. Actum Venetiis in Ducale Pallatio in Salla Aucellarum præſentibus Egregio, & ſapientibus Viris Ser. Alexandro à Fornacibus, Ser Phebo Capella, & Ser Marco Aurelio Ducalibus Secretariis ad hæc vocatis ſpetialiter & rogatis. Ego Dionifius Floriano quoudam Ser Nicolai de Venetiis publicus Imperiali auctoritate Notarius, & Judex Ordinarius & præfati Illuſtriſſimi Dominii Venetiarum etiam Notarius prædictis omnibus, & ſingulis interfui, & ea rogarus ſcribere, ac de mandato præfati Illuſtriſſimi Principis ſcripſi, & publicavi, & in evidentiam me ſubſcripſi, ſignumque meum appoſui conſuetum.

GALEAZ Maria Sforcia Vicecomes Dux Mediolani &c. Papiæ Angleriæque Comes, ac Januæ Dominus. Cum inpræſentiarum nonnulla nobis incumbant honori pariter, & Statui noſtro importantia agenda cum Sanctiſſimo Domino Domino Paulo ſecundo, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Summo Pontifice, Sereniſſimo Principe, & Excellentiſſimo Domino Ferdinando Siciliæ Rege, Communitate Florentiæ, & nonnullis Italiæ Potentatibus tam in materia Pacis his proxime diebus in Urbe Romæ iuter Italos Potentatus iuitæ, & firmatæ, quam etiam Ligarum, & Confederationum, & Obligationum, quas habemus cum Sereniſſimo Principe, & Chriſtianiſſimo Domino Domino Ludovico Dei gratia Francorum &c. Rege. Quæ omnia prælibato Summo Pontifici, Sereniſſimo Domino Regi Ferdinando, & Excelſæ Rei Publicæ Florentinorum notificanda, atque intimanda ſunt, propterea ad hæc ipſa perficienda eligendos, & deſignandos duximus Spectabilem Dominum Johannem Jacobum Ririum Papienſem Conſiliarium, & Egregium Dominum Johannem Andream de Cagnollis Mediolanenſem, Juris Utr. Doctores, Oratores noſtros cariſſimos, de quorum fide, & devotione erga Nos, & Statum noſtrum, nec minus probitate, & rerum gerendarum experientia, & in cunctis peritia nou ſecus quam de perſona noſtra confidimus, & ita ipſos ambos, & utrumque eorum in ſolidum præſentes, & acceptantes Procuratores, Sindicos, Nuntios, & certos, & indubitatos Mandatarios noſtros, & quicquid melius dici, & eſſe poſſit, facimus, conſtituimus, & deputamus ſpecialiter, & expreſſe ad pro uobis, & nomine noſtro conparendum coram præfato Summo Pontifice, & Magnifico Oratore, ſeu Oratoribus, & Mandatariis Illuſtriſſimi Ducalis Dominii Venetorum, nec non Sereniſſimo Domino Ferdinando Siciliæ &c. Rege, & Excelſa Communitate Florentiæ, ſeu eorum Oratoribus, & Mandatariis legitime conſtitutis, ſive conſtituendis, ſive ſimul, ſive diviſim exiſtentibus, & eis, & unicuique eorum notificandum, præſentandum, & intimandum acceptationem, & Ratificationem per Nos factam dictæ Pacis, ut præmittitur, initæ, & firmatæ, & item uominationem Colligatorum, & Confederatorum, Adhærentium, & Recommendatorum, & Complicum noſtrorum unà cum reſervationibus confederationum, & obligationum, quibus tenemur Sereniſſimo Domino Regi Francorum, & Sereniſſimæ Ligæ noſtræ prout in Inſtrumentis dictarum Ratificationis, & denominationis, ut præmittitur, præſentandis plenius continetur, & hæc omnia cum modis, & ſolemnitatibus opportunis. Dantes, & concedentes eisdem Oratoribus, & Mandatariis noſtris, & utrique eorum plenum, & amplum Mandatum cum plena, & libera Admiuiſtratione in prædictis omnibus, & ſiugulis, & ex eis dependentibus, & connexis agendi, & procurandi, prout utile, & expedieus eis videbitur, & uecceſſarium, & de ipſis Inſtrumeutis, eorumque præſentationibus fieri rogandum opportuna Mandata, & Documenta, & alia exequendi quæ ſibi opportuna videbuntur, & quæ Nos ipſi facere poſſemus, ſi perſonaliter intereſſemus, & prædicta omnia faceremus, quæ omnia ex nunc prout ex tunc rata, & firma habituri ſumus, & in nullo contrafacturi. In quorum teſtimonium præſentes fieri, & regiſtrari juſſimus, noſtrique ſigilli munimine roborari, & ad majus robur manu noſtra ſubſcripſimus. Datum Papiæ die XXVI. Maii M. CCCC. ſexageſimo octavo. GALEAZ MARIA SFORTSA Vicecomes manu propria ſubſcripſi. CICUS.

ANNO 1467.

In Nomine Domini Amen. Anno à Nativitate ejusdem millelimo CCCC. ſexageſimo octavo, Indictione prima, die Veneris viceſimo ſeptimo menſis Maii in Tertiis. Cum Illuſtriſſimus Princeps, & Excellentiſſimus Dominus Galeaz Maria Sforcia Vicecomes Dux Mediolani &c. Papiæ Angleriæque Comes, ac Januæ Dominus, ut eſt natura, & ſpoute ſua ad Pacem proclivis, quam velut hæreditariam ab Illuſtriſſimo Principe, & Excellentiſſimo Domino Francisco Sforcia Vicecomite quondam ejus Patre, & Domino magno labore partam accepit continue affectaverit, atque affectet l acis, & Jullitiæ ſtudia ampleeti, & cum omnibus Italiæ Potentatibus amice, & concorditer vivere, & jura, ac fœdera, qaibus Illuſtriſſimus quondam Genitor ſuus, & ipſe aliis tenebatur, & tenetur pure, ac inconcuſſe ſervare Populo, ac Cives ſibi ſubditos ab injuria, violentiaque tueri, atque protegere. Cumque ſuperioribus menſibus ad hunc finem, & effectum Mandatum, & ſpecialem Inſtructionem, ac Litteras dediſſet Spectabili Militi Juris utriusque Doctori Domino Laurentio de Terrentiis de Piſauro Conſiliario, Oratori, & Mandatario ſuo ad Romanam Curiam profecto, ut unà cum aliis Oratoribus, & Mandatariis Sereniſſimi Domini Ferdinandi Siciliæ &c. Regis, ac Excelſæ Rei Publicæ Florentinorum, quibus jure antiquæ Amicitiæ, & Caritatis ac Confederationis Ligæ ſuperiore anno in Alma Urbe Roma inter eos tres Potentatus iuitæ, & firmatæ conjunctiſſimus etiam interveniret, conſuleret, & tractarer circa materiam Pacis, & concordiæ quæ a Sanctiſſimo Domiuo Domino Paulo ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Pontifice inter Italos Potentatus pronuntiata erat, & pro præfato Domiuo Duce Mediolani vices interponeret, & omnia, ageretque hujusmodi pacem, & concordiam jullis, & equis conditionibus ineundam firmare poſſent. Salvis ſemper Juribus & Federibus ipſius initæ Ligæ, & ſalva Liga, quam ſuperioribus annis præfatus Illuſtriſſimus Dominus Franciscus Sforcia Dux Mediolani ejus Genitor eum Sereniſſimo & Chriſtianiſſimo Domino Ludovico Francorum &c. Rege contraxerat, in qua ſpetialiter idem Illuſtriſſimus Dominus Franciscus Sforcia

Genitor

ANNO 1467. Genitor præfati Illuſtriſſimi Domini Galeaz Mariæ Ducis eidem Sereniſſimo Domino Francorum Regi quotieſcunque ab aliquibus Potentatibus, ſeu Dominis Majeſtas ſua, vel Regnum ejus offenderetur, & ab ea requiſitus eſſet, omne auxilium, & juvamen præſtare promiſit, & obligatus eſt pro ejus deffenſione. Quæ quidem Ligæ, & Confederationes ad mutuam Statuum deffenſionem juſte, & rationabiliter facta fuerunt, nec veteri univerſali Italiæ Ligæ contradicunt, ſalvo etiam jure, & obligationibus Pheudi Januæ, & Savonæ, pro quibus ipſe Illuſtriſſimus quondam Princeps Dominus Franciſcus Sforcia Dux, & ſucceſſive idem Illuſtris Dominus Galeaz Maria, ejus legitimus ſucceſſor; qui eas ipſas obligationes renovavit, & juravit præfato Sereniſſimo Francorum Regi tenetur, quibus contrafacere ſeu venire aliquo pacto præfatus Dominus Dux non intendit. Cumque ſucceſſive per omnes Oratores, & Mandatarios prælibatorum Sereniſſimi Domini Ferdinandi Regis, & Illuſtriſſimi Domini Galeaz Mariæ Sforciæ Ducis Mediolani, & Exceſſæ Communitatis Florentiæ vigore dictæ univerſalis Pacis per Summum Pontificem pronuntiatæ die vigeſimo quinto Aprilis proximè præteriti & ſuationibus, & hortationibus ipſius Summi Pontificis devotum fuerit ad Contractum, & ſtipulationem Pacis hujusmodi cum prælibato Summo Pontifice; & Illuſtriſſimo Ducali Venetorum Dominio, ſeo ejus Procuratore, & Mandatario pro ipſis omnibus, & ſingulis Partibus, & Potentatibus, eorumque filiis, hæredibus, & ſucceſſoribus, Confederatis, Adhærentibus, & Complicibus, prout hæc, & alia plenius dicuntur continere in ipſo Pacis Contractu inter ipſas Partes inito, & celebrata in Urbe Roma die octavo Maii anni præſentis milleſimi CCCC. ſexageſimi octavi. Cumque inter cætera dictæ Pacis Capitula caveatur quod quælibet Partium principalium dictum Pacis Contractum ratificare teneatur intra terminum quadraginta dierum, a die ſtipulationis proxime futurorum. Et cum ipſe Dominus Laurentius Orator, & Mandatarius prælibati Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani ad dictum Pacis Contractum, ut ſuprà ſimul cum aliis Oratoribus, & Mandatariis devenerit, nulla in eo facta mentione aut reſervatione Ligarum, & Confederationum, ac obligationum prædictarum. In quo Mandata, & inſtructiones, ac limitationes præfati Domini Ducis Mediolani ſæpius repetitas præteriſſe, & neglexiſſe manifeſte apparet, cum ea omnia præſertim clariſſima, & notiſſima eſſent ipſi Summo Pontifici, & Oratori, & Mandatario Venero, non minus quam prædictis Oratoribus, & Mandatariis prælibati Sereniſſimi Regis Ferdinandi, & Exceſſæ Communitatis Florentiæ. Coram quo Summo Pontifice, & multis Reverendiſſimis Cardinalibus, & Prælatis ad ea deputatis, & coram omnibus ipſis Oratoribus tractata, & intellecta fuerunt, ita ut notoria merito dici puſſint, & etiam ipſi Illuſtriſſimo Ducali Dominio Venetorum non ignota. Idcirco prælibatus Illuſtriſſimus Dominus Dominus Galeaz Maria Sforcia Dux Mediolani &c. plenam habens notitiam de prædictis omnibus, & ſingulis ſic ut præmittitur agitatis, & concluſis, licet ipſe Contractus Pacis juſte, & eque factus videatur, nec in aliquo contradicere, aut præjudicare tacite aut expreſſe prædictis ſederibus, & obligationibus ſuperius expreſſis: tamen ad majorem expreſſionem, & declarationem mentis præfati Domini Ducis Mediolani, & ex abundanti primo, & ante omnia inhærendo, & continuando in dicto animi inſtituto, & Pacis deſiderio & nullatenus a prædictis fœderibus & juribus Ligarum, & obligationum, ut ſupra expreſſarum recedendo, ſed in eis præfixo modo. Tenore præſentium ex certa ſcientia, & aliis omnibus modo, jure, via, cauſa, & forma, quibus melius, & validius fieri, & eſſe poteſt prædictam celebratam, & concluſam Pacem, & omnia & ſinguia in ea contenta, ſalvis omnibus ſederibus, juribus, & obligationibus prædictis, & ſine earum præjuditio quæ omnia ex fide data, & religione juramenti in eis inſerti omnino ſervare intendit, acceptavit, & acceptat, & ratam, gratam, & firmam, & rata, gratn, & firma habuit, & habet, & ratificat, & approbat, & ita perpetuo habere, & tenere promiſit, & promittit, & in nullo contrafacere, vel venire directe, nec per indirectum aut alio quovis quæſito colore, ſub pœna, ſeu pœnis, juramentis, & Renuntiationibus, & Clauſulis in eo Contractu Pacis contentis, ad quem Contractum debita, & congrua relatio habeatur. Et ita promiſit, & juravit, & promittit, & jurat prælibatus Dominus Dux in manibus mei Notarii infraſcripti ad Sancta Dei Evangelia manibus corporaliter tactis Scripturis in omnibus, & per omnia prout ſupra continentur, & de prædictis juſſit, & jubet per me Notarium, & Secretarium infraſcriptum publicum debere confici Inſtrumentum unum, & plura ejusdem tenoris. Actum in Caſtro Civitatis Papiæ in Camera cubicularia prælibati Domini Ducis præſentibus Illuſtri, & potenti Domino Frederico Comite Urbini præfati Domini Ducis Affini, & ejus pariter, & Sereniſſimæ Ligæ Capitaneo generali, Illuſtri Domino Ludovico Maria Sforcia Vicecomite, Comite Mortarii præfati Domini Ducis Fratre, Magnificis Jur. Utr. Doctoribus Domino Rafaele de Buxero, & Domino Johanne Jacobo Ritio Ducalibus Conſiliariis; & Oratoribus Spectabili Militie Domino Johanne Antonio Corta filio Domini Petri Camerario; & Enfitero præfati Domini Ducis, & Egregiis Viris Carolo de Fabagroſſis de Cremona filio Domini Manfredini Aulico, Johanne Grappano, Hyeronimo de Beccharia filio Domini Johannis Lucchini, Johanne Antonio quondam Angeli de Capeſelvis, Gaspare de Caymis, Franciſco Pagnano filio Domini Chriſtophori Camerariis, & Jacobo Allifero filio Domini Thomæ Cancellario, Ducalibus omnibus teſtibus idoneis, notis ad prædicta vocatis, & rogatis. Et ego Cichus Simonetta quondam Domini Antonii de Calabria publicus Imperiali auctoritate Notarius, ac prælibati Illuſtriſſimi Domini noſtri Ducis Mediolani Secretarius prædictis omnibus, dum ſic agerentur, rogatus interfui, ſed aliis ipſius Illuſtriſſimi Domini noſtri Ducis negotiis occupatus per alium idoneum, & fidum Virum ſcribi feci, poſtmodum legi, & anſcultavi, & concordare inveni, nihilque varium a veritate rei geſtæ comperi. Ideò ad majorem omnium præmiſſorum fidem me propria manu ſubſcripſi, ac ſignum meum appoſui conſuetum, & de Ducali Mandato, Ducali conſueto ſigillo muniri feci.

ANNO 1467.

In Nomine Domini Amen. Anno à Nativitate Ejusdem milleſimo CCCC. ſexageſimo octavo, Indictione prima, die Veneris XXVII. Maii in Tertiis. Cum in Contractu Pacis iuitæ, & firmatæ in Alma Urbe Roma die VIII. menſis præſentis per Oratores, & Mandatarios Sereniſſimi Principis, & Excellentiſſimi Domini Domini Ferdinandi Dei gratia Siciliæ &c. Regis, & Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi Principis Domini Galeaz Mariæ Sforciæ Vicecomitis Ducis Mediolani &c. Papiæ, Anglerieque Comitis ac Januæ Domini, & Exceſſæ Communitatis Florentiæ cum Sanctiſſimo Domino Domino Paulo ſecundo Sanctæ Rom. Eccleſiæ ſummo Pontifice, ac Illuſtriſſimo, & Excellentiſſimo Ducali Venetorum Dominio, ſeu ejus legitimo Procuratore, & Mandatario. Inter cætera ipſius Pacis Capitula conventum ſit, & conventum inter ipſas partes, quod infra terminum quinquaginta dierum à die ſtipulationis ipſius Contractus proxime futurorum, teneantur declarare, & intimare hinc inde eorum Colligatos, Confederatos, Adhærentes, Complices, Sequaces, & Recommendaros, prout in ipſo Capitulo latius continetur. Cumque prælibatus Illuſtriſſimus Dominus Galeaz Maria Sforcia Dux Mediolani &c. dictam Pacem acceptaverit, & ratificaverit cum reſervatione tamen, & ſine præjuditio Ligarum, & Confœderationum, & aliarum Obligationum, quas habet ipſe Dominus Dux tam cum præfatis Sereniſſimo Domino Ferdinaudo Rege, & Exceſſa Communitate Florentiæ, quam etiam cum Sereniſſimo, & Chriſtianiſſimo Domino Domino Ludovico Francorum &c. Rege, de qua acceptatione, & Ratificatione apparet, & conſtat per publicum Inſtrumentum proinde tradditum, & rogatum per me Notarium infraſcriptum die hodierna paulo ante hoc Inſtrumentum ad quod congrua, & debita relatio habeatur. Et propterea ipſe Illuſtriſſimus Dominus Dux Mediolani dicte Pacis beneficio uti, & gaudere velit, & intendat, idcirco in executione Capituli in ipſo Pacis Contractu inſerti, & contentorum in ea: Tenore preſentium ex certa ſcientia, & aliis omnibus modo, jure, via, cauſa, & forma quibus melius, & validius fieri poſſit, cum reſervatione, & ſine præjuditio dictarum Ligarum, & Confederationum, ac obligationum, ut præmittitur, declaravit & intimavit, ac declarat, & intimat prædictis Potentatibus, & partibus infraſcripris ejus Colligatos, Confederatos, Adhærentes, Complices, & Recommendatos, ut infrà quorum nomina ſunt hæc videlicet: In primis ſiquidem præfatus Illuſtriſſimus Dominus Dux Mediolani &c. dixit, declaravit, & intimavit, & dicit, declarat, & intimat, & cum ea, quæ convenit reverentia, & honorificentia nominavit, & nominat Sereniſſimum Principem, & Chriſtianiſſimum Dominum Dominum Ludovicum Dei gratia Francorum &c. Regem pro ejus Colligato, & Confederato; jure, & vigore perpetuæ intelligentiæ,

Con-

ANNO 1467. Confederationis, & Ligæ alias initæ, & contractæ inter Sereniſſimum Dominum Dominum Regem, & Illuſtriſſimum Tel. Mem. Principem Dominum Franciscum Sfortiam Vicecomitem ejus Domini Ducis Mediolani Patrem, & Dominum Obſervandiſſimum, & ſucceſſive jure, & vinculo Feudi pro Civitatibus Januæ, & Savonæ earumque Juribus, & pertinentiis, quæ omnia inter præfatum Sereniſſimum Dominum Regem Francorum, & præfatum Illuſtriſſimum Dominum Ducem ipſius Illuſtriſſimi Domini Franciſci Sfortiæ Ducis legitimum ſucceſſorem mutuis ſtipulationibus, & juramentis renovata ſunt. Deinde dixit, & declaravit, & dicit, & declarat quod ipſe Illuſtriſſimus Dominus Dux Mediolani cum præfato Sereniſſimo Domino Ferdinando Rege, & præfata Excelſa Communitate Florentiæ eſt colligatus, & confederatus, & ipſi tres Potentatus ſimul & invicem ſunt colligati, & confœderati. Item declaravit, & declarat infraſcriptos omnes, & ſingulos pro ejus Confœderatis, & Colligatis, quorum nomina ſunt hæc videlicet: Illuſtris, & Excelſus Dominus Sigismundus Dux Auſtriæ præfati Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani Affinis pro Statu ſuo, Illuſtr. & Ex. Dominus Guillielmus Marchio Montisferrati cum ejus Statu, & Terris; Ill. & potens Dominus Ludovicus Marchio Mantuæ cum Statu, & Terris ſuis, Ill. & potens Dominus Fredericus Comes Urbini præfati Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani Affinis, & ejus pariter Sereniſſimæ Ligæ Capitaneus generalis pro Statu, & Terris ſuis; Ill. Dominus Alexander Sfortia præfati Domini Ducis Mediolani Patruus pro Piſauro, & Terris ſuis; Magnificus Dominus Bolius Sfortia ejus Domini Ducis Patruus pro Sancta Flora, & aliis Terris ſuis in partibus Tusciæ; Magnifica Communitas Senarum cum Civitatibus & Terris ſuis; Magnifica Communitas Bononiæ cum Terris, & Locis ſuis; Magnifica Communitas Lucenſis cum Terris & Locis ſuis; Magnifica Comunitas Anconæ; Magnificus Dominus Thadeus de Manfredis Imolæ &c. Magnifici & potentes Domini de Liga Confederatorum Allemaniæ; Revereudus Dominus Epiſcopus, & Communitas totius Provinciæ Valeſii; Revereudus Dominus Epiſcopus, & Communitas Curicenſis; Magnificus Comes Henricus de Sacchо, Comes Galeaz de Archo infraſcripti vero dantur pro Adhærentibus, & nominantur Recommendatis, & Complicibus, quorum etiam nonnulli in parte Subditi ſunt præfati Domini Ducis Mediolani videlicet: Marchiones Anciſiæ pro Terris ſuis, Nobiles de Cocuucto ex Comitibus Radicatæ, Comites Tendæ, Comites Ventimilli, Dominus Antonius ex Comitibus Romagnani pro Terris, & Locis Polentii, & Sanctæ Victoriæ. Ghiſellus Azo. Antonius Marchiones Mulatii. Floramons, & Johannes Spineta Marchiones Malaspinæ de Villafranca cum Terris eorum præſentibus, & cum illis quæ injuſte, & violenter eis occupantur per Galeotum de Campofregofio, Marchiones de Luſolo. Antonettus de Campofregufio filius, & hæres quondam Magnifici Domini Spinetæ pro Locis Carrariæ, Laventiæ & Monetæ. Henricus de Auria Dominus Duleis Acquæ. Ricardus. Azouns. Moruellus. Bernardus. Antonius. Ricardus; & Petrinus Marchiones Petregrottæ filii, & hæredes quondam Franceſchini de Carreto de Novello. Antonius, Johannes, Franciscus de Carretto Condomini Carretti. Hæredes Domini Johannis de Carreto. Georgius. Carolus. de Carretto Condomini Zuccarelli Condomini Pancepaleæ. Bartholomeus Gabriel Lambertus, & Simonetus de Aurea Coudomini Seſelli. Borruel de Grimaldis & Affines ſui Condomini Caroſſii. Ubertus, Jacobus-Leonellus, Andreas. Franciscus, & Nicolaus de Franchavilla. Galeottus, & Hector de Spinolis Condomini Taffaroli. Baptiſta Spinula della Labella. Baptiſta, & Gotfredus de Spinolis Condomini Sancti Chriſtophori Ubertus. Carrucius. Philippus. Andreas. Nicolaus Luchefius. Paulus. Georgius. Galeottus, Jacobus, & Julianus, ac cæteri de Spinolis Condomini Arquatæ. Jacobus. Emanuel. Pertus. Sigismundus. Bernardus. & Cattaneus de Spinolis Condumini Petræ Biſſariæ Moutis Cancarum, & Darnesii. Damianus Spinula Dominus Inſulæ, & Variauæ. Baptiſta. Nicolaus. Antonius. & Carolus de Spinolis Condomini Ronchi Corracius, & Elisaus de Spinulis Condomini Burgi Fornariorum Coudomini Buzalè. Heſtorinus. Burnoxus. Alexander. Baptiſta. Franciscus Johannes Antonius. Thomas. Conradus. Carolus & Johannes de Spinulia Condomini Montis Giardini Principallus, & Nepotes de Guttueriis pro locis ſuis. Marchus. Georgius. Matthcus, & Franciscus de Carretto pro loco Carretti Jacobus Spinula della Rocchа Johannes Antonius. Baptiſtinus. Bartholomeus, & Perinus de Spinulis Condomini Belignani, Condomini Mezadii. Marchiones Cevæ. Hæredes Domini Ludovici de Boleris. Nicolaus. Macetus pro loco Funchii. Domini de Feliſto de Meſſerano Comites ſancti Martini. Nobiles de Spinulis Condomini Montiſauri. Nobiles de Spinulis Condomini Luculi. Nobiles de Aurea Condomini Mornesii. Johannes Antonius Spinula, & Frater pro loco Lermæ. Et de prædictis omnibus & ſingulis præſibatus Illuſtriſſimus Dominus Dux Mediolani juſſit, & jubet per me Notarium, & Secretarium infraſcriptum publicum debere confici Inſtrumentum unum, & plura ejusdem tenoris. Actum in Caſtro Civitatis Papiæ in Camera Cubicularia præſibati Illuſtriſſimi Domini Ducis, præſentibus Illuſtri Domino Ludovico Maria Sfortia, Vicecomite Comite Mortarii præfati Domini Ducis Fratre. Magnificis Viris Utriusque Doctoribus Domino Raphaele de Puxero, & Domino Johanne Jacobo Ritio Ducalibus Conſiliariis, & Oratoribus. Spectabili Milite Domino Johanne Antonio Cotta filo Domini Petri Camerario, & Enſifero præfati Domini Ducis, Egregiis Viris Carolo de Fabagruſſis de Cremona filio Domini Manfredini. Johanne Chiappano Auticis. Hyeronimo de Beccharia filio Domini Johannis Luchini. Johanne Antonio quondam Angeli de Campotilvis, Gaspare de Caymis, Francisco Pagnano filio Domini Chriſtophori Cameratiis, & Jacobo Alterio filio Domini Thomæ Cancellario, Ducalibus omnibus teſtibus idooris, nonis ad prædicta vocatis, & rogatis. Et ego Cichus Simoneta quondam Domini Antonii de Calabria publicus Imperiali auctoritate Notarius, ac prædicti Illuſtriſſimi Domini Domini noſtri Ducis Mediolani Secretarius prædictis omnibus, dum ſic agerentur, rogatus interfui, ſed aliis ipſius Illuſtriſſimi Domini noſtri Ducis negotiis occupatus, per alium idoneum, & fidum Virum ſcribi feci, poſtmodum legi, & auscultavi, & concordare inveni, nihilque varium à veritate rei geſtæ comperi. Ideo ad majorem omnium præmiſſorum fidem, majusque robur me propria manu ſubſcripſi, ac ſignum meum conſuerum appoſui & de Ducali Mandato, Ducali conſueto ſigillo muniri feci.

ANNO 1467.

In Dei Nomine Amen. Anno Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo CCCC. ſexageſimo octavo, Indictione prima, die vero quarta menſis Junii Illuſtriſſimi & Eccellentiſſimi Domini Priores Libertatis, & Vexillifer Juſtitiæ Populi Florentini, & Nobiles, ac Spectabiles Viri Conſalonerii ſocietatum Populi, & duodecim boni Viri, ac decem Officiales baliæ Communis Florentiæ, quorum nomina inferius describentur. Habentes notitiam, qualiter die octava menſis Maii proxime præteriti in Urbe Roma ad laudem, & reverentiam Omnipotentis Dei, & Glorioſæ Virginis Mariæ Matris ejus, ac ſacroſanctæ Romanæ, & Univerſalis Eccleſiæ Matris, & Magiſtræ omnium Chriſtophorum ejusque Patronorum Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, Beati Michaelis Arcangeli, Beati Johannis Baptiſtæ, Sanctorum Matei Evangeliſtæ, & Ambroſii Epiſcopi, & Confeſſoris totiusque Curiæ Cælestis triumphantis ad perpetuam Italiæ, infraſcriptarum Partium, Statuumque earum quietem, & tranquillitatem Sanctiſſimus in Chriſto Pater & Dominus Dominus Paulus divina Providentia Papa ſecundus fuivit, contraxit, recepit, acceptavit, benedixit, approbavit, & confirmavit pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis canonice intrantibus Romanis Pontificibus, ſuisque Colligatis, Adhærentibus, Confederatis, Complicibus, Sequacibus, Recommendatis, Subditis, & Stipendiariis ex parte una, Et Reverendus Pater Dominus Petrus Guillielmus Roccha Apoſtolicus Prothonotarius, & Referendarius ac ſacri Conſilii Sereniſſimi, & Inviciſſimi Domini Domini Ferdinandi Regis Siciliæ &c. Præſidens, & Magnificus Dominus Nicolaus Antonius de Montibus de Capua Eccellentis Magni Camerarii Regni Siciliæ Locumtenens, ejusdem Sereniſſimi Domini Regis Conſiliarii, Oratores, Procuratores, & Mandatarii pro ipſo Sereniſſimo Domino Rege ejusque filiis, & hæredibus, ac Succeſſoribus, Colligatis, Confederatis Cumplicibus, Sequacibus, Recommendatis, Subditis, & Stipendiariis ex una alia, Ac Magnificus Dominus Petrus Maurocenus Orator, Sindicus, Procurator, & Mandatarius Illuſtriſſimi & Eccellentiſſimi Principis Domini Ducis, & Inclitі Dominii Venetorum pro ipſo Illuſtriſſimo & Eccellentiſſimo Domino Duce, ejusque ſucceſſoribus, Dominio Venetorum, eorumque Colligatis, Adhærentibus, Confederatis, Complicibus, Recommendatis, Subditis, & Stipendiariis, ex una alia, & Magnificus Dominus Laurentius de Terrentiis Piſaurienſis Eques, & utriusque Juris Doctor, Cuniliarius, Orator,

ANNO 1467. Orator, Procurator, Sindicus & Mandatarius Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi Principis Domini Galeaz Mariæ Sforciæ Vicecomitis Ducis Mediolani, Papiæ Angleriæque Comitis, ac Januæ Domini pro ipſo Domino Duce ejusque filiis, & hæredibus, & ſucceſſoribus, Colligatis, Adhærentibus, Confederatis, Complicibus, Sequacibus, Recommendatis, Subditis, & Stipendiariis ex una alia Et Magnificus Dominus Otho Lapi de Nicolinis Eques, & Legum Doctor, Orator, Sindicus, & Procurator, & Mandatarius Ill. & Excelſæ Comunitatis Florentinorum, eiusque ſucceſſoribus, Colligatis, Adhærentibus, Confederatis, Complicibus, Sequacibus, Recommendatis, Subditis, & Stipendiariis ex una alia partibus, ſponte & ex certa ſcientia & non per errorem inierunt, contraxerunt, fecerunt, & firmaverunt bonam, veram, & puram Pacem, Deo dante, perpetuo duraturam, per quam, & in qua plures Conventiones, & Capitula continentur, & inter alia, quod ipſa præſens Pax infrà termittum quadraginta dierum tunc proxime futurorum binc inde in forma valida, & authentica per publica Inſtrumenta, vel Litteras ratificari per eorum Principales, & Ratificatio hujusmodi intimari debeat. Et quod infrà termiuum quinquaginta dierum initiatorum à die ſtipulati Contractus dictæ Pacis, teneantur Partes prædictæ declarare & intimare hinc inde earum Colligatos, Confœderatos, Adhærentes, Complices, Sequaces & Recommendatos, prout de prædictis omnibus latius & plenius conſtare dicitur per publicum Inſtrumentum inde rogatum, & ſcriptum in dicta Urbe Roma per plures Spectabiles, & Egregios Viros Notarios publicos fideles, & authenticos Partium prædictarum, videlicet Dominum Gasparem Domiti Blondi in Camera Apoſtolica Pieti Cubicularium Papæ Summi Pontificis Dominum Jacobum de Trillo Oſtenſis Diocesis Jacobum Caſtellucia de Crigiano Regis Ferdinandi, Chriſtophorum de Venetiis Venetorum, Johannem Blanchum de Cremona, Georgium de Roezis de Mediolano Ducis Mediolani, & Daidum de ſancto Geminiano Florentinorum, & anno, & menſe & die ſuprascriptis, & lectis per me Bartholomeum Notarium infraſcriptum, atque diligenter expoſitis ipſis Ill. & Excelſis Dominis Prioribus, & Vexilifero Juſtitiæ ac Conſaloneriis & duodecim, & decem Officialibus baliæ prædictis ad ipſorum claram intelligentiam, omnibus, & ſingulis pactis, & Capitulis, tenoribus, partibus, & effectibus in dicto Inſtrumento dictæ Pacis appoſitis, & declaratis, & nominatim dictis Capitulis de Ratificatione dictæ Pacis, & de declaratione Colligatorum, Adhærentium &c. hinc inde facienda, & intimanda, & ipſis omnibus per eosdem diligenter examinatis, ipſi quidem Illuſtriſſimi, & Excelſi Domini Domini Priores libertatis, & Vexillifer Juſtitiæ Populi Florentini, & Nobiles, & Spectabiles Viri Conſaloneri Societatum Populi, & duodecim boni Viri, ac decem Officiales baliæ Communis Florentiæ, quorum omnium nomina inferius apparebunt, Aſſerentes, ſe de omnibus, & ſingulis in dicto Inſtrumento dictæ Pacis contentis claram, certam ac plenisſimam habuiſſe, & habere notitiam, & conſiderantes, quod Excelſus Populus Florentinus ſuapte natura bonam, veram, atque ſinceram Pacem eum omnibus, & præſertim cum partibus ſuprascriptis, habere ſemper affectaverit, & affectet. Et propterea volentes juxta formam, & effectum contentorum in dicto Inſtrumento dictæ Pacis, & præcipue in dictis Capitulis de Ratificatione, & declaratione & intimatione prædicta loquentibus omnia, & ſingula facere, quæ pro parte dictæ Illuſtriſſimæ, & Excelſæ Communitatis Florentiæ fieri modo aliquo poſſint, aut debent pro pleniſſima obſervatione, & effectu contentorum in dicto Inſtrumento Pacis prædictæ habentes ad ipſa, & infraſcripta omnia peragenda pleniſſimam auctoritatem, poteſtatem, & baliam per proviſiones, & decreta opportuna dictæ Illuſtriſſimæ & Excelſæ Communitatis Florentiæ ſecundum ejusdem Excelſæ Communitatis Florentiæ inſtituta & conſuetudines obtentas, & obtenta de menſe Maii proxime præteriti, ac etiam noviter de præſenti menſe Junii, & ipſum Excelſum Populum, & Commune Florentiæ, & Illuſtrem Communitatem Univerſamque Rem Publicam Florentinam in prædictis, & infraſcriptis omnibus totaliter repreſentantes, prout de proviſionibus & decretis prædictis apparet manu mei Bartholomei Notarii publici infraſcripti vigore dictæ eorum auctoritatis, poteſtatis, & baliæ, & ſervatis omnibus inſtitutis, & ſolemnitatibus ſecundum Ordinem dictæ Ill. & Excelſæ Communitatis Florentiæ debitis, & requiſitis, & omni modo, via, jure, & forma, quibus melius, & efficatius potuerunt pro ipſo Excelſo Populo, & Communi, & Illuſtriſſima Communitate Florentiæ & ipſius vice, & nomine Pacem prædictam per eos alias, videlicet die XXI. dicti menſis Maii proxime præteriti ſolemniter, ratificatam, approbatam, & emologatam cum omnibus, & ſingulis in dicto Inſtrumento ipſius Pacis contentis, de qua Ratificatione plene conſtat manu mei Bartholomei Notarii publici Infraſcripti noviter iterato ad abundantiorem cautellam ratificaverunt, approbaverunt, emologaverunt, & confirmaverunt cum omnibus partibus, & effectibus, & in omnibus, & per omnia, & quoad omnes & omnia, de quibus, & quemadmodum, & prout, & ſicut in Inſtrumento dictæ Pacis præfato continetur, & ſcriptum eſt, Et inſuper conſuerunt ſuprascripto Magnifico Domino Othoni Sindico, & Procuratori prædicto licet abſenti, ut Ratificationem prædictam dictæ Pacis ſic factam pro parte ipſius Excelſi Populi, & Communis, & Ill. Communitatis Florentiæ intimet, ac notificet infrà tempus debitum, & opportunum Sanctiſſimo ac Beatiſſimo Summo Pontifici præfato, & aliis Partibus in dicto Inſtrumento dictæ Pacis comprehenſis & cuilibet earum, vel ipſarum Sindicis, Procuratoribus, Oratoribus, ſeu Mandatariis legitimum ad id Mandatum habentibus. Ac etiam recipist, & accepter Ratificationem dictæ Pacis, factam, ſeu quæ fieret per dictas alias Partes in dicta Pace comprenſas, & per quamlibet ipſarum. Conſtituentes ipſum Dominum Othonem, licet abſentem, ſed tanquam præſentem, ultra alia quæcumque ſibi pro parte ipſius Ill. Communitatis Florentiæ comiſſa, & mandata, & absque revocatione alicujus alterius mandati alias ſibi ab eadem Ill. Communitate collati, Sindicum, & Procuratorem, Actorem, factorem, & certum Nuntium ſpetialem, negotiorumque geſtorem, & quicquid melius dici poteſt ipſis Ill. & Excelſæ Communitatis Florentiæ ſpecialiter, & nominatim ad intimandum, & notificandum eidem Sanctiſſimo Summo Pontifici, & aliis Partibus in dicta Pace comprenſis, & cuilibet eorum dictam Ratificationem dictæ Pacis factam pro parte ipſius Ill. Communitatis Florentiæ. Et ad recipiendum, & acceptandum Ratificationes aliarum Partium prædictarum; & cujuslibet earum factas, ſeu quæ fierent de dicta Pace, prout ſuperius dicitur. Item ad acceptandum, & recipiendum ad Pacem prædictam una cum præfato Reverendo ac Magnificis Oratoribus, Sindicis, Procuratoribus, ac Mandatariis Sereniſſimi Domini Regis Ferdinandi, & Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani quoscumque habentes Dominium in Italia, Volentes etiam ut Principales intrare dictam Pacem pro Dominiis in Italia exiſtentibus prout eis licet, vigore ultimi Capituli in Inſtrumento dictæ Pacis appoſiti & ſecundum formam, & effectum ipſius Capituli antedicti. Item ad intimandum, & notificandum præfato Sanctiſſimo Summo Pontifici, & aliis Partibus in dicta Pace comprenſis, & cuilibet earum infrà tempus debitum, & opportunum, declarationes, & nominationes factas, ſeu faciendas de Colligatis, Confederatis, Adhærentibus, Complicibus, Recommendatis, & Sequacibus dictæ Ill. Communitatis Florentiæ, qui in ipſa Pace comprehendantur, & ejus beneficio gaudere debeant. Et ad recipiendum declarationes & intimationes Colligatorum, Confederatorum, Adhærentium, Complicium, Recommendatorum, & ſeu Sequacium aliarum Partium prædictarum in dicta Pace comprehenſarum, & cujuſlibet earum, videlicet illas dumtaxat declarationes, & intimationes, quas eidem Sindico, & Procuratori recipere debere videbitur, & placebit. Et propterea etiam in prædictis, & circa prædicta, & quodlibet eorum, quascumque proteſtationes faciendum, ſeu fieri faciendum ſemel & plurics etiam per publicum, ſeu publica Inſtrumenta vel aliter quomodocumque contra quoscumque, & in favorem cujuscumque, & quacumque de cauſa, & cum modis, & conditionibus, ac partibus, & effectibus, quibus & quemadmodum, & prout ipſi Domino Othoni Sindico, & Procuratori prædicto una ſimul cum præfatis Reverendo, & Magnificis Oratoribus, Sindicis, Procuratoribus, ac Mandatariis Sereniſſimi Domini Regis Ferdinandi, & Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani videbitur, aliquam ſeu aliquas hujusmodi proteſtationes fieri debere, & prout una ſimul cum prædictis facere voluerit, etiam ſi talia eſſent, quæ mandatum exigerent magis ſpeciale. Et generaliter ad omnia, & ſingula alia gerendum, procurandum, & exercendum, quæ in prædictis, & quolibet, vel altero prædictorum fuerint quomodolibet utilia, vel opportuna, & quæ ipſimet Conſtituentes facere poſſent, ſi adeſſent. Dantes concedentesque Conſtituentes prædicti dictis modis, & nominibus eidem Domino Othoni Sindico, & Procuratori prædicto in prædictis, & circa prædicta omnia, & ſingula ſuprascripta, & in dependentibus,

ANNO 1467.

ANNO 1467. dentibus, vel emergentibus ab eis, vel aliquo ipſorum, ſeu cum eis, vel aliquo eorum quomodolibet connexis plenum, liberum, & generale Mandatum, ac etiam ſpetiale, ubi ſpetiale requiritur cum plena, libera, generali, ac ſpetiali auctoritate, & poteſtate, Promittentes mihi Bartholomeo Notario infraſcripto ut, & tanquam publicæ perſonæ recipienti, & ſtipulanti pro omnibus & ſingulis, quorum intereſt, ſeu poſſet in futurum quomodolibet intereſſe, ſe dictis modis, & nominibus perpetuo firma, & rata habere omnia, & ſingula, quæ ſic per ipſum Dominum Othonem in prædictis, & circa prædicta, & in dependentibus, ſeu emergentibus ab eisdem, vel cum eis quomodolibet connexis quomodolibet geſta, & facta fuerunt, & contra ea, vel aliquod eorum nullo unquam tempore facere, vel venire per ſe, vel alium, ſeu alios aliqua ratione, vel cauſa, de jure vel de facto ſub hypoteca, & obligatione omnium bonorum dictæ III. & Excelſæ Communitatis Florentiæ præſentium, & futurorum. Mandantes mihi Bartholomeo Notario publico, & Scribæ Reformationum infraſcripto, ut de hujusmodi Ratificatione & Sindicatu prædicto unum, & plura, prout opus fuerit conficiam Inſtrumenta danda & aſſignanda, mittenda, & præſentanda, & jutimanda, prout in dicto Inſtrumento dictæ Pacis continetur. Et ſimili modo ſi opus fuerit, ſcribantur, & fiant de prædictis pro parte ipſorum III. Dominorum Priorum & Vexilliferi Juſtitiæ per eorum Cancellarium Litteræ opportunæ dandæ, mittendæ, prout ſuperius de Inſtrumentis dictum eſt. Nomina vero dictorum Agentium ſunt hæc, videlicet Ierus Caroli Domini Riſtori de Canigianis. Guidettus Franciſci Guidetti de Guidettis. Zenobius Pieri Salamonis del Gambo, Tinorus Marci del Bello de Bellatiis. Scolaius Gentilis Valorini de Sommaia. Raynerius Andreæ Naldi de Ricaſolis. Jacobus Silveſtri. Leonardi Pucci. Julianus Ser. Bonacurti Pieri Bonacorſi. Domini Priores libertatis & Carolus Nicolæ Domini Neril de Medicis. Vexilliſer Juſtitiæ Populi Florentini. Et Dominus Simon Bernardi Ugoccionis Lupi. Betrus Franciſci del Buonbramauti. Bartholomeus Bartoli Gregorii Fetti Ubertini. Thomaſius Antonii Scarlatti. Petrus Angeli Berti Cecchi. Roſſus Ubertini Gherardi Riſalini. Bernardus Caroli Zenobii de Giacceto. Lucas Pierozi Johannis Delfini, Laurentina Pieri Nicolai Davanzati. Johannes Brunetti Dominici Brunetti. Daniel Franciſci Figronanni. Silveſter Aldobrandini Georgii Aldobrandini. Bernardus Matthei Boni Setaviolus. Lapus Johannes Ser. Lapi Mazei de Officio Conſaloneriorum Societatum Populi. Et Auguſtinos Juliani Auguſtini Comi. Franciſcus Nicolai Michaelis Tucci. Robertus Franciſci Blaſii Lioni. Philippus Antonii Philippi Guigni. Benedictus Ser. Franciſci Guardi. Nicolaus Domini Caroli de Federighis Vannozzus Philippi Paveratii de Oricellariis. Nicolaus Cennis Nannis. Dominicus Nerii Dominici Bartholini. Cambius Nicolai Zenobii Buonaiuis. de Officio duodecim bonorum Virorum. Et Dominus Loyſius Pieri Domini Loyſii de Gulcciardinis. Dominos Antonius Domini Laurentii de Ridolfis. Bernardus del Nero Philippi del Nero. Franciſcus Pieri Johannis Dini. Johannes Antonii Silveſtri Ser Riſtori. Bartholomeus Jacobi de Zacheria. Franciſcus Laurentii Cigliamuchi. Andreas Nicolai Andreæ Cardneti. Jacobus Domini Andreæ de Paccis de Officio decem Baliæ. Abſentibus Nobilibus, & Spectabilibus Viris Johanne Miniati Dini, & Franciſco Chariſſimi Bernardi ambobus de Officio Conſaloneriorum prædictorum. Et Tuccio Leonardi Ferrucci, & Hyeronimo Gentilis Riſtori ambobus de dicto Officio duodecim bonorum Virorum & Magnifico & Generoſo Vito Piero Cosmæ de Medicis de Officio dictorum decem Baliæ. Remanente tamen in aliis agentibus ſupraſcriptis per eorum nomina declaratis integra autoritato, poteſtate, ac balia ad faciendum omnia, & ſingula ſupraſcripta neque propter abſentiam ipſorum quinque in aliquo diminuta. Acta fuerunt prædicta in Civitate Florentiæ in Palatio Populi Florentini reſidentiæ ipſorum Illuſtriſſimorum Dominorum Priorum, & Vexilliferi Juſtitiæ, & in eorum ſolita audientia præſentibus Egregiis Viris Ser Johanne Gherardi de Legri tunc Notario præfatorum Dominorum, & Ser. Antonio Adami Gratiæ Notario extractionum Officiorum, & Conductarum Communis Florentiæ præfati, ac Religioſis, & honeſtis Viris Domino Nicolao Bernardi, & Fratre, Guilelmo Amerigi Cuſtodibus ſigilli Florentini & aliis teſtibus ad prædicta vocatis, habitis, & rogatis. Ego Bartholomeus filius olim Ser. Guidonis Jacobi de Guidis Civis, & Notarius Florentinus Imperiali auctoritate Judex Ordinarius, & Notarius publicus, & nunc Officialis, & Scriba Reformationum Conſiliorum dictæ Illuſtris, & Excelſæ Communitatis Florentiæ ſupraſcriptis omnibus, & ſingulis, dum ſic agebantur, interfui, & ea rogatus ſcripſi, ſed nunc aliis occupatus negotiis ea omnia hic tranſcribenda, & publicanda commiſi Prudenti Viro Ser Johanni Petri Coadjutori meo Notario publico inſtaſcripto, & ad ipſorum omnium fidem me hic cum meo ſolito ſigillo ſubſcripſi. Ego Johannes olim Petri de Stia Imperiali autoritate Judex Ordinarius Notarius, & Civis Florentinus Coadjutor Providi, & Egregii Viri Ser Bartholomei Ser Guidonis Jacobi de Guidis Officialis, & Scribæ Reformationum Conſiliorum Populi, & Communis Florentiæ ſupraſcripti prædicta omnia, & ſingula ex actis, & libris Actorum dicti Populi & Communis in Pallario ſupraſcripto penes dictum Ser Bartholomeum exiſtentibus, vigore Commiſſionis mihi per eum factæ fideliter ſumpſi, ſcripſi, & publicavi. Ideoque me ſubſcripſi, & ſignum meum apposui conſuetum.

ANNO 1467.

Priores Libertatis, & Vexilliſer Juſtitiæ Populi Florentini. Univerſis, & ſingulis ad quos præſentes advenerint ſalutem, & proſperos ad vota ſucceſſus integram atque pleniſſimam Vobis facimus fidem, quatenus ſupraſcripti Egregius Vir Ser Bartholomeus olim Ser Guidonis, & Ser Johannes olim Petri de Stia ſunt veri, legitimi, & authentici Notarii publici Florentini, & in arte Judicum, & Notariorum Civitatis noſtræ deſcripti, quorum ſcripturis publicis, & privatis, ſemper adhibita eſt, & nunc etiam adhibetur fides indubitatiſſima. In cujus rei teſtimonium has fieri juſſimus, & noſtri conſueti ſigilli munimine roborari. Valete ex Palatio noſtro die quarto Junii milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo octavo.

In Dei nomine Amen. Anno Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo CCCC. ſexageſimo octavo, Indictione prima, die vero quarta menſis Junii. Cum Sanctiſſimus Summus Pontifex Dominus Paulus divina Providentia Papa ſecundus per Litteras Apoſtolicas datas Romæ apud Sanctum Marcum Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo CCCC. ſexageſimo ſeptimo quarto nonas Februarii Pontificatus ſui Anno quarto de Omnipotentis Dei, & Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli auctoritate, & ſua, ac Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine & juſtis rationibus, & cauſis in dictis Litteris ſeriosius expreſſis. Inter univerſos, & ſingulos Italiæ Potentatus, & Principes, etiam ſi Regali, vel quavis alia perfulgerent dignitate, & præcipue inter Invictiſſimum, & Sereniſſimum Dominum Ferdinandum Regem Siciliæ, ac Illuſtriſſimum, & Excellentiſſimum Principem Dominum Chriſtophorum Mauro Ducem, Inclitumque Dominium Venetorum, & ſimiliter Illuſtriſſimum, & Excellentiſſimum Principem Dominum Galeaz Mariam Sforzam Vicecomitem Ducem Mediolani, Papiæ, Angleriaque Comitem, ac Januæ Dominum: Et Illuſtrem & Exceſſam Communitatem Florentiæ. Ipſorumque Dominorum Regis, Ducum, & Communitatis ſucceſſores, & hæredes Pacem perpetuam ab eis omnibus, & ſingulis, eorumque Colligatis, Adhærentibus, Sequacibus, & Subditis inviolabiliter obſervandam promiſgaverit, & declaraverit. Quas quidem Litteras eadem die, quæ fuit Purificationis Beatæ, & Gloriosæ Virginis Mariæ in Eccleſia etiam Beatæ Mariæ de Ara Cœli de Urbe ſolemniter in ſua præſentia per Reverendiſſimum Dominum Franciscum Tituli ſancti Euſtachii Diaconum Cardinalem Senenſem publicari juſſerit, & deinde die XXV. menſis Aprilis Anno milleſimo CCCC. LXVIII. in qua Feſtum ſancti Marci Evangeliſtæ celebratum eſt in Eccleſia ſancti Marci de Urbe, ubi prædictus Sanctiſſimus Dominus noſter reſidentiam ſuam facit poſt Miſſarum ſolemnia, prædictorum Regis, Ducum, & Communitatis Oratores ante ſuæ Sanctitatis præſentiam continui ob Apoſtolicæ Sedis, & ſuæ Beatitudinis reverentiam, Pacem prædictam per Contractum, & Capitula, & mutuis ſtipulationibus fieri conſuevit, poſtea firmandam reverenter, & ſponte acceptaverunt, approbaverunt, & emologaverunt. Ac ſucceſſive die octava menſis Maii anno prædicto Idem Sanctiſſimus Dominus noſter tanquam omnium Pater, & univerſalis, & Caput ad tollendum difficultates quaſlibet, & quo facilius ad ipſam ineundam, contrahendamque Pacem ejus laudabili exemplo cæteri ſupradicti inducerentur, ac pro ſui Status temporalis ſecuritate Felicis etiam Recordationis Nicolai Papæ quinti ſuæ Sanctitatis prædeceſſoris veſtigiis inhærere volens, & ut commodius faciliusque expeditioni Exercitus Chriſtianorum contra impiiſſimos Turcas intendi valeat, Pacem hujusmodi non modo benedicere, approbare, & confirmare, cuſtodire, & protegere, ſed etiam ſe ipſum

in

ANNO 1467. in eadem Pace partem principalem conſtituere, eamque ingredi, inire, firmare, & contrahere dignatus fuerit. Quemadmodum ſua Beatitudo, & dictorum Dominorum Regis, Ducum, & Communitatis Oratores ad id ſpetialem poteſtatem habentes inierunt, firmaverunt, & contraxerunt, prout in Capitulis, & Contractu inde confectis ſeriofius continetur. Cumque Pace ipſa fic ſuæ benigniſſimæ, & clementiſſimæ Sanctitatis exemplo, opera, ſtudio, & auctoritate, ut prædicitur, inter eandem Beatitudinem, & jam inter dictas Partes firmata. Inter cætera ejusdem Pacis, & Contractus Capitula hæc tria ſubſequentis tenoris continentur videlicet.

Item convenerunt prædictæ Partes nominibus, quibus ſuprà; quod infra terminum quinquaginta dierum, incipiendo a die ſtipulationis hujus Contractus teneantur declarare, & intimare hinc inde eorum Colligatos, Confœderatos, Adhærentes, & Recommendatos. Item convenerunt dictæ Partes nominibus, quibus ſuprà, quod præſens Pax infra terminum quadraginta dierum proxime futurorum hinc indè in forma valida, & authentica per publica Inſtrumenta, vel Litteras ratificari per eorum Principales, & Ratificatio hujusmodi intimari debeat. Item Partes prædictæ convenerunt, quod omnibus & ſingulis aliis Dominis quacumque dignitate etiam Regali fungentibus, & habentibus Dominium aliquod in Italia, & Potentatibus Italiæ liceat infra terminum duorum menſium Pacem etiam ut Principales intrare, & illa gaudere cum omnibus & ſingulis in ea contentis pro Dominiis in Italia exiſtentibus dumtaxat, prout de ipſius Pacis Contractu, & de Capitulis prædictis, & aliis plenè apparere dicitur per publicum Inſtrumentum per plures publicos, & fideles Notarios rogatum, & ſcriptum Romæ dicta die octava menſis Maii proximè præterii cum Capitulis, modis, formis, conditionibus, promiſſionibus, obligationibus, pœnis, renunciationibus, juramentis, & aliis Clauſulis opportunis, & in ſimilibus apponi conſuetis. Propterea volentes nunc Illuſtriſſimi, & Excelſi Domini Domini Priores Libertatis, & Vexilifer Juſtitiæ Populi Florentini, & Nobiles, ac Spectabiles Viri Conſalonerii Societatum Populi, & duodecim boni Viri, ac decem Officiales Baliæ Communis Florentini, quorum omnium nomina inſerius describentur pro honore, & reverentia ipſius Summi Pontificis, Sedisque Apoſtolicæ, atque pro faciliori expeditione eorum, quæ fieri poſſunt, & debent pro parte ipſius Illuſtriſſimæ & Excelſæ Communitatis Florentiæ pro obſervantia contentorum in dicto Inſtrumento, & Capitulis Pacis prædictæ. Lectis primo eisdem ad ipſorum elatam intelligentiam per me Bartholomeum Notarium infraſcriptum omnibus, & ſingulis in Inſtrumento, & Capitulis dictæ Pacis contentis, & præcipue tribus Capitulis ſupraſcriptis, de quibus omnibus aſſeruerunt ſe plenam habuiſſe, & habere notitiam. Habentes ad ipſa, & ad infraſcripta omnia peragenda pleniſſimam auctoritatem, poteſtatem, & bailiam per proviſiones, & Decreta opportuna dictæ Illuſtræ & Excelſæ Communitatis Florentiæ obtentas, & obtenta de menſe Maii proximè præteriti, ac etiam de præſenti menſe Junii ſecundum Inſtituta, & conſuetudines ejusdem Illuſtr. & Excelſæ Communitatis Florentiæ, & ipſam Illuſtriſſimam, & Excelſam Communitatem Florentiæ, univerſamque Rem Publicam Florentinam in prædictis, & infraſcriptis omnibus totaliter repreſentantes prout de proviſionibus, & Decretis prædictis apparet manu mei Bartholomei Notarii publici infraſcripti vigore dictæ eorum auctoritatis, poteſtatis, & baliæ, & obſervatis omnibus inſtitutis, & ſolemnitatibus ſecundum ordinem dictæ Illuſtriſſimæ, & Excelſæ Communitatis Florentiæ debitis, & requiſitis, & omni modo, via, jure, & forma, quibus magis, & efficatius potuerunt pro Illuſtriſſima, & Excelſa Communitate Florentiæ, & ejus vice, & nomine conſtituerunt, ordinaverunt, ac fecerunt Magnificum, & Generoſum Equitem Legumque Doctorem præſtantiſſimum Dominum Othonem Lapi de Nicolinis Civem Florentinum Oratoremque ad præſens pro ipſa Illuſtriſſima Communitate Florentiæ apud Sanctiſſimum Summum Pontificem præfatum. Sed tanquam præſentem, Sindicum, Procuratorem, Actorem, Factorem, & certum Nuntium ſpecialem, negotiorumque geſtorem, & quidquid melius dici poteſt ipſius Illuſtriſſimæ, & Excelſæ Communitatis Florentiæ oltra alia quæcumque ſibi pro parte ipſius Illuſtriſſimæ & Excelſæ Communitatis Florentiæ commiſſa, & mandata, & absque revocatione alicujus alterius Mandati alias ſibi ab ſeu pro eadem Illuſtriſſima Comunitate collati ſpetialiter, & nominatim ad faciendum infraſcripta videlicet. In primis ad declarandum, & intimandum tam præfato Sanctiſſimo Summo Pontifici quam etiam prædictorum Domini Regis, Ducumque Oratoribus ad id ſufficientem autoritatem habentibus conjunctim, vel diviſim Colligatos, Confœderatos, Adhærentes, & Recommendatos ipſius Illuſtriſſimæ & Excelſæ Communitatis Florentiæ. Nec non ad audiendum, intelligendum, & recipiendum declarationes, & intimationes, quæ per præfatos Sanctiſſimum Summum Pontificem, & dictorum Dominorum Regis, & Ducum Oratores fierent de ipſorum, & cujuslibet eorum communiter vel diviſim Colligatis, Confœderatis, Adhærentibus, & Recommendatis. Volentes Conſtituentes prædicti, Declarationes, & intimationes hujusmodi, quam ſeu quas per præfatum Sanctiſſimum Summum Pontificem, & per dictos Oratores, & quemcumque ipſorum ipſi Domino Othoni Oratori, Sindico, & Procuratori prædicto ſic fieri contingerit eandem vim, robur, ac poteſtatem habere, ac ſi ipſimet Conſtituentibus, qui totam ipſam Illuſtriſſimam Communitatem Florentiæ repreſentant perſonaliter factæ fuiſſent. Item ad mandandum Ratificationem dictæ Pacis per ipſos Conſtituentes pro ipſa Illuſtriſſima, & Excelſa Communitate Florentiæ in forma valida, & authentica factam per publica Inſtrumenta vel Litteras tam præfato Sanctiſſimo Summo Pontifici, quam prædictorum Dominorum Regis, & Ducum, & cujuslibet eorum Oratoribus communiter, vel diviſim. Nec non ad audiendum, & intelligendum, & recipiendum intimationes dictarum Ratificationum dictæ Pacis, quas per ipſum Beatiſſimum Summum Pontificem, & per Oratores Regis, & Ducum prædictorum, & cujuslibet eorum fieri contigerit communiter, vel diviſim ut ſupra. Volentes ex nunc Conſtituentes prædicti intimationes hujusmodi eandem vim, & robur, ac poteſtatem habere, ac ſi ipſimet Conſtituentibus perſonaliter factæ fuiſſent ut ſupra. Item ad ineundum, firmandum, & contrahendum una eum Sanctiſſimo Summo Pontifice præfato, & aliis partibus ſupraſcriptis Pacem cum omnibus, & ſingulis aliis Dominis, & Potentatibus Italiæ, ſeu habentibus Dominium in Italia quacumque dignitate etiam Regali fungentibus eorumuniter, vel diviſim, una vice, vel pluribus cum ſupradictis Capitulis, vel aliis, de quibus potuerint convenire, & cum Clauſulis, pœnis, juramentis, & aliis prout invicem ut ſupra convenerunt. Item ad faciendum confiei, & fieri de declarationibus, & intimationibus, & aliis prædictis, & in tribus proximè præcedentibus Capitulis ſupra comprehenſis unum, & plura Inſtrumentum, & Inſtrumenta publica præſentanda, mittenda, aſſignanda, & relaxanda illi, vel illis, cui, ſeu quibus, & apud quos, & eo modo, & forma, & cum conditionibus, ac partibus, & effectibus, quibus, & prout eidem Domino Othoni Oratori, Sindico, & Procuratori prædicto videbitur convenire, & prout libere voluerit. Et generaliter ad omnia, & ſingula gerendum, procurandum, & exercendum, quæ in prædictis, & quolibet, vel altero prædictorum fuerint quomodolibet utilia, vel opportuna, & quæ ipſimet Conſtituentes facere poſſent, ſi adeſſent. Dantes, & concedentes Conſtituentes prædicti dictis modis, & nominibus eidem Domino Othoni Oratori, Sindico, & Procuratori prædicto in prædictis, & circa prædicta omnia, & ſingula ſupraſcripta, & in dependentibus, vel emergentibus ab eisdem, vel aliquo ipſorum, ſeu cum eis, vel aliquo eorum quolibet connexis plenum, liberum, & generale Mandatum, ac etiam ſpetiale, ubi ſpetiale requiritur cum plena, libera, generali, ac ſpetiali autoritate, & poteſtate. Promittentes mihi Bartholomeo Notario infraſcripto ut, & tamquam publicæ perſonæ recipienti, & ſtipulanti pro omnibus, & ſingulis, quorum intereſt, ſeu poſſet quomodolibet in futurum intereſſe, ſe de dictis modis, & nominibus perpetuo firma, & rata habere omnia, & ſingula, quæ ſic per ipſum Dominum Othonem dicto nomine in prædictis, & circa prædicta, & in dependentibus, ſeu emergentibus ab eisdem, vel cum eis quomodolibet connexis quomodolibet geſta, & facta fuerint, & contra ea, vel aliquod eorum nullo unquam tempore facere, vel venire per ſe, vel alium, ſeu alios aliqua ratione, vel cauſa de jure, vel de facto ſub hypotheca, & obligatione omnium bonorum dictæ Illuſtriſſimæ, & Excelſæ Communitatis Florentiæ præſentium, & futurorum. Mandames mihi Bartholomeo Notario publico, & Scribæ reformationum infraſcripto, ut de prædictis unum, & plura, prout opus fuerit, conficiam Inſtrumenta aſſignanda, mittenda, præſentanda, & intimanda, prout videbitur expedire pro meliori obſervantia

ANNO 1467.

ANNO 1467. vantia contentorum in Inſtrumento, & Capitulis Pacis prædictæ. Nomina verò dictorum Agentium ſunt hæc videlicet. Pierus Caroli Domini Riſtori de Canigianis. Guidettus Francisci Guidetti de Guidettis. Zenobus Pieri Salomonis del Garbo. Tiuorus Marci del Bello de Bellatiis. Scolarius Gentilis Valorini de Sommaia. Rainerius Andreæ Naldi de Ricaſolis. Jacobus Silveſtri Leonardi Pucci. Jnlianus Ser Bonacurſi Pieri Bonacurſi Priores Libertatis. Et Carulus Nicolæ Domini Verii de Medicis Vexillifer Juſtitiæ Populi Florentini. Et Dominus Simon Bernardi Uguccionis Lippi Bertus Francisci del Buonbramanti. Bartholomeus Bartholomei Gregotli Fetti Ubertini. Thomaſius Antonii Scarlatti. Plirus Angeli Berti Cecchi. Ruſſius Ubertini Gherardi Riſaliti. Bernardus Caroli Zenobii de Giacetto. Lucas Pierozzi Johannis Delphini. Laurentius Pieri Nicolai Davazati Johannes Brunetti Dominici Bennetti. Daniel Francisci Figiovanni. Silveſter Aldobrandini, Georgii Aldobrandini. Bernardus Matthei Boni. Setamolus Lapus Johannis Ser. Lapi Marci de Offitio Conſulonerlorum Societatum Populi. Et Auguſtinus Viliani Auguſtini Comi. Franciscus Nicolai Michaelis Tucci. Robertus Francisci Blaſii Lioni. Philippus Antonii Philippi Giugni. Benedictus Ser. Francisci Guardi. Nicolaus Domini Caroli de Federighis. Vanozzus Philippi Pancratii de Oricellariis. Nicolaus Cennis Vannii. Dominicus Nerii Dominici Bertolini. Cambius Zennobii Bonnannis de Offitio duodecim bonorum Virorum. Et Dominus Aloyſius Pieri Domini Loyſii de Gnicciardinis. Dominus Antonius Domini Laurentii de Ridolfis. Bernardus del Nero Philippi del Nero. Franciscus Pieri Johannis Dini, Johannes Antonii Silveſtri Ser. Riſtori. Bartholomeus Jacobi del Zaccheria. Franciscus Laurentii Cigliamochi. Andreas Nicolai Andreæ Carducci. Jacobus Domini Andreæ de Pacis de Offitio decem Baliæ. Abſentibus Nobilibus, & Spectabilibus Viris Johanne Miniati Dini, & Franciscn Chiariſſimi Bernardi ambobus de Offitio Gonfaloneriorum. Et Tuccio Leonardi Ferrucci, & Hyeronimo Gentilis Riſtori ambobus de dicto Officio Bonorum Virorum. Et Magnifico Piero Cosmæ de Medicis de Offitio dictorum decem Baliæ: Remanente tamen in aliis Agentibus ſupraſcriptis eorum nomina declaratis integra autoritate, poteſtate, ac Bailia ad faciendum omnia, & ſingula ſupraſcripta, neque propter abſentiam ipſorum quinque in aliquo diminuta. Acta fuerunt prædicta in Civitate Florentiæ in Pallatio Populi Florentini reſidentiæ ipſorum III. Dominorum Priorum, & Vexilliferi juſtitiæ, & in eorum ſolita audientia Præſentibus Egregiis Viris Ser. Johanne Gherardi de Legri tunc Notarii præfatorum Dominorum, & Ser. Antonio Adami Gratiæ Notarii Extractionum Offitiorum, & Conductarum Communis Florentiæ præfati. Ac Religioſis, & honeſtis Viris Donno Nicolao Bernardi, & Fratre, Gulielmo Amerigi. Cuſtodibus Sigilli Florentini, & aliis teſtibus ad prædicta vocatis, habitis & rogatis. Ego Bartholomeus olim Ser. Guidonis Jacobi de Guidis Civis, & Notarius Florentinus Imperiali autoritate Judex Ordinarius, & Notarius publicus, & nunc Officialis, & Scriba Reformationum Conſiliorum dictæ Illuſtriſſimæ, & Excelſæ Communitatis Florentiæ ſupraſcriptis omnibus, & ſingulis, dum ſic agebantur, interfui, & ea rogatus ſcripſi. Sed nunc aliis occupatus negotiis ipſa omnia hic transcribenda, & publicanda commiſi prudenti Viro Ser. Johanni Petri Coadjutori meo Notario publico infraſcripto. Et ad ipſorum omninm fidem me cum meo ſolito ſigillo ſubſcripſi. Ego Johannes olim Petri de Stia Imperiali autoritate Judex Ordinarius Notarius, & Civis Florentinus Coadjutor Providi, & Egregii Viri Ser. Bartholomei Ser. Guidonis Jacobi de Guidis Officialis, & Scribæ Reformationum Conſiliorum Populi dictæ Illuſtriſſimæ, & Excelſæ Communitatis Florentiæ ſupraſcripta omnia, & ſingula ex actis, & libris actorum dicti Populi, & Communitatis Florentiæ vigore commiſſionis factæ per dictum Ser. Bartholomeum fideliter ſumpſi, ſcripſi, & publicavi, ideoque me ſubſcripſi, & ſignum meum apposui conſuetum.

Priores Libertatis, & Vexilifer Juſtitiæ Populi Florentini. Univerſis, & ſingulis, ad quos præſentes advenerint, ſalutem, & proſperos ad vota ſucceſſus. Noveritis per præſentes quemadmodum ſupraſcriptus Ser. Bartholomeus olim Ser. Gnidonis Jacobi de Gnidis qui de ſupraſcripto Inſtrumento, & omnibus in eo contentis rogatus fuit. Et Ser. Johannes olim Petri de Stia, qui ea de commiſſione dicti Ser. Bartholomei ſcripſit ipſi, & quilibet eorum fuerunt, & ſunt publici, legales, & authentici Notarii deſcripti in Matricula Judicum, & Notariorum Civitatis noſtræ, eorumque ſcripturis, de quibus fuerunt rogati, & quas confecerint tam publice, quam privatim adhibita fuit, & adhiberur ab omnibus, & ſingulis certa, & indubitata fides. In quarum rerum teſtimonium has fecimus Litteras confici, & noſtri ſigilli munimine communiri. Datæ in Pallatio noſtro die IX. Junii M. CCCC. ſexageſimo octavo.

ANNO 1467.

Acta fuerunt hæc Romæ in Pallatio Apoſtolico apud ſanctum Marcum in Camera ſecreta, & in conſpecta Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ ſupraſcripti Anno, Indictione, die, menſe, & Pontificatu quibus ſuprà, Præſentibus Reverendiſſimo in Chriſto Patre, & Domino Domino Marco tituli ſancti Marci, Præsbitero, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali, Episcopo Vicentino, & Reverendo in Chriſto Patre, & Domino Domino Petro Episcopo Tiraſonenſi S. D. N. Papæ Refferendario, nec non Nobili, & generoſo Viro Domino Antonio Natali Patricio Veneto, & Venerabilibus Viris Domino Guillelmo Temmao Præsbitero Valentinenſi, ac Petro Caſtilionis Clerico Germiden. Dioceſis teſtibus ad præmiſſa omnia, & ſingula vocatis, adhibitis, ſpetialiter, & rogatis.

Ego Gaspar filius quondam Clariſſimi Viri Domini Blondi Forlivienſis Apoſtolici Secretarii Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ Secretarius, & Apoſtolicæ Camaræ Notarius, ac ejusdem Regiſt. Magiſter, & Cuſtos nec non publicus Apoſtolica, & Imperiali auctoritatibus Notarius.

Ego Johannes Pietti Clericus Belvatenſis publicus Apoſtolica, & Imperiali auctoritatibus Notarius.

Ego Jacobus de Trillo Clericus Oscenſis Dioceſis publicus Apoſtollca, & Imperiali auctoritatibus Notarius præſatique Reverendi Parris Domini Prothonotarii de Rnccha Regii Oratoris, & Procuratoris &c.

Ego Dandus Taddei de Dandis de ſancto Geminiano Apoſtolica, & Imperiali auctoritate Notarius publicus Florentinus, ac ad præſens præfati Magnifici Domini Otthonis Oratoris Cancellarius &c.

CCLXII.

Traitté de Mariage de CHARLES *Duc de Bourgogne, avec* MARGUERITE, *Fille d'Edouard IV. Roi d'Angleterre, à Bruxelles, le 16. Fevrier* 1467. [FREDERIC LEONARD, Tom. I. pag. 76.]

16. Fevr. ANGLETERRE ET BOURGOGNE.

EDWARDUS, Dei gratia Rex Angliæ, & Franciæ, & Dominus Hiberniæ; omnibus ad quos præſentes Litteræ pervenerint, Salutem. Sciatis quod cum nuper Reverendus Pater Ricerus, Epiſcopus Sarisburienſis conſanguineus noſter; Magiſter Willelmus Hattecliff, Secretarius noſter; & Thomas Vaghan, Theſaurarius Cameræ noſtræ, Oratores, Procuratores, & Nuncii noſtri ad ea per Litteras noſtras patentes à nobis ſpecialiter commiſſi & deputati, de & ſuper matrimonio, Deo favente, contrahendo & celebrando inter Illuſtriſſimum & potentiſſimum Principem conſanguineum noſtrum Cariſſimum CAROLUM, Ducem Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Lemburgiæ, & Luxemburgi, Comitem Flandriæ, Arthefii, Burgundiæ, Hannoniæ, Hollandiæ, Zellandiæ, & Namurci, Friſiæ, Salinarum, & Machilinii Dominum ex una parte, & cariſſimam germanam noſtram Dominam MARGARETAM parte ex altera, cum Illuſtriſſima Principe Iſabella, filia Regis Portugaliæ, Ducisſæ Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, &c. præfati Ducis conſanguinei noſtri matre etiam ab eo ad id ſpecialiter per Litteras ipſius patentes commiſſa & deputata tractaverint, contraxerint, & concluſerint, modo, formâ, ac prout in dictorum noſtrorum Oratorum & Procuratorum Litteris inde confectis pleniſſimè continetur, & declaratur, quarum Litterarum tenor ſequitur ſub his verbis.

Nos Ricerus Dei gratia Sarisburienſis Epiſcopus; Willelmus Hattecliff, Secretarius; & Thomas Vaghan Scutifer, Theſaurarius Cameræ, Procuratores, & Ambaſſiatores, Commiſſarii, & Nuncii Sereniſſimi ac Excellentiſſimi Principis Domini noſtri ſupremi Edwardi, Dei gratia Regis Angliæ, & Franciæ, ac Domini Hiberniæ, ſufficiente poteſtate ſuffulti per Litteras ejus patentes in fine præſentium incorporandas, notum facimus univerſis præſentes Litteras inſpecturis, quod nos pro & nomine præfati Domini noſtri ſupremi, ac in vi poteſtatis, & commiſſionis per ipſum nobis, ut præmittitur, attributæ, de & ſuper

ANNO 1467. ſuper matrimonio inter Illuſtriſſimum & Potentiſſimum Principem Dominum Carolum Dei gratia Ducem Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Limburgiæ & Luxemburgi, Comitem Flandriæ, Arthefii, Burgundiæ, Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, & Namurci, Sacri Imperii Marchionem, Friſiæ, Machliniæ & Salinarum Dominum ex una, & Illuſtriſſimam Dominam Margaretam prælibati Domini noſtri ſupremi ſororem ex alia partibus, favente Deo, contrahendo, & conſummando tractavimus, concordavimus, & contraximus cum Illuſtriſſima & Potentiſſima Principe Domina Iſabella, filia Regis Portugaliæ, Duciſſa Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, &c. prænominati Domini Ducis matre, ac ab ea poteſtate ſeu commiſſione ſufficienti munita, modo, & formâ contentis, & ſpecificatis in articulis & Capitulis inferius deſcriptis, & qui ſeu quæ de verbo ad verbum immediatè ſubſcribuntur. Sequuntur ea quæ articulatim concepta ſunt, & aviſata inter Illuſtriſſimam Potentiſſimamque Principem Dominam Ducilſam Burgundiæ, pro & nomine Illuſtriſſimi Potentiſſimique Principis Domini Ducis Burgundiæ ſui filii ex una, & Reverendum in Chriſto Patrem, generoſumque Dominum Dominum Ricerum, Epiſcopum de Sarisburi; Willelmum Hatteclif, Secretarium; Thomam Vaghan Scutiferum, Theſaurarium Cameræ Sereniſſimi Principis Edwardi Regis Angliæ, ac ipſius Ambaſſiatores, & Oratores inpræſentiarum exiſtentes in Oppido Bruxellenſi virtute Poteſtatis, & commiſſionis ab eo Rege emanatæ, cujus tenor inferius & juxta finem præſentium erit inſertus ex alia partibus, ſuper matrimonio, Deo dante, conſummando inter prædictum Dominum Burgundiæ Ducem ex una, & Illuſtriſſimam generoſamque Principem Dominam Margaretam germanam ipſius Angliæ Regis ex altera partibus.

Primò, quod præfata Domina Ducilſa nomine prælibati Domini Burgundiæ Ducis, promittit, quod ipſe Dominus Dux filius ſuus ducet in uxorem prænominatam Dominam Margaretam, ſi ſuper impedimentis graduum conſanguinitatis inter eosdem Sedes Apoſtolica ſufficienter dispenſaverit, & in eventum hujusmodi dispenſationis prædicti Ambaſſiatores auctoritate; & ex mandato; quibus ſupra promittunt nomine jam dicti Domini Regis ipſum Dominum Regem Angliæ procurare de facto, quod præfata Domina Margareta in prædictum matrimonium; ac omnia in præſentibus articulis contenta, ſiuum dabit conſenſum, & quod ſua ex parte tenebit, & adimplebit ea omnia, & ſingula, in hujusmodi articulis contenta, & etiam non contravenire quovis quæſito colore vel ingenio, per Litteras ſuas patentes promittet.

Item, quod ad perfectionem iſtius matrimonii procedendum Dominus Dux prædictus ſuis expenſis obtinebit à Sanctiſſimo Domino noſtro Papa dispenſationem ſufficientem in hac parte propter proximitatem ſanguinis inter ipſum, & præfatam Dominam Margaretam exiſtentem neceſſariam.

Item, quod Rex pro ſe & ſuis heredibus, ſucceſſoribusque in Anglia Regibus promittet, dictique Ambaſſiatores nomine dicti Domini Regis promittunt ſolvere pro dote, & matrimonio ipſius Dominæ Margaretæ, ſuæ ſororis, ſummam ducentorum millium ſcutorum auri Franciæ, bonorum & legalium de viginti tribus caratis cum medio, quorum ſexaginta, & duodecim faciunt marcam auri ponderis Trecenſis, aut aliam monetam legalem, & curſum habentem ad valorem quinquaginta groſſorum monetæ Flandriæ pro quolibet ſcuto, infra terminos inferius declaratos.

Item, quod prædicta ducenta millia ſcutorum auri ſolventur infra terminos, & in modum qui ſequitur, videlicet quinquaginta millia ſcutorum auri dicti ponderis, aut talis valoris, ſicut ſupradictum eſt, die ſolemnizationis matrimonii, quinquaginta millia ſcutorum Anno revoluto, quinquaginta millia ſcutorum Anno ſubſequenti, & reſidnum ad conſimilem ſummam aſcendens Anno immediatè poſt ſequenti, ita quod centum millia ſcutorum auri ſolventur infra unum annum, & alia centum millia infra duos annos, videlicet quolibet anno quinquaginta millia.

Item, quod ſolutiones iſtæ fient ex parte Regis in Oppido Brugenſi, & non alibi, ſuis ſumptibus & expenſis.

Item, antequam procedatur ad ſolemnizationem matrimonii prædicti Rex ipſe pro ſecuritate ſolutionis prædictorum quinquaginta millium ſcutorum auri, quæ ſolvi debebunt in die ſolemnizationis matrimonii, ut præfertur, hanc ſummam in manibus mercatorum Brugis reſidentium per quindecim dies ante ipſam ſolemnizationem realiter faciet conſignari. ANNO 1467.

Item, quod præfati Ambaſſiatores auctoritate qua ſupra promiſerunt, & promittunt nomine dicti Domini Regis, ſolvere ſummas prædictas modo, & forma, ac terminis ſuperius declaratis, & pro ſolutione hujusmodi obligaverunt, & obligant dictum Dominum Regem, ſuosque heredes, & ſucceſſores, ac omnia Dominia, & bona ipſorum dicti Regis, heredum; & ſucceſſorum ſuorum præſentia & futura.

Et ulterius promittunt dicti Ambaſſiatores quod dictus Dominus Rex Litteras dabit obligatorias, per quas ipſe in verbo regio, ac bona fide, promittit ſolvere ſummas prædictas præfato Domino Duci, ſeu deputatis ab eo, terminis, ac modo prædeclaratis, & ad hoc obligabit ſe ac heredes & ſucceſſores ſuos, atque bona & Dominia quæcunque præſentia & futura ipſius, & heredum ac ſucceſſorum prædictorum.

Nec non etiam promittunt iidem Ambaſſiatores, quod prænominatus Dominus Rex faciet & procurabit eum effectu, quod mercatores Stapulæ Calcſii tanquam Corpus & Collegium, & etiam tanquam particulares perſonæ, qui nunc ſunt, & qui pro tempore erunt, ita quod obligatio Corporis ſeu Collegii non deroget obligationi particulari, nec contra, aut alii mercatores Anglici in Oppido Brugenſi, ac alibi in Dominiis præfati Domini Ducis reſidentes, ſufficientes, & idonei bona ſufficientia in iisdem Dominiis habentes, vel mercatores Italici etiam ad hoc ſufficientes ſe conſtituent promiſſores ac principales debitores, nomine dicti Domini Regis, pro dictis centum, & quinquaginta millibus ſcutis auri valoris ſupradicti ad ſolvendum reſtantibus de dicta dotali ſumma ducentorum millium ſcutorum auri, modo, ac terminis præſcriptis dicto Domino Duci, ſeu Deputatis ſuis ſine difficultate ſeu mora quacumque dandis, & ſolvendis, videlicet dicti de ſtapula modo aute dicto pro tota ſumma prædicta; aut dicti mercatores Anglici Brugis, vel alibi, in Dominiis ejusdem Domini Ducis reſidentes etiam pro tota ſumma, vel dicti mercatores Italici ſimiliter pro tota ſumma, ſeu dicti de ſtapula pro parte, mercatores Anglici pro parte, aut Italici etiam pro parte, ita quod tota ſumma prædicta per unum genus obligationum prædictarum, vel per alia genera ſimiliter aſſecuretur, & ſuper his tradi, expediri & deliberari facere ipſe Dominus Rex Litteras obligatorias in debita & ſufficienti forma, in dicto Oppido Brugenſi in manus Thomæ Portunarii, mercatoris ſocii & gubernatoris ſocietatis Petri de Medicis in Brugis, per unum menſem antequam præfata Domina Margareta ad Dominia ejusdem Domini Ducis adducatur, quæ Litteræ tempore & loco prædictis deliberatæ videbuntur, & viſitabuntur per deputatos dicti Domini Ducis, & caſu quo repertæ fuerint ſufficientes quantum ad perſonas obligatas, & quantum ad formam obligationum dicti Thomæ Portunarii, dicto Domino Duci ſeu Deputatis ſuis Litteras hujusmodi deliberabit & expediet, & ſi forte Litteræ prædictæ comperirentur minus ſufficientes reſpectu perſonarum obligatarum, aut etiam formæ dictarum obligationum, dictus Dominus Rex tenebitur antequam eadem Domina, ut prædictum eſt, adducatur, alias Litteras ſufficientes in loco, & manibus prædictis deliberari & expediri facere, aut in ipſarum Litterarum & obligationum defectu, idem Dominus Rex deliberabit & expediet infra tempus prædictum in manibus dicti Thomæ Portunarii, pro ſecuritate totius ſummæ prædictæ aut partis, pro qua ſufficientes obligationes mercatorum prædictorum traditæ & deliberatæ non fuerint, pignora mobilia valore ſufficienti ad eſtimationem expertorum ad hoc notitiam habentium.

Item, Quod prædicta Domina Margareta veniet & ſuccedet in omnibus ſucceſſionibus collateralibus, in quibus ipſa ex jure, vel ex conſuetudine, tam in Regno quam alibi poſſet, & deberet, ſuccedere qualitercunque.

Item, Quod Rex tenebitur prædictam Dominam ſuam germanam honorificè veſtire, jocalia & alia ornamenta, & alia ſupellectilia ſibi dare quæ ad perſonam ſuam, & decorem Cameræ ſuæ ſecundum ſtatum ipſius ſpectabunt & pertinebunt.

Item, Quod Rex faciet ſuis expenſis adducere prædictam germanam ſuam in Oppido Brugenſi, & poſtquam erit ibi adducta, erit expenſis Domini Ducis.

ANNO 1467. Item, Quod contemplatione iſtius matrimonii prædicta Domina Duciſſa nomine dicti Domini Ducis promittit, quod idem Dominus Dux pro dotalitio ipſius Dominæ, & pro omni jure quod in bonis ejusdem Domini Ducis prætendere & habere poſſet, aſſignabit ipſi Dominæ pro dotalitio ſuo per eam caſu quo ipſa eundem Dominum Ducem ſupervixerit, expiendam ſummam ſexdecim millium ſcutorum auri annui reditus pro quinquaginta groſſis monetæ Flandriæ quolibet ſcuto computato, qua quidem ſumma prædictorum ſexdecim millium ſcutorum annui reditus ipſa Domina gaudebit, & utetur in modum dotalitii, quamdiu vixerit in humanis, & non aliàs.

Item, Quod prædicta aſſignatio ſexdecim millium ſcutorum fieri debebit in & ſuper reditibus & proventibus oppidorum, territorii Mechlinienſis, Tendremontenſis & Audenardæ, & ſi prædicta aſſignatio non poſſet ibidem integra fieri, id quod reſtabit, aſſignabitur in partibus vicinis, & propinquis oppidis, & territorio prædictis, quæ quidem aſſignatio aſſecurabitur in modum qui ſequitur, videlicet per conſenſum, & judicium hominum feudalium Curiæ & locorum à quibus deſcendunt, & dependent prædicta Dominia.

Item, eſt actum & in pactum deductum quod dicta aſſignatio debebit integra fieri de prædicta ſumma ſexdecim millium ſcutorum annui reditus ad opus ipſius Dominæ, & quod percipiet eundem, ſi ſupervixerit Dominum Ducem prædictum, in caſu quo dicta ſumma ducentorum millium ſcutorum fuerit dicto Domino Duci integrè perſoluta, & ſi aliqua partium adhuc debeatur in die obitus ipſius Domini Ducis, dictis omnibus terminis expletis dicta aſſignatio annui reditus ſupradicti diminuetur ſecundum quotam & portionem quæ non fuerit ſoluta, & quæ reſtabit de prædicta ſumma ducentorum millium ad utilitatem & exonerationem heredum ſuorum prædictorum, ſed dicta ſumma dotis etiam poſt mortem dicti Domini Ducis tota perſoluta heredes ejusdem tunc tenebuntur totam illam aſſignationem prædicti annui reditus integrè facere.

Item, præmiſſorum conſideratione prædicta ducenta millia ſcutorum auri erunt & manebunt ipſo Domino Duci absque eo quod Rex ipſe, prædicta Domina, nec eorum heredes debeant ea repetere, ſi ſoluta fuerint, & etiam jus aliquod prætendere, quovis quæſito colore vel ingenio, in Dominiis aut bonis quibuscumque ipſius Domini Ducis, vel ſuorum heredum præſentibus & futuris, ſalvis tantummodo ipſi Dominæ ſi ſuperſtiterit, dotalitio ſuo prædicto, veſtibus & aliis ornamentis, & jocalibus ſibi pertinentibus, aut etiam ſervientibus ad decorem ſuæ cameræ, aliisque donis & gratuitatibus per eundem Dominum Ducem conſtanti dicto Matrimonio de quibuscunque ejusdem Domini Ducis Dominiis aut bonis prædictæ Dominæ Margaretæ ad ejus vitam fiendis.

Item, eſt actum & conventum, quod ſi præfata Domina Margareta dicto Matrimonio conſummato decedat ante complementum ſolutionis ſummæ prædictæ ducentorum millium ſcutorum auri, ſuperſtitibus ex eodem Matrimonio liberis masculis vel femellis, eo caſu præfatus Dominus Dux, vel dicti liberi, ſummam ad ſolvendum de dictis ducentis millibus ſcutorum auri reſtantem, ſive termini ſolutionem prædictarum præterierint, ſive non, petere & exigere poterunt absque difficultate quacumque. Si vero tempore mortis ejusdem Dominæ Margaretæ nulli ex prædicto Matrimonio liberi ſuperſtites fuerint, eo caſu prænominatus Dominus Dux, ſuique heredes ſummas pro terminis tunc elapſis debitas dumtaxat petere & exigere poterunt; pro reſiduo autem terminis tunc futuris ſolvendo præfatus Dominus Rex ſuique heredes quieti, & immunes erunt & remanebunt.

Item, erunt ſigillatæ & expeditæ Litteræ patentes ex parte Regis, in quibus præſens Tractatus Matrimonialis inſereretur, quæ expedientur Deputatis dicti Domini Ducis infra vigeſimam quartam diem menſis Martii proximè futuram in dicto oppido Brugenſi, & in domo de Pourtunariis, promittentes per easdem facere tenere, & adimplere ex ſua parte, & prout ſibi contingit, omnia quæ & prout ſupra continentur, & non contravenire quovismodo, non obſtante jure ſcripto & non ſcripto, uſagiis & conſuetudinibus præſenti contractui contrariis, renunciantes eisdem, necnon juribus, allegationibus, exceptionibus, defenſionibus, privilegiis, cautelis, reciſionibus, dispenſationibus, juramentis, & omnibus aliis quibuscumque, quæ per ipſum Regem aut ſucceſſores ſuos poſſent dici, allegari, & in contrarium proponi, præcipuè juri dicenti generalem Renunciationem non valere, niſi præceſſerit ſpecialis. ANNO 1467.

Item, ſigillabuntur, & erunt ſimiliter expeditæ Litteræ tales & conſimiles ex parte Domini Ducis, quæ etiam expedientur Deputatis dicti Domini Regis infra terminum prædictum, ac in loco prædeclarato. Quæ omnia in præfatis articulis contenta, ſpecificata & declarata, nos Ambaſſiatores, Procuratores, Commiſſarii & Nuncii prenominati pro & nomine prelibati ſupremi Domini noſtri ac vigore poteſtatis ſupradictæ, & inferius inſertæ cum & ſub obligationibus, promiſſionibus in eisdem articulis deſignatis tenere, attendere, obſervare, & effectualiter adimplere bona fide, & ipſis nec alicui ipſorum nec vel in futurum quovis quæſito colore per jamdictum Dominum noſtrum ſupremum & heredes ſuos & ſucceſſores, ſeu alium quemcumque, non contravenire, quinimo, quod idem Dominus noſter Rex Litteras approbatorias, & etiam obligatorias in forma terminoque ac loco in dictis articulis comentis prælato Domino Duci ſeu Deputatis ab eo tradet & expediet, promittimus & convenimus ac per præſentes promittimus bonâ fide quibuscumque juribus, conſuetudinibus, Privilegiis, Statutis, aliisque exceptionibus quibuscumque, quæ contra contenta in articulis ſupradictis aliquodve ipſorum quomodolibet objici poſſent vel opponi per expreſſum renunciando, præſertim juri dicenti generalem Renunciationem non valere niſi præceſſerit ſpecialis. In quorum nmnium teſtimonium has præſentes Litteras ſigillis noſtris ſigillari, ac per me Willelmum Hattecliff, Secretarium Regium prænominatum ſubſcribi & ſignari fecimus. Datum Bruxellæ in Ducatu Brabantiæ die decima ſexta menſis Februarii, anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſeptimo. Sequitur tenor poteſtatis ſeu commiſſionis per præfatum Dominum noſtrum ſupremum nobis in hac parte conceſſæ.

EDWARDUS, Dei gratia Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ. Omnibus ad quos præſentes Litteræ pervenerint, ſalutem. Sciatis quod nos de fidelitatibus, circumſpectionibus & induſtriis dilectorum, & fidelium noſtrorum, Venerabilis Patris conſanguinei noſtri Riceri, Epiſcopi Sarisburienſis; Willelmi Hattecliff, Secretarii noſtri; Thomæ Vaghan, Theſaurarii Cameræ noſtræ; & Joannis Ruſſell, Doctoris in Decretis, plenariè confidentes, ipſos noſtros veros, & indubitatos Ambaſſiatores, Commiſſarios, Procuratores, & Nuncios ad infraſcripta fecimus, conſtituimus, & ordinavimus prout tenore præſentium facimus, conſtituimus, & ordinamus, dantes & concedentes eisdem Ambaſſiatoribus, Commiſſariis, Procuratoribus, & Nunciis noſtris, tribus aut duobus eorum quorum cum præfato Reverendo Patre dictum Secretarium noſtrum, aut præfatum Thomam unum eſſe volumus, plenam poteſtatem, auctoritatemque ac mandatum pro nobis, & nomine noſtro cum Illuſtriſſimo Principe cariſſimo conſanguineo noſtro Carolo Duce Burgundiæ, Brabantiæ, Lemburgi, & Lucemburgi, Comitem Flandriæ, Arthefii, Burgundiæ, Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, & Namurci, Sacri Imperii Marchione, Friſiæ, Salinarum, & Machliniæ Domino, ſeu ejus Ambaſſiatoribus, Commiſſariis, Procuratoribus, aut Nunciis, ſufficientem poteſtatem, auctoritatem, & Mandatum in ea parte ab eodem conſanguineo noſtro Duce habentibus de & ſuper Matrimonio inter præfatum conſanguineum noſtrum Carolum Ducem, & Nobilem Dominam Margaretam ſororem noſtram cariſſimam contrahendo & celebrando, doteque & donatione propter nuptias, ac etiam tempore, & loco, & ceteris circumſtantiis idem Matrimonium concernentibus quibuscunque tractandi, communicandi, conveniendi, & concordandi, ac Tractatum ſuper eodem Matrimonio concludendi, ac pro firmitate, roboratione, & obſervatione pactorum, & conventionum quarumcumque in ea parte per eos pro nobis & nomine noſtro faciendarum, juramentum in animam noſtram præſtandi, ceterasque cautiones, obligationes, & ſecuritates quascumque dandi, præſtandi, acceptandi & recipiendi, atque omnia, & ſingula in præmiſſis ſeu circa ea neceſſaria ſeu quomodolibet opportuna faciendi, exercendi & expediendi, etiamſi talia ſint quæ de ſua natura mandatum exigunt magis ſpeciale, promittentes bona fide, & in verbo Regio nos ratum, gratum & firmum pro perpetuo habituros totum & quicquid per ſupradictos Ambaſſiatores, Commiſſarios, Procuratores & Nuncios noſtros in forma prædicta actum, geſtum, ſeu procuratum

ANNO 1467. ratum fuerit in præmiſſis absque contraventione quacumque. In cujus rei teſtimonium has Literas noſtras fieri fecimus patentes. Datum apud Weſtmunſter quinto die Januarii, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſeptimo, Regni verò noſtri ſeptimo, per ipſum Regem, & de data prædicta auctoritate Parliamenti, Ive.

Notum facimus quod nos Litteris prædictis diligenter viſis & inſpectis, maturaque conſilii deliberatione, ſuper eis habita ex noſtra certa ſcientia Literas ipſas ac omnia in ipſis contenta laudavimus, ratificavimus, confirmavimus, & approbavimus, tenoreque præſentium laudamus, ratificamus, confirmamus, & approbamus in omnibus ſuis paſſibus & articulis, modo, & forma in eisdem contentis, promittentes bona fide ac in verbo Regio ea omnia grata, rata, firma & ſtabilia perpetuò habere, tenere, adimplere, & inviolabiliter obſervare cum effectu, & nunquam per nos, dictosve heredes & ſucceſſores noſtros ſeu alios quoscunque in judicio vel extra, directè vel indirectè contravenire quovis quæſito colore, ac cum & ſub illis Obligationibus & Renunciationibus, quæ in præinſertis articulis continentur & declarantur, quas Obligationes & Renunciationes nos talem vigoris & efficaciæ firmitatem erga nos, heredes & ſucceſſores noſtros ac bona noſtra obtinere volumus, quemadmodum ſi iterum eſſent à nobis ſpecialiter & expreſsè repetita. In quorum omnium robur & teſtimonium has noſtras Litteras ſigilli noſtri appenſione juſſimus communiri. Datum apud Weſtmunſter quarto decimo die Martii, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo, Regni verò noſtri anno octavo. Sic ſignatum, per ipſum Regem, Ive.

CCLXIII.

4. Avril. SAVOYE ET BOURGOGNE. *Traité d'Alliance entre* AME' IX. *dit le* Bienheureux, *Duc de Savoye &* PHILIPPE *Duc de Bourgogne, fait à Bruges, le 4. Avril* 1467. [S. GUICHENON, Hiſtoire Généalogique de la Maiſon de Savoye. Preuves. pag. 406.]

PHILIPPE par la grace de Dieu Duc de Bourgogne, de Lothier, de Brabant, & de Lembourg, Comte de Flandres, d'Artois, de Bourgoigne, Palatin de Haynau, de Hollande, de Zeelande & de Namur; Marquis du S. Empire, Seigneur de Friſe, de Salins & de Malines. Sçavoir faiſons, à tous que enſuivant ce que n'agaires a eſté fait & conclud par nos Ambaſſadeurs & ceulx de noſtre tres-chier & tres-amé Couſin AMÉ Duc de Savoye aſſemblez en noſtre Ville de Chalon ſur Saone pour le fait des Alliances & confederations d'entre nous & noſtredit Couſin. Nous affermons pour verité & confeſſons que nuus avons fait & faiſons par ces preſentes pour nous, nos hoirs & ſucceſſeurs Ducs & Comtes de Bourgoigne nos Pays, Terres, Seignories & ſubgects bonnes & vrayes Confederations, Amiſtiez, Unions, Alliances & intelligences avecques noſtredit Couſin de Savoye, pour luy ſes maiſons, hoirs & ſucceſſeurs Duc de Savoye, ſeis Pays, Terres, Seignories & Subgects fermes & durables à touſiours, mais perpetuelement. Et luy pareillement avecques nuus en la forme & maniere qui s'enſuit. C'eſt aſſavoir que nous promes & promectons en parole de Prince nous entretenir enſemble & nos maiſons, hoirs & ſucceſſeurs, Pays, Terres, Seignories & Subjects deſſusdits en bonne & vraye amour & dilection & deffendre, ſecourir & ayder noſtredit Couſin ſes maiſons, hoirs & ſucceſſeurs, Pays, Terres, Seignories & Subgects toutes les fois que beſoing ſera & requis en ſerons envers & contte tous ceulx qui tors, griefs ou domaiges leur vouldroient faire & en ce employer nos perſonnes ſe meſtier eſt; nos chevances & toutes nos puiſſances ſans y rien eſpargnier & tout le plus avant que faire le pourruns ſaulve & reſervé de noſtre part le Comte Palatin du Rin, & de la part de noſtredit Couſin ſes anciens aliés & confederés de Berne tant ſeulement, & ſera & demoura vaillable perpetuelement ceſte preſente Confederation & Alliancé, nonobſtant certaines autres Alliances par aucuns nos Ambaſſadeurs faites avecques les Ambaſſadeurs de noſtredit Coulin le Duc de Savoye du XX. jour de Mars derrier paſſé. Leſquelles autres Alliances en tant qui touche les reſervations & contenuës leſquelles ſont plus amples que celles devant declarées. Nuus du conſentement d'icelluy noſtredit Conſin avons limités, declairées, & reſtraintes, limitons & declarons & reſtreignons par ces preſentes en telle maniere que en icelles nos Alliances ne ſeront aucuns reſetves, ſore que ledit Comte Palatin de la part de nous & de noſtre tres-chier & tres-amez fils le Comte de Charoloys & de nos hoirs & ſucceſſeurs. Et de la part de noſtredit Coulin & dictes hoirs & ſucceſſeurs Ducs de Savoye ſes anciens aliés de Berne. En teſmoin de ce, nous avons fait mettre noſtre ſeel à ces preſentes. Donné en noſtre Ville de Bruges le IV. jour d'Avril l'an de grace M. CCCC. LXVII. apres Paſques. Par Monſeigneur le Duc. I. de Moleſmes.

ANNO 1467.

Ratification de cette Alliance par le Comte de Charolois, fils de PHILIPPE *Duc de Bourgogne. A Bruges le 4. Avril* 1467.

CHARLES Comte de Charrolois Seigneur de Chaſteau-bellin & de Bethune, Lieutenant general de mon tres-redoubté Seigneur & Pere. Comme par les Ambaſſadeurs de mondit Seigneur & Pere, & ceulx de noſtre tres-cher & tres-amé Couſin Amé Duc de Savoye pour ce aſſemblez en la Ville de Chalon ſur Saone, certaines alliances & confederations aient eſté faites, paſſées & accordées entre mondit Seigneur & Pere & noſtredit Couſin, leſquelles mondit Seigneur & Pere a eues pour agreables. Et afin de les entretenir de ſa part a baillées & expediées ſes Lettres patentes de la date du jourd'huy. Sçavoir faiſons que nous ayans agreables les deſſusdites alliances, & voullans de noſtre part icelles ſortir effet ſelun que par mondit Seigneur & Pere ont eſté promiſes & ſeellées comme dit eſt, avuns promis & promettons de bonne foy & en parole de Prince pour nous, nos hoirs & ſucceſſeurs entretenir, garder, obſerver & accomplir de noſtre part les deſſusdites alliances, telles & en la forme & maniere, & ſoubz les reſervations, conditions & limitations contenues, ſpecifiées & declairées eſdites Lettres patentes de mondit Seigneur & Pere deſſus tranſcriptes. En teſmoin de ce nous avons fait mettre noſtre ſeel à ces preſentes. Donné à Bruges le IV. jour d'Avril, l'an de grace M. CCCC. LXVII. apres Pasques. Par Monſeigneur le Conte. I. de Moleſmes.

CCLXIV.

6. Mai. **Revers der Löblichen Stadt Zürich an Ihr Fürſtliche Gnaden Herrn Hermann Biſchoffen zu Coſtantz/ daß die von den Einwohnern zu Uwiſen auff Verſchaffung Hochbenenten Ihro Fürſtlichen Gnaden an die Stadt Zürich derabfolgte Steur/ dem zwiſchen Biſchoffen Heinrichen/ und dem Capitul von Coſtantz einés/ und der Stadt Zürich andern Theils getroffenen Vertrag unchädlich/ und von freundtſchafft/ nicht aber eines Rechtens ſeyn ſolle. Geben den 6 May** 1467. [Pièce tirée d'une Information de Droit préſentée à l'Empereur en 1716. de la part de l'Evêque de Conſtance, ſous le Titre de Gründliche Information über des Hochſtiefts Coſtantz Jnrisdiction bey deſſen in der Schweitz gelegenen Landſtrafft. Aux Preuves Chap. VIII. Num. IX.]

C'eſt-à-dire,

Revers donné par la Ville de ZURICH, *à* HERMAN *Evêque & Prince de Conſtance, pour aſſurance que les Taxes, que les Habitans de* Uwiſen *lui ont payées par le commandement même dudit Prince, ne doivent point être tirées à conſequence, contre l'Accord précédemment conclu entre l'Evêque* HENRI *avec ſon Chapitre, d'une part, & la dite Ville de* ZURICH *d'autre part; attendu que cette Taxe n'a point été exigée par voie de Droit, mais ſeulement accordée par amitié. Fait le 6. Mai.* 1467.

WIr der Burgermaiſter und Räthe der Statt Zürich/ thund kund allermännigelichen mit diſem Brieff. Als wir von unſer Notturfft wegen uff unns und alle die unſern in unſern hohen und nidern Gerichten

ANNO 1467. Gerichten ein Stür und Anlegung uns zu geben angesehen / und die an die von Uwisen in unser Graffschafft Kiburg hochen Gerichten gelegen / auch gevordert / die sich dere zu geben gewidert / dennach wir den Hochwirdigen Fürsten und Herrn Herren Herman Bischoff zu Costanz unsern fundern gnädigen Herrn gebetten habent / diewile die von unseern in siner Gnaden kleinen Gerichten gesessen sind mit einem zu verschaffen / uns söllich Stür und Anlegung zu geben / der daruff duech sunder Gnad damit Er gegen uns geneigt ist / mit ihnen geschafft hatt / daß sy uns sollich Stür und Anlegung geben sollent / und daß sölliche von unser Syte dem überleage zwischen Siner Gnaden Vorvaren seliger Gedechtnuß Bischoff Heinrichen / dem Capitel zu Costentz / und uns gemacht in andern Artickten unscheidlich und von Fründschafft / und dehains Rechten wegen sin solle. Und deß zu warem vesten Urkund / so gebent wir sinen Gnaden disen Brieff mit unsern anhangenden Secret versiglet. Der geben ist uff sechsten Tag Mayen do man zalt von Christi unsers lieben Herrn Geburt vierzechen hundert sechzig und in dem sibenden Jarn.

CCLXV.

29. Mai. SAVOYE ET CALABRE. *Traité d'Alliance entre* JEAN *Duc de Calabre*, & AME' IX. *Duc de Savoye, fait devant Gironne le* 29. *Mai* 1467. [S. GUICHENON, Hiſtoire Généalogique de la Maiſon de Savoye. Preuves. pag 407.]

PREMIEREMENT ont appoinctés & accordé que conſiderant l'affinité, amitié & vicinité de Pays qu'a eſté de long temps, & eſt à preſent entre lesdits Seigneurs Ducs & leurs Maiſons pour touſiour mieulx entretenir bonne & vraye amour enſemble, ſont & accordent ſeure & ferme Alliance, & Confederation perpetuelle pour eulx, leurs hoirs & ſucceſſeurs. C'eſt aſſavoir és Marches & Pays d'Italie, & touchant icelles tant ſeulement. Item que pour la preſente Alliance & intelligence lesdits Seigneurs ſeront tenuz & obligez de ſervir en armes, & ſecourir l'un l'autre de tout leur povoir, Terres, Seigneuries, Parens, Adherens, & Alliez contre tous leurs Ennemis & autres quelxconques que grever les vouldroient, & auſſi ayder à ſecourir l'un l'autre comme deſſus en toutes leurs entrepriſes qu'ilz ont ou auront eſdites Marches & Pays d'Italie. Item a eſté accordé entre les ſusdits ou nom que deſſus que par quelcumque promeſſe faite entre eulx és parolles deſſusdites, ne ſoit point compriz le Roy, ſa perſonne, ne ſon Eſtat par quelque voye directe ou indirecte, ains en toat & par tout, ſoit excepté & reſervé, car lesdits Seigneurs n'entendent faire entrenlx ne accorder choſe que luy doye deſplaire. Et pource ledit mon tres-redoubté Seigneur Monſeigneur le Duc de Calabre en preſence de ſon Conſeil, & de moy Loys Durant ſon Secretaire a promis en ſoy de Prince ausdits Ambaxadeurs entrevenans ou nom que deſſus toutes les choſes ſusdites & chaſcune d'icelles tenir, accomplir & obſerver & contre nou venir. Et eu teſmoin de ce ledit Seigneur a ſigné les preſents Chapitres de ſa propre main & les a fait ſeeler de ſon ſeel ſeeret. Donné en ſon Camp devant Geronne le XXIX. de May M. CCCC. LXVII. Signé Jehan, & plus bas par ledit Monſeigneur le Duc de Calabre &c. le Sire de Sault, le grand Preſident de Provence, l'Eſcuyer Carrion, Gaspart Coſſe Conſeillers dudit Seigneur, & autres preſents. Signé DURANT.

CCLXVI.

15. Juin. NORMANDIE ET SAVOYE. *Traité de Confédération entre* CHARLES DE FRANCE *Duc de Normandie, &* YOLAND DE FRANCE *ſa Sœur Ducheſſe de Savoye, fait à Gaure, le* 15. *Juin* 1467. [S. GUICHENON, Hiſtoire Généalogique de la Maiſon de Savoye. Preuves. pag. 408.]

CHARLES Filz & Frere de Roy de France, Duc de Normandie. A tous ceulx qui ces preſentes Lettres verront Salut, Sçavoir faiſons que pour la tres grande & ſinguliere amour & confiance que avons à noſtre Tres-chere & Tres-amée Sœur la Ducheſſe de Savoye, outre la proximité de lignage, dont elle nous attient & pour touſiours plus nous perpetuer, obliger d'amour inſeparable avecques noſtredite Sœur. Avons aujourd'huy prins & fait Alliance avecques elle, tant en ſon nom, comme ayant le Gouvernement du Duché de Savoye par les trois Eſtats dudit Duché pour Nous, & pour nos Aliés à la maniere qui s'enſuit. C'eſt aſſavoir que nous tant en noſtre nom que pour nos Alliés ayderons, ſouſtendrons, favoriſerons & ſecourrons noſtredite Sœur en toutes ſes affaires à venir & contre tous ceulx qui voudroient entreprendre aucune choſe contre noſtredite Sœur, ſa perſonne, ſes Terres & Seigneuries preſens & à venir, tendrons & reputerons ſes Ennemys pour nos Ennemys & ſes bienveillans pour nos Amis ſans nul excepter ou reſerver, fors ſeulement noſtre Tres-chier & Tres-amé Couſin le Duc de Bretaigne, & noſtre Tres-chier & Tres-amé Frere le Comte de Charolois. Auſſi noſtredite Sœur ſera tenuë pareillement nous ſervir, aydet & ſecourir de ſon ponvoir envers & contre tous, ſans nul excepter, fors ſeulement les deſſusdits Duc de Bretaigne & Comte de Charolois, & par expres nous ayder, noſtredite Sœur au recouvrement de noſtre Duché de Normandie, lequel entendons à reconvrer de bref à l'ayde de Dieu & de nos Amys, & Alliés, & tout ſelon le contenn du Scellé de noſtredite Suer, lequel elle nous a envoyé pour cette matiere en la forme de ce preſent Scellé, pourveu que noſtredite Sœur ſera tenuë fere ratifier ſondit Scellé par noſtre Tres-chier & Tres-amé Frere le Duc de Savoye ſon Mary, & par les trois Eſtats dudit Duché & ladite Ratification elle nous envoyera, & afin que ces choſes ſoient fermes & eſtables; Nous avons juré & promis en bonne foy, & en parolle de Prince les obſerver & garder. En teſmoin de ce Nous avons ſigné ces preſentes de noſtre main & fait ſceller de noſtre ſcel. Donné a Gaure le XV. jour de Juin, l'an de grace M. CCCC. LXVII.

ANNO 1467.

CCLXVII.

20. Juill. BOURGOGNE ET SAVOYE. *Traité d'Alliance & de Ligue entre* CHARLES *Duc de Bourgogne, &* PHILIPPE DE SAVOYE *Comte de Baugé & Seigneur de Breſſe. Fait à Bruxelles, le* 20. *Juillet* 1467. [S. GUICHENON, Hiſtoire Généalogique de la Maiſon de Savoye. Preuves. pag. 437.]

CHARLES par la grace de Dieu Duc de Bourgogne, de Lothier, de Brabant, de Lemborg, & de Luxembourg, Comte de Flandres, d'Artois, de Bourgogne, Palatin, de Haynaut, de Hollande, de Zellande, & de Namur, Marquis du Sainct Empire, Seigneur de Frize, de Salins, & de Malines. A tous qui ces preſentes Lettres verrout, Salut; Sçavoir faiſons que pour la ſinguliere, parfaite & entiere amour que nous avons & portous à la Tres-noble Maiſon de Savoye comme nos Predeceſſeurs Ducs de Bourgogne ont touſiours fait, ſpecialement pour l'affection cordiale que avons à la perſonne de noſtre Tres-chier & Tres-Amé Couſin PHELIPPE DE SAVOYE *Comte de Baugié & Seigneur de Breſſe*; Nous enſuivant les bonnes & loüables Amitiés & Confederations n'agueres & derrannement faites entre feu noſtre Tres-chier Seigneur & Pere, dont Dien ayt l'ame & nous d'une part, & noſtre tres-chier & tres-amé Couſin le Duc de Savoye, qui eſt à preſent d'autre; Avous fait & faiſons Alliance, Confederation, & intelligence perpetuelle avec noſtredit Couſin Phelippe de Savoya & ly pareillement avec nons en la maniere qui s'enſuit: C'eſt aſſavoir que de ce jour en avant nous ly ſommes, & ſerons vray & loyal amy ſa perſonne, ſon honneur, ſes Pays, Seigneuries & ſubgets contre ceux qui grever ou dommegier le voudroient, tout ce que ſaurons ou pourrons ſavoir par qui ne comment que cé ſoit nuyſable ou prejudiciable à la perſonne de nostredit Couſin, & à ſesdits Pays, Seigneuries & Subgets ly ſignifierons, l'en advertirons & en toutes autres manieres & façons à nous poſſibles y obvierons & l'empeſcherons en tout ce qu'il aura, & pourra avoir à faire doresnavant, ſoit pour conqueſte de ſon heritage ou autre juſte querelle le conſeillerons, & ſerons conſeillier ſe requis en ſommes au mieux & le plus loyaumment que faire le pourrons, & pour l'addreſſe & ſouſtenance

Anno 1467. tenance de ce que ly conſeillerons ly ferons toute ayde, confort & aſſiſtance à nous poſſible, de laquelle Alliance noſtredit Couſin le Comte de Baugyé nous a baillé ſes Lettres Patentes ſeellées de ſon ſeel de la datte du jour dhuy en telle & pareille forme que lesdites preſentes, leſquelles en teſmoin de verité nous avons ſignées de noſtre main & à icelles fait mettre & appendre noſtre Seel. Donné en noſtre Ville de Bruxelles le vingtieſme jour de Juillet l'an de grace mil quatre cents ſoixante-ſept. Signé Charles, & plus bas I. Gros.

CCLXVIII.

ANNO 1468. & Domini nostri Domini Pauli Papæ secundi antedicti, Pax inter omnes Potentatus Italiæ inclusa, celebrata, & in certa Capitula stipulata fuisset, essetque ex forma dictæ Pacis, & Capitulorum. Quod singuli ex Potentatibus inter quos principaliter erat facta Pax intra constitutam diem suos Colligatos, Confœderatos, Adhærentes, Complices, Sequaces, & Recommendatos declarare, & intimare hinc indè deberent, & deinde consulere, & mature inter Sanctissimum Dominum nostrum Papam, & Oratores dictorum Potentatuum conventum etiam fuisset, ut propter adductas tunc in medium causas efficaces intimationes dictarum Declarationum per ipsos omnes Potentatus, vel eorum Procuratores in Alma hac Urbe, & conspectu ejusdem Sanctissimi Domini nostri fieri ad dictam diem deberent: Ipsaque dies jam proxima esset Reverendus Pater D. Petrus Guillermus Roccha Apostolicus Prothonotarius, & Referendarius, ac Sacri Consilii Serenissimi, atque Invictissimi Principis Domini Ferdinandi Regis Siciliæ Præsidens, ejusdemque Domini Regis in Romana Curia Orator, & ad declarationem, & intimationem faciendam prædictus Procurator, & Mandatarius spetialiter constitutus ex Litteris, quarum tenores infra ad verbum inserentur. Et Magnificus Eques Dominus Petrus Maurocenus Illustrissimi, & Excellentissimi Principis Domini Christophori Mauro Ducis, & Incliti Dominii Venetorum Orator, Procurator, & Sindicus spetialiter ad similem declarationem, & intimationem faciendam constitutus ex Instrumento quod alias insertum fuit de verbo ad verbum in alio Instrumento Ratificationis dictæ Pacis inter easdem Partes die XVII. præsentis mensis celebrato per Nos Gasparem, & Johannem, ac Jacobum, & Dandum Notarios infrascriptos stipulato. Nec non & Magnificus Eques, & Doctor Dominus Otho Lapi de Nicolinis Illustris, & Excelsæ Communitatis Florentiæ Orator, Sindicus, & Procurator similiter ad prædictam declarationem, & intimationem faciendam constitutus, & deputatus ex Instrumento, quod in suprascripto alio Instrumento Testificationis Pacis, die XVII. præsentis mensis celebrato, & per Nos suprascriptos Notarios stipulato, insertum fuit: Constituti ante conspectum Sanctissimi Domini nostri Papæ præfati, ubi ad finem declarationum, & intimationum infrascriptarum intra debitum tempus ex forma dictorum Capitulorum faciendarum convenerant. Primo & ante omnia dixerunt, se vicissim, unum alterius Mandata suprascripta vidisse, & quod erant bene sufficientia, & contentabantur, quod absque alia electione haberentur, & censerent bene idonea; & sufficientia. Deindè præfatus Reverendus D. Prothonotarius Roccha Orator Regius exhibuit Cedulam tenoris, qui sequitur videlicet.

Reverendus in Christo Pater Dominus Petrus Guillermus Roccha Jur. Utr. Doctor Apostolicus Prothonotarius, & Referendarius, ac Serenissimi, & Invictissimi Domini Ferdinandi Siciliæ &c. Regis Consiliarius, & loi Sacri Consilii Præsidens, Orator, Procurator, & Mandatarius ad infrascripta plenam potestatem habens. Ac Magnificus Eques, & Legum Doctor Dominus Otho Lapi de Nicolinis Illustris, & Excelsæ Rei Publicæ Florentinæ Orator, Sindicus, & Mandatarius, & ad infrascripta etiam plenam potestatem habens nomine, vice, & pro parte prædictorum Dominorum suorum, & Serenissimæ Ligæ declarant, & intimant Sanctissimo, & Beatissimo Domino nostro Paulo secundo Summo Pontifici, ac Magnifico Domino Petro Mauroceno Equiti, Oratori, Sindico, & Mandatario Illustrissimi Domini Ducis, & Incliti Dominii Venetiarum Magnificam Communitatem Lucanam fore, & esse cum prædicta Serenissima Liga, ac Serenissimo Domino Rege, Illustrissimo Domino Duce Mediolani; & Illustri Republica prædictis communiter & divisim, Colligatam, Adhærentem, & Benevolam. Dictus item Rererendus Dominus Prothonotarius nomine suprædicto declarat, & intimat præfato Sanctissimo Domino nostro, ac Domino Petro Mauroceno, & Domino Otthoni Lapi de Nicolinis nominibus, quibus supra, omnes, & singulos infrascriptos etiam Colligatos, Recommendatos, Adhærentes, Complices, Sequaces, Benevolos, & devotos præfato Serenissimo Domino Regi Ferdinando, videlicet Magnificam Communitatem Senarum. Item Illustrem, & Potentem Dominum Ludovicum de Gonzaga Marchionem Mantuæ prædicti Serenissimi Domini Regis Capitaneum generalem. Item Illustrem & Potentem Dominum Fredericum Montisferretri Urbini &c. Comitem, & prædictæ Serenissimæ Ligæ Capitaneum generalem.

CCLXXV.

26. Juin. *Instrumentum publicum Actorum Romæ in conspectu S. Patris* PAULI II. *Papæ in puncto Denominationis Colligatorum Adhærentiumque & Accessionis nonnullorum Principum & Communitatum Italiæ ad Pacem publicam die 8. Maii celebratam, nimirum Ducis* SABAUDIÆ, *Ducis* MUTINÆ, *Reipublicæ* SENNARUM, *nec non Communitatis & Populi* LUCENSIS; *Anno Domini* 1468. *die Dominica* 26. *mensis Junii.* Cum DIPLOMATIBUS V. *prædictarum Denominationum & Accessionum, sub diversis Datis, in Instrumento principali insertarum.* [Pièce authentique, tirée des Archives Archiducales de Mantouë.]

In Dei Nomine Amen.

ANNO Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo, die Dominica vigesima sexta mensis Junii Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri Domini Pauli divina Providentia Papæ secundi Anno quarto. Noverint universi, & futuri hoc Instrumentum visuri, lecturi, & audituri. Quod cum eodem Anno, die octava mensis Maii, singulari Misericordis Dei munere, Ministerio indefesso, laboribusque, & vigiliis pæne infinitis Sanctissimi in Christo Patris,

ANNO 1468. neralem. Item Magnificum, & Potentem Dominum Jacobum Tertium de Aragona de Appiano Plumbini &c. Dominum. Item Magnificum & Potentem Dominum Julium Camerini &c. Dominum. Item Magnificum & Potentem Dominum Aldobrandum Suanæ, & Pitiliani Comitem. Item Magnificum, & Potentem Dominum Manfredum de Corrigia Corrigiæ, & Sillæ Comitem. Item Magnificum Dominum Andream de Piccolominibus Caſtilionis de Piscaria, & Gigli Dominum. Item Magnificum Dominum Stephanum de Columna. Item Magnificum Dominum Laurentium de Columna legendam ut ab omnibus intelligeretur. Dixitque in ea contineri Confederatos, Colligatos, Recommendatos, Adhærentes, Complices, Sequaces, Benivulos, quos Sereniſſimus Dominus Rex ejus Principalis declarabat ſe habere. Et ſucceſſive Magnificus Dominus Petrus Maurocenus, Orator Venetus antedictus exhibuit Inſtrumentum, cujus tenor infra ad verbum ſequitur.

In Chriſti Nomine Amen. Anno à Nativitate ejusdem milleſimo CCCC. LXVIII. Indictione prima, die XXIIII. menſis Maii. Illuſtriſſimus Princeps, & Excellentiſſimus Dominus Dominus Chriſtophorus Mauro Dei gratia Dux, & Inclitum Dominium Venetiarum advertentes, & conſiderantes quod die octavo præſentis menſis Pax, & bona Concordia facta, contracta, celebrata, & firmata fuit Romæ auctoritate, & medio Sanctiſſimi, & Beatiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Domini Pauli digna Dei prudentia ſacroſanctæ Romanæ, ac Univerſalis Eccleſiæ Summi Pontificis inter Sereniſſimum, & Excellentiſſimum Dominum Ferdinandum Siciliæ &c. Regem, Illuſtriſſimum, & Excellentiſſimum Dominum Galeatium Mariam de Vicecomitibus Ducem Mediolani, Papiæ, Angleriæque Comitem, ac Januæ, & Cremonæ Dominum, & Excelſam Communitatem Florentiæ ſuos Colligatos, Confederatos, Complices, Sequaces, Reccommendatos, Subditos, & Stipendiarios ex una parte, & ipſum Illuſtriſſimum Dominum Ducem, & Inclitum Dominium Venetiarum cum ſuis Colligatis, Adhærentibus, Confederatis, Recommendatis, & aliis, ut ſupra nominatis ex altera parte modis, Pactis, Capitulis, & Condicionibus in Inſtrumento dictæ celebratæ Pacis deſcriptis, particulariterque contentis, inter quæ quidem Capitula eſt unum ſpetiale, quod intra terminum dierum quinquaginta à die Stipulationis Contractus Pacis incohandorum unaquæque Partium teneatur, & debeat nominare Colligatos, Adhærentes, Confederatos, Complices, Sequaces, & Recommendatos ſuos, eosque in ſcriptis dare. Volentesque, & intendentes ipſe Illuſtriſſimus Dominus Dux, & Inclitum Dominium Venetiarum ea omnia, quæ conventa, & firmata ſunt per Pacem prædictam effectualiter adimplere juxta continentiam Capituli Pacis ejusdem ex certa ſcientia, ac firmo propoſito dederunt, & denominaverunt ac dant, & denominant præfatis Sereniſſimo Domino Regi Ferdinando, Illuſtriſſimo Domino Galeatio Mariæ Duci Mediolani, & Excelſæ Communitati Florentiæ, infraſcriptos eorum Colligatos, Adhærentes, Confederatos, Recommendatos, Complices, & Sequaces qui in dicta Pace, & Concordia concludantur, earumque beneficio habeant gaudere cum omnibus Colligatis, Adhærentibus, Confederatis, Recommendatis, Complicibus, & Sequacibus, Stipendiariis, & Subditis ſuis. Nomina autem Colligatorum, et aliorum ut ſupra hæc ſunt videlicet Illuſtris Dominus Dux Sabaudiæ cum Univerſa illa Excelſa Domo, Illuſtris Dominus Sigismundus Dux Auſtriæ. Illuſtris Dominus Dux Murinæ, & Regii, ac Marchio Eſtenſis. Illuſtris Dominus Marchio Montiſferrati. Illuſtris Dominus Marchio Saluciarum. Illuſtris Dominus Marchio Mantuæ. Reverendus in Chriſto Pater Dominus Epiſcopus Tridentinus. Illuſtris Capitaneus Dominus Bartholomeus Coleonus. Illuſtris Dominus Sigismundus Pandulfus de Malateſtis. Magnifica Domina Iſotta, & Magnificus Dominus Salueſtius Arimini. Illuſtris Dominus Comes Urbini. Illuſtris Dominus Alexander Sforcia Piſauri. Magnificus Dominus Pinus Forlivii. Magnifici Domini, Carolus Galeottus, & Lancellotus Faventiæ. Magnifica Communitas Senarum. Magnifica Communitas Lucenſis, Magnifica Communitas Bononiæ, & Magnifica Communitas Anconæ. Supraſcripti omnes nominati ſunt pro Colligatis, Confederatis, & Adhærentibus. Inſtraſcripti vero pro Recommendatis. Magnificus Comes Goriciæ. Magnifici Nobiles de Corrigia; Magnifici Galeottus, & Antonius Maria della Mirandula. Magnificus Comes Johannes Veglæ, & Segnæ. Magnificus Dominus Petrus, & Nepotes de Lodrono. Magnifica Domina Eliſabeth de Angreſta ſive filii, & hæredes ſui. Filii III. Domini Ducis ſanctæ Savæ, & filius Magnifici Domini Scanderbegi, ſalvis ſemper, & reſervatis juribus debita reverentia ſummiſſioneque quam ſupraſcripti Vicarii, & Communitates erga Summum Pontificem, & Apoſtolicam Sedem habere ſunt obligati. Mandantes mihi Notario infraſcripto, ut de prædicta nominatione publicum, & authenticum conficiam Inſtrumentum, quod ad majorem certitudinem, & firmitatem prælibatus Illuſtriſſimus Dominus Dux juſſit ejus Bulla plumbea pendente muniri. Actum Venetiis in Ducali Pallatio in Salla Aucellarum. Præſentibus Egregio, & ſapientibus Viris Ser Alexandro à Fornacibus. Phebo Capella, & Marco Aurelio Ducalibus Secretariis ad hæc vocatis, ſpetialiter & rogatis. Ego Dominicus Stella quondam Ser Johannis de Venetiis publicus Imperiali auctoritate, ac prælibati Illuſtriſſimi Dominii Venetiarum Notarius prædictis omnibus, & ſingulis, dum ſic, ut præmittitur, agerentur, & fierent interfui, Et ea rogatus, juſſuſque ſcribere ſcripſi, & in hanc publicam formam redegi ſigno, & nomine meo appoſitis conſuetis. Legendo & dixit in eo contineri nomina omnia quos Illuſtriſſimum Dominium Venetiarum declarat eſſe ſuos Confederatos, Colligatos, Adhærentes, Recommendatos, Complices, & Sequaces. Similiter etiam, & Magnificos Dominus Ottho prædictus Orator Florentiæ exhibuit Cedulam legendam tenoris, qui infra ſequitur, videlicet.

ANNO 1468.

Magnificus Dominus Ottho Lapi de Nicoliuis Eques, & Legum Doctor Eximius Orator, Procurator, Sindicus, & Mandatarius Illuſtris, & Excelſæ Rei Publicæ Florentinæ ad infraſcripta plenam habens poteſtatem vice, & nomine, & pro parte Dominorum ſuorum, & prædictæ Rei Publicæ Florentinæ declarat, & intimat Sanctiſſimo Domino noſtro Paulo ſecundo Summo Pontifici, ac Reverendu in Chriſto Patri Domino Petro Guillermo Roccha Apoſtolico Prothonotario, & Refferendario, ac Sereniſſimi, & Invictiſſimi Domini Ferdinandi Siciliæ &c. Regis Conſiliario, & ſui ſacri Conſilii Præſidenti, Oratori, Procuratori, & Mandatario præfati Sereniſſimi Regis, ac etiam Magnifico Domino Petro Mauroceno Equiti, Oratori, Sindico, & Mandatario Illuſtriſſimi Domini Ducis, & Inclitii Dominii Venetiarum, præfatis nominibus omnes, & ſingulos infraſcriptos eſſe Colligatos, Confederatos, Adhærentes, Complices, Sequaces, & Recommendatos præfatæ Illuſtris, & Excelſæ Rei Publicæ Florentinæ: Videlicet, Illuſtrem & Potentem Dominum Ludovicum de Gonzaga Marchionem Mantuæ. Item Illuſtrem & Potentem Dominum Fredericum Montisferretri, Urbini &c. Comitem, & Sereniſſimæ Ligæ præfatorum Sereniſſimi Regis, Illuſtriſſimi Ducis Mediolani, ac Illuſtris Rei Publicæ Florentinæ Capitaneum Generalem. Item Magnificam Communitatem Bononiæ. Item Magnificam Communitatem Perufii. Item Illuſtrem Dominum Alexandrum Sfortiam Piſauri &c. Item Illuſtrem Dominum Sigismundum Pandulfum de Malateſtis &c. Item Magnificum Communitatem Tiferni, Item Magnificum Dominum Jacobum Terzo de Appiano Plumbini &c. Item Magnificum Dominum Tadeum Imolæ &c. Item Magnificum Dominum Spinettam de Malespinis de Verrucula, Item Magnificum Dominum Jacobum, & Fratres de Malespinis de Fodisnovo, & Magnificum Leonardum ejus Nepotem. Item Magnificum Dominum Ludovicum de Campo Fregoſo, & Magnificum Dominum Thomaſium ejus Nepotem, Item Magnificum Dominum Pier Nofrium Comitem Montis Dolti, Item Magnificum Dominum Ugolinum Marchiunem Montis ad ſanctam Mariam, Item Nobiles Viros filios Johannis de Monte Acuto. Item Nobiles Viros filius Johannis de Alidoſiis. Item Nobiles Viros filios Rainerii della Saſecta. Item Dominum Barnabo, & Dominum Nicolaum Fratres, & filios Domini Ricardini Marchionis de Malispinis. Item Dominum Bartholomeum Marchionem Malaspinam, filium Domini Nicolai de Malgrado. Item Dominum Spinettam filium Domini Bartholomei Marchionem de Bagnouo. Item Dominum, Azolinum Domini Todeſchi de Tireſchieto, & omnes alios Marchiunes de Terzerio, & dixit in ea deſcripta eſſe nomina eorum quos Illuſtris, & Excelſa Communitas Florentina declarat eſſe ſuos Colligatos, Confederatos, Adhærentes, Complices, Sequaces, & Recommendatos.

Sanctiſſimus autem Dominus noſter Papa antedictus, auditis Cedulis, & Inſtrumento præfatis, & quod quilibet

ex

ANNO 1468. ex dictis Potentatibus nominaverat plures ex Subditis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & ſuæ Sanctitatis pro Confederatis &c. Egit gratias Domino Petro Oratori Veneto prædicto, & ejus Principalibus licet abſentibus qui quanquam in effectu egiſſent non magis eque quam cæteri Potentatus antedicti nominando ſuæ Sanctitatis Subditos, quos non debebant, ſaltem uſi fuerant ea modeſtia qua honeſtaverant eorum factum qualecumque illis verbis videlicet ſalvis ſemper, & reſervatis Juribus debita reverentia, ſummiſſioneque, quam ſupraſcripti Vicarii, & Communitates erga Summum Pontificem, & Apoſtolicam Sedem habere ſunt obligati. Et nihilominus proteſtatus eſt, ſe exiſtimare quod Nominationes, ſeu Declarationes Subditorum ſuæ Sanctitatis, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, tam per Regium, quam per ipſum Venetorum, & prius per Domini Ducis Mediolani, ſeu etiam per Florentiæ Oratores aut eorum Principales factæ, non teneantur, neque valeant, aut debeant admitti, & quod ideò eas non recipiebat, neque admittebat, niſi li, & quatenus deberent de jure admitti, & caſu quo eas deberet de jure admittere ex oppoſito nominavit deſcriptos in Cedula, quam habebat in manibus, & quam omnibus audientibus legit, & in præſenti Inſtrumento inſeri mandavit pro ſua nominatione, & declaratione, ac intimatione, cujus tenor ad verbum ſequitur, & eſt talis videlicet.

PAULUS Papa ſecundus, pro noſtris, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Colligatis, & Confederatis &c. in Pace Italica nuper celebrata corespondendo declarationi, & intimationi Cariſſimi in Chriſto filii Ferdinandi Regis &c. ante omnia tamen proteſtantes nos ommittere Declarationem Ducis Soræ ejusque Matris, & aliorum ſuorum cum eorum Terris, & Subditis univerſis, quia per Fel. Record. Dominum Pium Papam ſecundum Prædeceſſorem noſtrum Statui ſanctæ Romanæ Eccleſiæ incorporatæ fuerunt: alias pro Recommendatis nominaviſſemus eos, prout nominamus, quatenus opus eſt, Et ſimiliter de Abbatia Monris Caſſini, & de Monte Caſſino, Terriſque, Locis, Vaſſalis, & pertinentiis ſuis univerſis, quia Subditi ſunt noſtri immediate: Declaramus, & intimamus infraſcriptos dilectos filios, & Nobiles Viros videlicet. Civitatem Cajetanam, & Rogeronem de Celano Domini Balcerani &c. cum Terris, Vaſſallis, & Subditis ſuis. Similiter corespondendo declarationi, & intimationi dilectorum filiorum Nobilis Viri Ducis, & Dominii Venetiarum proteſtamur nos obmittere intimationem Patriarum Fori, Julii, & Hiſtriæ, ac Civitatum Ravennæ, & Cerviæ, cum de jure ſpectent, & pertineant ad Romanam Eccleſiam. Declaramus autem, & intimamus &c. ut ſupra diximus dilectos filios, Civitatem Paduanam, Vicentinam, Veronenſem, Porixienſem, Tarviſinam, Bergomenſem, & Jadrenſem. Et ſimiliter corespondendo declarationi, & intimationi dilectorum filiorum Communitatis Florentinæ proteſtamur nos obmittere intimationem Terræ Burgi ſancti Sepulchri, quia eſt de proprietate, Dominio, & Patrimonio ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, licet pignorata ſit pro ſumma Florenorum auri de ſigillo XXV. M. Anno Domini M. CCCC. XL. ſexto Kalendas Martii per Fel. Rec. Dominum Eugenium Papam quartum noſtrum Prædeceſſorem, prout ex Regiſtris, & Bullis ſuis apparet, ſed declaramus, & intimamus &c. ut ſupra diximus, dilectos filios. Civitatem Piſarum, Aretinam, Corronenſem, Vulteranam, Piſtonenſem, dilectos filios Oppidanos, & Oppida Piſciæ atque etiam Prati pariter etiam proteſtamur, quod nos nuper cum præſentibus Oratoribus dilecti Filii Galeæ Ducis Mediolani corespondendo declarationi per eum ex Inſtrumento factæ declaravimus, & intimavimus noſtros Confederatos &c. conſulto obmiſiſſe intimationem Inſulæ Corticæ quia pertinet, & ſpectat ad ſanctam Romanam Eccleſiam, idque doceri poteſt per diverſa Documenta. Quia verò Regius, & Florentiæ Oratores antedicti audita laudatione ſuæ Sanctitatis de Venetis pro ſupraſcriptis verbis, facta & displicentia per ejus Sanctitatem forte ex tali eorum nominatione ſuſcepta addiderant ſinguli verbo ad dictas eorum Cedulas formaliter verba ſimilia ſupraſcriptis quæ ſunt in Inſtrumento Venetorum videlicet ſalvis ſemper, & reſervatis Juribus debita reverentia ſubmiſſioneque, quam ſupraſcripti Vicarii, & Communitates erga Summum Pontificem, & Apoſtolicam Sedem habere ſunt obligati. Idem Sanctiſſimus Dominus noſter volens ſicut dictam nominationem præter ſuum inſtitutum, & eorum exemplo tantum indutus fecerat, ita ubi modeſte agerent eos aut equare, aut ſuperare. Addidit ſimiliter ſupradictus ſuis nominationibus, ſeu declarationibus, ſalvis tamen in illis Dominiis Civitatibus, & Locis, quæ nominaſſet, Juribus ſingulorum ex ipſis Potentatibus, quæ Jura in eisdem Locis ſalva eſſe debent eorum Principalibus prædictis, tam Regius, quam Venetus & Florentinus Oratores prædicti protellati fuerunt; & ſunt. Et quod declarationes per præfatum Sanctiſſimum Dominum noſtrum de Subditis Dominiorum ſuorum factas non admittebant, niſi ſi & quatenus deberent de jure admitti. Poſt autem ea verba. Idem Sanctiſſimus Dominus noſter Papa, & prædicti omnes Domini Oratores ut Capitulo prædicto Pacis plenè ſatisfacerent, & ejus tenorem adimplerent, viciſſim ſibi prædictis nominibus intimarunt declarationes Confederatorum &c. per eos, ut premittitur, factas, videlicet: Idem Sanctiſſimus Dominus noſter Papa Regio, Veneto, ac Florentino, & Regius ipſi Sanctiſſimo Domino noſtro Papæ, & Veneto, ac Florentino, & item Venetus eidem Sanctiſſimo Domino noſtro Papæ, ac Regio, & Veneto Oratoribus proteſtantes omnes, & ſingulí, ſe tunc eodem modo intimare, & eandem intimationem factam Oratoribus præfatis Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani, ſeu ipſi Domino Duci licet abſentibus: Quod ſe facere poſſe, & debere aſſeruerunt virtute ſupradictæ Conventionis, die ſecunda prætentis menſis Junii factæ. Cum autem inter ſepe dicta Capitula Pacis ultimo loco ſit Capitulum tenoris infraſcripti videlicet. Item Partes prædictæ convenerunt, quod omnibus, & ſingulis aliis Dominis quacumque dignitate etiam Regali fungentibus, & habentibus Dominium aliquod in Italia, & Potentatibus Italiæ, liceat infra terminum duorum menſium Pacem, etiam ut Principales intrare, & illa gaudere cum omnibus, & ſingulis in ea contentis pro Dominiis in ea exiſtentibus dumtaxat. Eſſentque extra Cameram infraſcriptam, ut dicebatur, nonnullorum Principum, & Communitatum Italiæ Oratores, & Procuratores, qui aut ipſam Pacem vigore Capituli prædicti de novo intrare, aut intratam, prius de ſuorum Principalium ſpetiali Mandato, ratificare intendebant, & ut admitterentur inſtabant. Sanctiſſimus Dominus noſter Papa ſepedictus prædictis Dominis Oratoribus Regio Veneto, & Florentino audientibus, & intelligentibus juſſit primo vocari, & introduci Ducum, & Principum, qui Pacem prædictam ingredi, aut aliquid ad eam ſpectans, agere vellent, Oratores. Ad eamque vocationem ingreſſi Reverendus Pater Dominus Johannes de Campeſio Abbas de Siis, & Filfaci, Magnificus Eques Dominus Ugo Dominus Caudeati. Dominus Johannes Bariaci; & Humbertus Condominus Lucingii Oratores, Procuratores, & Mandatarii Illuſtriſſimi Principis Domini Amadei Sabaudiæ &c. Ducis ad infraſcripta peragenda ſpetialiter conſtituti ex patentibus ejusdem Domini Ducis Litteris datis Caregnani, die XXIII. Maii præſentis anni ſubſcriptis ejus propria, & Spectabilis Viri Domini L. de Puteo ejus Secretarii manibus, ſigillatisque ejus rotundo Sigillo in Cera Rubea pendenti infra ad verbum inſertis, & quas præfati Regius, & Venetus, ac Florentinus Oratores aſſeruerunt, ſe vidiſſe, & examinaſſe, ac quod eſſent idoneæ, & ſufficientes, expoſuerunt præfatum Illuſtriſſimum Dominum Ducem Sabaudiæ eorum Principalem accepto Nuntio concluſæ Pacis ſupradictæ, cognitaque reſervatione ingrediendi eandem Pacem tam ſibi, quam reliquis Potentatibus Italiæ ex ſupradicto Capitulo facta; illico pro innato ſibi deſiderio Pacis, & quietis, ſtatuiſſe Pacem ipſam, ſicuti ex dicto ultimo Capitulo poterat, & ſibi erat permiſſum pro ſuis Dominiis in Italia exiſtentibus ut Principalem ingredi, ac intrare, & illa gaudere cum omnibus, & ſingulis in ea contentis, eaque cauſa miſiſſe ipſis Facultatis prædictæ Litteras; quarum virtute, & vigore ipſi Domini Oratores Pacem ipſam pro ſepædicto eorum Duce pro Dominiis, quæ habet in Italia ut Principales intraverunt, illaque velle uti, & gaudere cum omnibus, & ſingulis in ea contentis. eo amplioni, & validiori modo, quo vigore prædicti eorum Mandati poterant, & eis licebat: dicto nomine aſſeruerunt, & proteſtati ſunt. Et item Spectabilis, & generoſus Vir Jacobus de Trottis Illuſtriſſimi Principis Domini Borſii Ducis Murinæ &c. Orator, & Procurator ad infraſcripta peragenda ſpetialiter conſtitutus ex patentibus Litteris ejusdem Domini Ducis Principalis ſui datis Ferrariæ die XX. menſis Maii præſentis anni ejusque magni ſigilli in alba Cera impreſſione munitis infra ad verbum inſertis. Quas præfati Domini Regius, Venetus, & Florentinus Oratores ſimiliter ſe vidiſſe, & examinaſſe, ac quod eſſent bene ſufficientes aſſeruerant una cum eisdem Oratoribus Ducis Sabaudiæ eandem Cameram ingreſſus; peractis ita

ANNO 1468. per eosdem Sabaudienſes Oratores præmiſſis; expoſuit præfatum Illuſtriſſimum Dominum Ducem Mutiæ Principalem ſuum, ut primum accepit Nuntium concluſionis Pacis ſupradictæ, & item ingreſſus ejusdem Pacis per ipſum Jacobum eodem penè momento, & puncto facti, & celebrati eo modo, quo conſtat publico Inſtrumento per nos Notarios infraſcriptos confecto. In primis totius Italiæ glorioſiſſimæ Parentis ſuæ, cui poſt graviſſimum Prælium amena dulcisque Pax obtigiſſet. Tum etiam ſuo nomine, cui per Capitulum prædictum poſtremo loco poſitum Pacis Ingrediendæ, amplectendæ ſimul cum cæteris Italiæ Potentatibus daretur facultas exultaviſſe, & ingreſſum, ſive introitum prædictum Pacis per dictum Jacobum, ut dictum eſt, factum omniaque in dicto Inſtrumento contenta rata, grataque, & accepta habuiſſe, & ſolemniter per ſupradictas Litteras ratificaſſe, & emologaſſe, & ſe ejusdem ſui Principalis Mandato ea rurſus ibidem ratificare, & emologare ac ipſam Pacem, quatenus opus ſit, & non præjudicet priori ingreſſui, & Inſtrumento prædictis, dicto nomine de novo ut principalem, & unum ex Capitulis principalibus, intrare, & ea gaudere, ac uti velle, & intendere cum omnibus, & ſingulis Capitulis in ipſa contentis, & deſcriptis, & ipſi ſuo Principi pertinentibus, prout intravit, & ingreſſus eſt eo ampliori, & validiori, ac ſolemniori modo, quo vigore prædictarum ſuæ facultatis Litterarum poterat, & potuit, ac ſibi licuit. Succeſſive autem, his peractis, juſſit Sanctiſſimus Dominus noſter vocari, & introduci Oratores Communitatum Pacem eandem intrare, aut aliquid ad eam pertinens agere volentes. Ingreſſisque ad eam vocationem Magnifico Equite, & Doctore Domino Nicolao Suerino Magnificæ Communitatis Senarum Oratore, Procuratore, & Sindico ad infraſcripta omnia peragenda ſpetialiter conſtituto ex Inſtrumento publico rogato die XII. menſis Maii præſentis anni, & publicatum per Ser. Matthiam de Caſtilis Civem Senarum, & Notarium publicum, ac ſigillato impreſſione duorum ſigillorum dictæ Communitatis in alba cera, altero magno, alteroque parvo infra ad verbum inſerto. Et Venura Petri del Trito de Civitate Caſtelli. Ac Thoma Spada Cive Lucenſi Inſtitoribus, & Nuntiis ſpetialibus. Spectabilis Viri Galeotti de Franciottis Magnificæ Communitatis Lucenſis Oratoris abſentis Curuæ ab Urbe metu Peſtis Præfatus Dominus Nicolaus Orator Senenſis, cujus Mandatum ſupramemoratum præfati Domini Regius, Venetus, & Florenóuus Oratores aſſeruerunt, ſe vidiſſe, & quod eſſet idoneum, & ſufficiens. Expoſuit ſuam Magnificam Communitatem præfatum, accepto Nuntio jucundiſſimo Pacis antedictæ, & acceptationis ejus, & ingreſſus, ſive introitus per ipſum Oratorem eorum nominibus eadem fere hora, qua Pax ipſa concluſa fuit, facti ſicut conſtat publico Inſtrumento per Nos Notarios infraſcriptos jam confecto, introitum ejusmodi ita ut ſupra dicitur factum, & omnia, & ſingula in dicto Inſtrumento contenta rata, grataque, & accepta habentes ratificaviſſe, & emologaviſſe ex Inſtrumento ejus Facultatis, eique commiſiſſe, & mandaviſſe, ut Ratificationem eandem Sanctitati ejus, & Dominis Oratoribus illis præſenóbus denuntiare, & intimare deberet, prout ipſe ex tunc denuntiavit, & intimavit, & nihilominus ad abundantiorem cautellam, quatenus opus eſſet, aut dicto priori Ingreſſui, per eum facto, & ratificato non derogaret eandem Pacem de uovo, ut Principalis, & unus de Principalibus in ea nominatis prædictis omnibus iutravit, & ingreſſus eſt, dixitque, & eſt proteſtatus ſe velle, & intendere ea gaudere, & frui cum omnibus clauſulis in ea contentis, & deſcriptis dictis ſuis Principalibus competentibus, & quæ competere poſſunt, eo ampliori, & validiori, ac ſolemniori modo, quo vigore dicti ſui Mandati, & Facultatis poterat, & potuis, ac ſibi licuit. Ventura verò Petri del Trito, & Thomas Spada Inſtitores, & Nuntii Galeotti Franciotti Oratoris Lucenſis antedicti exhibuerunt Inſtrumentum Ratificationis prædictæ Pacis, & ingreſſus ejus per dictum Galeottum Oratorem apud Viterbium juxta ipſius Inſtrumenti tenorem, & continentiam facti vigore Mandati ei a dicta Communitate Lucenſi conceſſi, quod Inſtrumentum ſtipulatum fuit die XVII. præſentis menſis Junii, & publicatum per honorabilem virum Ser. Roſatum quondam Matthei de Viterbio publicum Notarium. Et quod præfati Domini Oratores Regius, Venetus, ac Florentinus aſſeruerunt ſe vidiſſe, & legiſſe, & quod eſſet idoneum, & ſufficiens, & quod infra ad verbum eſt inſertum. Quibus omnibus ita ut præmiſſum eſt peractis, Sanctiſſimus Dominus noſter Papa, & Reverendus Dominus Prothonotarius Rocha Regius, & Magnificus Dominus Petrus Mauroceuus Venetus, nec non Magnificus etiam Dominus Otho Lapi de Nicolinis Florentinus Oratores omnes ſimul, & ſinguli ſingulariter dixerunt primo præfatis Oratoribus Illuſtriſſimi Domini Ducis Sabaudiæ, deinde Oratori Illuſtriſſimi Domini Ducis Mutinæ, & ſucceſſive Oratori Magnificæ Communitatis Seuarum, ac poſtremo Venturæ, & Thomæ Nuntiis Oratoris Lucenſis præfatis ſe omnes, & ſingulos nominibus antedictis, ipſos, & eorum quemlibet pro ſuis Principalibus iu prædicta Pace, & ad eam alacri, jucundoque animo recipere, acceptare, & complecti, ac receperunt, acceptaverunt, & complexi ſunt. Et Sanctiſſimus Dominus noſter prædictus eosdem omnes, & ſingulos Oratores in ſignum veræ ſolidæque Pacis, & Caritatis contractæ, ad ſe vocatos ad Beatiſſimorum Pedum, Manuum, & Oris. Venturam verò, & Thomam antedictos Nuntios Oratoris Lucenſis ad Beatitudinis pedum oscula admiſit, & recæpit, cisque omnibus, & ſingulis, ac contractæ, ut præmittitur, Paci tanquam pius Pater, & Paſtor benedixit. De quibus omnibus, & ſingulis, ſic ut præmittitur, geſtis præfatus Sanctiſſimus Dominus noſter Papa mandavit nobis Notariis publicis, & infraſcriptis. Et prædicti omnes Oratores, & Nuntii, ſingulariter prout ad unumquemque eorum ſpectabat requiſiverunt tam pro ſuo, quam aliorum omnium, & ſingulorum quolibet habentium, vel impoſterum habituorum intereſſe, ut unum, & plura conficeremus Inſtrumenta publica ejusdem tenoris ad futuram rei memoriam. Tenores verò omnium, & ſingularum, Litterarum patentium, & Inſtrumentorum prædictorum, de quibus ſupra facta eſt mentio & quæ actu tunc exhibita fuerunt ſequuntur, & ſunt tales.

ANNO 1468.

FERDINANDUS Dei gratia Rex Siciliæ, Hieruſalem, & Hungariæ Univerſis, & ſingulis præſentium ſeriem inſpecturis quoquomodo ſeu viſuris pateat evidenter. Quod cumque, die videlicet octavo preſentis menſis annuente Deo, opera, ſtudio, auctoritate Sanctiſſimi ac Beatiſſimi Domini uoſtri Pauli Pontificis Maximi inter ipſum ac Illuſtriſſimum Dominum Venetorum, Illuſtriſſimum inſuper, & Potentiſſimum Dominum Galeaz Mariam Sforttum Vicecomitem Ducem Mediolani, Papiæ Angleriaque Comitem, ac Januæ Dominum, Excelſam item Communitatem Florentiæ ac uos, vera Pax perpetuaque ſit contracta, iuita, & firmata, ut iu Contractu Capitulisque inde celebratis contiuetur, & inter cæteta in Capitulis ipſis contineatur, ac ſit Capitulum infraſcriptum. Item Partes prædictæ conuencrunt, quod omnibus, & ſingulis aliis Dominis quacumque dignitate etiam regali fungentibus, & habentibus Dominium aliquod iu Italia, & Potentatibus Italiæ, liceat infrà terminum duorum menſium Pacem etiam, ut Principales intrare, & illa gaudere cum omnibus, & ſingulis iu ea contentis pro Dominiis in Italia exiſtentibus dumtaxat, & quandoquidem uobis animo iuſidet, non ſolum cum prædictis Potentatibus, ſed cum cæteris quibuscumque Pacem, concordiamque perpetuam habere, ac couſervare coutenti ea forte, quam Omnipotens ſua Clementia nobis donavit, cum nunquam niſi propulſandæ injuriæ cum Arma ceperimus: Volentes quod in Contractu, & Capitulis prædictis continetur ad unguem ſervare confiſi de fide, prudentia, ſufficientia, & animi probitate Reverendi in Chriſto Patris Petri Guillielmi Roccha Apoſtolici Prothonotarii, & Referendarii ſacri noſtri Conſiſii Præſidentis, Oratorisque uoſtri apud eundem Sanctiſſimum Dominum uoſtrum licet abſentem, velut præſentem harum ſerie omni meliori via & modo, quo melius, & validius fieri poteſt, & debet Procuratorem noſtrum Actorem, factorem, & negotiorum geſtorem, & ſiquo alio nomine melius cenſeri poteſt, & debet facimus, ereamus, conſtituimus, & ordinamus ad incundum ſcilicet, contractandum, firmandumque Pacem, vel acceptandum in Pacem ipſam quodvis Dominium, ac perſouam etiam regali dignitate fulgentem quæ juxta formam Capituli præinſerti in Pacem ipſam inclusi, & acceptari voluerint cum illis Capitulis, pactis, & conditiouibus, de & cum quibus concordari poterunt. Et de acceptatione, & Capituſis inde faciendis, firmandisque, fieri faciendum publica Inſtrumenta mutuis ſtipulationibus valiauda, pœnis, juramentis, obligationibus, renuntiationibus, & clauſulis aliis, quibus eidem expedire videbitur, & cum ejusdem hujusmodi Pacem ipſam intrauitbus melius poterit conveuire pro noſtra, ac Coutrahentium omniumque, quorum intereſt, cautella, & inſuper cum inter Capimla prædicta ſit aliud Capitulum tenoris ſequentis.

ANNO 1468. ſequentis. Item convenerunt prædictæ Partes nominibus, quibus ſuprà, quod intrà terminum quinquaginta dierum incipiendo à die ſtipulationis hujus Contractus teneantur declarare, & intimare hinc inde eorum Colligatos, Confederatos, Adhærentes, Complices, Sequaces, & Recommendatos, earundem ſerie præſentium facimus, conſtituimus, ordinamus Procuratorem noſtrum eundem Reverendum Prothonotarium pro nobis ſive noſtro nomine, & parte ad declarandum, & intimandum eidem Sanctiſſimo Domino noſtro & aliis, quibus declaratio, & intimatio hujusmodi propterea facienda fuerit, omnes noſtros tam ſingulariter, & proprio nomine, quam communiter ſive ſimul, & conjunctim, aut una cum Illuſtriſſimo Domino Duce Mediolani, & Illuſtri & Excelſo Dominio Florentinorum, noſtrique, & ipſorum Ducis, & Dominii cum Liga, & Confederatione Collgatos, Confederatos, Adhærentes, Complices, Sequaces, & Recommendatos, & de prædictis declaratione, & intimatione fieri faciendum Inſtrumentum unum publicum, ſive plura publica Inſtrumenta, prout ſibi videbitur expedire nec non pro Reverentia Sedis Apoſtolicæ, & Beatitudinis præfati Domini noſtri, ac faciliori expeditione, & complemento propter ea agendorum volumus, & eidem Procuratori expreſſe concedimus, quod ſibi pro nobis per alias Partes prædictas, & quamlibet ipſarum conjunctim, vel diviſim infrà dictum quinquaginta dierum terminum declarari poſſint, & intimari earum, & cujuſlibet ipſarum Colligati, Confœderati, Adhærentes, Complices, Sequaces, & Recommendati. Volentes, & declarantes expreſſe, quod declarationes, & intimationes hujusmodi quas infrà prædictum quinquaginta dierum terminum juxta præinſerti Capituli tenorem propter ea eidem noſtro Procuratori fieri contigerit perinde habeantur & eundem ſortiantur effectum, ac ſi nobis perſonaliter fierent, ſeu factæ forent. Nos enim in prædictis, ac quolibet prædictorum, ac incidentibus, emergentibus, connexis, & annexis eidem harum ſerie eidem Reverendo Prothonotario tribuimus omnem noſtram poteſtatem, auctoritatem, & plenum poſſe tanquam ſi nos ibidem præſentes eſſemus Prominentes inſuper, ac jurando ad Dominum Deum, & ejus ſancta quatuor Evangelia noſtris manibus corporaliter tacta nos habituros ratum, gratum, & firmum omne totum, & quidquid in prædictis, & circa prædicta per ipſum Reverendum Protbonotarium actum fuerit, & in nullo contravenire ſub ypporeca, & obligatione omnium bonorum noſtrorum præſentium, & futurorum. Quod eſt datum, & actum in Caſtello Novo Civitatis noſtræ Neapolis die XX. Maii M. CCCC. LXVIII. Rex FERDINANDUS. Dominus Rex mandavit mihi Antonello de Petruttis. Regiſtrata in Cancellaria penes Cancellarium in Regiſtro Ligæ primo.

AMEDEUS Dux Sabaudiæ, Chablayſii, & Anguſtæ, ſacri Romani Imperii Princeps Vicariusque perpetuus, Marchio in Italia, Princeps Pedemontium, Niciæque, Vercellarum, ac Friburgi &c. Dominus Univerſis Modernis, & Poſteris ſerie præſentium fiat manifeſtum, quod cum ſuperioribus diebus inter Principes, & Potentatus Italiæ, mediisque perſonis Oratorum, & Procuratorum, & Mandatorum eorundem Pax perpetua, & inviolabilis contracta, inita, & firmata exiterit, ſic volente, conſentiente, & declarante Sanctiſſimo & Beatiſſimo Domino noſtro Domino Paulo Divina Providentia Papa ſecundo, cujus Officia & exercitia in omni re digna ſunt, & laudanda. Cumque inter cætera Capitula hujusmodi Pacis amenæ & dulcis unum legatur Inſertum & inter Principes, & Potentatus ſupranominatos conventum. Quod omnibus, & ſingulis aliis Dominis quacumque dignitate etiam Regali ſiugentibus, habentibus Dominium aliquod in Italia, & Potentatibus Italiæ liceat infra terminum duorum menſium Pacem hujusmodi, etiam ut Principales intrare, & illa gaudere cum omnibus, & ſingulis in illa conſentis pro Dominiis in Italia exiſtentibus dumtaxat. Ecce quod nos Pacem, & quietem Populi noſtri magnopere diligentes, & quæcumque beneplacita prælibati Domini noſtri Papæ, qui non ſine urgentiſſima cauſa, & deliberatione matura dictam Pacem profecutus, & amplexus eſt, tota mente, & reverentia imitari. Harum tenore declarandum duximus, & declaramus pro nobis, & noſtris velle etiam connominari, numerari, & comprehendi in Tractatu, concluſione, & Inſtrumento Pacis prædictæ. Nec non Capitulis, pactis conventionibus, modis, formis, promiſſionibus, obligationibus, & Clauſulis in prædicto Inſtrumento recepto ſub Anno, & Indictione præſentibus, die octava hujus menſis Maii latius deſcriptis. Ut principales pro Principatu Pedemontium, ac Dominiis noſtris in Italia exiſtentibus facientes propterea, & conſtituentes ex noſtra certa ſcientia, & omnibus melioribus modo, & via, jure, & forma, quibus melius & validius fieri poteſt Oratores, Procuratores, & Mandatarios noſtros Reverendum in Chriſto Patrem, & Compatrem Dominum Johannem de Compeſio Abbatem de Syx, & Filiaci, Dominum Ugonimum Dominum Caudeazi Militem, Dominum Johannem Bariatti, Dominum Euſeaium de Margaria Archidiaconum Vercelenſem, Dominum Antonium Lamberti Cantorem Gebenui, & Heimbertum Condominum Lucingii apud Urbem agentes abſentes tanquam præſentes, & ipſorum quemlibet inſolidum ſpetialiter & expreſſe ad declarandum, ſignificandum, ſolidandum, & firmandum, ac jurandum Evangelia Dei tactis in animam noſtri nos velle, & intendere Fœdera, Capitula, & effectum Pacis prædictæ ut Principales intrare, eaque gaudere modis, ac formis omnibus in prædicto Inſtrumento declaratis, & pro declaratione, & obſervantia ipſius Pacis, Capitulorum, conventionum, pactorum, & obligationum, & aliorum in eadem contenrorum, confirmationes, Litteras & publica Inſtrumenta facienda, & fieri rogandum in præſentia prælibati Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ, & munibus Notariorum, qui dictum Inſtrumentum Pacis recepenint & alibi ubi, & quotiens fuerit opportunum, & omnia dicendum, confirmandum, declarandum, firmandum, promittendum, & faciendum quæ in præmiſſis, & circa neceſſaria fuerint, etiam ſi Mandatum exigerent magis ſpetiale, & quæ uosmet facere, promittere, & confirmare, ac concludere poſſemus ſi præſentes, & perſonaliter intereſſemus. Promittendo nos Dux præfatus in verbo Principis, & bona fide noſtra, & ſub expreſſa obligatione, & ypporeca omnium & ſingulorum bonorum noſtrorum mobilium, & immobilium præſentium, & futurorum in Italia exiſtentium habere, tenere, & perpetuo, ac inviolabiliter obſervare omne id, & quidquid per dictos Oratores, Procuratores, & Mandatarios noſtros, & quemlibet ipſorum in præmiſſis, & circa cum dependentibus, emergentibus, & connexis ex eis actum, dictum, conventum, confirmatum, declaratum, initum, geſtumve fuerit, vel alias quomodolibet negociatum, & nullo unquam tempore contrafacere, dicere, oppouere, vel venire. Renunciantes in præmiſſis omnibus, & ſingulis omnibus Juris, & facti exceptionibus, quibus contra ea, vel ipſorum aliqua nos juvare poſſemus, vel alias quomodolibet tueri, & præſertim Juri dicenti generalem renuntiationem non valere, nili præceſſerit ſpetialis; Interveniembus etiam ad præmiſſa omnibus aliis ſolemnitatibus, & clauſulis opportunis. In quorum omnium perpetuam memoriam, & teſtimonium, has Litteras noſtras per Secretarium noſtrum ſubſcriptum fieri, & figuari juſſimus, & ſigillo Cancellariæ noſtræ impendenti ſigillari, quas, & nos mann quoque ad majorem robur, & declarationem ſignavimus. Datum Cargnani die XXIII. Maii Anno Domini M. CCCC LXVIII. AMEDEUS. Per Dominum. Præſentibus Dominis Reverendo Joh. Epiſcopo Lauſann. Cancellario Claudio de Sayſello Mar^lo. Prothonotario Domino ſancti Juliani, Antonio Domino Decorant, Ambroſio de Vignate, Dominico de Plozascho Condomino Ayraſche, Johanne Loſten. Theſaurario. L. de Puteo.

BORSIUS Dux Mutinæ & Regii Marchio Eſtenſis Rogidegiique Comes &c. Cum Sanctiſſimus ac Ben. Dominus noſter Paulus ſecundus ſummus Rom. Pontifex, & Paſtor Univerſalis Eccleſiæ digniſſimus multos dies, & multos menſes incubuerit & infudaverit circa reſtifiguendos hos motus bellicos in Italia, & concorſus hoſtiles hinc, & hinc factos, & tandem poſt multos, & infinitos labores, & vigilias prælibatus Sanctiſſimus Dominus noſter ad laudem, & gloriam Omnipotentis Dei, & ejus Gloriosiſſimæ Matris Virginis Mariæ, ac totius Curiæ triumphantis. Nec non ad exaltationem, & triumphum ſui tanti divini Operis, & nunquam delendi è memoria eorum, qui nunc ſunt, & qui venturi ſunt in hunc Mundum conduxerit pro ſua incredibili humanitate, ac divina gratia, ac pro ſuo Officio Pontificali ad bonam concordiam, ac veram & perpetuam Pacem Sereniſſimum Principem, & Dominum Dominum Ferdinandum Regni Neapolitani, ac Siciliæ &c. Regem, & Illuſtriſſimum Principem, & Dominum Dominum Galeaz Mariam Sfortium Vicecomitem Ducem Mediolani &c. Papiæ, Angleriæque Comitem, ac Januæ Dominum, nec non Magnificam & Excelſam Communitatem Florentiæ ex una parte, & Sereniſſimum Ducale Dominium Venetiarum &c. ex altera parte ut conſequenter Pax ipſa impartiret honoren,

ANNO 1468. rem, & ſtatum non ſolum ipſis Partibus principalibus, & ſupranominatis cum ſuis omnibus, & ſingulis, Colligatis, Recommendatis, Adhærentibus, Complicibus, Sequacibus, & Populis, ac Subditis earum, & cujuslibet earum, ſed etiam ſorci Pax ipſa ad commodum, tranquilitatem, & ſalutem, ac conſervationem, & augumentum omnium aliorum Dominiorum, ac Dominorum, ac Statuum per totam Italiam, ut ſieut ipſe Sanctiſſimus Pontifex eſt verus, & optimus Paſtor, & libertatis Italiæ Conſervator, & deffenſor, ità omnes alii Regnantes ſua ſancta veſtigia, & puram, ac ſinceram ſutentionem, & mentem imminentur, & adorent. Quemadmodum de ipſa Pace ſic firmata conſtat per ſolemne Contractum, & Documentum publicatum, & ſtipulatum in conſpectu prælibati Sanctiſſimi Domini noſtri die nono præſentis menſis ſummo mane in Urbe Roma, & in Pallatio Pontificali. Aſtantibus tunc, & intervenientibus ac ſic paciscentibus, & remanentibus in concordia, & Pace Oratoribus, & Mandatariis ipſarum Partium ad obedientiam, & implementum Mandatorum prælibati Sanctiſſimi Domini noſtri. Cumque facti ſimus certiores ad Mandarum ejusdem ſummi Pontificis per Litteras ſpectati, & præſtantis Oratoris noſtri Jacobi Trotti illic in Curia Romana apud Apoſtolicos pedes reſidentis, quod in eo Contractu, & Inſtrumento ſeliciſſimæ Pacis fuerit nobis reſervatus locus ob recordationem de nobis ſpetialiter factam per prælibatum Sanctiſſimum Dominum noſtrum, ſuperintrando in ipſam Pacem tanquam Ducem Mutinæ, & tanquam unum Caput, & membrum principale, ſicuti ſupranominati Principales Contrahentes fuerunt, & ſunt deſcripti, & nominati. Ad quam quidem rem omnes illi Oratores, & Mandatarii ipſarum Partium una voce, ac pronto, ac libero animo pro ſuis Principalibus Dominis, & Dominiis devenere Admittentes, & accæptantes eundem Jacobum Trottum pro nobis, & nomine noſtro in caput unum, & pro capite uno principali ipſius Pacis: eo Jacobo promittente tunc pro nobis de rato, & rati habitione, ac etiam jurante in animam noſtram pro obſervatione, & implemento, ſicuti tunc fuit ciam notatum, & ſolemniter ſtipulatum. Propterea nt qui ſumus devotus filius, & benevolentiſſimus præfatarum Inclitarum Potentiarum, & ut qui ſumus pro virili noſtra intentus, & diſpoſitus, ac totaliter prædeſtinatus ad Pacem, & ad omnia, & ſingula, quæ toti Italiæ grata, & commodo eſſe poſſint, & incrementum, & conſervationem quietis, & libertatis Italicæ ſint allatura. Volenes parere libero animo Mandatis præfati Sanctiſſimi Domini noſtri, qui tam boneſte ac tam clementer introduci fecit nos, & rem noſtram pro nno Principali capite ipſius Pacis, & ut ipſe laudabilis affectus pro nobis etiam ſortiatur effectum gratam, & accæptam habentes in majorem modum ipſam noſtram admiſſionem, & accæptationem tenore præſentium noſtrarum Patennium Litterarum, & decenti ſerie quas, & quod habere volumus vim, & robur unius publici, & authentici Inſtrumenti ſponte & ex certa ſcientia, ac animo deliberato, & omni via, modo, forma, & cauſa, quibus magis, & melins, ac validius facere potuimus, & poſſumus eum interventu etiam quarumcumque ſolemnitatum tam à jure, quam à conſuetudine, requiſitarum, & oportunarum ratificamus, & approbamus plene, & ſolemniter rnnia quæcumque geſta, & acta per ipſum Jacobum Oratorem noſtrum, & ad cautellam dicimus, & declaramus nos contentari, & eſſe velle incluſum in ipſa Pace tanquam Caput unum principale cum cæteris. Admittentes, & acceptantes omnem inclnſionem, & accæptationem de nobis factam: Nec non pleniſſime & ex omni parte confiſi de integritate, ac fide ac diligentia ipſius Jacobi Trotti, facimus, conſtituimus, & ordinamus eundem Jacobum abſentem tanquam præſentem noſtrum verum, certum, indubitatum, & legitimum Procuratorem, Mandatarium, & Nuntium ſpetialem, & quidquid dici melius, & cenſeri poteſt ſpetialiter, & expreſſe ad noſtro Procuratorio nomine firmandum, ineundum, & concludendum cum præfatis Inclitis Potentiis, & cum aliis quibuscumque, ad quos pertinuerit, vel cum ſuis Oratoribus, & Mandatariis quascumque obligationes mutuas, & promiſſiones, conventiones, & pacta cujuscumque generis, & manerici fnerint, & illis modis, formis, & condiionibus, qualitatibus, & intelligemiis, ac juramentis cum quibus, & prout ipſæ Partes melius poterunt convenire, & ipſi noſtro Procuratori magis, & melius viſum fuerit, & placuerit tanquam de intentione noſtra uberime informato. Committentes etiam ſibi omnes noſtras vices, & omnem noſtram in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum poteſtatem & bailiam. Et generaliter ad omnia alia, & ſingula faciendum, gerendum, & exequendum, quæ in præmiſſis, circa præmiſſa, & quolibet præmiſſorum neceſſaria fuerint, & opportuna, & quæ nos facere poſſemus ſi perſonaliter intereſſemus, & de prædictis, & quolibet prædictorum fieri & rogari faciendum unum, & plura Inſtrumenta ſoleinnia, & mann publici Notarii conficienda cum omnibus, & ſingulis Clauſulis, & ſolemniratibus, pænis, & pænarum adjectionibus, ac omnibus aliis, & ſingulis neceſſariis, & opportnnis tam ex forma Juris, quam ex conſuetudine Loci, ubi ea fieri contigerit. Dantes, & attribuentes ipſi noſtro Procuratori, & Mandatario plenam licentiam, liberam facultatem, ac larum, & ampliſſimum Mandatum cum plena, & libera, ſpetiali, & generali adminiſtratione in prædictis, & quolibet prædictorum, etiam ſi talia forem, quæ Mandatum exigerent ſperiale, & ſpetialiſſimum, & ciam ſi majora forent expreſſis, nam ad ea omnia, & ſingula ex nunc, pront ex tunc facimus eum, & conſtituimus Procuratorem, & Mandatarium ſpetialem Promittentes nos firmam, ratam, gratam habituros hujusmodi Ratificationem, & approbationem, & quidquid per ipſum Procuratorem noſtrum factum fuerit, ſive geſtum in prædictis omnibus, & ſingulis, & quolibet eorum, non ſecus, ac ſi per nos perſonaliter facta eſſent: Nec non promittentes ipſum Procuraturem noſtrum non revocare à præſenti Mandato, nec præſens Mandatum ab eo. Et hæc omnia ſub fide noſtra, & legali, & juſti Principis, & ſub byppoteca, & obligatione omnium bonorum noſtrorum præſentium, & futurorum, & ad majorem fidem, & robur præſens noſtrum Decretum noſtro ſolito ſigillo muniri fecimus. Datum Ferrariæ in Pallatio noſtro Anno à Nativitate Domini noſtri Jeſu Chriſti M. CCCC LXVIII. Indictione prima, die XXI. menſis Maii.

ANNO 1468.

In nomine Domini, Amen. Anno ab ejus Domini noſtri Jeſu Chriſti ſalutifera Incarnatione M. CCCC. LXVIII. Indictione prima ſecundum morem, ltilum, & conſuetudinem Notariorum Civitatis Senarum. Die vero undecimo menſis Maii, tempore Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri Domini Pauli divina providentia Papæ ſecundi Regnante Sereniſſimo Principe, & Domino Domino Federico Dei gratia Romanorum Imperatore ſemper Auguſto ſecundum comunem uſum loquendi in dicta Civitate Senarum. Pateat omnibus evidenter præſens boc publicum Inſtrnmentnm inſpecturis quod Magnifici, & Excelſi Domini Domini Priores, Gubernatores Communis & Capitaneus Populi, Vexiliferque Juſtitiæ Civitatis Senarum convocati, & in ſufficienti numero congregati in Conſiſtorio Pallatii eorum ſolitæ, & deputatæ reſidentiæ unà cum Spectabilibus Vexiliferis Magiſtris Civitatis prædictæ pro negotiis Rei Publicæ Senarum utiliter pertagendis. Viſa auctoritate, poteſtate, Mandato, & Balia ipſis data, & conceſſa hac præſenti die ab opportunis Conſiliis Civitatis prædictæ, prout de mandato, & auctoritate prædictis conſtat manu mei Notarii infraſcripti, nec non mann Ser. Mini de Trichculis Notarii publici Senenſis ad ratificandum Pacem per Sanctiſſimum Dominum noſtrum Dominum Paulum divina providentia Papam Sec., & accæptatam, firmatam, & concluſam inter infraſcriptos Italiæ Potentatus in præſentia præfati Sanctiſſimi Domini noſtri, & ipſius auctoritate, qni tanqnam divinus Paſtor, & cælitus datus nnnqnam ceſſavit omni vigilantia Pacem dare Ovibus ſibi commiſſis, & omnem animorum turbulentiam ſerenare, Pacemque veram, & ſinceram componere potiſſime inter Italiæ Potentatus inter quos Bellum exiteiat, & pericnloſins timebatur etiam futurum. Quæ Pax, licet prius fuiſſet, ut prædicitur, per præfatum Sanctiſſimnm Dominum noſtrum Papam pronuntiata, & accepiata per Oratores dictorum Potentatuum, noviſſime fuit iterum per præfatum Sanctiſſimum Dominum noſtrum Papam ſolemniter pronunciata, concluſa, affirmata, & approbata per dictos Potentatus de præſenti menſe Sanctiſſimo Domino noſtro approbante, & ad majoris roboris firmitatem pro uno Capite, & Principaliori confirmante, & ratificante dictam Pacem, & per Spectabilem Equitem Clariſſimumque Juris Conſultum Dominum Nicolaum Severinum apud præfatum Sanctiſſimum Dominum noſtrum Papam Oratorem præfatæ Magnificæ Communitatis Senarum extitit etiam approbata, & ratificata. Viſo ciam quod incluſione dictæ Pacis inter Communitates, & Potentatus Italiæ, quibus fuit reſervatus locus approbandi, & ratificandi dictam Pacem, eſt Magnifica Communitas Senarum, & ſibi reſervata eſt poteſtas illam Pacem ratificandi pro uno Capite infra duos menſes, cognita univerſi Regiminis voluntate diſpoſita ad Pacem prædictam

ANNO 1469. Stattes / oder Weſens die ſeyn / ernſtlich und veſticlich mit dieſem Brieve / daß ſy den jetzgenanten Abbt Ulrichen ſein Convent und Gotzhauß / bey dem vorgemelten Kauff / und Keyſerlichen Verwilligung / Verbrichung und Gnaden / gerüblich und on Irrung bleiben / und der gebrauchen / nutzen und nieſſen laſſen / als lieb einem yglichen ſey Unſer und des Reichs ſwere Ungnad / und darzue ein Pene / nemblich hundert Mark Lötiges Goldes / zue vermeiden / die ein yglicher / der freventlich hier wider thete / halb in Unſer Keyſerlich Kamuner / und den andern halben Theil dem obgenanten Abbt Ulrichen / oder ſeinen Nachkommen Abbt deſſelben Gotzhauß zue Sant Gallen unableßlich zue bezahlen.

Mit Urkund diß Brieffs / beſigelt mit Unſern Keyſerlichen Mayeſtät anhangenden Innſigel / geben zue Getz / am Freytag nach deß Heiligen Creutzes Tag Exaltationis, nach Cheiſti Geburte / vierzehen hundert / und im neun und ſechzigiſten / Unſer Reiche / deß Römiſchen im dreyßigiſten / deß Keyſerthumbs im achtzehenden / und deß Hungeriſchen im Einleffften Jaren.

Ad Mandatum Domini Imperatoris.

R. ta RUDOLFUS KAINTZINGER.

Locus Sigilli Cæſarei pendentis.

CCLXXXV.

1469. 1470. 11. Mars. France et Savoye.

Promeſſe de LOUïS XI. *Roi de France à* YOLAND DE FRANCE *Ducheſſe de Savoye ſa Sœur, de ne point faire de dégat ſur ſes Terres, &c. donnée à Amboiſe, le* 11. *Mars* 1469. [S. GUICHENON, Hiſtoire Généalogique de la Maiſon de Savoye. Preuves. pag. 408.]

LOUYS par la grace de Dieu Roy de Franec à tous ceulx qui ces preſentes Lettres verront Salut. Sçavoir faiſons que Nous conſiderans les anciennes Alliances, Confederations & Amitiés que de longtems ont eſté entre Nous, nos Predeceſſeurs Roys de France & la Maiſon de Savoye; & la fraternité, Sang & lignage d'entre nous & noſtre tres-chiere & trés-amée Sœur la Ducheſſe de Savoye, & les grans proximités & affinités qui ont eſté & ſont de preſent entre lesdites Maiſons, tant par Mariages des Enfans d'Icelles que autrement. Voulans & deſirans de tout noſtre pouvoir continuer lesdites anciennes Alliances, Confederations & Amitiés & entretenir & garder l'Union & ſinguliere amour fraternelle d'entre nous & noſtredite Sœur. Avons aujourd'huy date de ces preſentes de noſtre propre mouvement & voulenté promis & juré, promettons & Jurons par la foy & ſerement de noſtre Corps ſur noſtre honneur & en parolle de Roy que de par Nous noſtre Voulenté, Conſeil ou conſentement, publiquement ne occultement noſtredite Sœur la Ducheſſe de Savoye, ladite Duchié ne les Terres & Seigneuries d'Icelle quelque part qu'elles ſoient ne ſeront Invadées, dampnifiées ou domagées en aucune maniere. Mais les preſerverons & garderons de toute noſtre poſſibilité & puiſſance comme les noſtres propres, & la deffendrons, ayderons & ſecourrons de tout ce que pourrons envers tous & contre tous ceux qui vouldroient invader, guerroyer ou dampnifier elle ou ladite Duchié & les Terres & Seigneuries d'icelles; Lesquelles choſes ainſi par nous en forme de ſcellé promiſes & jurées avons fermes & agreables, & Promettons & Jurons comme deſſus de les entretenir & garder de point en point, ſans jamais venir au contraire & en tesmoin de ce, Nous avons Signé ces preſentes de noſtre main & iceſles fait Sceller de noſtre grant Scel. Donné à Amboiſe le 11. jour de Mars l'an de grace mille quatre cents ſoixante-neuf, & de noſtre Regne le neufvieſme. Signé LOUYS, & ſur le reply. Par le Roy, le Marquis du Pont, le Comte de Dunois, le Baillif de Sens & autres.

CCLXXXVI.

ANNO 1470. 7. Mai.

Ratificatio GALEATII MARIÆ SFORTIA *Vice-Comitis, Ducis Mediolani, ſuper Capitulis per ejus Mandatarios cum* LUDOVICO *Marchione Mantuæ, pro hujus, ejusque Filii primogeniti* FRIDERICI *reconducta & refirma, contractis. Data Papiæ die* 7. *Maii Anno* 1470. [Pièce authentique, tirée des Archives Archiducales de Mantoue.]

GALEAZ MARIA SFORTIA Vicecomes, Dux Mediolani, & Papiæ, Anglerieque Comes, ac Januæ, & Cremonæ Dominus; Cercioratí de reconducta, & refirma Illuſtris Domini Ludovici Marchionis Mantuæ, & Illuſtris Domini Federici ejus Primogeniti praticata, & concluſa per Spectabiles Viros Petrum de Puſterla, & Dominum Thomam de Bononia Equitem auratum Conſiliarios, Oratores, & Mandatarios noſtros dileciſſimos, ad ſtipendia, & ſervitia noſtra cum proviſione, ſtipendiis, Capitulis, Pactis, Formis, Condicionibus, & reſervationibus ſpecificatis, & contentis in Inſtrumentis inde traditis, & rogatis per Nobiles Viros Marſilium de Andrialiis pretati Domini Marchionis Secretarium, & Marcum Trottum Cancellarium noſtrum Notarios publicos ſub die vigeſimo octavo proxime decurſi menſis Aprilis, ad que volumus ut condigna relatio habeatur, tamque ipſa Capitula refermæ, & reconductæ prædictarum, quæ, & vidimus, & intellexímus, & hic pro introſertis haberi volumus grata habentes, cum omnibus, & ſingulis in ipſis, & quolibet eorum ſpecificatis, & contentis. Tenore preſentium ex certa ſcientia, & de noſtræ plenitudine poteſtatis, confirmamus, laudamus, ratificamus, & approbamus, & ea ipſa, & omnia, & ſingula in eis, & quolibet eorum contenta, & ſpecificata obſervare, & adimplere ipſiſque, nec alicui eorum contrafacere, aut venire directè, nec per indirectum, aut alio quovis queſito colore promittimus in verbo legalis Principis, & ſub obligatione omnium bonorum noſtrorum mobilium, & immobilium preſentium, & futurorum. In quorum Teſtimonium preſentes fieri, & regiſtrari juſſimus, noſtrique ſigilli impreſſione munire, & ad majorem omnium predictorum coroboracionem noſtra propria manu ſubſcripſimus. Datum Papiæ die ſeptimo Maii M. CCCC. LXX.

GALEAZ MARIA SFORTIA Vicecomes manu propria &c.

CRETUS.

(L. S.)

Cum ejus Originali in pergamena ſcripto ſic ut ſupra expedito in ſecretiori Archiducali Mantuæ *Archivio adſervato, præſentem ſumptam Copiam omnimò conferre atteſtor*

Ego LUDOVICUS *Nob. olim* H. OCTAVII DE MAZZIIS *Filius Civis publicusque Imperiali auctoritate* Mantuæ *Notarius ac dicti ſecretioris Archiducalis Archivi Cancellarius. In quorum fidem hic me, ſolita cum atteſtatione, ſubſcripſi, hac die* 8. *Februarii* 1720.

Ita verum eſſe affirmo

Ego JOSEPH MARIA CASTILEONUS *ejusdem Archivii Præfectus, hac die* 9. *Februarii* 1720.

CCLXXXVII.

ANNO 1470. 8. Juill.

CCLXXXVII.

Confœderatio & Liga Nova inter FERDINANDUM *Regem Siciliæ*, GALEATIUM MARIAM SFORTIAM *Ducem Mediolani*, *& Communitatem* FLORENTIÆ, *ad Annos viginti quinque duratura*, *pro conſervatione & defenſione Statuum eorum*, *contra omnes de cætero non laceſſitos aut provocatos. Actum in Caſtello Novo Neapolis die 8. Julii Anno* 1470. [Pièce authentique, tirée des Archives Royales du Château de Milan.]

In Dei Nomine Amen.

PATEAT Univerſis hujusmodi ſeriem audituris quoquo modo, ſeu viſuris, quod Sereniſſimus, & Excellentiſſimus Dominus Ferdinandus Dei gratia Rex Siciliæ, Hieruſalem, & Hungariæ, ac Illuſtriſſimus, & Potentiſſimus Dominus Galeaz Maria Sforcia Vicecomes Dux Mediolani, Papiæ, Angleriæque Comes, ac Januæ, & Cremonæ Dominus, & Illuſtris, ac Excelſa Communitas Florentiæ. Animadvertentes quo pluribus Populis amplioribusque Regnis, & Dominiis Reges, & Principes, & Potentatus donat Deus Omnipotens, eò magis illorum intereſſe uti prudentia, ac cautos eſſe, ut à periculis, quæ ſibi, ut majoribus, ita magis foroudololis imminent, ſe, Regna, ac Populos ibi commiſſos tutos reddant, cogitantesque nihil magis ad Pacem, & quietem Statuum ipſorum, ac totius Italiæ, quam toto pectore ſitiunt conducere, quàm ſi inter ſe indiſſolubili vinculo, ac Fœderis nexu colligentur. Undè etiam facile Sanctiſſimi Domini noſtri Pauli ſecundi Pontificis Maximi votis, ac deſiderio ſatisfactum iri intelligunt, qui nihil magis cupit, quàm omnes Italas Potentias unire, & in Chriſti Hoſtes, ac nefandiſſimum Turcum, qui nominis Chriſtiani excidium anhelat convertere, & propterea eum dictæ Partes inter ſe de fœdere ipſo firmando concordes eſſent, & ob id conveniſſent in Civitate Neapolis in Caſtello Novo Civitatis ejusdem in præſentia noſtri Secretarii, & Notariorum, ac Teſtium infraſcriptorum dictus Sereniſſimus Dominus Rex pro ſe, ſuisque Hæredibus, & Succeſſoribus, Sequacibus, Complicibus, Adhærentibus, Confœderatis, Recommendatis, ac Subditis, & Magnifici Dominus Johannes Andreas de Cagnolis Legum Doctor dicti Illuſtriſſimi Domini Ducis Conſiliarius, Orator, Syndicus, Procurator, & Mandatarius vice, & nomine, ac pro parte ejusdem Illuſtriſſimi Domini Ducis ejus Principalis, ſeu Conſtituentis ſimiliter pro ipſo Illuſtriſſimo Domino Duce Mediolani, ejusque Hæredibus, & Succeſſoribus, Sequacibus, Complicibus, Adhærentibus, Confœderatis, Recommendatis, & Subditis, ac Dominus Otho Lapi de Nicolinis Eques, & Legum Doctor, Orator, Syndicus, & Procurator, & Mandatarius dictæ Illuſtris, & Excelſæ Communitatis Florentinorum vice, & nomine, & pro parte ejusdem Illuſtris, & Excelſæ Communitatis ſimiliter etiam pro ipſa Illuſtri, & Excelſa Communitate Florentiæ, ſuisque Sequacibus, Complicibus, Adhærentibus, Confœderatis, Recommendatis, & Subditis, pro ut de eorum, & cujuslibet ipſorum Mandatis, & Procurationibus clarè apparet, tenore quorumdam publicorum Inſtrumentorum omni quâ decet ſolemnitate roborariorum, quorum tenores inſerius de verbo ad verbum describentur, ad infraſcriptam Confœderationem, Unionem, & Intelligentiam, & Ligam amicè, & unanimi concordiâ devenerunt, eamque optimo conſilio contraxerunt, & firmaverunt invicem, & viciſſim, mutuis ſtipulationibus intervenientibus, & per ſingula Capitula ſpecialiter repetitis, quorum quidem Capitulorum, Confœderationis, Unionis, Intelligentiæ, & Ligæ prædictæ tenor eſt hujusmodi.

Ad laudem, & gloriam Omnipotentis Dei, ejusque glorioſæ Matris Virginis Mariæ, totiusque cæleſtis Curiæ triumphantis, ad felicitatem, & Pacem totius Italiæ, Sereniſſimus, & Excellentiſſimus Dominus Dominus Ferdinandus Dei gratia Siciliæ &c. Rex Illuſtriſſimus ex una, & Illuſtriſſimus, ac Potentiſſimus Dominus Dominus Galeaz Maria Sforcia Vicecomes Dux Mediolani &c. Papiæ, Angleriæque Comes, ac Januæ, & Cremonæ Dominus, ſive Magnificus, & Eximius Legum Doctor, Dominus Johannes Andreas de Cagnolis ejusdem Illuſtriſſimi Domini Ducis Conſiliarius, Procurator, & Orator ex alia, & Magnifici, & Excelſa Communitas Florentiæ, ſive Magnificus Eques, & Eximius Legum Doctor Otto Lapi de Nicolinis ejusdem Communitatis Procurator, & Orator apud præfatum Sereniſſimum Dominum Regem ex alia partibus, habentes ſpeciale Mandatum, & plenariam auctoritatem, & poteſtatem, ac facultatem ad infraſcripta omnia, & ſingula peragenda, pro ut conſtat publicis Inſtrumentis, pro tutela, firmitate, & ſecuritate, & conſervatione Statuum eorumdem, ac tranquillitate, & quiete ipſorum, & robore, ac vinculo ſtrictiori conſervationis ipſorum: Contrahunt, firmant, ineunt ſimul, ac viciſſim, mutuis ſtipulationibus intervenientibus per ſingula Capitula ſpecialiter repetita infraſcriptam Confœderationem, Unionem, Ligam, & Intelligentiam cum Capitulis, & condicionibus infraſcriptis.

Primò namque Partes prædictæ pro ſe, filiis, hæredibus, & ſucceſſoribus congruè referendo, ubi convenit, nominibus quibus ſupra, faciunt, firmant, ineunt, & contrahunt bonam, puram, & meram Unionem, Confœderationem, Colligationem, Intelligentiam, & Ligam duraturam usque ad annos viginti quinque, & ulterius usque ad illud totum tempus, quod ipsis Partibus placuim fuerit ad conſervationem, & defenſionem Statuum ipſarum Partium, & pro Statibus ipſarum, quos ipſæ Partes, & quælibet earum de præſenti habent, ſivè quovis modo poſſident, vel in futurum legitimè habuerint per Terram in Italia contra omnes de cætero non laceſſitos, aut provocatos ex nova ſcilicet guerrâ, aut invalione, quæ poſt præſentem Contractum Ligæ per aliquam ex ipſis Partibus de novo moveri, aut fieri contigerit ubicumque ſivè in Italia, ſivè extra Italiam Statum habentes, ſivè etiam non habentes, turbantes, ſivè moleſtantes, ſeu turbare, aut moleſtare, aut inquietare volentes Partes prædictas, ſeu earum aliquam, aut earum Colligatos, Adhærentes, Complices, & Recommendatos, neminem turbantem, moleſtantem, ſivè inquietantem excipiendo, undecumque venerit, cujuscumque gradus, & dignitatis exiſtat, etiamſi ſuprema dignitate fulgeret temporali, vel ſpirituali, etiamſi tales eſſent, de quibus neceſſe eſſet mentionem fieri ſpecialem etiam in individuo, quæ hic pro facta habeatur, ac etiam per Mare ubique ſi aliqua dictarum Partium à Dominiis, aut Communitatibus habentibus Statum in Italia offenderetur in Italia, ſint quicumque velint.

Item convenerunt Partes prædictæ, atque expreſſe declararunt, quod laceſſiti, & provocati, de quibus in præcedenti Capitulo mentio habetur, non intelligantur alicujus Partium prædictarum Feudatarii, Vaſſalli, vel Subditi, contra quos Pars ipſa in ſuo Territorio qualitercumque procederet.

Item convenerunt Partes prædictæ poſt publicationem præſentium Capitulorum infra menſem mittere Oratores ad Sanctiſſimum Dominum noſtrum illi ſupplicaturos, ut præſentem Ligam benedicere dignetur, & in illam intrare cum Capitulis honeſtis, de quibus eum eadem Sanctitate concordes fuerint pro quiete, & Pace totius Italiæ, ac ut poſſint poſtmodum unanimes ſibi cum aliis Principibus, & Dominiis Chriſtianis ſanctiſſimæ expeditioni faciendæ contra immaniſſimum Turchum attendere, hoc etiam intellecto, quod quandocumque re integra præfatus Sanctiſſimus Dominus noſter unà cum Illuſtriſſimo Venetorum Dominio, vel aliquis eorum ſupradictam generalem Ligam olim Venetiis iùtam, & poſtea Neapoli firmatam, confirmare, ſeu renovare dignabitur, atque voluerint, teneantur Partes prædictæ, & earum quælibet cum præfati Sanctitate, & præfato Dominio ut præfertur in eadem confirmatione, ſeu renovatione concurrere, firmis ſemper inter dictas Partes manentibus omnibus, & ſingulis Capitulis in præſenti Contractu Ligæ contentis.

Item promiſerunt, & convenerunt Partes prædictæ, quod poſt publicationem præſentis Ligæ infra terminum unius menſis teneantur per ſuos Oratores ad id deſtinandos ſupplicare Sanctiſſimo Domino noſtro pro quiete, & Pace totius Italiæ dignetur ad gratiæ ſuæ ſinum reducere, & acceptare Magnificum Robertum de Malateſtis Arimini Dominum, illique Ignoscere, eum ſit paratus recipere reverenter veniam à Beatitudine ſua, & contentari de talibus condicionibus, quibus ipſe, & Civitas Ariminenſis poſſint ſub convenientibus & honeſtis vivendi rationibus ſe habere.

Item promiſerunt, & convenerunt Partes prædictæ, quod annuente Sanctiſſimo Domino noſtro prædictæ ſupplicationi, & concedente dicto Magnifico Roberto Civitatem ipſam Ariminenſem, ac Terras, Comitatus illius,

ANNO 1470.

ANNO 1470. illius, quas de præſenti poſſidet, dare operam debeant pro eorum poſſe, ut ipſe Magnificus Robertus reſtituat infrà ſpatium ipſi Sanctiſſimo Domino noſtro, ſeu ejus Procuratoribus Terras Comitatus Fani, & Vicariatus Mondanii, & Senegaliæ, quas de præſenti tenet, & poſſidet: Si autem ipſe Sanctiſſimus Dominus noſter compoſitionem prædictam intra duos menſes, poſtquam de hoc ſupplicatus fuerit, facere recuſaverit, quod Deus avertat, Partes ipſæ teneantur prædictum Robertum, ac Civitatem Ariminenſem, & Terras Comitatus ipſius, ac Comitatus Fani, & Vicariatus Mondanii, & Senegaliæ, quas de præſenti reperiatur poſſidere, & cum reliquo Statu, quem de præſenti poſſidet, defendere ram à Sanctiſſimo Domino noſtro, quam à quibuscumque aliis Dominiis, vel Potentatibus hoſtiliter illum offendentibus impræſentiarum, vel imposterum quandocumque durante præſenti Liga; Et ſi in futurum contigerit præfatum Magnificum Robertum aliquid, durante ejus protectione tantùm, acquirere, quod olim fuerit de Malateſtis, tunc dictæ Partes tenentur ſimiliter defendere ut ſuprà; Et hoc durante tempore præſentis Ligæ, & non ultra, immò dictus Robertus cum toto Statu prædicto poſſit, & debeat gaudere beneficio præſentis Ligæ, tamquam Recommendatus Partium prædictarum.

Item convenerunt Partes prædictæ, quod ſi contigerit, quod Deus avertat, prædictas res Arminenſes non componi, & Sanctitas Domini noſtri perſeveraret in offenſione contra prædictum Robertum, quem Partes ipſæ defendere tenentur, & promittunt; & ideò ob cauſam defenſionis prædictæ, vel alia quavis occaxione, & cauſa, etiamſi in jure prætenderetur, per Sanctiſſimum Dominum noſtrum moveretur bellum contra aliquam ex ipſis Partibus, vel earum Statum, vel ſuorum Adhærentium, & Recommendatorum, & præſertim Illuſtris Comitis Urbini, & Adhærentium, & Recommendatorum ipſius, & ſeu aliàs Partes ipſæ, vel aliqua earum, aut earum, vel alicujus earum Recommendati, & Adhærentes hoſtiliter offenderentur, teneantur Partes ipſæ ſibi invicem ſuccurrere de gentibus armorum, & aliis ut infrà, nec per Partem, aut Partes prædictas, vel aliam earum dici, aut prætendi poſſit, Partem, contra quam ipſe Sanctiſſimus Dominus noſter, vel alius quivis Dominus, vel Potentatus bellum moveret, provocaſſe ipſum Sanctiſſimum Dominum noſtrum, & ideò ad auxilia præſtanda non teneri, immò teneantur Partes ipſæ ſibi invicem ſuccurrere contra omnes, qui hoſtiliter non provocati de cætero hoſtiliter Partes ipſas, ſeu earum aliam, vel earum Adhærentes, vel Recommendatos, & ſpecialiter dictum Urbini Comitem, & ipſius Comitis Adhærentes, & Recommendatos quavis occaxione, & cauſa, etiamſi jure prætenderetur, offenderetur, ſeu moleſtaretur, etiamſi offendentes ſuprema dignitate fulgerent, declarando quod ad effectum præſentium Capitulorum guerra, & offenſio hoſtilis etiam intelligatur mota, & facta, ſi aliqua Civitas, Terra, vel Feodatarius ipſarum Partium, vel alicujus earum, vel eorum Recommendatorum ſe rebellaret, & ad dictum Sanctiſſimum Dominum noſtrum, vel alios quoscumque deficeret, quos ſic rebellantes, & deficientes ipſe Sanctiſſimus Dominus noſter, vel alius quivis ſub ejus protectione, vel cura reciperet, & acceptaret, vel ipſis ſic rebellantibus, & deficientibus, etiamſi ſub protectione, & cura non reciperet, auxilia, & favores ſumminiſtraret, vel aliàs quovis modo offendentibus ut ſuprà auxilia præſtaret.

Item convenerunt, & promiſerunt Partes prædictæ habere, & tenere toto tempore dictæ Unionis Ligæ, videlicet Sereniſſimus Dominus Rex tempore Pacis ſaltem equites ſex mille, & pedites duos mille bonorum gentium ſuis propriis ſumptibus, Illuſtriſſimus Dominus Dux Mediolani ſimiliter tempore Pacis ſaltem equites ſex mille, & pedites duos mille; Exceſſa verò Communitas Florentiæ ipſo tempore Pacis equites duos mille, & pedites mille; tempore autem belli obligentur Partes ipſæ habere, & tenere, videlicet Sereniſſimus Dominus Rex ad minus equites octo mille, & pedites quatuor mille, Illuſtriſſimus Dominus Dux Mediolani equites octo mille, & pedites quatuor mille, & prædicta Exceſſa Communitas Florentiæ equites quinque mille, & pedites duos mille, omnes ſumptibus propriis Partium prædictarum.

Item ſi ſortè contingeret, quod Deus avertat, quod ad guerram deveniretur, non poſſit quovis modo per aliquam Partium prædictarum fieri Pax, ſeu ad aliquam concordiam deveniri, niſi de communi voluntate, & conſenſu Partium, dum tamen debita ſubſidia, & opportuno tempore juxta formam præſentium Capitulorum Partí offenſæ præſtita, & continuata fuerint. ANNO 1470.

Item quod facta concluſione præſentis Ligæ ulla Partium prædictarum devenire non poſſit ad aliquam aliam Intelligentiam, ſeu Ligam in Italia, niſi de communi conſenſu, & voluntate Partium prædictarum, niſi illam fecerint ſine præjudicio, ſed cum reſervatione præſentis Ligæ, cui nullo pacto derogari liceat. 1470.

Item convenerunt Partes ipſæ prædictæ, occurrente guerra, vel evidenti, aut probabili ſuſpicione guerræ ſibi invicem ſuccurrere de gentibus prædictis, ſecundum exigentiam, opportunitatem, & requiſitionem Partis offenſæ, vel quæ offendi dubitaretur, & ſaltem usque ad mediętatem numeri gentium præmiſſarum ut ſuprà, & etiam gentes ipſas mittere ad omnem locum, & partem contra Partem offendentem, ſeu offendere volentem, vel de qua fuerit evidens, vel probabilis ſuſpicio offendendi per Terram, ſeu per Mare ad omnem requiſitionem Partis, ſeu Partium prædictarum, usque ad guerram ipſam per Pacem, aut Victoriam finitam, & ſuſpicionem ipſam ceſſantem; & hoc toties fieri debeat, quoties occurreret caſus guerræ, vel ſuſpicionis, ut prædicitur, & gentes ut ſuprà mittendæ parere debeant Parti, in cujos auxilium miſſæ fuerint, vel ejus Capitaneo, & Officialibus, quemadmodum gentes propriæ ipſius Partis, ad quam miſſæ fuerint.

Item ſi ſortè occurreret, quod propter offenſam, quæ fieret per Mare ut ſuprà, Sereniſſimus Dominus Rex neceſſarium judicaret claſſem maritimam parari contra offendentes, ſeu offendere volentes, vel de quibus fuerit evidens, aut probabilis offendendi ſuſpicio, habentes Statum in Italiâ eo caſu teneantur Illuſtriſſimus Dominus Dux Mediolani, & Exceſſa Communitas Florentiæ ad omnem requiſitionem ipſius Sereniſſimi Domini Regis contribuere proportione ſua expenſæ prædictæ claſſis omni menſe Ducatos quinque mille auri, ſi, & in quantum armata ipſa fuerit galearum viginti; qui quidem Ducati quinque mille æqua portione, & pro mediętate ſolvantur per ipſos Illuſtriſſimum Dominum Ducem Mediolani, & Exceſſam Communitatem Florentiæ, vel ſi maluerint mediętatem ſimul, aut alter quartam dictæ claſſis partem parare poſſint, & valeant; & ſi armabuntur uaves, computetur, & intelligatur in eo numero expenſa cujuſlibet navis pro duabus galeis; ſi vero armata prædicta minor fuerit galearum viginti, expenſa navium computata ut ſuprà tanto minus per tatam ſolvi, aut parari debeat per præfatos Illuſtriſſimum Dominum Ducem, & Exceſſam Communitatem; Reliquum autem expenſæ claſſis prædictæ, etiamſi major fuerit, ſolvi debeat per Sereniſſimum Dominum Regem, & præmiſſa totiens bona fide fieri, & ſervari debeant, quoties caſus prædictus advenerit; illud idem penitus obſervetur, ſi propter offenſam hujusmodi, vel ſuſpicionem ut ſuprà prædicti Illuſtriſſimus Dominus Dux, vel Exceſſa Communitas Florentiæ ſimul, vel ſeparatim claſſem parari judicarent, quod prædictus Dominus Rex pro mediętate; reliqui verò ſimul pro alia mediętate, unusquisque videlicet pro quarta parte claſſis, aut pecuniarum contribuere teneantur ad ipſius contribuentis electionem; reſiduum vero expenſæ claſſis prædictæ, etiamſi major fuerit, per requirentem ſolvi debeat.

Item ſi contingeret, quod ab altera dictarum Partium ad alteram in ſubſidium alterius Partis gentes mitterentur, illa Pars in cujus ſuccurſum, & præſidium gentes ipſæ miſſæ fuerint, teneatur, & debeat eisdem gentibus miſſis, quando ſe reperirent in Terris, & Dominiis ſuis providere de logiamentis, ſtationibus, & victualibus, quæ tamen victualia vendi debeant gentibus Partis mittentis, eo pretio quo vendentur gentibus Partis, cui mittentur, & etiam in omnibus aliis neceſſariis, & in ſimilibus conſuetis gentes ipſas tractare, quemadmodum gentes Partis, ad quam mittentur, tractabuntur.

Item convenerunt Partes prædictæ, quod quælibet earum teneantur intrà terminum unius menſis inchoandi à die publicationis præſentis Contractus nominare ſuos Colligatos, Adhærentes, & Recommendatos, qui quidem nominandi infrà terminum duorum menſium numerandorum à dicto die publicationis præſentis Contractus ratificaſſe, & intra alium menſem dictos duos immediate ſequentem, nominationem, ratificationemque prædictas intimare debeant ipſis Partibus, qui ſic nominati, ac ratificantes comprehenſi in præſenti Ligâ intelligantur.

Item conventum eſt inter dictas Partes, quod omnes,

ANNO 1470. & ſinguli Contractus hactenus inter ipſas ſimul celebrati poſt obitum ſcilicet Illuſtriſſimi quondam Domini Ducis Francisci, & præſertim ille, qui apud Mantuam die vigeſimâ nonâ menſis Junii M. CCCC LXVIII. celebratus fuit, cenſeantur annullati, & pro infectis habeantur, nec de eis aliqua ratio habeatur.

Item quia Magnifica Communitas Senarum eſt inter Italiæ Potentias notabile Membrum, convenerunt Partes prædictæ, quod ipſi Magnificæ Communitati reſervetur, & reſervatus eſſe intelligatur locus honorabilis intrandi præſentem Ligam cum pactis, modis, & conventionibus honeſtis, & rationabilibus.

Item quia Illuſtriſſimus Dominus Dux Mutinæ eſt inter Potentias Italiæ notabile Membrum, convenerunt Partes prædictæ, quod ipſi Illuſtriſſimo Duci reſervetur, & reſervatus eſſe intelligatur locus honorabilis intrandi præſentem Ligam cum pactis, modis, & conventionibus honeſtis, & rationabilibus.

Item quia Magnifica Commonitas Lucæ eſt inter Italiæ Potentias notabile Membrum, convenerunt Partes prædictæ, quod ipſi Magnificæ Communitati reſervetur, & reſervatus eſſe intelligatur honorabilis locus intrandi præſentem Ligam, cum pactis, modis, & conditionibus honeſtis, & rationabilibus.

Item, ut præcidatur omnis materia turbationis Italicæ Pacis, convenerunt prædictæ Partes, quod ſi contingeret alios Potentatus Italiæ ingredi præſentem Ligam, & aliqua ex ipſis Partibus, & Potentatibus Italiæ, quæ in præſenti Ligâ comprehendunnur, & impoſterum comprehendentur, vel hi, qui pro Colligatis, Adhærentibus, & Recommendatis dabuntur, offenderet aliquam ex Partibus principalibus, aut Colligatos, & Adhærentes, & Rerommendatos alicujus, vel non ſervaret præſentia Capitula, vel aliquod ipſorum, non intelligatur Liga violata quo ad alias Partes non contrafacientes, & ſervantes, ſed omnes aliæ Partes, quæ in Ligâ comprehendentur, tenentur ad requiſitionem Partis offenſæ contra offendentem, vel non obſervantem ſubſidia præſtare offenſo pro ejus defenſione, & offenſione offendentis toto poſſe, & bona fide ſecundum caſus exigentiam, quemadmodum facerent, & facere deberent, ſi talis offendens, vel non obſervans non eſſet in Ligâ tamquam principalis, aut acceſſorius nllo modo comptehenſus, & talis offendens, vel non ſervans remaneat excluſus à præſenti Ligâ.

Item contingente caſu guerræ, vel evidentis, aut probabilis guerræ ſuſpicionis cum aliqua ex prædictis Partibus in Ligâ comprehenſis, aut quæ comprehendentur in futurum, vel aliquo ex Colligatis, & Adhærentibus ipſarum, Partes aliæ teneantur non dare tranſitum, & receptum, & victualia gentibus ad offenſum Partis alicujus transeuntibus, ſed illis tranſitum interdicere, & non ſolum denegando ſibi prædicta, ſed etiam toto ſuo poſſe, & omni ſuo conatu obſiſtendo, ne tranſitum habeant, bona fide, & ſecundum caſus exigentiam.

Item per præſentem Contractum Ligæ Illuſtris Dominus Cumes Urbini cenſeatur reintegratus ad titulum Capitanei Generalis præſentis Ligæ.

Item quod præſens Liga publicetur die quintâ decimâ menſis Auguſti proxime futuri cum ſolemnitatibus, & proceſſionibus in ſimilibus conſuetis. Stipulata fuerunt præſentia Capitula in Caſtello novo Neapolis die VIII. menſis Julii M. CCCC LXX. Præſentibus Illuſtr., Spectabilibus, & Magnificis Viris Dominis Roberto de ſancto Severino Principe Salerni, Franciſco de Baucio Duce Andriæ, Urſo de Urſinis Duce Aſculi, Honorato Gaytano Comite Fundorum Regni hujus Logotheta, & Protonotario, Inico de Davolos Comite Montis Hodotiili dicti Regni magno Camerario, & Diomede Carrafa Comite Mataloni, Antonio Carrafa Milite, Turco de Antonello Cincinello Militibus, Nicolao Antonio de Montibus de Capua Legum Doctore, Antonio de Tricio, Johanne Baptiſta de Bentivoliis de Saxoferrato Legum Doctore, Johanne Sanchis, Pasquaſio Diazgarlon Milite majore Guardarobba, Berardino Lapi de Nicolinis, Petro Andrea de Barazano, Petro Paulo Tommaſii Antonii Junii, Melchione de Berardino, & Thomaſio de Cagnolis. Pro quorum omnium, & ſingulorum obſervantia prædictus Sereniſſimus Dominus Rex, præfatique Oratores, Sindici, Procuratores, & Mandatarii, nominibus quibus ſuprà, promiſerunt ſibi invicem, & viciſſim unus alteri, & alter alteri, ac unus omnibus, & omnes unſ, ſtipulacionibus debitis hinc inde intervenienibus, & nobis infraſcriptis Secretario, & Notariis ut publicis Perſonis ſtipulantibus, & recipienubus vice, & nomine omnium ipſorum, & aliorum quorum intereſt, vel intereſſe poterit quomodolibet in futurum, Ligam, Confœderationem, Unionem, & Intelligentiam ipſam, omniaque, & ſingula ſupradicta tirmam, ratam, gratamque, ue firma, rata, grata habere, tenere, attendere, obſervare, & obſervari facere inviolabiliter, & adimplere effectualiter, & in totum, & non contrafacere, dicere, uppouere, vel venire per ſe, vel alium, ſeu alios modo aliquo, vel ingenio, directe, vel indirecte, tacite, vel expreſſe, palam quommodolibet, vel occulte, de jure, aut de facto, vel aliquo quæſito colore in judicio, vel extra judicium ſub pœna ducentorum millium Ducatorum auri Parti obſervanti, & in fide ſtanti applicandorum, quam pœnam conſtituunt ſe ſoluturos Neapoli, Mediolani, & Florentiæ, & in quolibet alio Loco, Civitate, vel Caſtro, ſolemni ſtipulacione præmiſſa, quæ pœna toties committatur, & commiſſa intelligatur, & per obſervantem Partem, & in fide ſtantem, à Parte non obſervante, & in fide non ſtante, quoties in prædictis, vel aliquo prædictorum fuerit quommodolibet contrafactum, aut contraventum, vel non obſervatum, ſeu umiſſum, & pœnâ ſolutâ, vel non, exactâ, vel non, una vice, vel pluribus, nihilominus prædicta omnia, & ſingula firma perdurent, & ſub eadem pœnæ ſtipulacione debeant à Partibus inviolabiliter obſervari. Pro quibus omnibus, & ſingulis firmiter obſervandis obligaverunt dictus Sereniſſimus, & Inviciſſimus Dominus Rex bona ſua omnia mobilia, & immobilia, præſentia, & futura, præfatique Dominus Johannes Andreas, & Dominus Otho Oratores, Sindici, & Procuratores, & Mandatarii prædicti omnia eorum, & cujuſlibet eorum Conſtituentium, ſeu Principalium bona mobilia, & immobilia, præſentia, & futura. Renunciantes invicem ſibi, & viciſſim ſupradictis omnibus, & ſingulis exceptioni dictæ Unionis, Confœderationis, Intelligentiæ, & Ligæ non factæ, non ſic factarum promiſſionum, & Conventionum ſupraſcriptarum, & prædictorum omnium non ſic geſtorum, & non ſic celebrati Contractus, & cuicumque Legi dicenti, quod pœna ſemel exacta amplius peti, vel exigi non poſſit, & omni conditioni, & exceptioni ſine cauſa, vel ex injuſta cauſa, privilegio fori, doli mali, & in facto, novarum Conſtitutionum, beneficio Epiſtolæ Divi Adriani, & omni alii Legum, Jurium, & Conſtitutionum auxilio, & Legi dicenti generalem renunciationem non valere, nec non omni privilegio, Litteris, & abſolutionibus impetratis, vel impetrandis, quibus contra prædicta, vel aliquod prædictorum poſſent ſe tueri, vel defendere, dicere, facere, vel venire, & ad majorem expreſſionem, & firmitatem omnium prædictorum idem Sereniſſimus Dominus Rex in animam ſuam, & Dominus Johannes Andreas, & Dominus Otho Oratores prædicti, & quilibet ipſorum in animas eorum Principalium, vel Conſtituentium manibus propriis corporaliter tactis Scripturis ad Sancta Dei Evangelia juraverunt, ſicut præmiſſum eſt, in omnibus, & ſingulis ſupetius contentis, & declaratis attendere, & obſervare, & attendi, & obſervari facere ad ſanum, bonumque ſenſum, & purum intellectum, omni cavillacione, & ſiniſtra interpretatione remota; Mandantes, rogantes, & volentes Partes prædictæ, quod per nos Secretarium, & Notarios infraſcriptos unum, & plura confici debeant Inſtrumenta ejusdem tenoris, & continentiæ, pro ut fuerit opportunum. In qnorum teſtimonium, & fidem, ac Partium prædictarum, & eorum quorum intereſt, & intereſſe poterit in futurum, cautelam, & certitudinem factum eſt præſens publicum Inſtrumentum, quod eſt actum in Caſtello novo Civitatis Neapolis die octavo menſis Jolii, Anno à Nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo.

Tenor Procurationis, & Mandati ejusdem Domini Johannis Andreæ de Cagnolis Procuratoris, Noncii, & Oratoris prædicti Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani in quodam pergameno ſigillo ipſius Illuſtriſſimi Domini Ducis in cerea alba impreſſo ſequitur per hæc verba.

In Nomine Domini Amen. Anno à Nativitate ejusdem milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo, Indicione tertia, die Sabbati vigeſimo ſexto menſis Maii. Quamvis ſuperioribus diebus oonnulla fecuta, & in medium addncta eſſe videantur, ex quibus per aliquos in dubium revocari poſſet an ea Confœderatio, & Liga, quæ aliàs Romæ ſcilicet die quarta menſis Januarii Anni 1467. proximè præterii Indictione quinta decima inter Sereniſſimum Prineipem, & Excellentiſſimum Dominum Dominum Ferdinandum Siciliæ &c. Regem parte una, & Illuſtriſſimum Principem, & Excellentiſſimum Dominum Dominum Ga-

leaz

ANNO 1470.

ANNO 1470. leæ Mariam Sforciam Vicecomitem, Ducem Mediolani &c. Papiæ, Angleriæque Comitem, ac Januæ, & Cremonæ Dominum parte alia, & Illustrem, & Excelsum Rempublicam, & Communitatem Florentiæ parte alia insita, & contracta fuit, à quâ præfatus Dominus Dux minimè discedere intendit etiam in futurum pro dicta ejus parte durare habebat, & in fuo robore pertistere. Volens tamen præfatus Illustrissimus Dominus Galeaz Maria Dux, pro ut vehementer cupit, voluntati præfabati Serenissimi Domini Regis pro singulari ejus in Regiam Maestatem fide, & devotione, atque obfervantia prolequi, & in omnibus pro viribi fua se se conformem reddere, multis, ac plurimis intercedentibus ultro citroque cum veteris amicitiæ, & caritatis, tum affinitatis, & necessitudinis vinculis, quæ non Italiæ modò, sed toto ferè orbi notissima sunt; ad tolleudam etiam, & præcidendam quamcumque suspicionem, aut dubitationem, quæ proindè orta esset, aut oriri posset. Tenore præsentium ex certa scientia, atque animo marure deliberato, nulloque juris, vel facti errore ductus, & alias omnibus modo, jure, via, causa, & forma, quibus melius, validius, efficacius fieri, & esse possit, cum infrascriptis peragendis, propter locorum distantiam, interesse nequeat, salvis prædictis, fecit, constituit, ordinavit, & designavit, & facit, constituit, ordinat, & designat Spectabilem, ac Sapientem Juris utriusque Doctorem Dominum Johannem Andream de Cagnolis Consiliarium, & Oratorem fuum absentem tamquam præsentem, de cujus fide, rectitudine, integritate, & rerum gerendarum experientia omni ex parte Excellentia fua confidit, fuum etiam certum, & indubitatum, solemnem, & autenticum Nuncium, Procuratorem, Sindicum, & Mandatarium, & quicquid melius dici, & esse possit, specialiter, & expresse ad pro ipso Illustrissimo Domino Duce constituente, & ejus Procuratorio, & Mandatario nomine comparendum, & se exhibendum coram præfabato Serenissimo Domino Ferdinando Rege, seu quibuscumque Procuratoribus, & Mandatariis per ejus Regiam Maestatem legitime deputatis, & deputandis, & cum ipsi Regia Maestate, seu suis ut suprà, ac etiam cum quibuscumque Oratoribus, & Mandatariis Excelsæ Communitatis Florentiæ apud ipsam Regiam Maestatem existentibus, seu qui adesse reperiantur, practicandum, tractandum, incundum, fitmandum, & concludendum quamcumque ratificationem, redintegrationem, & confolidationem prædictæ Confœderationis, & Ligæ, Romæ, ut prædicitur, inter dictos tres Potentatus contractæ, & celebratæ, seu de novo ad abundantiorem cautelam, si, & in quantum expediat, & prædicto Domino Regi, & dictis Oratoribus, & Mandatariis Florentinis magis placuerit, ipsam Confœderationem, & Ligam incundum, faciendum, & celebrandum cum ipso Serenissimo Domino Rege, & aliis pro Excelsa Communitate Florentiæ, ut præmittitur, intervenientibus, & hæc omnia, & singula cum, & sub iisdem Capitulis, Conditionibus, Pactis, Promissionibus, obligationibus, terminis, cautionibus, juramentis, modis, formis, clausulis, solemnitatibus in ipsa Liga Romæ contentis, & comprehensis congrue, & debite referendo, & seu etiam com, & sub aliis quibusvis limitationibus, moderationibus, seu amplificationibus, Capitulis, & obligationibus denuo incundis, & contrahendis tam in facto Magnifici Domini Roberti de Malatestis pro Civitate Arimini, & Terris sui Comitatus, quam pro aliis causis exindè dependentibus, & dictam redintegracionem concernentibus, pro ut melius præfabato Serenissimo Domino Regi, & dictis Oratoribus, & Mandatariis Florentinis, & ipsi Domino Johanni Andreæ Cagnolæ Procuratori, & Mandatario præfabati Domini Ducis conducere videbitur; & de ipsis omnibus fieri mandandum, & rogandum quodlibet publicum Instrumentum, & Documentum, seu Instrumenta, & Documenta cum clausulis, & solemnitatibus debitis, & opportunis, dando, & tribuendo, & concedendo, & dedit, tribuit, & concessit ipse Illustrissimus Dominus Dux Mediolani prædicto Domino Johanni Andreæ Procuratori, & Mandatario suo in prædictis omnibus, & singulis, & quolibet prædictorum, & ex eis dependentibus, annexis, & emergentibus plenissimum arbitrium, potestatem, facultatem, auctoritatem, & baillam cum plenissimo Mandato, & libera, & larga, & generali, & speciali administratione agendi, faciendi, transigendi, & concludendi in præmissis ut suprà omnia, & singula utilia, necessaria, & opportuna, etiamsi talia agenda essent, quæ Mandatum exigerent magis speciale, & specialissimum, quæque majora, & gravio-

ra essent præmissis, & quæ demum ipse Illustrissimus Dominus Dux Constituens agere posset, si personaliter interesset, & ea ipsa ageret, promittens in verbo, & fide recti, & legalis Principis, & sub obligatione sui, & omnium bonorum suorum mobilium, & immobilium, præsentium, & futurorum se semper, & omni tempore ratum, gratum, & firmum habiturum quicquid per ipsum Dominum Johannem Andream Procuratorem, & Mandatarium suum prædictum actum, & conclusum fuerit in præmissis omnibus ut suprà, & contra ea, aut aliquod eorum non facturum, nec venturum directè, nec per indirectum de jure, nec de facto, aut alio quovis quæsito colore, præsentibus mensis sex proximè futuros valituris; & de prædictis præfabatus Illustrissimus Dominus Dux jussit, & jubet per me Christophorum de Cambiago Notarium publicum, & præfabati Illustrissimi Domini Ducis Cancellarium, & Scribam publicum debere confici Instrumentum unum, & plura ejusdem tenoris. Actum in Castro Papiæ, videlicet in Camera Turris; præsentibus Magnificis, & Reverendis, ac Spectabilibus Domino Angelo de la Stupha Cive, & Oratore Florentino, Domino Johanne Arcymboldo Episcopo Novariensi, Domino Laurentio de Terentiis de Pisauro Milite, & Doctore, Domino Thoma Thebaldo de Bononia Milite, Domino Augustino de Rubeis de Parma Milite, & Doctore, Domino Johanne de Borromeis Milite, & Comite, Domino Johanne Jacobo Ritio Juris Utriusque Doctore, & Domino Antonio de Bracellis Cive Januensi Ducalibus Consiliariis, nec non Johanne Symonecta, filio quondam Domini Antonii, & Jacobo Aliferio filio Thomasii Secretariis, & Alexandro de Colletis Cancellario Ducalibus, omnibus Testibus notis, idoneis, vocatis, & rogatis. Ego Christoforus de Cambiago natus quondam Jacobi Civis Mediolanensis Portæ Ticinensis, Parochiæ Sancti Georgii in Palatio præfabati Illustrissimi Domini Domini Galeaz Mariæ Ducis Mediolani &c. Cancellarius, & Scriba, publicusque Imperiali, ac Ducali auctoritatibus Notarius præmissis omnibus, & singulis, dum fie agerentur, interfui, & proindè jussus, ac rogatus præsens Mandati Instrumentum tradidi, sed aliis præfabati Principis negociis occupatus per alium idoneum scribi feci, & cum Originali concordavi, ideò manu propria subscripsi, lignumque mei Tabellionatus appofui consuetum in fidem, & Testimonium omnium præmissorum. Et ego Cichus Symonetta quondam Domini Antonii de Calabria Eques præfabati Illustrissimi Domini Domini Galeaz Mariæ Ducis Mediolani &c. Secretarius prædictis omnibus, dum fic agerentur, interfui, & de Mandato ipsius Illustrissimi Domini Ducis me propriâ manu subscripsi, ac signum mei Secretariatus appofui, & solito Ducali sigillo muniri feci ad fidem, & majus robur omnium præmissorum. CICHUS.

Tenor verò alterius Procurationis, & Mandati ipsius Domini Ottonis Oratoris, Procuratoris, & Nuncii dicti Illustris, & Excelsi Dominii Florentinorum cum sigillo in cerâ viridi impresso subsequitur per hæc verba:

In Dei nomine Amen. Anno Incarnationis Domini nostri Jesu Christi millesimo quadringentesimo septuagesimo, Indictione tertiâ, secundum cursum Florentinorum, die verò sextâ decimâ mensis Junii. Magnifici, & Excelsi Domini Domini Priores Libertatis, & Vexillifer Justitiæ Populi Florentini unà cum eorum Collegiis Venerandis, quorum nomina interius describentur, pro, & vice, & nomine Magnificæ, & Excelsæ Communitatis Florentiæ omni modo, via, jure, & forma, quibus magis, melius, validius, & efficacius potuerunt, non revocando propter hoc aliquod aliud Mandatum in infrascriptum Dominum Ottonem factum, sed potius confirmando, fecerunt, constituerunt, creaverunt, & ordinaverunt fuum, dictæque Magnificæ, & Excelsæ Communitatis Florentiæ Sindicum, Procuratorem, Mandatarium, & certum specialem Nuncium Magnificum Equitem, & Egregium Legum Doctorem Dominum Othonem de Nicolinis Civem Florentinum impræsentiarum eorum Oratorem specialiter, & nominatim ad agendum simul cum Serenissimo Principe, & Glorioissimo Domino Domino Ferdinando Dei gratia Siciliæ Rege &c. ac etiam Illustrissimo Principe, & Excellentissimo Domino Domino Galeaz Maria Sforcia Vicecomite, Duce Mediolani &c. Papiæ, Angleriæque Comite, ac Januæ, & Cremonæ Domino, & ad tractandum, inеundum, firmandum, & concludendum omnes Conventiones, Pacta, & Capitula, & omnem Societatem, Confœderationem, Intelligentiam, & Ligam

ANNO 1470. cum quocumque Potentatu, & Dominatu Italiæ, id eſt cum omnibus ſimul, & cum ſingulis ſeparatim, pro ut, & quemadmodum, & ſicut ipſi Procuratori, & Sindico noſtro ſimul cum prædicta Regiâ Majeſtate, & prædicto Illuſtriſſimo Domino Duce Mediolani libere videbitur, & placebit, & cum illis modo, & formâ, conditionibus, partibus, & effectibus, de quibus contrahentes convenerint, quidvè ipſi Sindico, & Mandatario noſtro dicto nomine placuerit, de quibus rebus, eisque annexis, aut ab ipſis dependentibus liceat ipſi Sindico, & Mandatario rogari, & confici facere ſemel, & pluries, & quociens voluerit, Inſtrumenta publica cum illis ſtipulationibus, promiſſionibus, obligationibus, pœnis, & renunciacionibus, & juramentis, ſolemnitatibus, & cautelis, quæ in hujusmodi Pactis, Convencionibus, & Inſtrumentis jure, vel conſuetudine apponi ſolent, ac poſtremo addere, & apponere quicquid ad ejusmodi Contractum roborandum utile fore videbitur à dicto Sindico, & Procuratore. Et generaliàer poſſit dictus Sindicus, & Mandatarius dicto nomine in prædictis, & circa prædicta gerere, & facere omnia, & ſingula, quæ ſibi utilia, & opportuna videbuntur; & quæ ipſimet Conſtituentes facere poſſent, ſi adeſſent, etiamſi talia ſint, quæ expreſſam, particularemque mentionem, ſpecialeque Mandatum exigerent, quæ omnia hic pro declaratis, & nominatim expreſſis haberi voluerunt. Dantes, & concedentes præfati Conſtituentes ipſi Sindico, & Mandatario in prædictis gerendis plenum, libetum, & generale Mandatum, cum plenâ, liberâ, & generali adminiſtracione. Promittentes, & ſolemniter nobis Cancellariis, & Notariis infraſcriptis ut publicis Perſonis recipientibus, & ſtipulantibus vice, & nomine omnium, & ſingulorum, quorum intereſt, intererit, aut poterit in futurum quommodolibet intereſſe, ſe, dictamque Exceſſam Communitatem Florentiæ, ratum, firmumque habitutos omni ex parte quicquid per dictum Sindicum, & Mandatarium ut ſuprà in hujusmodi rebus actum, factum, geſtumvè fuerit, pro quibus omnibus firmiter obſervandis, & adimplendis obligaverunt nobis Cancellariis, & Notariis infraſcriptis ut publicis Perſonis recipientibus, & ſtipulantibus ut ſuprà omnia, & ſingula ipſius Magnificæ, & Exceſſæ Communitatis bona præſentia, & futura. Quod quidem Mandatum valere voluerunt, & vires habere tribus menſibus proximè futuris. Mandantes nobis Cancellariis infraſcriptis, ut de prædictis unum, & plura, & pro ut opus fuerit, conficeremus Inſtrumenta. Nomina autem dictorum Conſtitnentium ſunt iſta videlicet: Antonius Leonardi Francisci Ferucci, Nicolaus Antonii Nicolai Benori, Alexander Pieri de Filicaria, Pier Antonius Honofrii de Cenninis, Mannus Signorini de Signorinis, Antonius Benvenuti de Benvenutis, Salvius Nicolai Jacobi de Panuciis, Laurentius Dominici Laurentii, Priores Libertatis Populi Florentini, Domino Karolo Angeli de Pandolfinis Vexillifero Juſticiæ abſente. Antonius Neri Philippi del Nero, Rogerius Nicolai de Corbinellis, Stephanus Betti Stephani, Franciscus Arnighi Corſi, Scolaius Tomaſii de Ciachis, Antonius Karoli de Ghiacceto, Johannes Nicolai de Covonibus, Salvius Lucæ de Stephanis, Jacobus Dini Domini Gucii de Gucis, Brancacius Nicolai de Oricellariis, Johannes Angeli de Gaddis, Andreas Andreæ Clementis Stephani Gonfaloneril Societatum Populi. Rogerio Thadei de Carucis, Antonio Michaelis Peſſioni, Baroncino Johannis de Baroncinis, & Antonio Pucii Antonii de Puciis abſentibus. Bartholomeus Jacobi Bardi, Honofrius Symonis de Bonacurſiis, Loctus Pieri de Loctis, Ludovicus Thadei de Antilla, Antonius Symonis de Orlandinis, Pierus Pieri de Tazis, Franciscus Domini Karoli de Federigis, Dominus Mannus Johannis de Temperanis, Dominicus Symonis de Cambinis, Scolaius Laurencii de Vivianis, Guidacius Bartholomei de Pecoris, Blaſius Laurencii de Monte duodecimi boni Viri Communis Florentiæ. Acta fuerunt prædicta omnia, & ſingula in Palatio Populi Florentini, reſidentiæ præfatorum Magnificorum Dominorum, anno, Indicione, menſe, & die ſuprascriptis. Præſentibus Honeſtis, & Religioſis Vitis Fratre Nicolao Bernardi, & Fratre Gulielmo Amerigi Cuſtodibus ſigilli Populi Florentini, & Prudentibus Viris Ser Antonio Adami Gratiæ Officiali exactionum Populi Florentini, & Ser Johanne Ser Bartholomei de Guidis Civibus, & Notariis publicis, Teſtibus ad ſuprascripta omnia, & ſingula vocatis, habitis, & rogatis. Bartholomeus Scala Cancellarius rogavi. Ego Antonius Mariani Nuncii Civis, & Notarius publicus, & Cancellarius ſecundus Florentinus ſuprascriptis omnibus, & ſingulis in præſenti Contractu contentis, dum ſic agerentur, interfui, eaque rogatus unà cum ſuprascripto Viro Eloquentiſſimo Domino Bartholomeo Scalla primo Cancellario Florentino, nos ambo gravioribus occupati eadem ſcribenda, & in hanc publicam formam redigenda commiſimus Ser Nicolao Michelozi Bartholomei Viro prudenti, & Notario Florentino, & ad fidem ſuprædictorum me ſolito meo ſigno ſubſcripſi. Ego Nicolaus Michelozi Bartholomei Civis Notarius publicus Florentinus Coadjutor præfati Eloquentiſſimi Viri Domini Bartholomei Scalæ Cancellarii Florentini prædicta omnia in præſenti Contractu Mandati conteota de commiſſione præfatorum Cancellariorum Florentinorum ſcripſi, & publicavi; & ad fidem me ſubſcripſi, & ſignum meum conſuetum apposui. Nos Priores Libertatis, & Vexillifer Juſticiæ Populi Florentini integram facimus fidem, qualiter ſuprædicti Dominus Bartholomeus Scala, & Ser Antonius Mariani Mutii, qui de prædicto Contractu Mandati togati fuerunt, & Ser Nicolaus Michelozi Bartholomei, qui ipſum ſcripſit, & publicavit, fuerunt, & ſunt publici, & autentici Notarii descripti in Matriculâ artis Judicum, & Notariorum noſtræ Civitatis, eorumque ſcripturis adhibita ſuit, & adhibetur plena, & indubitata fides. In quarum rei tum Teſtimonium has Litteras noſtras fieri juſſimus, & ſignari noſtro ſolito ſigillo. Datum Florentiæ in Palatio noſtro die XVII. Junii milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo.

ANNO 1470.

Signum Ferdinandi Dei gratia Regis Siciliæ, Jheruſalem, & Hungariæ, qui præmiſſa laudamus, acceptamus, ratificamus, & confitemur, ac Magnum Majeſtatis noſtræ ſigillum in pendenti apponi juſſimus. REX FERDINANDUS.

Ego Johannes Andreas Cagnola Juris Utriusque Doctor, Conſiliarius, Orator, & Mandatarius prædictus ad majorem omnium prædictorum fidem me propria manu ſubſcripſi. Teſtes, qui præmiſſis interfuerunt ſunt Illuſtres, Spectabiles, & Magnifici Viri Dominus Robertus de ſancto Severino Princeps Salerni, Franciscus de Baucio Dux Andriæ, Urſus de Urſinis Dux Aſcoli, Honoratus Gaetanus Comes Fundorum Regni Siciliæ Logotheta, & Prothonotarius, Inicus de Davoles Comes Montis Odoriſii dicti Regni Magnus Camerarius, Diomedes Caraffa Comes Mataloni, Antonius Caraffa Turcus, & Antonius Cincinellus Milites; Nicolaus Antonius de Montibus de Capua Legum Doctor, Antonius de Tricio Miles, Johannes Baptiſta de Bentivoliis de Saxo Ferrato Legum Doctor, Johannes Sancis, Pasquaſius Diasgarlon Miles major Regius Guardaroba, Bernardinus Lapi de Nicolinis, Petrus Andreas de Borazano, Petrus Paulus Thomaſii, Antonius Junii, Melchion de Berardino, & Thomaſius de Cagnolis.

Signum mei Antonelli de Petruciis ejusdem Sereniſſimi Domini Regis Secretarii, & Notarii publici, qui præmiſſis interfui, eaque de ipſius Domini Regis Mandato, rogarunque Partium prædictarum ſcribi feci, publicavi, & clauſi unà cum infraſcriptis Notariis, corrigitur autem in ſecunda facie quinti folii linea XI. *& in quolibet*, & linea XVI. ejusdem facici, & ſolii, *non ſtante*.

Ego Ilarius Cagnola Filius Domini Jacobi præfati Domini Oratoris, & Conſiliarii Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani &c. Secretarius, & Cancellarius ſuprascriptus, publicus Imperiali auctoritate Notarius prædictis omnibus, & ſingulis interfui juſſus, ac rogatus unà cum Clariſſimo Viro Domino Antonello de Petruciis Equite Regio Conſiliario, & Secretario prædicto, & Egregio Viro Set. Gracino de Gracinis de Florentia Secretario, & Cancellario, & Notario ſuprascripto præſens Inſtrumentum ſcribi feci, & publicavi. Conſtat autem mihi de omnibus abraſionibus, & correpcionibus ſuperius annotatis per ipſum Dominum Regium Secretarium prænominatum, quas per me annotari etiam ſupervacuum exiſtimavi. Itaque in fidem, & teſtimonium omnium præmiſſorum me ſubſcripſi cum ſigno Inſtrumentis, quæ à me fiunt, apponi conſueto.

Ego Graeinus Antonii de Gracinis de Stagia præfati Domini Ottonis Exceſſæ Rcipublicæ Florentinorum Oratoris Cancellarius ſuprascriptus Imperiali auctoritate Notarius prædictis omnibus, & ſingulis interfui, juſſusque, & rogatus unà cum Clariſſimo Viro Domino Antonello de Petruciis Equite Regio Conſiliario, & Secretario prædicto, & Egregio Viro Ilario Cagnola Secretario, & Cancellario, ac Notario ſuprascripto præſens Inſtrumentum ſcribi feci, ac publicavi. Conſtat autem

ANNO 1470. autem mihi de omnibus abraxionibus, & correptionibus ſuperius annotatis per ipſum Dominum Regium Secretarium præmominatum, quas per me annotari jam ſupervacaneum exiſtimavi; Itaque in fidem, & Teſtimonium omnium præmiſſorum me ſubſcripſi cum ſigno Inſtrumentis, quæ à me fiunt, apponi conſueto. Dominus Res mandavit mihi Antonello de Petruciis, in cujus poſſe Partes firmarunt, & juraruut.

Ego Nicolaus Michelozi Civis, & Notarius Florentinus Imperiali auctoritate Judex ordinarius, Notariusque publicus prædicta omnia, & ſingula in præſenti, & aliis octo cartis de membranis proxime præcedentibus inſimul ſutis fideliter ſumpſi & tranſcripſi ex libris, & Inſtrumento Originali dictæ ſupraſcriptæ Ligæ rogatæ, ſcriptæ, & publicatæ pro, & manu publicorum Notariorum, & ſubſcriptæ manu propria Sereniſſimi, & Glorioſiſſimi Principis, & Domini Domini Ferdinandi Dei gratia Regis ſupraſcripti, & aliorum ſupraſcriptorum, nec non munitæ magno pendenti Regio ſigillo in cera rubea, & ad præſens exiſtentes penes Magnificos, & Exceſſos Dominos Dominos Priores Libertatis, & Vexilliferum Juſticiæ Populi Florentini, & in Cancellaria Palatii reſidentiæ dictorum Exceſſorum Dominorum, nil addens, neque minuens, quod ſenſum mutet, vel varium reddat intellectum; Corrigitur autem in prima facie ſecundi folii linea quinta, & in fine lineæ habentibus, & in ſecundâ facie dicti folii lineâ vigeſimâ, atque in margine adduntur hæc verba, quæ ego lapſu calami prætermiſeram: *& præſertim Illuſtris Comitis Urbini, & Adherentium, & Recommendatorum*: Quæ verba mea propria manu ſunt ſcripta, & notata, & accentuata inter verbum *Recommendatorum*, & verbum *ipſius*; Item corrigitur in prima facie quarti folii, & linea XVII. in verbo *Antonio*. In quorum omnium Teſtimonium, & fidem, & majus robur me propria manu ſubſcripſi, & ſignum mei Notariatus conſuetum appoſui.

Priores Libertatis, & Vexillifer Juſticiæ Populi Florentini Univerſis, & ſingulis, ad quos præſentes advenerint, integram facimus fidem, quatenus ſupraſcriptus Ser. Nicolaus Michelotii Bartholomei, qui ſupraſcriptum Contractum Ligæ fideliter ſumpſit, & tranſcripſit ab originali ut ſuprà in ejus ſubſcriptione patet, fuit, & eſt publicus, & autenticus, & fide dignus Notarius, & deſcriptus in Matricula artis Judicum, & Notariorum noſtræ Civitatis, ejusque ſcripturis adhibita eſt ſemper, & adhibetur plena, & indubitata fides. In quorum omnium Teſtimonium, & robur has noſtras Litteras fieri juſſimus, & noſtri ſoliti ſigilli munimine corroborari. Datum Florentiæ in Palatio noſtro die ſexto Februarii M. CCCC LXX. ſecundum curſum, & morem noſtræ Civitatis quarta Indictione.

Extracta fuit præſens Copia à Regiſtro inſcripto ſub Litteris C. C. *Ducis* GALEATII MARIÆ SFORTIÆ *Vicecomitis exiſtente in Regio Archivio Caſtri Portæ Jovis Mediolani in papiro ſcripto. Datum Mediolani die trigeſima menſis Octobris anni* 1719.

Examinavit JOANNES FRANC. STRIGELLIUS *Regii Archivii Officialis.*

CCLXXXVIII.

20. Août. *Denominatio Colligatorum, Adherentium, & Recommendatorum à parte Illuſtriſſimi* DUCIS MEDIOLANI *includendorum in Tractatu Fœderis & Ligæ nuper renovatæ inter eundem Ducem &* FERDINANDUM *Regem Siciliæ nec non Rempublicam* FLORENTIÆ. *Actum Mediolani die* 20. *menſis Auguſti* 1470. *Indictione* III. [Pièce authentique, tirée des Archives Royales du Château de Milan. Regiſtre C. C.]

In Nomine Domini, Amen.

ANNO à Nativitate ejusdem milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo, Indictione tertia, die Jovis vigeſimo menſis Auguſti. Cum in Contractu nuper initi Fœderis, & redintegrationis Ligæ inter Sereniſſimum Principem, & Excellentiſſimum Dominum Dominum Ferdinandum Siciliæ &c. Regem parte una, & Illuſtriſſimum Principem, & Excellentiſſimum Dominum Galeaz Mariam Ducem Mediolani &c. parte alia, & Exceſſam Rempublicam Florentiæ parte alia, ſeu eorum legitimos Procuratores, & Mandatarios, die ſcilicet octavo menſis Julii proxime præteriti inter cætera conventum ſit, quod Partes prædictæ, & quælibet earum teneatur intra terminum nuius menſis à die publicationis Contractus ipſius inchoandi nominare ſuos Colligatos, Adhærentes, & Recommendatos; qui quidem nominandi infra terminum duorum menſium numerandorum à die publicationis ipſius Contractus ratificaſſe, & intra alium menſem dictos duos immediate ſequentem nominationem, Ratificationemque prædictas intimare debeant ipſis Partibus, qui ſic ratificantes, & nominati comprehenſi in dicta Ligâ intelligantur. Idcirco prælibatus Illuſtriſſimus Dominus Galeaz Maria Dux Mediolani &c., qui quantum ad ſe ſpectat, ipſam Ligam acceptavit, & ejus beneficio gaudere vult, & intendit, in executione prædicti Capituli, & contcurorum in eo, revocando, & annullando quamcumque aliam denommationem per præfatum Illuſtriſſimum Dominum Ducem Mediolani factam à die celebrati Contractus dictæ redintegrationis Ligæ citra; Tenore præſentium, & aliàs omnibus modo, jure, via, cauſa, forma, quibus melius, ac validius fieri poteſt, præfato Sereniſſimo Domino Ferdinando Regi, & Excelſæ Communitati Florentiæ, & utrique eorum nominavit, intimavit, & declaravit, nominat, intimat, & declarat infraſcriptos omnes, & ſingulos ejus Colligatos, Confœderatos, Adhærentes, & Recommendatos, qui in ipſo Fœdere Ligæ comprehendi debeant, & ejus beneficio uti. Imprimis namque præfatus Illuſtriſſimus Dominus Dux dixit, declaravit, & intimavit, & dicit, declarat, & intimat, & cum ea, qua convenit reverentia, & honorificentia nominavit, & nominat Sereniſſimum Principem, & Chriſtianiſſimum Dominum Dominum Lodovicum Dei gratia Francorum Regem pro ejus Colligato, & Confœderato, jure, & vigore perpetuæ Confœderationis, & Ligæ, & quarumcumque aliarum obligationum inter eos Regiam Maeſtatem, & præfatum Illuſtriſſimum Dominum Ducem Mediolani exiſtentium, quas conſtat eſſe ſine præjudicio Ligæ Italicæ. Item declaravit, & declarat infraſcriptos omnes, & ſingulos pro ejus Colligatis, & Confœderatis, quorum nomina ſunt hæc videlicet: Illuſtr., & Excellentiſſimus Dominus Sigismundus Auſtriæ Dux prælibati Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani affinis pro Statu ſuo; Illuſtris, & Potens Dominus Lodovicus Marchio Mantuæ cum Statu, & Terris ſuis; Illuſtris & Exceſſus Dominus Guillelmus Marchio Montiſferrati pro Statu, & omnibus Terris, & Locis ſuis; Illuſtris Dominus Alexander Sforcia præfati Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani Patruus pro Piſauro, & Terris ſuis; Magnificus Dominus Boſius Sforcia ejusdem Domini Ducis Patruus pro ſancta Flora, & aliis Terris ſuis in partibus Tusciæ, Magnifica Communitas Senarum cum Civitatibus, & Terris ſuis; Magnifica Communitas Bononiæ cum Terris, & Locis ſuis; Magnifica Communitas Lucenſis, Magnifica Communitas Anchonæ, Magnificus Dominus Tadeus de Manfredis Imolæ &c. Magnificus Dominus Robertus de Malateſtis Ariminì &c. Magnifici, & Potentes Domini de Ligâ Confœderatorum Alamaniæ, Reverendus Dominus Epiſcopus, & Communitas totius Patriæ Valeſii, Reverendus Dominus Epiſcopus, & Communitas Corienſis, Magnificus Comes Henrichus de Sacho. Infraſcripti vero dantur, & nominantur pro Adhærentibus, Recommendatis, & Complicibus, quorum etiam nonnulli in parte Subditi ſunt præfati Ducis Mediolani videlicet: Marchiones Inciſæ pro Terris ſuis, Nobiles de Coconato ex Comitibus Radicatæ, Magnificus Miles Dominus Antonius de Corigia pro tertia parte ſibi tangente locorum, & bonorum Corigiæ, Fabricæ, Roſſenæ, & Gombio Dioceſis Regiuenſis, & jurium quorumcumque ſuorum in, & ſuper prædictis omnibus bonis, & Locis, Comites Tendæ, Dominus Antonius ex Marchionibus Romagnani pro Terris, & Locis Polentii, & Sanctæ Victoriæ, Ghiſellus, Azo, & Antonius Marchiones Mulatii filii, hæredes Marchionum de Malaſpinis de Villa Franca cum Terris eorum præſentibus, & cum aliis, quæ injuſte, & violenter occupantur per Galeotum de Campo Fregoſo, Antonietus de Campo Fregoſo filius, & hæres Domini Spinetæ pro Locis Carrariæ, Laventiæ, & Monetæ, Bartholomeus quondam Henrici de Auria Domini Dulcisaquæ, Ricardus, Azonus, Moruellus, Bernardus, Antonius, Ricardus, & Petrinus Marchiones Petrægrottæ filii, & hæredes quondam Franciſchini de Carretto de Novello, Antonius, Johannes, & Franciſcus de Carretto Condomini Carretti quondam Domini Johannis de Carretro pro Finario, & aliis Locis ſuis, Georgius, & Carolus de Carreto Condomini Zucharelli, Condomi-

ANNO 1470. ni paucæ Paleæ, Lamba, & Ceva de Auria, & Fratres filii, & Hæredes Bartholomei de Auria Condomini Saſſelli Patris, Raphael, & Fratres, ac cæteri Nobiles ex Comitibus Vintimilii, Boruel de Grimaldis, & affines ſui Condomini Caroſii, Jacobus Andreas, & Franciscus Fratres, Antonius Hieronymus filii quondam Nicolai, Benedictus filius quondam Uberti omnes de Spinulis Condomini Franchæ Villæ, Carocius, & Ambroſius Fratres quondam Galeoti, nec non Karolus, & Philippus quondam Hectoris omnes de Spinulis Condomini Taxaroli, Baptiſta de Spinulis de la Cabella, Baptiſta, & Loſredos de Spinulis Condomini Sancti Chriſtophori pro ipſis, & Conſortibus, Galeotus, Philippus, Ubertus, Paulus, Carocius, Elianus, Andreas, Luchetius, Johannes, Jacobus, Daniel, & Theodorus pro ſe, & Conſortibus de Spinulis Condomini Arquatæ, Jacobus, Hemanuel, Lucianus, Leonardus, & Cataneus de Spinulis Condomini Petræ Biſariæ, Montis Cavearum, & Darnefii pro ſe, & Conſortibus; Nicolaus, & Fratres filii quondam Damiani Condomini Inſulæ, & Vayranæ, Carolus, & Fratres quondam Adaloni, Bartholomeus, & Fratres quondam Nicolai de Spinulis Condomini Ronchi, Elianus, & Participes de Spinulis Condomini Burgi Furnariorum, Dominus Hector, Hieronymus, Gotifredus, Lancelotus, Petrus, Barnabas, Lucianus, Galeotus, & Baldaſar de Spinulis Condomini Buzalæ pro ipſis, & Conſortibus, Lanzalotus, Bruuorus, Baptiſta, Francius, & Baldaſar de Spinulis Condomini Montis Giardini pro ſe, & Conſortibus, Albertinus, & Frater de Gutuariis pro Locis ſuis, Marcus, Matteus, Georgius, & Franciscus de Carretto pro loco Carretti, Galeotus, & Neapolionus Fratres de Spinulis Condomini Rochæ, Johannes Antonius, Baptiſtinus, Bartholomeus, & Perinus Condomini Belegani, Condomini Mezadii, Hæredes Domini Lodovici de Boleris, Nicolaus, & Matheus pro loco Frinchii, Comites ſancti Martini, Nobiles de Spinulis Condomini Montisauri, Nobiles de Spinulis Condomini Luculi, Nobiles de Auria Condomini Moruefii, Theodorus, & Johannes de Spinulis pro ſe, & Conſortibus pro loco Lemæ; quam quidem nominationem, & declarationem, ut præmittitur, fecit, & facit præfatus Illuſtriſſimus Dominus Dux Mediolani &c. cum reſervatione, & ſine præjudicio quorumcumque jurium, & actionum, quas Dominatio ſua habet, & ſeu habere prætendit, aut præſeudere poſſet in Locis, & bonis, vel aliquo eorum, quæ quovis modo tenentur, & poſſidentur per dictos ſupranominatos, & declaratos, vel eorum aliquem, quibus juribus, & actionibus, nec alicui eorum ipſe Dominus Dux vigore præſentis Inſtrumenti, nec contentorum in eo non intendit, nec vult aliquo modo præjudicari, nec derogare, & etiam cum reſervatione facultatis nominandi alios quoscumque ſuos Colligatos, Confæderatos, Adhærentes, & Recommendatos intra terminum debitum nominationis. Dans dedit, & dat nobis infraſcriptis Notariis, & cuilibet noſtrûm licentiam, & auctoritatem quoscumque per denominationem ſuam nominandos ut ſuprà in hoc Inſtrumento addendi, alia absque ſtipulatione, cum reſervatione tamen jurium ſuorum ut ſuprà, quam reſervationem intelligi vult in principio, medio, & fine præſentis Contractus, & in qualibet parte appoſitum eſſe. Et inde de prædictis omnibus, & ſingulis præfatus Illuſtriſſimus Dominus Dux Mediolani juſſit, & jubet per nos Marcum Trottum, Johannem de Molo Notarios, & Cancellarios ſuos infraſcriptos, & utrumque noſtrum in ſolidum publicum debere confici Inſtrumentum unum, & plura ejusdem tenoris.

Actum in Caſtro Modoetiæ, videlicet in guarda Camera ſolitæ reſidentiæ præfati Illuſtriſſimi Domini Ducis, præſentibus Illuſtr. Domino Sfortia Magnifici Sfortiæ Viceeomite, Duce Bari, Domino Lodovico Maria Sforzia Viceeomite Mortarii Comite Fratribus, Magiſtro Johanne de Marliano, Magiſtro Ambroſio Gryſo, Magiſtro Lazaro Thedado filio Antonini Artium, & Medicinæ Doctoribus Phyſicis, Domino Gnidone Antonio Arcimboldo Milite filio quondam Domini Nicolai, Domino Hieronymo de Becharia Milite filio quondam Franciſchini Cameratiis, Ricio de Cottonio Familiaribus, Jacobo Alifero filio Thomæ Secretario, Johanne Petro Panicæ. filio quondam Rigini Familiare, Joanne Gabriele Cribello Aulico, Johanne Petro de Carminate de Brambilla filio Venturini Familiari, Georgio de Criveto de Finario filio quondam Domini Johannis Camerario, Karolo de Favagroſſis Aulico, & Juliano de Peſſina Ducali Caballariorum Officiali Ducalibus omnibus reſtibus notis, & idoneis ad prædicta vocatis, & rogatis.

Ego Marcus filios quondam Domiuici publicus Imperiali, ac Ducali auctoritatibus Notarius, & præfati Illuſtriſſimi Domini noſtri Domini Galeæ Mariæ Sforziæ Ducis Mediolani &c. Cancellarius prædictis omnibus, & ſingulis, dum ſic ut ſuprà agerentur, interfui, & de eis Inſtrumentum unà cum Johanne de Molo Notario, & Cancellario infraſcripto rogavi, & aliis negociis præfati Domini Ducis occupatus per virum idoneum, & fidum in hanc publicam formam ſcribi feci, & poſtmodum legi, & cum meis imbreviaturis auſcultavi, & concordare inveni, ideo in fidem, & Teſtimonium omnium præmiſſorum me propria manu ſubſcripſi, & ſignum mei Tabellionatus appoſui conſuetum. ANNO 1470.

Ego Johannes quondam Maſioli de Molo de Belinzona Civis Mediolani publicus Imperiali, ac Ducali auctoritate Notarius, præſibatique Domini Ducis Mediolani Cancellarius prædictis omnibus, & ſingulis, dum ſic agerentur, interfui, de ipſisque unà cum dicto Marco Trotto Notario, & Cancellario inſtrumentum tranſcribi feci, examinavi, & me propria manu ſubſcripſi, ſignumque mei Tabellionatus appoſui conſuetum in fidem, & Teſtimonium omnium præmiſſorum.

Extracta fuit præſens Copia à Regiſtro inſcripto ſub Litteris C. C. *Ducis* GALEATII MARIÆ SFORTIÆ *Vicecomitis, exiſtente in Regio Archivio Caſtri Portæ Jovis Mediolani, in papiro ſcripto. Datum Mediolani die trigeſima menſis Octobris anni* 1719.

Examinavit JOANNES FRANCISCUS STRIGELLIUS *Regii Archivii Officialis.*

CCLXXXIX.

Denominatio Colligatorum & Adhærentium, FERDINANDI *Regis Siciliæ, in Tractatu Confœderationis & Ligæ nuper inter eum &* DUCEM MEDIOLANI, *atque Communitatem* FLORENTIÆ *inito, comprehenſorum. Datum in Caſtello Novo Civitatis Neapolis die* 1. *Septembris Anno* 1470. [Pièce authentique, tirée des Archives Royales du Château de Milan.] 1. Sept.

FERDINANDUS Dei gratia Rex Siciliæ, Hieruſalem, & Hungariæ. Cum nuper, die ſcilicet octavo menſis Julii præfeutis anni, in hoc Caſtello Novo hujus Civitatis noſtræ Neapolis per, & inter Illuſtriſſimum, & Potentiſſimum Dominum Galeaz Mariam Sforziam Ducem Mediolani, Papiæ, Angleriæque Comitem, ac Genuæ, & Cremonæ Dominum, affinem, & Patrem noſtrum Cariſſimum, ſeu Magnificum Legum Doctorem Johannem Andream de Cagnolis ipſius Illuſtriſſimi Ducis Oratorem, Factorem, Procuratorem, & Mandatarium ex unâ, & Magnificam, & Excelſam Communitatem Florentiæ, ſeu Magnificum Juris Utriusque Doctorem Othonem Lapi de Nicolinis ipſius Excelſæ Communitatis Oratorem ſimiliter, Procuratorem, & Mandatarium ex aliâ, & nos partibus ex alia, inita, contracta, facta, & firmata fuerit bona, mera, & pura Unio, Confœderatio, Colligatio, Intelligentia, & Liga ad Omnipotentis Dei laudem, & gloriam, ac ad mutuam Statuum tutelam, defenſionem, & conſervacionem, & pro ſervanda Pace, & tranquillitate Italicâ pro tribus noſtris Partibus Principalibus, noſtrorumque filiis, Hæredibus, & Succeſſoribus, nec non pro Colligatis, Adhærentibus, Recommendatis, Complicibus, Sequacibus, & Subditis noſtris, ac noſtrum cujuslibet ad Annos XXV. & ulterius ad noſtrum beneplacitum valitura, & duratura, cum modis, Pactis, Capitulis, & Condicionibus in Inſtrumento dictæ Ligæ celebratæ contentis, & particulariter deſcriptis, ex quibus quidem Capitulis uno videlicet tertio decimo caveatur, ac ſpecialiter conſueatur, quod quælibet Partium teneatur intrà terminum unius menſis inchoandi à die publicationis dictæ Ligæ, quæ publicatio, pro ut per ultimum Capitulum cavetur, fieri habuit die quinto decimo menſis Auguſti proximè præteriti, quod per nos, præſentibus dictis Oratoribus, ſolemniter in Archiepiſcopali Eccleſia hujus Civitatis noſtræ adimpletum eſt, nominare ſuos Colligatos, Adhærentes, & Recommendatos, qui quidem ſic nominandi intrà terminum dnorum menſium numerandorum à die publicationis dictæ Ligæ ratificaſſe,

ANNO 1470. tificaſſe, & prædictam nominationem acceptaſſe, & approbaſſe, & infrà alium menſem dictos duos immediatè ſequentem, nominationem, Ratificationem, & approbationem prædictas reliquis Colligatis intimare tenearur, pro ut in ipſis Capitulis, & Contractu Ligæ hæc, & alia clarius, & uberius continentur; nosque ſutendamus ea omnia exequi, quæ nobis, & parti noſtræ incumbunt pro implemento dicti Capituli, & in eo contentorum, tenore præſentium, & ex certa ſcientia, & aliis omnibus modo, jure, via, cauſa, & forma, quibus melius, validius, & efficacius fieri poteſt, in his ſcriptis damus, & nominamus præfato Illuſtriſſimo Duci Mediolani infraſcriptos omnes, & ſingulos pro noſtris Adhærentibus, Colligatis, & Recommendatis, qui in prædicta Liga, & Confœderatione includantur, earumque beneficio gaudeant, & fruantur. Quorum quidem nomina ſunt hæc videlicet: Illuſtres, Spectabiles, Magnificique Lodovicus de Gonzaga Marchio Mantuæ, Federicus Comes Urbini cum ſuis Recommendatis, Robertus Malateſta Arimini Dominus &c. Jacobus Tertius de Appiano Plumbini Dominus, Reverendus Johannes de Urſinis Archiepiſcopus Tcani, & Abbas Farfenſis, Jacobus de Urſinis Dux Gravinæ, Urſus de Urſinis Dux Aſculi, Robertus de Urſinis Comes Tagliacotii, Aldobrandinus de Urſinis Comes Pitilliani, & Nicolaus ejus filius, Lodovicus de Urſinis, Angelus de Urſinis, Jordanus de Columna Dux Marſiæ, Julius de Camerino, Jacobus Conte, Andreas de Picolominibus, & Jacobus de Monte Marano Milites. In quorum Teſtimonium præſentes Litteras exindè fieri, & magno pendente Majeſtatis noſtræ ſigillo juſſimus communiri. Datum in Caſtello Novo Civitatis noſtræ Neapolis die primo menſis Septembris Anno à Nativitate Domini M. CCCC. LXX. Regnorum noſtrorum Anno decimo tertio.

REX FERDINANDUS.

Dominus Rex mandavit mihi ANTONELLO DE PETRUCIIS.

Regiſtrata in Cancellaria penes Cancellarium in Regiſtro Ligæ ſecundo.

Extracta fuit præſens Copia à Regiſtro inſcripto ſub Litteris C. C. *Ducis* GALEATII MARIÆ SFORTIÆ *Vicecomitis exiſtente in Regio Archivio Caſtri Portæ Jovis Mediolani, in Papiro ſcripto. Datum Mediolani die trigeſima menſis Octobris anni* 1719.

Examinavit JOANNES FRANCISCUS STRIGELLIUS *Regii Archivii Officialis.*

CCXC.

20. Sept. FRANCE ET SUISSE. *Traité & Confédération entre* LOUIS XI. *Roi de France, & les Cantons* SUISSES. *Fait à Tours le* (1) 20. *Septembre* 1470. [Divers Traitez, Contracts & Teſtamens ſervans aux Mémoires de PHILIPPE DE COMINES pag. 158. G. G. LEIBNITZ. Codicis Diplomatici pag. 430. FREDERIC LEONARD. Tom. IV.]

LOUIS par la grace de Dieu Roi de France, Et nous les Bourgmaiſtres, Advoyers, Ammans, Conſeils, Citoiens, Communautez, & Habitans des Citez, Seigneuries, Provinces, & Cantons de la Grande Ligue de la Haute Allemagne ci-aprés nommez, ſavoir de Zurich, Berne, Lucerne, Ury, Swits, & Underwald d'autre part: Savoir faiſons par ces preſentes à tous preſens & advenir, Que nous de part & d'autre pour la conſervation de noſtre ſincere & ancienne Amitié, laquelle s'eſt jusques ici notoirement maintenue entre nos Seigneurs Predeceſſeurs & Majeurs, & nous, & pour continuer une bonne intelligence & Union, nous nous ſommes accordez en la forme & maniére qui s'enſuit.

Savoir faiſons, que Nous Roi de France ſusdit, en nul temps à jamais ne donnerons par nous ou les noſtres, conjointement ou diviſement, directement ou indirectement au Duc de Bourgogne aucun ſecours, aide, aſſiſtance, ni faveur, contre nos ſusdits treschers Amis de la Ligue, au moien dequoi, ou les leurs en general ou ſpecial, puiſſent recevoir quelque détriment en leurs corps ou biens, ou en quelqu'autre façon qui puiſſe arriver: Nous ſemblablement ſusdits Confederez de la Ligue, promettons de ne jamais donner directement ou indirectement aucun ſecours, faveur, ou aſſiſtance au ſusdit Seigneur de Bourgogne contre le ſusnommé Sereniſſime Seigneur, le Treschretien Roi de France, au moien dequoi puiſſe arriver à lui ou aux ſiens en general ou ſpecial aucun detriment de corps & de biens, ou de quelconque autre choſe, le tout ſans dol, fraude, ou machination: Sauf toutefois les Intelligences faites dés long-temps entre les ſusdits Roi, & nous la Ligue, en ce qu'en tous leurs points & Articles elles demeurent ſauves, & en leur perpetuelle force & vigueur: Pour aſſeurance dequoi, nous avons à ces preſentes fait mettre nôtre ſcel. Donné chez le Roi en la Ville de Tours le vintiéme Septembre 1470. & de noſtre Regne le dixiéme.

(1) *G. G. Leibnitz*, qui a ce Traité en Latin dit, qu'il fut fait le 23. Septembre. Il a auſſi fait la fin les qualitez des Magiſtrats des Suiſſes au nom deſquels ce Traité s'eſt fait, ce qu'on ne trouve pas ici; mais cela eſt peu important.

ANNO 1470.

CCXCI.

Quittung Graff Gerdts zu Oldenburg über 2500. Gulden Reinſch / ſo derſelbe ferners wegen überlaſſung ſeines antheils an denen Herſchafften Schleßwig / Hollſtein / und Stormarn / von Chriſtian König in Dennemarck empfangen. Geben zu Segeberg am Tag Matthæi 1470. [LUNIG, Teutſches Reichs-Archiv. Part. Spec. Continuat. II. Abtheilung IV. Abſatz X. pag. 23.] 21. Sept.

C'eſt-à-dire,

Quitance de GERARD *Comte d'Oldenbourg & Delmenhorſt à* CHRISTIAN I. *Roi de Dannemarc ſon Frere, de la ſomme de* 2500. *florins reçuë à compte & en compenſation de ſa Portion hereditaire des Duchés de* Sleswich *&* Holstein. *A Segeberg le jour & fête de St. Matthieu Anno* 1470.

WY Gerdt Grave tho Oldenborg und Delmenhorſt / don wittlich als weme / dat de Durchlüchtigſte / Hochgebohrne Fürſtinne und Fruwe / Fruw Dorothea tho Dennemarcken / Schweden / Norwegen Königinne / Hertoginne tho Schleßwig / Grävin tho Hollſteen / Stormarn / Oldenborg und Delmenhorſt / unſe gnädige leve Fruwe und Süſter / der Hochgebornen Fürſtinnen / unſer leven Süſter / Fruwen Margarethen / Hertoginnen tho Schleßwig / Gravinnen tho Hollſtein unſers Seel. leven Ohmens / Hertogen Alves nageladen Wedeven / von unſer wegen / van der Borg und Vogedie Redensborg wegen / gutlicken wol tho Dancke entrichtet unde vernöget hefft / vyff unde twintig hundert gode wolwichtige Rinſche Gülden / de wy vor dem Durchlüchtigſten / Hochgebornen Fürſten und Herrn / Herrn Chriſtierne / tho Dennemarcken / Schweden / der Wenden und Gothen Könige / Hertogen tho Schleßwig / und Grafe tho Hollſteen / Stormarn / Oldenborg und Delmenhorſt / unſen gnädigen leven Herrn und Broder in Beklninge ſo dans Summen alſe und ſyne Gnade von ene Verlatinge / wegen unſes Andels des Hertogdoms tho Schleßwig / unde der Gravenſchup Hollſteen und Stormarn noch pflichtig is / hebben afgekörtet und quittiret / unde laten vor uns / unſe Erven und Nachkömmenlingen unſer Ergen. gnädigen leven Herrn unde Broder / ſyner Gnade Erven und Nachkommelinge / vor alle fürter Thoſprache und Mamaninge / von der vorg. vyff unde twintig hundert Rinſcher Gülden wegen / gantzer Dinge quit / ledig und leß / deß ver Tſchniſſe hebben wy unſe Inſegel witlicken heten hängen vor dyſſen Brev / ve geven is up Segeberg / na unſes Herrn Gebort veertienhundert in dem ſäventigſten Jahre / am Tage Matthäi des Heiligen Apoſtels und Evangeliſten.

CCXCII.

Annô 1490. 23. Sept.

CCXCII.

Quitcrung Graff Gerdts zu Oldenburg an ſeinen Herrn Bruder König Chriſtian in Dennemarck/ daß Ihme derſelbe ſeinen antheil wegen überlaſſung der Herſchafften Schleßwig/ Hollſtein / und Stormarn völlig bezahlet. Geben zu Segeberg/ Montag nach Matthæi Anno 1470. [Lunig, Teutſches Reichs-Archiv. Part. Spec. Continuat. II. Abtheilung IV. Abſatz X. pag. 24.]

C'eſt-à-dire,

Quitance de Gerard *Comte d'Oldenbourg à* Christian I. *Roi de Dannemarc ſon Frere, portant qu'il a reçu de lui toute la ſomme qui lui étoit dûe à cauſe de ſa Portion hereditaire & de la ceſſion qu'il en avoit faite audit Roi. A Segeberg le Lundi après la St. Mathieu* 1470.

WY Gerdt tho Oldenburg unde Delmenhorſt Grave / dhon witlick bekennen / unde betügen apenbahr vor alſ weme/ vor uns/ naſe Erven und Nachkommelinge/ dat wy/ na dem de Durchlichtigſte/ Hochgeborne Fürſt unde Herr/ Herr Chriſtiern tho Dennemarken / Schweden / Norwegen/ der Wenden unde Gothen Könige / Hertzog tho Schleßwig/ Grave tho Holſteen/ Stormarn / Oldenborg unde Delmenhorſt/ unſe gnädige leve Herr unde Brodet/ uns dat Hertogdohm tho Schleßwig unde Graveſchap Hollſteen unde Stormarn/ im Laven unde Traven thobetrauret / unde bevalen hatte/ ſyner Gnade von allen denſülven Lande beden/ Upkamen unde Rende Rekenſchup off todende / in affkortinge ſyner Schulde/ derhalven wy nu mit malckander lefflicken vereret/ unde vertragen ſyn / ſo ſyner Gnaden quitantie uns daraver gegeven/ fürder inholden / des wy ſyne Gnaden lefflicken bedancken/ hebben wy ſyne Gnad darwedder entgegen / mit fryem Willen unde wolbedachten Mode und Rathe fry unde quit geſchlagen unde loß gegeven / alle unde ielicke Schulde / de ſyne Gnade uns in jennige Maten bet up dat deſſen unſes Breves ſchuldig unde plegende geweſen iſ/ id ſyn van Schülden/ Schaden / Uphöringe/ Toringe/ Reckenſchup / edder da wy Breve uphebben / eſſte war handen/ mate de Schulde weſen möchte / allene behalven unſe Summen Geldes / de ſyne Gnade uns deſſen ſyne Lande halven vor unſen Andeel noch nachſtande iſ / laten darumme vor uns/ unſe Erven unde Nachkömmlinge / unde alle andere/ de des todonde mochten hebben/ dem erben. Irluchtigſten / Hochgebornen Fürſten / unſen gnädigen leven Herrn unde Broder/ erbem. ſyne Erven Nachkömmelige/ Lande und Lüde / ſetter vorbem. Schulden halben fryl quit / leddig unde loß / vor alle fürder Thoſpracke / eſſte Namaninge / ſünder alle gefährde unde argeliſt. Thot Witlikeit hebben wy gebeden de Erwürdigen in Gade Bedere/ Herrn Nicolavſe tho Schleßwig / Magneſſe tho Odenſe/ unde Alberte tho Lübecke Biſchoppe/ den Eddelen/ Wohlgebohrnen Herr Mauritius Grave tho Pernmund/ de ſtrengen Herrn Erich Ottenſon/ Korebin/ Renoven/ unde ſtrenge Negelſon Riddere / unde de Erſamen Herren Hinrick Konſtorp/ Hinrick van Stiten/ Borgemeſter unde Raden ſende-baden der Stade Lübecke/ unde Herrn Ercke van Tynet Borgemeſter/ unde Paridum Lütke/ Rathmann Raden ſende-baden der Stade Hamborg / de by dyſſer Boreuinge unde Quettancien ſynd mede an tunde eder geweſen/ ein ſolckes mit uns tor Witligkeit tho verſegelende / der geven iſ tho Segeberge nach unſes Herrn Bort veerteinhundert in dem ſövendigeſten Jahre / am Mendage na Matthæi Apoſtel.

Anno 1470. 30. Sept.

CCXCIII.

Imbreviatura, Fidelitatis præſtitæ per Civitatem Mediolanum *& omnes alias Civitates & Terras, Juriſdictionem ſeparatam habentes Domino* Galeatio Mariæ Sfortiæ *Duci Mediolani, Dominæ* Bonæ *Duciſſæ de Sabaudia ejus Conjugi, &* Joanni Galeatio *eorum Primogenito. In Caſtro Portæ Jovis in Civitate Mediolani die* 30. *Septembris* 1470. *Indictione tertia.* [Piece authentique, tirée de l'Original qui ſe garde dans les Archives Royales de Milan.]

In nomine Domini Amen.

Anno à Nativitate ejusdem milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo, Indictione tertia, die Sabbati trigeſimo menſis Decembris, ſecundum curſum, & morem Ioclytæ Civitatis Mediolani. Cum poſt felices dies Illuſtriſſimi quondam Principis, & Excellentiſſimi Domini Domini Franciſci Sfortiæ Vicecomitis Ducis Mediolani &c. Papiæ, Angleriæque Comitis, Januæ, & Cremonæ Domini, ſupervixerit Illuſtriſſima, & Excellentiſſima Domina Blanca Maria Vicecomes Duciſſa ejus olim Principis Conſors Legiptima, & in ipſius Domini Ducis locum, & Ducatus titulum, & dignitatem ſucceſſerit, & legitimo, omnique debito jure creatus, inſignitus, & ſublimatus fuerit Illuſtriſſimus Princeps, & Excellentiſſimus Dominus noſter Galeaz Maria Sfortia Vicecomes Dux Mediolani &c. prælibatorum Dominorum Ducis, & Duciſſæ Jugalium primogenitus, & deindè ſublata ab humanis ipſa Illuſtriſſima Domina Blanca Maria in ejus locum, Statum, & jus ſucceſſerit, & inſtitutus fuerit etiam quo ad Dominium Civitatis, & Diſtrictus Cremonæ prælibatus Illuſtriſſimus Dominus Galeaz Maria Dux ipſorum quondam Jugalium in Ducatu, & Dominio ſucceſſor, licet fides, & devotio Civium, Populi, & totius Univerſitatis Inclytæ, & Celeberrimæ Civitatis Mediolani erga prælibatum Dominum Galeaz Mariam Ducem quemadmodum erga Illuſtriſſimos Principes, & Dominos olim Prædeceſſores ſuos, & Statum ſuum conſtans, ſolida, atque inviolabilis eſſe exiſtimetur, ita ut nihil ei addi poſſit, nec majore corroboratione indigeat, tamen ex abundanti, & ad majorem cautelam in quantum expediat, & amoris, ac caritatis exuberantiam pateſaciendam tum erga prælibatum Illuſtriſſimum Dominum Dominum Galeaz Mariam Ducem, tum erga Illuſtriſſimam Dominam Dominam Bonam de Sabaudia Duciſſam ejus precariſſimam Conſortem, & Inclytam eorum Jugalium ſobolem, & maximè cum ex eis natus ſit Illuſtriſſimus, & Excellentiſſimus Dominus Joannes Galeaz Maria Sfortia Vicecomes Comes Papiæ eorum primogenitus, & poſt ejus Principis felices dies in Ducatu, & Dominio futurus, Deo dante, ſucceſſor, & hæres, placuit ipſis omnibus Civibus, & Populo, & Univerſitati Civitatis Mediolani infraſcriptum fidelitatis, & homagii, & obedientiæ juramentum renovare, & confirmare, ſeu de novo, ut infrà, præſtare; idcircò infraſcripti omnes, & ſinguli inferius nominati, & deſcripti Sindici, & Procuratores totius Univerſitatis Civium Nobilium, & totius Populi prædictæ Inclytæ Civitatis Mediolani videlicet portarum infraſcriptarum, & per quamlibet earum ſolemniter, & legiptimè electi, creati, & conſtituti per Inſtrumenta Sindicatuum, & Procurarum tradita, & rogata per Notarios infraſcriptos de portâ in portam ut infrà per nos Notarios, & quemlibet noſtrûm viſa, lecta, & diligenter examinata, & qui univerſi, & ſinguli Cives prædictarum portarum, & totius Civitatis Mediolani, qui dictos Sindicos, & Procuratores ſolemniter conſtituerunt, priùs citati, & ſolemniter vocati fuerunt, ut ibidem ipſi Sindici, & Procuratores electi attellati ſunt, & affirmaverunt, & atteſtantur, & affirmant, videlicet per Antianos Parochiarum in ſingulis domibus earum cum licentiâ prælibati Illuſtriſſimi Domini Ducis, & ipſa Inſtrumenta Sindicatuum, & Procurarum fecerunt emanatis priùs Litteris Ducalibus, quarum licentiæ, & Litterarum Ducalium tenores tales ſunt videlicet:

Dux Mediolani &c. Papiæ, Angleriæque Comes, ac Januæ, & Cremonæ Dominus. Dilectiſſimi noſtri ſatis intellexiſtis exhortationem vobis omnino noſtro ſuctam de præſtanda

ANNO 1470. præſtanda per nos fidelitate in manibus noſtris, & Illuſtriſſimæ Dominæ Bonæ Duciſſæ Conſortis noſtræ præcordialiſſimæ pro nobis ipſis, & Inclyto Joanne Galeaz Maria Sfortia Vicecomite Papiæ Comite primogenito noſtro dilectiſſimo, & Sindicatu, & Mandato proindè conficiendo; & quia fortè obſtaret aliquod Statutum, ſivè Decretum, ſeu ſolemnitas aliqua à Statuto, ſeu Decreto, & maximè præſentia Teſtis noti contrahentium à Statuto requiſiti, ad hoc, ut eon poſſet confici, ſeu rogari inſtrumentum prædicti Sindicatus, & Mandati, per has noſtras ex certa ſcientia, & ex noſtræ poteſtatis plenitudine eiam abſolute diſpenſamus, impertimur, concedimus, & volumus, quod quicumque Notarii publici Mediolanenſes poſſint, & valeant tuiè, liberè, & impunè rogare, & conficere prædictum Sindicatus, & Mandati inſtrumentum, eique ſecundi Notarii, & Teſtes opportuni intereſſe, etiamſi aliquis Teſtis notus omnium Conſtituentium non intervenerit ſecundum diſpoſitionem dicti Statuti incipientis, *In quolibet Inſtrumento* &c. quod poſtmodum valeat, & teneat, illumque fortiatur effectum, proindè ac ſi factum, & rogatum fuiſſet ſolemniter, & cum interventu, & præſentia dicti Teſtis noti prædictorum omnium conſtituentium, prædicto Statuto, & aliis Legibus, Statutis, & Decretis aliter diſponentibus, vel aliam formam dantibus non attentis, quibus omnibus in hâc parte ex certa ſcientia, & ut ſuprà derogamus, & derogatum eſſe volumus, & mandamus. Ex Caſtro noſtro Portæ Jovis die vigeſimo quarto Decembris milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo nono. Signata CICHUS. A tergo: Spectabilibus, & Egregiis, ac Nobilibus, & prudentibus Civibus, & Univerſitati Portæ Cumanæ Inclytæ Civitatis noſtræ Mediolani dilectiſſimis noſtris. Galeaz Maria Sfortia Vicecomes Dux Mediolani &c. Papiæ, Angleriæque Comes, ac Januæ, & Cremonæ Dominus. Ultra per vos de Mandato noſtro factam convocationem Capitis unius ex qualibet domo cujuslibet Portæ Inclytæ Urbis noſtræ Mediolani volumus quoque, & vobis committimus, ut iterum, & de novo infrà tres dies proximè futuros convocari. Similiter invicem faciatis ipſa omnia Capita in locis conſuetis ad audiendum eriam & faciendum quæ eis nomine noſtro dicentur, & injungentur, aliquibus in contrarium non obſtantibus, quibus in hac parte ex certa ſcientia, & de noſtræ poteſtatis plenitudine derogamus, & derogatum eſſe volumus. Ex Caſtro noſtro Portæ Jovis Mediolani die vigeſimo ſexto Decembris milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo nono. Signata CICHUS. A tergo: Spectabili, & Egregio, ac Nobilibus Viris Poteſtati, Vicario, & duodecim Proviſionis Inclytæ Urbis noſtræ Mediolani dilectiſſimis. Et qui omnes convocati, & congregati ut ſuprà per ſingulas dictarum Portarum, totam Univerſitatem Portarum prædictarum, & totius Civitatis Mediolani repreſentaverunt, & indubitanter ex quatuor partibus ultra tres partes, ut ipſi infraſcripti Cives, & Sindici, & Procuratores dixerunt, & dicunt, & proteſtati ſunt, & proteſtantur, & quorum nomina, & cognomina ſunt hæc videlicet: Et primò Electi, ſeu Sindici Portæ Orientalis videlicet Sindici Parochiæ ſancti Babilæ. Magnificus Dominus Auguſtinus de Rubeis filius quondam Spectabilis Domini Dominici Ducalis Conſiliarius Senatus ſecreti, Illuſtriſſimus Dominus Comes Galeotus de Bivilaquis filius quondam Magnifici Franciſci Criſtini Ducalis * Seſcalcus, Spectabilis Dominus Philippus Vicecomes filius quondam Magnifici Domini Jacobi, Dominus Domiſicus de Viſcardis filius quondam Domini Philippi, Magiſter Nicolaus de Arſago Phiſcus filius quondam Domini Magiſtri Marci, Dominus Joannes de Ulexis filius quondam Domini Ambroſii, Dominus Marchiſius de Varifio filius quondam Domini - - - - - Dominus Chriſtophorus de Cavaleriis filius quondam Domini Joannis, Dominus Ambroſius de Cavaleriis filius quondam Domini Frascoli, Dominus Stephanus de Poris filius quondam Domini Antonii, Paulus de Mediolago filius quondam Domini Chriſtophori, Baptiſta de Morefinis filius quondam Domini Joanuis, Petrus de Giochario filius quondam Domini Joannis, Lutius Cotta filius quondam Domini Catelani, Opicinus de Cisnuſculo filius quondam Domini Ambroſii, Laurentius de Brepia filius quondam Domini Leonardi, Joannes de Robecho filius quondam Domini Beltrami, Franciſcus de Preminugo filius quondam Doſsini Marcoli, Joannes dictus Thorinus de Rau filius quondam Pilanelli, Vicenzius Sanſonus filius quondam Domini Jacobi, Joannes Morexinus filius quondam Domini Georgii, Jacobus de Incaſate filius quondam Domini Joannis, Angerinus de Brepia filius quondam Domini Leonardi, Thomas de Navate filius quondam Domini Antonii, Andreas de Provano filius quondam Domini Luchini, Dominicus de Busnago filius quondam Domini Petri, Ambroſius de Caponago filius quondam Domini Chriſtophori, Baldaſar de Carcano filius quondam Domini Joannis, Joannes Antonius Serbellonus filius quondam Domini Petri, Martinus de Tornagallo filius quondam Domini Joannis, Antonius de Lampugnano filius quondam Domini Arasmi, Antonius de Mozate filius quondam Domini Parini, Joanues de Zurlis filius quondam Domini Galdini, Baptiſta de Suico filius quondam Domini Antonii, Petrus Benzonus filius quondam Domini Antonii, Chriſtophorus de Scaravaciis filius quondam Domini Raymundi, Joannes de Mantegatiis filius quondam Domini Maſioli, Leo de Bonate filius Domini Stephani, Thomaſius de Micolis filius quondam Domini Joannis, Lucas de Pasqualibus filius quondam Domini Iſoppini, Chriſtophorus de Preppia filius quondam Domini Leonardi, Antonius de Gallarate filius quondam Domini Georgii, Ambroſius de Rovidi filius quondam Joannis, Petrus Celeſtinus de Pegiis filius quondam Magiſtri Georgii, Damianus de Ripalta filius quondam Domini Marci, Ancellinus de Cimiliano filius quondam Domini Thomaſii, Petrus Joannes de Torquaris filius quondam Domini Venantii, Petrus de Lampugnano filius quondam Domini Arasmi, Dominicus de Pazago filius quondam Domini Simonis, Magnificus Dominus Thomas de Reate filius quondam Domini Franciſci Comes, & Miles, Venerabilis Vir Dominus Præsbyter Martinus de Marliano filius quondam Domini Stefani, Magiſter Vicencius de Lampugnano filius quondam Magiſtri Bartolomei, Joannes de Marliano filius quondam Domini Guilielini, Joannes de Rovidi filius Domini Petri, Aluiſius de Iuviciatis filius quondam Domini Martini, Bellinus de Marliano filius quondam Domini Philippi, Nicolaus de Raimondis filius quondam Domini Guberti, Vicencius de Cremona filius quondam Domini Maſioli, Thomas de Verpellis de Laude filius quondam Domini Joannis, Auguſtinus de Rovidi filius Domini Petri, Bertollinus de Seregno filius quondam Domini Georgii, Magiſter Joannes de Vaylate filius quondam Domini Dionyſii, Chriſtophorus de Leuco filius quondam Domini Joannis, Joras de Magiſtris filius Domini Stephani, Antonius de Caſamara filius quondam Domini Dominici, Galeaz de Benzonibus filius quondam Domini Antonii, Ambroſius de Ciſate filius quondam Domini Antonii, Antonius de Criſpis filius quondam Domini Joannis, Petrus de Battafina filius quondam Domini Bernabini, Paulus de Calvis filius quondam Domini Aloyſii, Franchus de Sechina filius quondam Domini Maſioli, Spectabilis Dominus Antonius de Marliano filius quondam Spectabilis Domini Alberti, Dominus Bartolameus de Pagusno Legum Doctor filius quondam Domini Petri Pauli, Jacobus de Mantegatiis filius quondam Domini Joannis, Dominus Albertus de Marliano filius quondam Domini Joannis Magni, Albertus de Litis filius quondam Domini Chriſtophori, Scipio de Marliano filius quondam Domini Othini, Antonius de Saconago filius quondam Domini Joannis, Ambroſius de Maraſcotis filius quondam Domini Joannis, Michael de Litis filius quondam Domini Joannis, Joannes de Rabiis filius quondam Domini Petri, Petrus Antonius de Lomatio filius quondam Domini Joannis, Spectabilis Dominus Jacobus de Oligiate filius quondam Spectabilis Domini Antonii, Dominus Baldaſar de Curte Legum Doctor filius quondam Domini Fidentii, Zanetus Zachatia filius quondam Stephani, Petrus de Pagnanis filius Domini Chriſtophori, Antonius de Rabiis filius quondam Domini Girardi, Jacobus de Robecho filius quondam Domini Beltrami, Dominus Baldaſar de Capris filius quondam Domini Aloyſii, Facius de Gallaranis filius quondam Domini Sigeri, Barnabos de Carcano filius quondam Domini Franciſci, Petrus de Morigiis filius quondam Domini Bartholomei, Joannes de Tradate filius quondam Domini Petri, Joannes de Graſſis filius quondam Domini Pauli, Dominus Bartholomeus de Cremona filius quondam Domini Gabrielis; Tibaldus de la Padella filius quondam Domini Pauli; Joannes de Coiris filius quondam Domini Thomaſii, Franciſcus Ser Antonii de Petracinis filius quondam Domini Michaelis, Ambroſius de Ello filius quondam Domini Conſtantis, Galvaneus de Menelociis filius quondam Domini Antonii, Joannes de Puteobouello filius quondam Domini Antonii, Magiſter Baptiſta de Coiris

* Præ-fero Scamcallus.

ANNO 1470. filius quondam Domini Thomaſii, Franciſcus Peſtagalla filius quondam Domini Soccini, Antonius de Cimiliano filius quondam Domini Gaſparis, Chriſtophorus de Corbeta filius quondam Domini Joannis, Auguſtinus de Terzago filius quondam Domini Chriſtophori, Joannes de Concorezio filius quondam Domini Gerardi, Gulielmus de Puſterla filius quondam Domini Rodulfi, Antonius de Abiate filius quondam Domini Joannis, Othorinus de Inzino filius quondam Domini Jacobi, Julianus de Biliis filius quondam Domini Antonii, Chriſtophorus de Ripa filius quondam Domini Joannis, Gabriel de Senago filius quondam Domini Georgii, Antonius de Ello filius quondam Domini Danielis, Chriſtophorus de Rodello filius quondam Domini Ambroſii, Antonius de Ferrariis filius quondam Domini Donati, Ambroxius de Pirovano filius quondam Domini Petri, Gotardus de Lomeno filius quondam Domini Joannis, Antonius de Vercelis filius quondam Domini Andreæ, Baptiſta de Almeno filius quondam Domini Danioli, Paulus de Carpanis filius quondam Domini Nicolini, Joannes de Caymis filius quondam Domini Maffii, Donatus de Marcis filius quondam Domini Jacobi, Guidotus de la Curte filius quondam Domini Aluiſii, Gaſpar de Beſſana filius quondam Domini Bernardini, Defendinus de Suardis dictus de Mellignano filius quondam Domini Beltrami, Dionifius de Sexto filius quondam Domini Martini, Petrus de Brugura filius quondam Domini Aluiſii, Baptiſta de Milio filius quondam Sapientis Legum Doctoris Domini Jacobi, Baptilla de Pagnanis filius quondam Domini Ambroſii, Donatus de Caponago filius quondam Domini Chriſtophori, Galdinus de Roſſinis filius quondam Domini Petri, Georgius de Graffis filius quondam Domini Ambroſii, Gabriel de Corbeta filius quondam Domini Martini, Tadeus de Buſti filius quondam Domini Joannis, Joannes Andreas Lanavegia filius quondam Domini Marchionis, Petrus de Vicecomitibus filius quondam Domini Antonii, Bertinus de Placentia filius quondam Domini Parini, Baldaſar de Caſcis filius quondam Domini Joannoli, Blaſius de Rancate filius quondam Domini Joannis, Joannes Antonius de Carpanis filius quondam Domini Ardici, Stephanus de Cardano filius quondam Domini Martini, Jacobus Sanſonus filius Domini Portaxii, Magiſter Boniforius de Solario filius Magiſtri Joannis, Jeronimus de Caſtro Francho filius quondam Domini Martini, Petrus de Barencho filius quondam Andreæ, Magnificus Dominus Marchion de Marliano filius quondam Domini Alberti, Joannes Antonius de Vicecomitibus filius quondam Baldaſaris, Joannes Antonius de Figino filius quondam Spectabilis Joannis, Philippus de Moreſinis filius quondam Domini Joannis, Antonius de Mirabiliis filius quondam Domini Joannis, Dionixius de Sicho filius quondam Domini Criſtophori, Ambroxius de Osnago filius quondam Domini Jacobi, Julianus de Caſtiliono filius quondam Domini Jacobi, Georgius de Rociis filius quondam Domini Joannis, Joannes Andreas de Toſchanis filius quondam Domini Antonii, Nicholinus de Caſate filius quondam Domini Joannis, Beltramus de Suicho filius quondam Domini Bortolini, Chriſtophorus de Bertoris filius quondam Domini Joannis, Andreas de Opreno filius quondam Domini Nicholaii, Sanctinus de Trechiuis filius quondam Domini Joannis, Gardiuus de Tricio filius quondam Domini Petri, Bartolamcus de Carnatio filius quondam Joannis, Ambroſius de Pullcibus filius quondam Domini Petri, Dominus Gabriel de Morozinis Legum Doctor filius quondam Domini Joannis, Bartolomeus de Galaranis filius quondam Domini Sigerii, Prosper de Lampugnano filius quondam Domini Joannis, Paulus de Verano filius quondam Domini Rodulfi, Dominus Spimbertus de Triulcio Legum Doctor filius quondam Domini - - - - - Sebaſtianus de Cermanate filius quondam Domini Cosmæ, Zanes de Martignanibus filius quondam Domini Franciſci, & Chriſtophorus della Eccleſia filius quondam Domini Beltrami, conſtituri per Inſtrumentum Sindicatus traditum, & rogatum per Protaſium de Sanſonis Notarium Mediolani die Jovis vigeſimo octavo menſis Decembris milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo.

Sindici verò Portæ Romanæ ſunt hii videlicet: Magnificus Dominus Petrus de Trivulcio filius quondam Domini Joannis, Magnificus Dominus Alexander Spinola filius quondam Domini Pauli, Dominus Joannes Jacobus de Trivultio filius quondam Domini Antonii, Dominus Floramontus de Graciano de Cotignola filius quondam Domini Gerardi, Dominus Philippus de Malabarbis filius quondam Domini Jacobi, Dominus Jacobus Syronus filius quondam Domini Beltrami, Franciſcus de Varisio filius quondam Domini Simonis, Dominus Joannes de Petraſancta filius quondam Domini Antonii, Dominus Joannes de Lavegiis filius quondam Domini Georgii, Dominus Andreas de Fulgino filius quondam Petrucii, Dominus Joannes Martinus Vicecomes filius quondam Domini Antonii, Dominus Nicolaus de Gambaloitis filius quondam Domini Stephani, Dominus Joannes Antonius de Gambaloitis filius quondam Domini Joannis, Dominus Petrus Anzavertus filius quondam Domini Franciſchi, Dominus Galeaz de Capris filius quondam Domini Laurentii, Dominus Marcus de Graffis filius quondam Domini Antonii, Dominus Ambroſius de Glaria filius quondam Domini Zanonis, Dominus Thomas de Brugora filius quondam Domini Petri, Dominus Lanzarotus de Figino filius quondam Domini Bertoli, Dominus Conradus de Vicemercato filius quondam Domini Nicolai, Dominus Thomas de Rolandis filius quondam Domini Leonardi, Joannes de Spanzutis filius quondam Domini Petri, Andreas de Buſti filius quondam Domini Joannis, Joannes Petrus de Porta Romana filius quondam Domini Chriſtophori, Malolus Praudolus filius quondam Domini Antonii, Bervinus Moronus filius quondam Domini Simonis, Franciscus de Leuco filius quondam Domini Stefani, Blaſius de Petraſancta filius quondam Domini Ypoliti, Georgius de Caſtelo filius quondam Domini Joannis, Thomas de Graffis filius quondam alterius Domini Thomæ, Leonardus de Oſaro filius quondam Domini Blaſii, Antonius de Cazanigo filius quondam Domini Petri, Dionifius de Homate filius quondam Domini Beltrami, Petrus de Fidelibus filius quondam Domini Antonii, Nazarius de Dragis filius quondam Domini Gulielmi, Roglicrius de Burgora filius quondam Domini Antonii, Bertolomeus de Gallarate filius quondam Domini Dionixii, Ambroxius de la Turre filius quondam Domini Thomæ, Jacobinus de Villanova filius quondam Domini Gulielmi, Joannes de Magnago filius quondam Domini Philippi, Jacobus de Novate filius quondam Domini Petri, Antonius de Guaſtala filius quondam Magiſtri Petri, Joannes Zuchis filius Laureucii, Ambroxius de Salla, five de Terzago filius quondam Domini Bernardi, Petrus de Panzeriis filius quondam Magiſtri Andreæ, Dominus Rarolus de Trivultio filius quondam Domini Ambroxii, Dominus Nicolaus Renatus filius quondam Domini Antonii, Arasmus de Carugo filius Domini Jacobi, Jacobus de Alcheriis filius quondam Domini Antonii, Joannes de Magiſtris filius quondam Domini Bertolamei, Joannes de Biliis filius quondam Domini Antonii, Ambroxius de Litis filius quondam Domini Antonii, Gregorius Vincemala filius quondam Domini Joannis, Henricus de Litis filius quondam Domini Gulielmi, Joannes Jacobus de Maleeti filius quondam Domini Antonii, Franciscus de Galarate filius quondam Domini Arasmi, Georgius de Carugo filius quondam Domini Ambroxii, Vincecucius de Vicomercato filius quondam Domini Ambroxii, Blaxius de Arcori filius quondam Domini Franciſci, Joannes de Molteno filius quondam Antonii, Vicencius de Gallinis filius quondam Domini Jacobi, Dominus Guido de Vicecomitibus filius quondam Spectabilis Domini Baptiſtæ, Aloyſius de Vicentia filius quondam Domini Melchionis, Chriſtophorus de Campo filius quondam Domini Petri, Joannes de Braschis filius quondam Domini Ambroxii, Aloyſius de Facianis Spitiarius filius quondam Domini Ambroxii, Dominus Stefanus de Mariano filius quondam Domini Portaxii, Dominus Chriſtophorus Brascha filius quondam Domini Pasquini, Joannes Petrus de Gerenzano filius quondam Domini Gasparis, Bartolonus Caſtoldus filius quondam Magiſtri Ambroxii, Magiſter Franciscus de Comitibus filius quondam Domini Rodulfi, Thadeus de Sormano filius quondam Domini Martini, Chriſtophorus de Albrixiis filius quondam Domini Petri, Joannes de Mantegratiis filius quondam Aloyſii, Leonardus de Villanteriis filius quondam Domini Joannis, Dominus Ubertus de Ferrariis Legum Doctor filius quondam Domini Ambroxii, Magiſter Petrus de Cismusculo filius quondam Philipini, Valentinus de Lomatio filius quondam Magiſtri Olini, Dominus Rarolus Vicecomes filius quondam Domini Joannis Raroli, Joannes Petrus de Vicomercato filius quondam Domini Franci, Petrus de Buſti filius quondam Domini Joannis dicti Rampini, Joannes de Gambaloytis filius quondam Domini Oldrini, Gabriel de Hispera filius quondam Domini Ambroſii,

ANNO 1470. item Sindicariis, & Procuratoriis nominibus dictorum Conſtituentium, & totius Univerſitatis prædictarum Portarum ſingula ſingulis congrue, & debite referendo tenore præſentium, ipoute, voluntarie, ex certâ ſcientiâ, nullo juris, vel facti errore, aut meru ducti, ſed animo mature deliberato, & aliàs omnibus modo, jure, via, cauſa, & formâ, quibus melius, & validius & efficacius fieri, & eſſe poſſit in manibus præfatorum Dominorum Ducis, & Duciſſæ, & utriusque eorum ſtipulantium, & recipientium pro ſe ſe, & dicto Illuſtriſſimo Domino Joanne Galeaz Maria primogenito, & aliis filiis, & Hæredibus, & Succeſſoribus ſuis ut infrà promiſeruut, & promittunt, & manibus corporaliter tactis Scripturis, & Sacroſanctis Evangeliis ſuper quodam Miſſali, quod præfati Domini Dux, & Duciſſa ſuis tenebant manibus ad ſancta Dei Evangelia, & in animas ſuas proprias, & Conſtituentium prædictorum, filiorumque, & deſcendentium ſuorum juraverunt, & jurant quod ab hodierna die in antea usque in perpetuum erunt fideles, fiucci, & recti, & obedientes homines, Cives, & Subditi præfatis Dominis Duci, & Duciſſæ Mediolani quo ad vixerint; & ipſo Domino Duce decedente, & ſuperviveute ipſa Illuſtriſſimâ Dominâ Boná Duciſſâ erunt fideles, fiucci, & recti, ac obedientes homines, Cives, & Subditi ipſi Illuſtriſſimæ Dominæ Duciſſæ tamquam Duciſſæ, & Dominæ ſuæ, & pro ſe ipſa propria, & item tamquam Tutrici, Curatrici, & Adminiſtratrici, & Tutorio, Curatorio, & Adminiſtratorio nomine præfati Illuſtriſſimi Domini Joannis Galeaz Mariæ Sfortiæ Vicecomitis præfatorum Dominorum Jugalium primogeniti, & futuri Ducis, & legitimi ſucceſſoris in Ducatu Mediolani, & Dominio, ejusque filiis masculis legitimis hæredibus, & ſucceſſoribus, & ipſis deficientibus erunt fideles, & obedientes, & ut ſuprà ſecundogenito, & ſucceſſive reliquis, qui ex ordine ſucceſſionis admittentur ad Ducatum, & Dominium, ita quod in Ducatu primogenitus ſuccedere debeat, & eo deficiente descendentes ex eo, & eis deficientibus ſecundogenitus, & deinceps alii per ordinem dictæ ſucceſſionis ſuecedere debeant caſu quo deceſſerint, ſeu defecerint ipſi Illuſtriſſimi Dominus Dux, & Domina Duciſſa nullis ſuperviventibus filiis legitimis, aut ſi ipſi quoque deceſſerint ſine liberis, & deſcendentibus ut ſuprà, erunt fideles, & obedientes ut ſuprà illi ex Illuſtribus Fratribus legitimis prælibati Domini Galeaz Mariæ Ducis qui ab ipſo Domino Duce ad ſucceſſionem eligetur, & inſtituetur, de qua inſtitutione, & electione conſtet per Inſtrumentum, aut Litteras prælibati Domini Ducis ejus ſigillo Ducali munitas, & ita ſecundum hunc ordinem ſucceſſionis erunt perpetuo, & omnibus temporibus fideles, recti, ſinceri, obedientes, & obſequentes omnes Cives, & Subditi prælibatis Dominis Duci, & Duciſſæ, & primogenito, filiisque, & ſucceſſoribus ſuis, ut præmittitur, ſicut eorum veris, naturalibus, & legitimis Dominis, & neminem alium viventem, ſeu qui naturaliter viveret, & mori poſſit, cujusvis ſtatus, dignitatis, gradus, & præeminentiæ exiſtat, & eſſe poſſit, etiamſi de eo oporteret mentionem fieri ſpetialem, etiamſi talis eſſet, qui à prædictis excludi poſſe diceretur, aut excluſus intelligi, recognoscent in Dominum ſuum immediatum, niſi prætatos Dominos Ducem, & Duciſſam, & poſt eos ipſum Illuſtrem primogenitum ſuum, & filios, & deſcendentes ſuos, & alios deinceps, qui ex ordine prædictæ ſucceſſionis ut ſuprà admittentur, & omnia agent, & facient pro viribus, & poſſe ſuo ad honorem, & ſtatum prælibatorum Dominorum Ducis, & Duciſſæ, & ſuorum ut præmittitur, pro ut & quemadmodum faciunt, & facere debent, & tenentur veri, & fideles homines, & Subditi Dominorum ſuorum, & quod numquam erunt, nec ſe reperient in aliquo Tractatu, conſilio, machinatione, opere, vel facto, in quo, vel quibus tractetur modo aliquo contra prælibatos Dominos Ducem, & Duciſſam, aut ſuos, ut præmittitur, nec contra eorum perſonas, aut honorem, vel Statum, aut propter quod ipſi Domini, aut ſui ut ſuprà, aut alii eorum perdant, ſeu amittant perſonam, vel membrum aliquod, ſeu rem aliquam, quam de præſenti tenent, ſeu in futurum tenebunt, nec commutent, nec pro poſſe committi patientur aliquid, propter quod præfati Illuſtriſſimi Dominus Dux, & Domina Duciſſa, aut ſui ut ſuprà offenſionem aliquam recipient, quin immo ſi ipſi, aut aliqui eorum ſentient, vel audient aliquid ex prædictis contra præfatos Dominos Ducem, & Duciſſam, aut ſuos, ut præmittitur, aut eorum aliquem toto ſuo poſſe, & omni conatu, & induſtria impedient, reſiſtent, & prohibebunt ne id fiat, & ulterius id per ſe, vel Nuntios, aut Litteras eis quanto citius poterunt propalabunt, & manifeſtabunt, nec ullo umquam tempore quovis modo facient, aut tentabunt rem aliquam, quæ pertineat, vel ceſſura ſit ad injuriam, ſeu contumeliam præfatorum Illuſtriſſimorum Domini Ducis, & Dominæ Duciſſæ, aut ſuorum ut ſuprà, quin immo ad omnem eorum, & cujuſlibet eorum requiſitionem, omneque Mandatum, ut fideles, recti, & veri & originales Cives, & Subditi prælibatorum Dominorum agent, & facient omnia omni tempore neceſſaria, & utilia ſervitia, & obſequia in omnem fortunæ & temporis eventum, nec ob aliquam cauſam præſentem, novam, vel futuram, aut Status varietatem, ſeu dimminutionem ab obedientia, & fidelitate prælibatorum Dominorum, & ſuorum ut ſuprà ſe ſe retrahent, & abſtinebunt, & ſi quid eis, vel alicui eorum in ſecreto fuerit, vel commiſſum per eos Dominos, aut ſuos ut ſuprà, id nemini ſine licentia eorum manifeſtabunt, aut propalabunt, nec aliquid facient, propter quod pandatur, & conſilium, quod ab eis, vel aliquod eorum per præfatos Dominos, aut ſuos ut ſuprà petetur, ſecundum eis datam ab æterno Deo prudentiam, fidele, & immaculatum præſtabunt, & denique omnia, & ſingula omni tempore agent, & adimplebunt pro poſſe ſuo, & omni induſtriâ, quæ agere debent boni, fideles, recti, ſiuceri, & obedientes homines, Cives, & Subditi erga naturales, & directos Dominos, & Superiores ſuos bona fide, & ſine fraude, & in omnibus, & per omnia, pro ut requiritur, & fieri debet ex natura cujuſlibet ſolemnis fidelitatis, & prout in ea forma, & ſecundum formam Capitulorum utriusque fidelitatis, tam ſcilicet novæ, quam veteris, & pro ut in ea forma continetur ſub obligatione ſui, & prinelpalium ſuorum bonorum omnium mobilium, & immobilium præſentium, & futurorum, & ſub vinculo juramenti prædicti, tenuntiantes, & renuntiaverunt, & renuntiant nominibus quibus ſupra exceptioni non facti, & non præſtiti hujusmodi juramenti fidelitatis, & omnium, & ſingulorum prædictorum non ſic, & taliter actorum, & geſtorum, omnique exceptioni, & defenſioni in contrarium; Et de prædictis præfatis Illuſtriſſimi Domini Dux, & Duciſſa juſſerunt, & jubent, dictique Sindici, & Procuratores, & quilibet ipſorum rogaverunt, & rogant per nos Notarios, & Scribas infraſcriptos, & quemlibet noſtrum in ſolidum publicum debere confici Inſtrumentum unum, & plura ejusdem tenoris.

ANNO 1470.

Actum in ſala magna prælibati Domini Ducis ſita in dicto ejus Caſtro Portæ Jovis Mediolani coram Domino Francisco de Bulis filio quondam Domini Chriſtophori Portæ Vercellinæ, Parochiæ Sanctæ Mariæ Pedonis Mediolani, Gabriele de Suico filio quondam Domini Joannis Portæ Novæ Parochiæ Sancti Victoris, ac quadraginta Martyrum, Joanne Antonio de Caſtilione filio Domini Alexii Portæ Novæ Parochiæ Sancti Petri ad Cornaredum, omnibus Civitatis Mediolani Notariis, & Pronotariis. Interfuerunt ibi Teſtes Illuſtris Dominus Aloyſius de Sallutiis primogenitus Illuſtris Domini Marchionis de Sallutiis, Reverendiſſimus Dominus Jacobus de la Turre Epiſcopus Parmenſis, Reverendus Dominus Antonius de ſancto Vitali filius quondam Magnifici Comitis Domini Stephani, Spectabilis Dominus Martinas de Nibia Secretarius, & Orator Illuſtris Domini Marchionis Monriſferrati, Spectabilis utriusque Doctor Dominus Chriſtophorus de Peruſinis de Piſauro Ducalis Vicarius Proviſionis filius quondam Spectabilis Domini Matthei Portæ Novæ, Parochiæ Sancti Euſebii Mediolani, Magnificus Dominus Cola Caretanus, Magnificus Dominus Joannes Columna, Magnificus Dominus Comes Bartholomeus de Scottis, Magnificus Dominus Bartholomeus . . . . . dictus de Quarteriis Miles, Magnifici Domini Nicolaus, & Palavicinus Fratres Marchiones Palavicini filii quondam Magnifici Domini Rolandi, Magnificus Dominus Corradus de la Porta filius quondam Reverendiſſimi Domini Domini Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Præsbyteri Cardinalis, Magnificus Comes Dominus Joannes Galeaz Anguiſſola, Spectabilis Juris utriusque Doctor Dominus Joannes Auguſtinus de Hiimbardis filius quondam Domini Laurentii, Spectabilis Dominus Joannes Antonius Merabarba, Spectabilis Miles Dominus Bernardus de Lonate, Magnificus Dominus Joannes Palavicinus de Scipiono Vicarius Conſiliarius, & Cremonæ Locumtenens, & Commiſſarius filius quondam Spectabilis Domini Petri, Magnifici Comites Domini Marſilius, & Amoratus Fratres de Torellis filii quondam Magnifici Domini Comitis Chriſtophori, Magnificus Dominus Philippus de Euſtachio Arcis Ducalis Portæ Jovis Mediolani Caſtellanus, & Dominus Jacobus de Euſtachio Capitaneus

Claſſis

ANNO 1470. Claſſis ambo filii quondam Magnifici Militis Domini Antonii, omnes teſtes idonei, vocati, & rogati.

Subſcriptus Ego Jacobus de Perago filius quondam Domini Vaniti Civitatis Mediolani Portæ Novæ, Parochiæ ſancti Stephani ad Nuxigiam Notarius publicus, ac etiam Notarius, & Scriba, ac Syndicus, & Procurator prælibati Illuſtriſſimi Domini Domini Ducis Mediolani ſupraſcriptum Inſtrumentum fidelitatis unà cum ſupraſcriptis, & infraſcriptis Domino Candido de Porris Syndico Fiſcali ut ſuprà, nec non Chriſtophoro de Cambiago, Marco Trotto, Joanne de Belinzona, & Joanne Antonio de Papia omnibus Notariis publicis rogatus tradidi, & aliis majoribus occupatus per aliam ſcribi feci, & in fidem, & Teſtimonium præmiſſorum me ſubſcripſi.

Subſcriptus Ego Candidus de Porris filius quondam Domini Heliæ Civitatis Mediolani Portæ Cumanæ, Parochiæ Sancti Thomæ in Cruce Sicariorum Notarius publicus, & etiam Notarius, & Scriba, ac Syndicus, & Procurator prælibati Illuſtriſſimi Domini Domini Ducis Mediolani ſupraſcriptum Inſtrumentum fidelitatis cum ſupraſcriptis, & infraſcriptis Dominis Jacobo de Perego Syndico Fiſcali ut ſuprà, nec non Chriſtophoro de Cambiago, Marco Trotto, Joanne de Belinzona, & Joanne Antonio de Papia omnibus Notariis publicis rogatus tradidi, & aliis occupatus per alium ſcribi feci, & in fidem, & Teſtimonium præmiſſorum ſubſcripſi.

Subſcriptus Ego Chriſtophorus de Cambiago filius quondam Domini Jacobi Civis Mediolani Portæ Ticinenſis Parochiæ Sancti Georgii in Palatio prælibati Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani &c. Cancellarius, & Scriba, publicusque Imperiali, ac Ducali auctoritatibus Notarius ſupraſcriptum Inſtrumentum fidelitatis unà cum ſupraſcriptis Dominis Jacobo de Perego, & Candido Porro Syndicis Fiſcalibus, nec non Marco Trotto, Joanne de Belinzona, Joanne Antonio de Gerardis de Papia omnibus Notariis publicis rogatus tradidi, & aliis prælibati Domini Ducis negotiis occupatus per alium idoneum ſcribi feci, & in fidem omnium præmiſſorum me ſubſcripſi, ſignumque meum Tabellionatus appoſui conſuetum.

Subſcriptus Ego Marcus Trottus filius quondam Domini Dominici publicus Imperiali, Apoſtolicaque, & Ducali auctoritatibus Notarius, ac prælibati Illuſtriſſimi Domini noſtri Domini Ducis Mediolani Cancellarius ſupraſcriptum Inſtrumentum fidelitatis unà cum ſupraſcriptis Jacobo de Perego, Candido de Porris Syndicis, ac Chriſtophoro de Cambiago Cancellario, nec non infraſcriptis Joanne Antonio de Gerardis, & Joanne de Belinzona Cancellariis Ducalibus omnibus Notariis publicis rogatis tradidi, & aliis prælibati Domini Ducis Negotiis occupatus per alium idoneum ſcribi feci, & in fidem omnium præmiſſorum me ſubſcripſi, ſignumque meum Tabellionatus appoſui conſuetum.

Subſcriptus Ego Joannes Antonius de Gerardis quondam Domini Bernini publicus Papienſis, Imperialique, ac Ducali auctoritatibus Notarius, ac prælibati Illuſtriſſimi Domini noſtri Ducis Mediolani &c. Cancellarius ſupraſcriptum fidelitatis Inſtrumentum unà cum ſupraſcriptis Dominis Jacobo de Perego, Candido Porro, Syndicis Fiſcalibus, nec non Chriſtophoro de Cambiago, & Marco Trotto, ac infraſcripto Joanne Molo Ducalibus Cancellariis omnibus Notariis publicis rogatus tradidi, & aliis prælibati Domini Ducis negotiis occupatus per alium idoneum ſcribi feci, & in fidem omnium præmiſſorum me ſubſcripſi, ſignumque meum Tabellionatus appoſui conſuetum.

Subſcriptus Ego Joannes filius quondam Domini Maffioli de Molo de Belinzona publicus Imperiali, ac Ducali auctoritatibus Notarius, ac prælibati Illuſtriſſimi Domini noſtri Ducis Mediolani &c. Cancellarius ſupraſcriptum Inſtrumentum fidelitatis unà cum ſupraſcriptis Dominis Jacobo de Perego, & Candido de Porris Syndicis Fiſcalibus, nec non Chriſtophoro de Cambiago, Marco Trotto, & Joanne Antonio de Gerardis Ducalibus Cancellariis omnibus Notariis publicis rogatus tradidi, & aliis prælibati Domini Ducis Negotiis occupatus per alium idoneum ſcribi feci, & in fidem omnium præmiſſorum me ſubſcripſi, ſignumque meum Tabellionatus appoſui conſuetum.

Ego prædictus Joannes Antonius de Caſtilione filius Domini Alexandri Notarius Coadjutor Ducalis Cameræ apud ſupraſcriptum Dominum Jacobum Perego Syndicum Fiſcalem prædictis pro Notario interfui ut ſuprà, & me ſubſcripſi.

Anno, & Indictione ſupraſcriptis vigeſimo menſis Januarii. In Caſtro Terræ Viglevani videlicet in Camerâ cubiculari prælibatorum Illuſtriſſimorum Dominorum Ducis, & Ducillæ &c. Spectabiles, & Egregii Domini Stephanus de Coſtis, & Zanninus de Riciis Juris Utriuſque Doctores, Dominus Leonardus de Lege Cauſidicus, & Guniſortus de Fiambertis Cives, Syndici, & Procuratores totius Univerſitatis Civium nobilium, & populi Inclytæ Civitatis Papiæ ſolemniter, & legitime electi, creati, & conſtituti per Inſtrumentum Sindicatus, & Procuræ traditum, & rogatum per Andriolum de Georgiis, & Franciſcum de Morbiis Notarios publicos Papienſes, ac Cancellarios præfatæ Communitatis die octavo prædicti menſis Januarii reverenter flexis genibus conſtituti coram prælibatis Illuſtriſſimis Domino Galeaz Mariâ Duce, & Comite Papiæ, & Domina Bona Ducilſa, & Comitiſſa ejus Conſorte pro ſe ſe, & item Syndicariis, & Procuratoriis nominibus prædictorum Conſtituentium, & totius Univerſitatis prædictæ Civitatis Papiæ, in ipſorum Dominorum Ducis, & Comitis, & Ducillæ, & Comiſſæ manibus tamquam Comitis, & Comitillæ Papiæ ſimile fidelitatis, & obedientiæ juramentum præſtiterunt, ac in omnibus, & per omnia juraverunt, & promiſerunt, pro ut juratum, & promiſſum extitit ut ſupra per Inclytam Communitatem Mediolani, ſeu ejus Syndicos, & Procuratores, ut præmittitur, ut latius publico conſtat Inſtrumento rogato, & tradito per nos ſuprafcriptos, & infraſcriptos Chriſtophorum de Cambiago, Marcum Trottum, Joannem Antonium de Gerardis, & Joannem Molum prælibati Illuſtriſſimi Domini Ducis Cancellarios, & Notarios publicos, & quemlibet noſtrum in ſolidum, præſentibus Magnificis, Spectabilibus, & Egregiis Viris Dominis Thoma de Tebaldis de Bononia milite quondam Domini Bacilerii, Alexandro Spinula Doctore Conſiliariis, Domino Magiſtro Joanne de Marliano quondam Domini Caſtelli, Domino Magiſtro Joanne de Ghiringellis quondam Domini Chriſtophori, Domino Magiſtro Ambroſio de Griffis quondam Domini Jacobi, & Domino Magiſtro Lazaro de Teladis filio Domini Antonini omnibus Artium, & Medicinæ Doctoribus Phyſicis, Domino Cola Cajetano Armorum &c. Domino Joanne Aloyſio Vicecomite Milite quondam Domini Gasparini, Comite Galeotto Bivilaqua quondam Domini Comitis Chriſtini Franciſci Secalco, Jacobo Aliſoro filio Domini Thomæ Secretario, Bartholomeo de Locamo Camerario, & Alexandro Coletta de Cremona Cancellario Ducalibus, Teſtibus notis, idoneis, ad præmiſſa rogatis, & vocatis.

ANNO 1470.

Subſcriptus Ego Chriſtophorus de Cambiago filius quondam Domini Jacobi Portæ Ticinenſis, Parochiæ Sancti Georgii in Palatio, prælibati Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani &c. Cancellarius, & Scriba, publicusque Imperiali, ac Ducali auctoritatibus Notarius ſupraſcriptum Inſtrumentum fidelitatis unà cum infraſcriptis Marco Trotto, Joanne Antonio de Gerardis, & Joanne de Molo Notariis etiam in ſolidum rogatis tradidi, & ſubſcripſi, ac ſignum meum Tabellionatus appoſui conſuetum in fidem, & Teſtimonium omnium præmiſſorum.

Subſcriptus Ego Marcus Trottus filius quondam Dominici publicus Imperiali, ac Ducali auctoritatibus Notarius, & prælibati Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani &c. Cancellarius ſupraſcriptum fidelitatis Inſtrumentum unà cum ſupraſcripto, & infraſcriptis Notariis, & in ſolidum tradidi, & ſubſcripſi, ac ſignum meum Tabellionatus appoſui conſuetum in fidem, & Teſtimonium præmiſſorum.

Subſcriptus Ego Joannes Antonius de Gerardis natus quondam Domini Bernini publicus Papienſis, Imperialique, ac Ducali auctoritatibus Notarius, & prælibati Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani &c. Cancellarius ſupraſcriptum fidelitatis Inſtrumentum unà cum ſupraſcriptis Chriſtophoro de Cambiago, Marco Trotto, ac infraſcripto Joanne Molo Collegis meis etiam in ſolidum rogatus tradidi, & ſubſcripſi, ac ſignum meum Tabellionatus appoſui conſuetum in fidem, & Teſtimonium omnium præmiſſorum.

Subſcriptus Ego Joannes de Molo quondam Domini Maſioli de Belinzona Civis Mediolanenſis publicus Imperiali, ac Ducali auctoritatibus Notarius, prælibatique Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani Cancellarius ſupraſcriptum fidelitatis Inſtrumentum unà cum prædictis Chriſtophoro de Cambiago, Joanne Antonio de Gerardis, & Marco Trotto Collegis meis etiam in ſolidum rogatus tradidi, propria manu ſubſcripſi, ac ſignum Tabellionatus mei conſuetum appoſui in fidem, & Teſtimonium omnium præmiſſorum.

Similiter eodem die immediate poſt præſtitam prædictum

ANNO 1470. dictam fidelitatem per præfatos Syndicos, & Procuratores Communitatis Papiæ, ac præſentibus Teſtibus ſuprascriptis, Spectabiles, & Egregii Dominus Georgius de Ponzonibus, Dominus Baldaſar de Caimis, Dominus Nicolaus de Sfondratis Legum Doctor, & Georgius de Vayrolis Cives, Syndici, & Procuratores Communitatis Civitatis Cremonæ, ut publico conſtat Inſtrumento rogato, & tradito anno ab Incarnatione Domini milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo nono, Indictione tertiâ, die decimâ prædicti menſis Januarii per Mattheum de Cantiis Notarium publicum Cremonæ, Dominus Joannes Franciſcus de Cautelis, Dominus Caspar de Tagliaferris Legum Doctores, Dominus Ludovicus de Valeriis Miles, & Comes, & Dominus Petrus Antonius de Centonibus Doctor, Cives, Syndici, & Procuratores Communitatis Civitatis Parmæ, ut publico conſtat Inſtrumento rogato, & tradito die nono ſuprascripti menſis Januarii, per Nicolaum de Gabrielibus publicum Notarium Parmenſem, Dominus Petrus Maria de Columbo Legum Doctor, Georgius Scottus, Joannes Malvicinus de Fontana, Nicolaus de Arena Cives, Syndici, & Procuratores Communitatis Civitatis Placentiæ, ut publico conſtat Inſtrumento rogato, & tradito die undecimo prædicti menſis Januarii, per Leonardum Luseum Notarium publicum Placentiæ, Dominus Cervatus de Viſtarino Miles, Dominus Bonioannes de Fisiraga, Dominus Bartholomeus de Cademuſtis Legum Doctores, & Dominus Joannes Antonius de Micolis Jurisperitus Cives, Sindici, & Procuratores Communitatis Civitatis Laudæ, ut publico conſtat Inſtrumento rogato, & tradito die octavo prædicti menſis Januarii per Auguſtinum de Micolis, & Pariſinum de Salefino Notarios publicos Laudenſes, ac Cancellario præfatæ Communitatis, Dominus Antonius de Buxeto Legum Doctor, Quiricus de Rovedis, & Franciſcus Anolaſca Cives, Syndici, & Procuratores Communitatis Civitatis Terdonæ, ut publico conſtat Inſtrumento rogato, & tradito die Dominico ſeptimo prædicti menſis Januarii per Antonium de Caſſano Notarium publicum Terdonenſem; Item Chriſtophorus de Ponzano Subſtitutus per Dominum Petrum de Ponzano loco ipſius Domini Petri infirmi etiam Syndici, & Procuratores Communitatis, ut publico Subſtitutionis conſtat Inſtrumento rogato, & tradito die Martis nono prædicti menſis Januarii per ſuprascriptum Antonium de Caſſano Notarium. Petrus Iuvitiatus, Luchinus Aruntus, Julianus Lanzavecia, & Acorſinus Graſſus Cives, Syndici, & Procuratores Communitatis Civitatis Alexandriæ, & publico conſtat Inſtrumento rogato, & tradito die Mercurii decimo prædicti menſis Januarii per Baulinum Granellum, & Michaelem de Petrobonis Notarios publicos Alexandriæ, ac Cancellarios prædictæ Communitatis, Dominus Ravazinus Rasca Doctor, & Miles, Dominus Codeus de Sancto Benedicto Doctor, Aloyſius de Vicedominis, & Joannes de Lazariis Syndici, & Procuratores Communitatis Civitatis Comarum, ut publico conſtat Inſtrumento rogato, & tradito die Dominico ſeptimo prædicti menſis Januarii per Antonium de Struppanis Notarium publicum Comarum, omnes conſtituti flexis genibus coram prælibatis Illuſtriſſimis Domino Galeaz Maria Duce, & Domina Bona Ducissa Mediolani &c. in eorum manibus pro ſe ſe, ac Sindicariis, & Procuratoriis nominibus præfatorum Communitatum ſingula ſingulis congrue debite referendo præſtiterunt fidelitatis, & obedientiæ juramentum in omnibus, & per omnia, ac ſub eisdem verbis, tenoribus, modis, & formis, quibus, prout, & quemadmodum præſtitit præfata Communitas Mediolani, ut latius publico conſtat Inſtrumento rogato, & tradito per nos ſuprascriptos, & infrascriptos Chriſtophorum, Mareum, Joannem Antonium, & Jnannem Notarios, & Cancellarios ut ſuprà, & quemlibet noſtrum in ſolidum.

Subſcriptus Ego Chriſtophorus de Cambiago filius quondam Domini Jacobi Mediolanenſis Portæ Ticinenſis, Parochiæ ſancti Georgii in Palatio prælibati Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani &c. Cancellarius, & Scriba, publicusque Imperiali, ac Ducali auctoritatibus Notarius ſuprascripti fidelitatis Inſtrumentum unà cum infrascriptis Marco Trotto, Joanne Antonio de Gerardis, & Joanne de Molo Collegis meis etiam in ſolidum rogatus tradidi, & ſubſcripſi, ſignumque meum Tabellionatus appoſui confuerum in fidem, & Teſtimonium omnium præmiſſorum.

Subſcriptus Ego Marcus Trottus filius quondam Dominici publicus Imperiali, ac Ducali auctoritatibus Notarius, & prælibati Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani &c. Cancellarius ſuprascriptum Inſtrumentum unà cum ſuprascripto, & infrascriptis Notariis, & Cancellariis, & in ſolidum tradidi, & in fidem, & Teſtimonium præmiſſorum ſubſcripſi, ſignumque mei Tabellionatus appoſui conſuetum. ANNO 1470.

Subſcriptus Ego Joannes Antonius de Gerardis natus quondam Domini Bernini publicus Papienſis, Imperialique, ac Ducali auctoritatibus Notarius, & prælibati Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani &c. Cancellarius anteſcriptum fidelitatis Inſtrumentum unà cum ſuprascriptis Chriſtophoro de Cambiago, & Marco Trotto, ac infrascripto Joanne Molo Collegis meis etiam in ſolidum tradidi, & propria manu ſubſcripſi, ac ſignum meum Tabellionatus appoſui conſuetum in fidem, & Teſtimonium omnium præmiſſorum.

Subſcriptus Ego Joannes de Molo de Belinzona filius quondam Domini Maffioli Civis Mediolanenſis, publicusque Imperiali, & Ducali auctoritatibus Notarius, ac prælibati Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani &c. Cancellarius ſuprascriptum fidelitatis Inſtrumentum unà cum ſuprascriptis Chriſtophoro de Cambiago, & Marco Trotto, & Joanne Antonio de Gerardis Collegis meis etiam in ſolidum tradidi, propria manu ſubſcripſi, & ſignum mei Tabellionatus appoſui conſuetum in fidem, & Teſtimonium omnium præmiſſorum.

Succeſſivè eodem die, & immediatè poſt præſtitam fidelitatem prædictam per præfatos Syndicos, & Procuratores in manibus prælibatorum Illuſtriſſimorum Dominorum Ducis, & Ducissæ Mediolani &c. ac præſentibus eisdem Teſtibus, Antonius de Aliprandis, Jacobus de Brianza, Baldaſar Serdonus, & Chriſtophorus de Seregno Syndici, & Procuratores Communitatis Terræ Modontiæ, ut publico conſtat Inſtrumento tradito, & rogato die Dominico prædicti menſis Januarii, per Franciscum de Panzuliis Notarium publicum. Franciscus de Ariſiis, Paſſus de Rupereto, Robertus de Moraschis, Salvatus de Aſenoriis Syndici, & Procuratores Communitatis Terræ Caſtelli majoris, ut publico conſtat Inſtrumento rogato, & tradito die Mercurii decimo prædicti menſis Januarii per Liſinotum de Maltraverſis, & Jacobum de Pedernaſiis Notarios publicos. Nicolaus de Covo, Gaſurinus de Barbobus, Joannes de Cropello, & Antonius de Galatiis Syndici, & Procuratores Communis Terræ Soncini, ut publico conſtat Inſtrumento tradito, & rogato die Dominico prædicti menſis Januarii per Henriginum de Cropellis Notarium publicum. Baſanus de Liſſis, Bartholomeus de Cademuſtis, Michael de Michelibus, Antonius de Imeriſiis, Joannes de Vallate, & Antonius de Flochis, Syndici, & Procuratores Communis Terræ Pizlaonis, ut publico conſtat Inſtrumento tradito, & rogato die Lunæ octavo prædicti menſis Januarii per Antonium de Liſiis Notarium Cremonenſem. Casparinus de Manentis, Antoniolus de Caseneis, Bertholinus de Platina, & Tholonus Poſſanus Syndici, & Procuratores Communis Terræ Caſtri Leonis, ut publico conſtat Inſtrumento rogato, & tradito die octavo prædicti menſis Januarii per Maſſeum de Pescina Notarium publicum. Antonius de Comitibus, Jacobus de Guarnatiis, Zenoſius Tarolus, & Antonius de Tinzanis Syndici, & Procuratores Communis Terræ Burgi ſancti Donini, ut publico conſtat Inſtrumento tradito, & rogato die nono prædicti menſis Januarii per Bartholomeum de Varano Notarium publicum. Homodeus Bonizonus, Joannes de la Porta, Jacobus Brazerius, & Stephanus de Auguſtis Syndici, & Procuratores Communitatis Terræ Florenzolæ, ut publico conſtat Inſtrumento tradito, & rogato die decimo prædicti menſis Januarii per Vicentium de Felino Notarium publicum, Magiſter Dominicus Pecenarius, Manfredus Ghirindellus, Philippus Gallina, & Joannes Ragius Syndici, & Procuratores Communis Terræ Boschi, ut publico conſtat Inſtrumento rogato, & tradito die Lunæ octavo prædicti menſis Januarii per Antonium Teſtam Notarium publicum. Jacobus de Longhis, Paſinus de Bononomino, Castellus de Teſtis, & Antonius de Zanis, Syndici, & Procuratores Communitatis Terræ Leucii, & Vicianticæ, ut publico conſtat Inſtrumento rogato, & tradito die octavo prælibati menſis Januarii per Petrum de Caſtello Notarium publicum. Magiſter Gabriel Sicus, Bartholomeus Careneus, Magiſter Franciscus Zenarius, & Franciscus Stagninus, Syndici, & Procuratores Communitatis Terræ Caravagii, ut publico conſtat Inſtrumento tradito, & rogato die octavo prædicti menſis Januarii, per Marcbelium Morosum Notarium publicum. Martinolus de Rozonibus, Stephanus

ANNO 1470. phanus de Maldotis, Stephanus Cornelius de Rayuonibus, & Bartholomeus Cavalchini de Fredericis, Syndici, & Procuratores Communitatis Terræ Trivilii, ut publico conſtat Inſtrumento tradito, & rogato die octavo prædicti menſis Januarii per Joannem Antonium de Dutsberthis Notarium publicum. Stephanus de Fiore, Raynerius de Capitaneis de Arzago, Chriſtophorus de Aptano, & Matheus de Caſtiglione Syndici, & Procuratores Communitatis Terræ Ripaltæ, ut publico conſtat Inſtrumento tradito, & rogato die octavo prædicti menſis Januarii per Antonium de Oscio Notarium publicum. Stephanus de Arnoldis, Georgius de Sizonibus, Petrus de Sachis, & Bartholomeus de Naſis, Syndici, & Procuratores Communitatis Terræ Mozanichæ, ut publico conſtat Inſtrumento rogato, & tradito die octavo prædicti menſis Januarii per Bartholomeum de Sacchis Notarium publicum, omnes conſtituti flexis genibus coram prælibatis Illuſtriſſimis Domino Galeaz Maria Duce, & Dominâ Bonâ Duciſſa Mediolani &c. in eorum manibus pro ſe ſe, ac Syndicariis, & Procuratoris nominibus præfatarum Communitatum ſingula ſingulis congruè, & debitè referendo præſtiterunt fidelitatis, & obedientiæ juramentum in omnibus, & per omnia, & ſub eisdem verbis, tenoribus, modis, & formis, quibus, prout, & quemadmodum præſtitit præfata Communitas Mediolanenſis, ut latius etiam publico conſtat Inſtrumento rogato, & tradito per nos ſuprafcriptos, & infrafcriptos Chriſtophorum de Cambiago, Marcum Trottum, Joannem Antonium de Gerardis, & Joannem Molum Notarios, & Cancellarios ut ſuprà, & quemlibet noſtrum in ſolidum.

Subſcriptus Ego Chriſtophorus de Cambiago filius quondam Domini Jacobi Portæ Ticinenſis, Parochiæ ſancti Georgii in Palatio prælibati Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani &c. Cancellarius, & Scriba, publicus Imperiali, ac Ducali auctoritatibus Notarius ſuprafcriptum fidelitatis Inſtrumentum unà cum infrafcriptis Marco Trotto, Joanne Antonio de Gerardis, & Joanne de Molo Collegis meis etiam in ſolidum rogatus tradidi, & ſubſcripſi, ſignumque meum Tabellionatus appoſui conſuetum in fidem, & Teſtimonium omnium præmiſſorum.

Subſcriptus Ego Marcus Trottus filius quondam Dominici publicus Imperiali, ac Ducali auctoritatibus Notarius, ac prælibati Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani &c. Cancellarius ſuprafcriptum unà cum ſuprafcripto, & infrafcriptis Notariis, & Cancellariis, & in ſolidum tradidi, & ſubſcripſi, ac ſignum mei Tabellionatus appoſui conſuetum in fidem, & Teſtimonium præmiſſorum.

Subſcriptus Ego Joannes Antonius de Gerardis natus quondam Domini Bernini publicus Papienſis, ac Imperiali, & Ducali auctoritatibus Notarius, prælibatique Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani &c. Cancellarius anteſcriptum fidelitatis Inſtrumentum unà cum ſuprafcriptis Chriſtophoro de Cambiago, Marco Trotto, ac infrafcripto Joanne Molo Collegis meis etiam in ſolidum tradidi, & propria manu ſubſcripſi, & ſignum meum Tabellionatus appoſui conſuetum in fidem, & Teſtimonium omnium præmiſſorum.

Subſcriptus Ego Joannes quondam Domini Maffioli de Molo de Belinzonâ Civis Mediolani, publicusque Imperiali, ac Ducali auctoritatibus Notarius, prælibatique Illuſtriſſimi Domini Ducis Cancellarius prædictum Inſtrumentum fidelitatis unà cum prædictis Chriſtophoro, Marco, & Joanne Antonio Collegis meis etiam in ſolidum tradidi, propria manu ſubſcripſi, & ſignum mei Tabellionatus appoſui conſuetum in fidem, & Teſtimonium omnium præmiſſorum.

Anno, Indictione, ac Loco prædictis, die Lunæ vigeſimo menſis Januarii. Nobiles, & Prudentes Georgius de Collis, Spiritinus de Puteo, Joannes de Guaſtamiliis, & Ambroſius de Gravarola Syndici, & Procuratores Communitatis Terræ Viglevani, ut publico conſtat Inſtrumento tradito, & rogato die Dominico ſeptimo prædicti menſis Januarii per Antonium de Guſpertis Notarium publicum; Ghirardus Aribaldus, Giraldus Frafia, Ludovicus Stancus, & Joannes Jacobus Draconus Syndici, & Procuratores Communitatis Terræ Valentiæ, ut publico conſtat Inſtrumento rogato, & tradito die vigeſimo quinto prædicti menſis Januarii per Joannem Maximum de Aribaldis Notarium publicum. Franciscus de Belingeriis, Guizardus de Fionibus, Marcus de Girardis, Franciscus de Cauibus Syndici, & Procuratores Communium Terræ Baſſignanæ, & Loci Mugaroni, ut publico conſtat Inſtrumento rogato, & tradito die Mercurii vigeſimo quarto prædicti menſis Januarii, per Thomam de Belingeriis Notarium publicum, Bernabos de Graſſis, Petrus de Dietis, Gaspar de Ruſſis, & Jacobinus de Nazariis, Syndici, & Procuratores Communitatis Terræ Vallate, ut publico conſtat Inſtrumento rogato, & tradito die decimo ſeptimo prædicti menſis Januarii per Petrum de Andreis de Calvenzano Notarium publicum, omnes conſtituti flexis genibus coram prælibatis Illuſtriſſimis Domino Galeaz Maria Duce, & Dominâ Bonâ Duciſſâ Mediolani &c. in eorum manibus pro ſe ſe, ac Syndicariis Procuratoriis nominibus prædictarum Communium, ſingula ſingulis congrue, & debite referendo præſtiterunt fidelitatis, & obedientiæ juramentum in omnibus, & per omnia, & ſub eisdem verbis, tenoribus, modis, & formis, quibus, prout, & quemadmodum præſtitit præfata Communitas Mediolani, ut latius ſimiliter publico conſtat Inſtrumento tradiro, & rogato per nos ſuprafcriptos, & infrafcriptos Chriſtophorum de Cambiago, & Joannem Antonium de Gerardis Notarios, & Cancellarios ut ſuprà, & utrumque noſtrum in ſolidum, præſentibus Magnifico Domino Turco Cincinello Sereniſſimi Domini Regis Siciliæ Oratore, Illuſtriſſimo Domino Ludovico de Salutiis, Domino Martino de Nidis Illuſtriſſimi Domini Marchionis Montiſferrati Secretario, & Oratore, Domino Petro de Galerate filio Domini Joannis, Azone Vicecomite quondam Domini Gasparrini, Domino Guidantonio Arcimboldo quondam Domini Nicolai, & Domino Magiſtro Lazaro de Tedadis Artium, & Medicinæ Doctore Ducali Fiſco Teſtibus ad præmiſſa vocatis, & rogatis.

Subſcriptus Ego Chriſtophorus de Cambiago filius quondam Domini Jacobi Mediolanenſis Portæ Ticinenſis, Parochiæ ſancti Georgii in Palatio prælibati Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani &c. Cancellarius, & Scriba, publicusque Imperiali, ac Ducali auctoritatibus Notarius ſuprafcriptum fidelitatis Inſtrumentum unà cum ſuprafcripto, & infrafcripto Joanne Antonio de Gerardis Collega meo etiam in ſolidum rogato tradidi, & ſubſcripſi, ſignumque meum Tabellionatus appoſui conſuetum in fidem, & Teſtimonium omnium præmiſſorum.

Subſcriptus Ego Joannes Antonius de Gerardis natus quondam Domini Bernini publicus Papienſis, ac Imperiali, & Ducali auctoritatibus Notarius, prælibatique Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani &c. Cancellarius anteſcriptum fidelitatis Inſtrumentum unà cum ſuprafcripto Chriſtophoro de Cambiago Collega meo etiam in ſolidum tradidi, & propria manu ſubſcripſi, ac ſignum meum Tabellionatus appoſui conſuetum in fidem, & Teſtimonium omnium præmiſſorum.

Examinavit JOANNES FRANC. STESGELLSUS *Regii Archivii Officialis.*

ANNO 1470.

CCXCIV.

Denominatio Colligatorum, Adhærentium, & Recommendatorum Communitatis FLORENTIÆ, *in Tractatu Confœderationis nuper inter eam & Ducem* MEDIOLANI *concluſo comprehendendorum. Actum Florentiæ Kalend. Octobris Anno* 1470. [Pièce authentique, tirée des Archives Royales du Château de Milan.] 1. Octob.

ILLUSTRISSIMO, ac Excellentiſſimo Domino Galeaz Mariæ Sforiæ Vicecomiti Duci Mediolani, Papiæ, Angleriæque Comiti, ac Januæ Domino, Fratri, & Amico Cariſſimo.

Ut impleremus conditiones voti noſtri Fœderis, Dux Illuſtriſſime, ſcripſimus poſt diem quintum decimum Auguſti, quo die publicum ex conditionibus ipſis Fœdus factum eſt, ad Colligatos, Adhærentes, & Commendatos noſtros, cosque nominatos eſſe à nobis in fœdere novo noſtro, ſignificavimus, ab iisque petivimus, ut antequam alter menſis à die publicationis præteriret, responderent, ratamne haberent eam nominationem, ut in tertio ſaltem menſe ex condicionibus & nominatos fuiſſe, & ratam habitam nominationem, Socios, & Contæderatos noſtros certos faceremus. Cum igitur jam respondiſſent, & ratam habuiſſent, differendam ſinè cauſa ſignificationem non cenſuimus. Sunt ergo infrafcripti Colligati, Adhærentes, & Commendati nubes, quos fœderis novi noſtri beneficio gaudere volumus. Hi videlicet: Bononienſes, Perufini, Fede-

ANNO 1470. ricus Comes Urbini cum Statu suo, Tifernates, Robertus de Malatestis Arimini Dominus cum Statu suo, Tadeus Manfredus Imolæ Dominus cum Statu suo, Spineta de Malaspinis Marchio Verucolæ &c. cum Statu suo, Petrus Nofrius Comes Montisdolfi &c. Ugolinus Marchio Moutis sanctæ Mariæ, Nicolaus Marchio Malaspina de Filatt[o], Nicolaus Marchio Malaspina suo nomine, & Procuratorio nomine Marchionum Traschieti, & Malgrati &c. Tadeæ, & Albericus Marchiones Malaspinæ de Fosdenovo Masper &c. Chrillianus, & Fratres Marchiones Malaspinæ de Bagnoro, Ludovicus de Andosiis, Jacobus, & Paulus dalla Saxetta, & Pier Franciscus Nicolaus, Johannes, & Tancredus de Barbolanis de Monte acuto. Vale. Ex Palatio nostro Kalendis Octobris 1470.

Priores Libertatis, & Vexillifer Justiciæ Populi Florentini.

BARTHOLOMEUS SCALA.

Extracta fuit præsens Copia à Registro inscripto sub Litteris C. C. Ducis GALEATTI MARIÆ SFORTIÆ *Vicecomitis existente in Regio Archivio Castri Portæ Jovis Mediolani, in Papiro scripto. Datum Mediolani die trigesima mensis Octobris anni* 1719.

Examinavit JOANNES FRANCISCUS STRIGELLIUS *Regii Archivii Officialis.*

CCXCV.

3. Dec. *Déclaration de* LOUIS XI. *Roi de France contre* CHARLES, *dernier Duc de Bourgogne, sur l'avis des Princes de son Sang, & autres Notables assemblez à Tours, par laquelle il est declaré, que lesdits Notables auroient été d'avis, que à cause des conspirations dudit Duc de Bourgogne, contre ledit* LOUIS XI. *il étoit quitte, & déchargé des promesses qu'il lui auroit faites par le Traité de Peronne, & autrement, & que ses Terres & Seigneuries lui doivent être confisquées. Et par même moien, les Princes furent declarez quittes, & déchargez des scellez & promesses, que du sû dudit Roi* LOUIS *ils lui auroient faites. A Amboise, le* 3. *Decembre.* 1470. [Traitez, Contracts, &c. servans de Preuves aux Mémoires de PHILIPPE DE COMINES, pag. 100. FREDERIC LEONARD. Tom. I. pag. 108.]

FRANCE ET BOURGOGNE.

LOUIS, par la grace de Dieu Roi de France. A tous ceux qui ces presentes Lettres verront, Salut. Pource que de la part de nôtre Procureur general, & des Princes & Seigneurs de nôtre Sang, gens d'Eglise, Nobles, Marchands, & autres Personnes de divers états de nôtre Roiaume, nous a été remoptré, que depuis aucun tems en çà, nôtre Cousin le Duc de Bourgogne, mauvaisement, & comme desobeïssant, & entreprenant grandement à l'encontre de nous, & de nôtre Souveraineté, a mis sus plusieurs gens en armes, & a tout grand nombre de gros navires, garnis d'habillemens de guerre, fait partir de ses Païs, & venir és havres en nos Païs, & Duché de Normandie, où ils se sont efforcez faire diverses invasions, & voies de fait contre nous, nos Sujets, & bienveillans, en proferant les plus rudes, injurieuses, & outrageuses paroles qu'ils pouvoient de nôtre personne, sans eux en vouloir deporter, pour quelque requête, ou remontrance qui leur fut faite; mais en continuant leurs mauvaises, & damnables entrepriſes, descendirent à Terre à bannieres élevées, & déployées, & par grande hostilité, armez & embâtonnez, vinrent courir sus à nos gens, & Sujets, bouterent le feu és navires & maisons, tuerent, & meurtrirent les aucuns, & les autres prirent, & firent prisonniers, en intention de vouloir appliquer, & usurper à eux la Seigneurie, & tout le Païs, si nos loiaux & feaux, à l'aide de Nôtre-Seigneur, n'y eussent resisté. Et avec ce, nous a été remontré comment ledit Duc de Bourgogne, en démontrant vouloir de demeurer nôtre perpetuel ennemi, & de la Couronne, (a) a pris la Jartiere, & Ordre de nôtre ancien ennemi Edoüard de la Marche Anglois, & porte son enseigne, qui est la croix rouge, & avec lui fait, & contracté diverses alliances indûes, & à lui non permises, & contraint nos Sujets & Vassaux, à lui faire serment, & promesse de le servir envers & contre tous, sans vouloir que en ce, aucunement nôtre personne fut exceptée. Et qui plus est, avoit écrit ledit Duc de Bourgogne à ceux de Calais certaines Lettres, par lesquelles il declare évidemment le mauvais, damnable, & detestable vouloir qu'il a dés pieça eu, & a de present à nous, & à la Couronne de France, & la grande & singuliere amour, & affection qu'il a euë ausdits Anglois, afin que toûjours ils prosperassent: Nous a été aussi par les dessusdits exposé, que sans cause raisonnable, ledit Duc de Bourgogne, en contrevenant à la seureté par lui baillée à tous venans à la Foire d'Anvers, a fait prendre reellement, & par œuvre de fait, les biens, deniers, danrées, & Marchandises que l'on a pû trouver, que nos Sujets avoient menez, & achetez à ladite foire d'Anvers, & ailleurs en ses Païs. Et depuis encore sans connoissance de cause, & sans demander, ni faire demander justice à nous, ni à nos Juges, ainsi qu'il est tenu de faire, comme nôtre Vassal justiciable & Sujet, a donné, & contre toute forme de justice, Lettres de marques à un nommé (b) Jâques de Saveuse, Chevalier, sur nos-dits Sujets, a mandé vendre, & adenerer leurs Marchandises, pour restituer ledit de Saveuse de certains biens qu'il disoit être demeurez en la Ville de Blois, de la succession de feu Jean de Saveuse, laquelle il maintient lui devoir appartenir; jaçoit ce que à cause de icelle succession, soit procés pendant indecis aux requêtes de nôtre Palais à Paris; & desdits biens l'on ne peut pretendre quelque querelle sur les biens de nosdits Sujets, à qui la matiere ne touche en rien, avec plusieurs autres entrepriſes sur les droits, & autoritez de la Couronne de France, & nôtre Seigneurie. Et en ce, & autrement traitant, & pourchassant par maintes, mauvaises, & iniques voies, plusieurs maux, seditions, guerres, rebellions, & desobeïssances contre nôtredit Roiaume, & la chose publique d'icelui, & dont si provision n'y étoit donnée, s'ensuivroient inconveniens irreparables, & la subversion de la Justice, & de toute la Paix, & tranquillité d'icelui Roiaume. Et avec ce, ledit Duc de Bourgogne n'a fait, tenu, ni accompli plusieurs choses, que par Traitez il étoit tenu de faire, & qu'il avoit solennellement promises & jurées. Parquoi raisonnablement, nous, & tous les Princes & Seigneurs de notre Sang, sont quittes, & deliez du tout de l'effet & contenu esdits Traitez. Requerant, & pour donner exemple à tous autres, que par nous fut sur ce pourveu de remede convenable, & tel que au cas appartient; & combien qu'aprés lesdites remontrances, aions longuement differé & patiemment toleré lesdits outrages, routefois parce que de plus en plus les plaintes se continuoient, au moien que de la part dudit Duc de Bourgogne, les detestables maux se multiplioient, & accroissoient de jour en jour, avons, pour en ces matieres proceder, par grande & meure deliberation de Conseil, fait assembler en nôtre Ville (c) de Tours aucuns des Princes, & Seigneurs de nôtre Sang, Prelats, Comtes, Barons, & autres Nobles, & gens notables & de conseil; C'est à sçavoir, nôtre tres-cher & tres-amé Oncle, le Roi de Sicile, nôtre tres-cher & tres-amé Frere & Cousin, le Duc de Bourbon, nôtre tres-cher & tres-amé Fils & Cousin, le Marquis du Pont, nôtre tres-cher & amé Cousin, le Comte d'Eu, nôtre tres-cher & amé Cousin, l'Archevêque & Comte de Lion, nos tres-chers & amez Cousins, les Comtes de Guise, & du Perche, Baron de Beaujeu, & Comte Dauphin d'Auvergne, nôtre tres-cher & amé Cousin, le Comte de Saint-Paul, Connétable de France, le Chancelier, nôtre tres-cher & amé Cousin le Comte de Dunois, & nos amez & feaux Cousins & Conseillers, l'Evêque & Duc de Langres, Pair de France, les Evêques d'Avranches, de Soissons, & de Valence, le Comte de Vaudemont, le Comte de Dammartin, Grand-maître d'Hôtel, le Sire de Rohan, les Sires de Loheac, & de Gamaches, Maréchaux de France, le Comte de Roussillon, Admiral de France, les Sires de Chastillon, de Craon, de la Foreſt, de Briquebec, de Maulevrier, Grand Senéchal de Normandie, de Cursol, du Lude, Maitre Jean le Boulanger, President, Jean de Lorraine, Gaston du Lion, Senéchal de Toulouse, Gui Pot, Chevalier Bailli de Vermandois, Jean de Sallezart, Chevalier, Sire de Saint-Just, Guillaume Cousinot, Chevalier, Seigneur de Montreüil, Saladin d'Anglure, Seigneur de Nogent, ... N.... de Beaumont, Sieur de Bresuire, Jean du Fou, Grand Echançon, Olivier du Bron, Seigneur de Maraudaie, Tristan l'Ermite, Chevalier, Prevoſt

(a) Voyez les mêmes Mémoires de Comines, pag. 104. 106. 116.

(b) Voyez les mêmes Mémoires, pag. 62.

(c) Voyez les mêmes Mémoires, pag. 114.

ANNO 1470.

Pour toute la Champaigne, noſtre Ame & Feal Conſeillier & Chambellan *le Sire Chalenton* a preſente noſtre Lieutenant ou dite Pais, y pourra commettre,

Pour tous noz Pais eſtans ſur & environ les Marches de Bourgoingne, noſtre Treſchier & Tresame Frere & Couſin *le Due de Bourbon*, y pourra auſſi commettre,

Pour le Baillie de Lionnois, *le Bailli de Lion*,

Et pour toute la Coſte de la Mer de France, noſtre Chier & Ame Couſin *le Conte de Roufillon*, Admiral de France, y pourra commettre,

Semblablement aus quelz & a chascon d'eulx Nous avons donne & donnons, par ces dites preſentes, plaio Povoir, Auctorite, & Mandement especial de pugnir & faire pugnir tous & chacun des dix Transgreſſeurs des dites Treues, & faire reparer tout ce qui ſera trouve eſtre fait contre & ou prejudice d'icelle Treue, & de contraindre ou faire contraindre tous ceulx qu'il appartiendra de icelle Treue garder, tenir, & obſerver, ſelon la Forme & Teneur des dites Articles cy deſſus inſerez.

Pourveu que noſtre dit Frere & Couſin *le Due de Bourgoingne* tiendra & fera tenir la dite Treue, la ratifiera & approuvera de ſa part, & nous en baillera ou envoyera ſes Lettres Patentes ſeellees de ſon Seel, & ſeignees de ſa Main en forme deue:

Mandons & Commandons a tous noz Lieuxtenantz, Conneſtable, Mareschaulx, Admiral, Visadmiral, Capitaines, Chiefs de Guerre, & autres noz Juſticiers, Officiers, & Subgetz, que a nos diz Commis & Deputez, & a chacun d'eulx, ainſi que deſſus eſt dit, ilz obeiſſent & entendant diligentement.

Et, pour ce que de ces dites Preſentes l'on pourra avoir a beſoingner en pluſieurs & divers lieux, Nous voulons que au VIDIMUS d'icelle, fait ſoubz Seel Royal ou autentique, Foy ſoit adjoutee comme à ce preſent ORIGINAL.

En Tesmoing de ce Nous avons ſignees ces dites Preſentes de noſtre Main, & a icelles fait mettre noſtre Seel.

Donne a *Soulac n Medoc* le tv. Jour d'Avril, l'An de Grace, Mille, Quatrecens, lxxii. avant Pasques, & de noſtre Regne le xii.

Ainſi Signe ſoubz le reploy de la Marge.

LOYS.

Et

ANNO 1472.

Et en la dite Marge,
PAR LE ROY,
Les Contes Dauphin,
D'Auvergne,
De Candale,
Les Seigneurs de Roseur,
Dachon,
Pates,
Fonlcart,
Seneschal de Sertongo,
Le Sire de Blanchfort,
Et autres presens.

TILHART.

En Tesmoing de ce *Nous Official* dessusdits avons fait mettre a ces Presentes le Seel de la Cour Espirituelle du dite Cambray, dont l'on use en semblables choses, & nous *Bourgmaistres, Eschevins, & Conseil* dessusditz, y avons pareillement fait mettre le Seel aux Causes de la ditte Ville de Brouxelles le Vinctime Jour d'Avril, l'An Mille, Quatrecens, Soixante Treize, apres Pasques.

Sub Duobus Sigillis, primo, viz. (Curiæ Ecclesiasticæ de Cambray) de rubrâ; Secundo (Villæ Bruxellensis) de Viridi cerâ, pendentibus a Caudis Pergameneæ.

CCCX.

30. Août. *Renovatio antiquorum Fœderum inter* ALFONSUM V. *Regem Portugaliæ & EDUARDUM IV. Regem Angliæ, ex parte prioris. Data Conimbriæ 30. die Augusti* 1472. [RYMER, Fœdera, Conventiones, &c. Tom. XI. pag. 762.]

ALFONSUS, Dei gratiâ, *Rex Portugaliæ & Algarbiorum citra & ultra Mare in Africa*, omnibus & singulis, ad quos præsentes Litteræ pervenerint, Salutem.

INSPEXIMUS Tractatum Pacis, Concordiæ, perpetuæ Amicitiæ inter Serenissimum *Johannem Regem Portugaliæ & Algarbii*, Avum & Prædecessorem nostrum pro se, Hæredibus, Regnis, Terris, Dominiis, Vassalis, & Subditis ejus ex una, & Serenissimum *Richardum Angliæ & Franciæ Regem*, pro se, Hæredibus, Regno, Terris, Dominio, Vassallis, & Subditis suis quibuscúmque, ex altera parte, modo & formâ prout inferius continetur.

UNIVERSIS CHRISTI FIDELIBUS, præsentes Litteras inspecturis, Nos, *Ricardus Aberbury, Johannes Clavenoke*, Milites, & *Ricardus Ronhale*, Legum Doctor, Serenissimi Principis & Domini Domini *Ricardi*, Dei gratiâ, *Regis Angliæ & Franciæ*, Domini nostri Illustrissimi, Procuratores & Commissarii, ad infrascripta specialiter deputati, salutem in omnium Salvatore.

Illud pium propositum rectè regnantium, illaque finalis intentio justè principantium esse debet, bonum commune Subditorum privatis præferre commodis, talibusque subjectam eis Rempublicam munire præsidiis, &c. *prout supra in Litteris, datis Undecimo die Martii, mutatis mutandis; tunc sic* (viz.)

Nos autem ALFONSUS *Rex Portugaliæ, &c.* supradicta Tractatus, Confœderationes, Conventiones, Alligantias, Amicitias, Pactiones, Conditiones, Promissiones, Fœddera, & quæcúmque Ligamina suprædicta, in modo & formâ prædictis, tractata, ordinata, conventa, inita, seu aliàs disposita in præmissis, *Ore Regio* approbamus, laudamus, renovamus, ratificamus, necnon præsentibus confirmamus: atque etiam promittimus pro Nobis, Hæredibus, & Successoribus nostris, & causam a Nobis habentibus, præmissa omnia & singula perpetnò tenere & non contrafacere eisdem vel alicui eorum, vel venire contra eadem vel aliquam partem eorumdem per Nos, nec per aliqnem Hæredum seu Successorum nostrorum, vel alium seu alios a Nobis causam habentes; sed ea omnia & singula suprædicta firmiter & illæsa, quantum ad Nos & ad Hæredes & Successores nostros attinet, sicut in Litteris dictorum ligaminum seu pactionum continetur, & prout superius contenta sunt, & tractata & concordata fuerunt, promittimus observare & observari facere, & contra ea nullatenus venire, & per Sancta Dei Evangelia, per Nos inspecta & corporaliter tacta, promittimus & juramus.

In cujus Rei Testimonium has præsentes Patentes Litteras nostras fieri fecimus, & sublitâ Subscriptione nostrâ subscriptimus, atque fecimus communiri appensione Sigilli Plumbei nostri confecti. ANNO 1472.

Data in *Urbe nostra Coimbria*, penultimâ die mensis Augusti, Anno a Nativitate Domini milesimo, quadringentesimo, septuagesimo secundo.

EL REY.

Et ego Martinus Lupus, *Publicus Auctoritate prædicti Serenissimi Regis Portugaliæ ac in omnibus Regnis suis prædictis Notarius, Approbationi, Laudationi, Revocationi, & Ratificationi suprascriptorum Tractatûs, Confœderationum, Conventionum, Alligantiarum, Amicitiarum, Pactionum, Conditionum, Promissionum, Fœderum, & quorumcúmque Ligaminum prædictorum, sub modo & forma præscriptis tractatorum, ordinatorum, conventorum, & aliis quomodolibet, ut præfertur, dispositorum, per præfatum Serenissimum Dominum nostrum* Alfonsum Regem Portugaliæ & Algarbiorum citra & ultra Mare in Africa, *necnon ejusdem Domini nostri Regis ad Sacrosancta Dei Evangelia per eum tunc inspecta & corporaliter tacta Juramenta præstationi, cæteriisque omnibus & singulis suprædictis, dum sic ut præmittitur per eundem Dominum nostrum Regem approbarentur, laudarentur, renovarentur, ratificarentur, confirmarentur, promitterentur, agerentur, & fierent, una cum Reverendis in Christo Patribus, & Dominis,* Domino Georgio Archiepiscopo Ulixbonensi, *&* Domino Johanne Galuom Episcopo Columbrienſi, Comite Sanctæ Columbæ, *ac Serenissimi dicti Domini nostri Regis Majore Referendario, necnon Illustri Domino Domino* Fernando Duce Vimarensi, *atque Magnificis Dominis*, Domino Alfonso Comite de Faarom, *&* Domino Petro Comite de Villa Real, *&* Domino Alfonso Comite Penelle, *Consanguineis dicti Serenissimi Regis, atque Domino* Valasco de Ataide *Priore Ordinis Sancti Johannis Jherosolimitani in præfatis Regnis Portugaliæ, pluribusque aliis Spectabilibus & Nobilibus viris ad Præmissa vocatis specialiter & rogatis, sub Anno Domini, Mense, & Die quo supra, in quadam Camera intra Palatium Regium situata, præsens interfui, eaque omnia & singula, modo & formâ præscriptis, fieri vidi & audivi, & iccirco eis præsentibus Literis Regiis, per me in mianuciori Litera conscriptis, & Plumbea Sigilli Domini nostri Regis appensione munitis, de ipsius Regis Mandato, me subscripsi, easque Signo meo & Nomine solitis & consuetis in pleniorem Fidem Præmissorum signavi.*

Sigillo utrinque uniformiter Filis de Serico rubei azureique colorum.

CCCXI.

Commissio JACOBI III. *Regis Scotorum de Treugis, inter ipsum & EDUARDUM IV. Angliæ Regem, sub majoris specialitatis forma, ad desiderium* CAROLI *Ducis Burgundiæ, stabiliendis. Datum apud Edinburgh 25. die Martii Anno* 1473. [RYMER, Fœdera, Conventsones, &c. Tom. XI. pag. 772.] 1473. 25. Mars.

JACOBUS, Dei gratiâ, *Rex Scotorum*, universis & singulis, ad quorum notitias præsentes Litteræ pervenerint, Salutem.

Sciant universi, præsentes & futuri, quòd,

Cùm, ad Dei omnipotentis laudem, suadente Pacis & tranquilitatis utilitate bonitateque percelebri, certæ Treugæ & Guerrarum abstinentiæ, ad multos annos, adhuc eventuros, inter Excellentissimum Principem *Edwardum Angliæ Regem*, Regnum, Dominia, & Subditos suos, ex parte unâ, *Nosque*, Regnum nostrum, Dominia, & Subditus nostros, ex parte alterâ, initæ, captæ, & firmatæ, strictissimisque compactionibus ac juramentis vallatæ, Primò apud *Civitatem Eboracensem*, Secundò apud *Novum Castrum super Tinam*, sub eisdem modo & formâ, ad longiora Tempora, per nostros Magnos Commissarius, sufficienti auctoritate munitos, prorogatæ, continuatæ, & augmentatæ extiterant, prout in Indenturis, desuper confectis, necnon Litteris confirmatoriis, nostris magnis sigillis corroboratis, clarius elucescit,

Nihilominus tamen, propter utriúsque Partis Subditorum insolentiam, pravotúmque hominum ambitionem & iniquitatem, multa enormia (veluti homicidia, incendia, rapinæ, depræd̃ationes) & malificia plurima, contra prædictas Trengas indies perpetrantur, quæ in tantum crescere possunt quòd, nisi de celeriori

ANNO 1473. reparationis remedio ab utraque Parte provideatur, demum ad dictarum Treugarum violationum & in parte rupturam rendere verefimiliter conſpiciuntur,

Quâ in re, ad uberioris cautelæ ſuffragium, & ut prædictæ Treugæ ſeu Guerrarum abſtinentiæ confirmiùs obſerventur, ac majoris firmitatis robore ſtabiliantur, Spectabilium, Prudentum & Diſcretiſſimorum Virorum, Magiſtrorum, *Folpardi de Amerongen*, ac *Georgii Baert*, Clariſſimi Principis Conſanguinei Cognati & Conſœderati noſtri Amantiſſimi *Burgundionum Ducis* Ambaſſiatorum, relatione, certis ex cauſis ſuum Inclitiſſimum animum moventibus, ſuæ Sereniſtatis votum & deſiderium eſſe perpendimus quòd dictæ Treugæ & Guertarum abſtinentiæ, inter Sereniſſimum Angliæ Regem, & Nos, ac Regna, Dominia, Subditos, Vaſſallosque noſtros, ſub majoris ſpecialitatis & ſecuritatis formâ (ſi majoè firmitas aut ſecuritas dictis Treugis adici poterit) pro tempore competenti (quo durante dictas Treugas revocare non liceat aut bella commovere) munirentur, corroborentur, & ratificentur, absque tamen præjudicio Treugarum, primitus apud *Civitatem Eboracenſem*, & prorogationum earumdem apud *Novum Caſtrum*, ioitarum, eisdem Treugis & Guerrarum abſtinentiis in ſuis ſemper robore, firmitate & valitudine duraturis,

Nos igitur *Jacobus Scotorum Rex*, qui cum univerſis Chriſti Fidelibus, & præſertim cum præfato Excellentiſſimo & Potentiſſimo Principe *Edwardo Angliæ Rege*, quantum ſuadet honeſtas, Pacem ſemper habere & Vitam ſecum in caritate agere & tranquillitate concupiſcimus, Sereniſſimi & Potentiſſimi Principis Clariſſimi *Burgundionum Ducis* Cariſſimi noſtri Conſanguinei, Cognati & Conſœderati amantiſſimi votis & deſideriis annuentes, Treugas & Guerrarum abſtinentias cum dicto Sereniſſimo Principe *Edwardo Angliæ Rege* ad biennium, a die decimo menſis Aprilis proximè & immediatè ſequens, ſub prædictâ ſpecialitatis formâ, & absque treugarum ſequentis temporis & protogationum earumdem præjudicio, inimus, confirmamus, corroboramus, & aſſecutamus, ſic quòd, occaſione præteritorum attemptatorum aut futurorum, Treugas & prorogationem Treugarum non infirmabimus aut revocabimus, Guerram aut ſtrictam aciem eidem Excellentiſſimo Principi *Edwardo Angliæ Regi*, Regno, Dominiis aut Subditis ſuis non movebimus aut Bellum eidem indicemus,

Quarum Treugarum ac etiam ſpecialitatis vigore, dicto durante biennio, attemptata præterita, pollicitata & adjudicata reparari, reſarciri & reformari, quam citiùs commodè poterimus, fraude, dolo, malóve ingenio ſemotis, omni labore & diligentiâ pro noſtrâ parte faciemus: Et de futuris attemptandis, pro noſtra parte pariformiter, ſecundum effectum & formam Treugarum, per noſtros Marchiarum Gasdianos, Deputatos, Officiarios, Treugarum Conſervatores, ac noſtros Magnos Commiſſarios, effectualiter & iudilatè ad debitum reparationis, ſolutionis, reformationis, & reſtitutionis, effectum deducere curabimus; præſuppoſito ſemper quòd, dicto durante biennio, de ſingulis attemptatis adjudicatis & pollicitatis, & de in futurum attemptandis, reparationem, ſolutionem, & reſtitutionem, ſecundum vim, formam, & effectum Treugarum (Guerris pro eodem biennio omnino ceſſantibus) noſtrâ pro parte exigemus:

Quæ omnia Nos obſervaturos (ſimilibus Litteris Nobis per dictum Sereniſſimum Principem *Edwardum Angliæ Regem* præſtitis & donatis) ſub Verbo Regio, bonâ fide, dolo, fraude, malo ingenio ſemotis, promittimus & firmiter pollicemur.

In cujus rei Teſtimonium Magnum Sigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum, apud *Edinburgh* viceſimo quinto die menſis Martii, Anno Domini milleſimo, quadringenteſimo, ſeptuageſimo tertio, Regni noſtri decimotertio.

Sub Sigillo Magno, de cerâ albâ, pendente a Candâ Pergamenæ.

CCCXII.

10. Avril. *Literæ* EDUARDI IV. *Regis Angliæ de Treugis, inter ipſum & JACOBUM III. Scotorum Regem, ſub forma à poſteriore propoſitâ, ſtabiliendis. Datæ apud Weſtmonaſterium 10. die Aprilis Anno 1473.* [RYMER, Fœdera, Conventiones, &c. Tom. XI. pag. 773.]

REx univerſis & ſingulis, ad quorum notitiam præſentes pervenerint, Salutem. ANNO 1473.

Sciant univerſi, præſentes & futuri, quod,

Cùm, ad Dei Omnipotentis laudem, ſuadente Pacis & Tranquillitatis utilitate bonitateque percelebri, certæ Treugæ & Guerrarum Abſtinentiæ, ad multos annos, adhuc eventutos, inter Excellentiſſimum Principem *Jacobum Scotorum Regem*, Regnum, Dominia, & Subditos ſuos, ex parte unâ, *Nosque*, Regnum noſtrum, Dominia, & Subditos noſtros, ex parte alterâ, initæ, captæ, & firmatæ, ltrictiſſimisque compaëtionibus ac juramentis vallatæ. Primo apud *Civitatem Eborum*, Secundò apud *Novum Caſtrum ſuper Tynam*, ſub eisdem modo & formâ, ad longiora tempora, per noſtros Magnos Commiſſarios, ſufficienti auctoritate munitos, prorogatæ, cootinuatæ, & augmentatæ extiterant, prout in Indenturis, deſuper confectis, necnon Litteris confirmatoriis, noſtris magnis ſigillis corroboratis, clarius elucescit.

Nichilominus tamen, propter utriúsque Partis Subditorum inſolentiam, pravotúmque homioum ambitionem & iniquitatem, multa enormia (veluti homicidia, incendia, rapinæ, deprædationes) & maleficia plurima contra prædictas Treugas indies perpetrantur, quæ in rantum crescere poſſunt quòd, niſi de celerioris reparationis remedio ab utraque Parte provideatur, demum ad dictarum Treugarum violationem & in parte rupturam tendere verifimiliter conſpiciuntur.

Quâ in re, ad uberioris cautelæ ſuffragium, & ut prædictæ Treugæ ſeu Guerrarum abſtinentiæ eo firmiùs obſerventur, ac majoris firmitatis robore ſtabiliantur, Spectabilium, Prudentum & Discretiſſimorum Virorum, Magiſtrorum, *Folpardi de Amerongen*, ac *Georgii Baert*, Clariſſimi Principis Fratris & Conſœderati noſtri Amantiſſimi *Burgundionum Ducis* Ambaſſiatorum, relatione, certis ex cauſis ſuum inclitiſſimum animum moventibus, ſuæ Serenitatis votum & deſiderium eſſe perpendimus quòd dictæ Treugæ & Guerrarum abſtinentiæ, inter Sereniſſimum *Scotorum Regem*, & *Nos*, ac Regna, Dominia, Subditos, Vaſſallosque noſtros, ſub majoris ſpecialitatis & ſecuritatis formâ (ſi major firmitas aut ſecuritas dictis Treugis adici poterit) pro tempore competenti (quo durante dictas Treugas revocare non liceat aut bella commovere) munirentur, corroborentur, & ratificentur, absque tamen præjudicio Treugarum, primitùs apud *Civitatem Eborum*, & Prorogationum earumdem apud *Novum Caſtrum*, initarum, eisdem Treugis & Guerrarum abſtinentiis in ſuis robore, firmitate, & valitudine duraturis:

Nos igitur, qui cum univerſis Chriſti fidelibus, & præſertim cum præfato Excellentiſſimo & Potentiſſimo Principe *Jacobo Scotorum Rege*, quantum ſuadet honeſtas, Pacem ſemper habere & vitam ſecum in caritate agere & tranquillitate concupiſcimus, Sereniſſimi & Potentiſſimi Principis clariſſimi *Burgundionum Ducis* Fratris noſtri Cariſſimi & Conſœdetati amantiſſimi votis & deſideriis annuentes, Treugas & Guerrarum abſtinentias cum dicto Sereniſſimo Principe *Jacobo Scotorum Rege* ad biennium, ab hoc die decimo Menſis Aprilis inſtantis proximò & immediatè ſequens, ſub prædicta ſpecialitatis forma, & absque Treugarum ſequentis temporis & Prorogationum earumdem præjudicio, inimus, confirmamus, corroboramus, & aſſecuramus, ſic quòd, occaſione præteritorum attemptatorum aut futurorum, Treugas & Prorogationem Treugarum non infirmabimus aut revocabimus, Guerram aut ſtrictam aciem eidem Excellentiſſimo Principi *Jacobo Scotorum Regi*, Regno, Dominiis, aut Subdiris ſuis non movebimus aut Bellum eidem indicemus:

Quarum Treugarum etiam ſpecialitatis vigore, dicto durante biennio, attemptata præterita, pollicitata & adjudicata reparari & reformari, quamcitius commodè poterimus, fraude, dolo, malóve ingenio ſemotis, omni labore & diligentiâ pro noſtrâ parte faciemus; & de futuris attemptandis, pro noſtrâ parte pariformiter, ſecundùm effectum & formam Treugarum, per noſtros Marchiarum Gardianos, Deputatos, Officiarios, Treugarum Conſervatores, ac noſtros magnos Commiſſarios, effectualiter & iudilatè ad debitum reparationis, ſolutionis, reſormationis, & reſtitutionis effectum deducere curabimus; præſuppoſito ſemper quòd, dicto durante biennio, de ſingulis attemptatis, adjudicatis, & pollicitatis, & de in futurum attemptandis, reparationem, ſecundùm vim, formam, & effectum Treugarum (Guerris pro eodem biennio omninò ceſſantibus) noſtrâ pro parte exigemus:

Quæ omnia nos obſervaturos (attento quòd ſimiles Litteræ nobis per dictum Sereniſſimum Principem *Jacobum*

ANNO 1473. *cobum Scotorum Regem* præſtitæ & donatæ ſunt) ſub verbo Regio, bonâ fide, dolo, fraude, malo ingenio ſemotis, promittimus & ſtrictiùs pollicemur.

In cujus &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium* decimo Die Aprilis.

Per ipſum Regem, & de Dat. &c.

CCCXIII.

10. Avril. SAVOYE. *Contract de* (1) *Mariage entre* CHARLES DE SAVOYE, *depuis Duc de ce Pays* I. *du nom, &* LOUISE DE SAVOYE *ſa Couſine, fait à Annecy, le* 10. *Avril*, 1473. [S. GUICHENON, Hiſtoire Généalogique de la Maiſon de Savoye. Preuves. pag. 432.]

In Nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Amen.

ANNO Domini milleſimo quatercenteſimo ſeptuageſimo tertio, Indictione ſexta cum eodem Anno ſumpta, die verò decima menſis Aprilis, hujus præſentis Inſtrumenti tenore cunctis fiat manifeſtum. Quod cum pro conſervatione amoris, fœderis & amicitiæ, ac manutentione Status Inclytæ Domus Sabaudiæ proque utilitate & quiete Reipublicæ & Subditorum totius Patriæ tractatum fuerit de ſponſaliis & Matrimonio contrahendis inter *Illuſtrem Dominum* CAROLUM DE SABAUDIA *ſecundo-genitum ſuſcitis recordiæ Illuſtriſſimi Principis Domini noſtri metuendiſſimi Amedei Ducis Sabaudiæ nuper defuncti ex Illuſtriſſima Principeſſa Domina noſtra metuendiſſima Domina Yolant primogenita & ſorore Sereniſſimorum Chriſtianiſſimorumque Franciæ Regum Duciſſa Sabaudiæ ejus quondam conjuge ſuſceptum* ex una parte, & *Illuſtrem Domicellam* LOYSIAM DE SABAUDIA *primogenitam Illuſtris Principis Domini noſtri Domini Janus de Sabaudia Comitis Gebennarum, Baronis Foucignaci & Bellejortis ac Uginæ Fabricarum & de Gordianis Domini, ex Illuſtri Domina Helena de Lucemburgo Comitiſſa Gebennarum ejus conjuge*, habitam ex alia parte. Hinc eſt quod in noſtrum Humberti Grueti & Petri de Thuriaco Notariorum publicorum Ducaliumque Sabaudiæ & præfati Domini noſtri Comitis Secretariorum ac ſubnominatorum Teſtium præſentia conſtituti perſonaliter & exiſtentes propter infraſcripta peragenda præfatus Illuſtris Dominus noſter Dominus Janus Comes Gebennarum agens in hac parte ſuo & dictæ Illuſtris Filiæ ſuæ nominibus hinc; nec non ſpectabilis & potens vir Antonius de Orliato Dominus Sancti Innocentii, Gubernatorque Niciæ & Terræ Provinciæ ſibi adjacentis, ac Reverendus Dominus Antou. Lamberti Decretorum Doctor Decanusque Sabaudiæ ac Cantor Eccleſiæ Gebenn. Ambaſſiatores & Procuratores ad hæc deputati per ſupranominatam Illuſtriſſ. Principiſſam Dominam noſtram Duciſſam Sabaudiæ agentem equidem in hac parte ſuo & Illuſtris Domini Caroli ejus Filii nominibus inde de ſuo Procuratorio hujusmodi edocentes Literis patentibus ab ipſa Illuſtriſſima Domina noſtra emanatis, datis Vercellis die tertia menſis hujus Aprilis. Qui quidem Illuſtris Dominus noſter Comes ac Ambaſſiatores & Procuratores Procuratorio nomine ejusdem Illuſtriſſimæ Dominæ noſtræ inſequendo voluntatem illius ac formam Ambaſſiatæ eis commiſſæ vigore & prætextu facultatis attributæ gratis & eorum ſpontaneis voluntatibus contraxerunt & contrahunt ad invicem ſponſalia pro & nomine dictorum Illuſtrium Caroli & Loyſiæ abſentium ſingula ſingulis debitè referendo. Promittentes ipſi Domini Ambaſſiatores & Procuratores per juramenta ſua ſuper Sanctis Dei Evangeliis corporaliter præſtita in animam ejusdem Illuſtriſſimæ Dominæ noſtræ Duciſſæ, ac ſub obligatione expreſſa & hypotheca omnium & ſingulorum bonorum mobilium & immobilium ipſius Dominæ dotalicii ſeu douarii, Parafernalium, & adventitiorum omniumque jurium & actionum ſuarum præſentium & futurorum quorumcumque procurare eum effectu & line defectu; quòd præfatus Illuſtris Dominus noſter Carolus de Sabaudia quàm primum ad annos devenerit pubertatis, accipiet in ejus Uxorem & Sponſam legitimam præfatam Illuſtrem Domicellam Loyſiam de Sabaudia, ipſamque in facie Sanctæ Matris Eccleſiæ deſponſabit & cum ea contrahet Matrimonium, & prælibatus Illuſtris Dominus noſter Comes Gebennarum pro ſe & ſuis hæredibus & ſucceſſoribus quibuscumque promittit per juramentum ſuum ad Sancta Dei Evangelia corporaliter præſtitum & ſub expreſſa obligatione & hypotheca omnium & ſingulorum bonorum ſuorum mobilium & immobilium præſentium & futurorum quorumcumque ſimiliter procurare cum effectu & line defectu; Quòd prælibata Illuſtris Domicella Loyſia ejus Filia accipiet in ejus Virum & Sponſum legitimum, ac in facie Sanctæ Matris Eccleſiæ deſponſabit præfatum Illuſtrem Dominum Carolum, quam primum ad annos pervenerit pubertatis & cum ipſo Matrimonium contrahet. Quibus ſic actis, ipſe Illuſtris Dominus noſter Dominus Janus de Sabaudia Comes præfatus conlideratione & contemplatione hujusmodi ſponſalium & Matrimonii contrahendi pro ſe, & ſuis prædictis dat, donat & conſtituit prælibato Illuſtri Domino noſtro Carolo, licet abſenti, nobis tamen Notariis publicis ſuprà nominatis ſtipulantibus & recipientibus vice, nomine & ad opus ejusdem Domini noſtri Caroli, ſuorumque hæredum & ſucceſſorum quorumcumque ac omnium & ſingulorum quorum intereſt & intereſſe poterit quomodolibet in futurum in dotem, pro dote nomineque & ex cauſa dotis præfatæ Illuſtris Loyſiæ ejus Filiæ videlicet quinquaginta millia florenorum auri parvi ponderis valentis quilibet florenо duodecim denariis grollis monetæ in Patria Sabaudiæ curſalis, & ulterius prælibata Illuſtris Domina noſtra Domina Helena de Lucemburgo Comitiſſa Gebennarum ibidem præſens & ad infraſcripta peragenda in noſtrum Notariorum prædictorum & teſtium ſubnominatorum præſentia perſonaliter conſtituta gratis & ejus ſpontanea voluntate pro ſe & ſuis hæredibus & ſucceſſoribus quibuscumque, de authoritate tamen, licentia & conſenſu prælibati Illuſtris Domini noſtri Comitis ejus Viri ſoidem præſentis & authoritatem præbentis, contemplatione equidem prænarratorum ſponſaliiorum & Matrimonii futuri, Dat, donat & conſtituit præfato Illuſtri Domino Carolo, licet abſenti ut ſuprà, nobis tamen dictis Notariis ut præmittitur ſtipulantibus in dotem & nomine dotis ſeu pro melioramento ipſius dotis præfatæ Illuſtris Domicellæ Loyſiæ ejus Filiæ, videlicet decem millia florenorum auri parvi ponderis & valoris prædictorum, ſolvendos per ejus hæredes poſt ipſius Dominæ conſtitutis deceſſum bona ſua quæcumque præſentia & futura, mobilia, immobilia, juraque & actiones propter ea obligando & obligatione. Et viceverſa præfati Domini Ambaſſiatores & Procuratores procuratorio nomine præfatæ Illuſtriſſimæ Dominæ Duciſſæ Sabaudiæ agentis ſuo & dicti ejus Filii Illuſtris nominibus dictorum Matrimonii & ſponſaliiorum contemplatione gratis & ſpontanee pro ipſa Illuſtr. Domina noſtra Duciſſa, ſuisque hæredibus & ſucceſſoribus univerſis, Dant, donant & conſtituunt eidem Illuſtri Domicellæ Loyſiæ, licet abſenti, præfato Illuſtri Domino noſtro Comite ejus genitore & nobis Notariis prædictis ſtipulantibus & recipientibus ad opus ejusdem & ſuorum hæredum & ſucceſſorum quorumcumque ac omnium aliorum quorum intereſt & intererit, aut intereſſe poterit in futurum, in & pro dotalitio ſeu doario ejusdem Illuſtris Domicellæ, videlicet quinque millia florenorum annualium auri & valoris prædictorum percipiendorum & levandorum per ipſam Illuſtrem Domicellam ſingulis annis ejus vita naturali durante dumtaxat & hoc in caſu quo contingeret ipſum Illuſtrem Dominum Carolum celebrato & conſummato prius dicto Matrimonio ab humanis decedere ante prænominatam Illuſtrem Domicellam Loyſiam, ſive ſuperſint ab eisdem liberi communes, ſive non, ſive exinde tranſeat ad ſecunda vota, ſive non. Quos quinque mille florenos annuales dotalicii, prænominati Domini Ambaſſiatores & Procuratores procuratorio nomine prædicto promittunt juramentis ſuis præſtitis in animam prælibatæ Illuſtriſſimæ Dominæ noſtræ Duciſſæ, ac ſub obligatione & hypotheca conſimilibus prædictis aſſignare, impotere & aſſettare ſeu aſſignare, imponi & aſſetari facere ſufficienter eidem Illuſtri Domicellæ in & ſuper bonis & ſufficientibus redditibus, & demario tantum aut plus annuali in revenuta valentibus, & hoc infra tempus ſolemnizationis dicti Matrimonii præmentionatasque dotium quantitates eidem Illuſtri Domicellæ Loyſiæ aut ſuis, in omni caſu reſtitutionis dotis reſtituere, videlicet per terminos & ſolutiones conſimiles, quibus ut ſuprà ſolvi tuerunt ordinatæ, videlicet ſoluto Matrimonio quindecim millia florenorum, & ſingulis annis ſequentibus quatuor millia florenorum, usque ad complementum dictarum quantitatum dotalium. Promittentes inſuper prætati Domini Ambaſſiatores

ANNO 1473.

(1) Ce Mariage ne s'acomplit pas dans la ſuite, mais *Charles* epouſa *Blanche* de Montferrat, Fille de *Guillaume* Marquis de Montferrat.

ANNO 1473. tores & Procuratores procuratorio nomine prædicto tradere & expedire infrà tempus ſolemnizationis & celebrationis dicti Matrimonii, eidem Illuſtri Domino Carolo, licet abſenti, nobis dictis Notariis, pro eodem ut ſuprà, ſtipulantibus & recipientibus Demanium ſeu Chevancium ſufficientes, illamque & illa facere valere in revenuta annuali & perpetua ſummam duodecim millium florenorum annuahum, præmiſiaque omnia & ſingula ratificari facere per eandem Illuſtriſſimam Dominam noſtram Duciſſam quàm primum ſuper hoc fuerint requiſiti. Qua ratificatione facta ipſi Domini Ambaſſiatores & Procuratores ſint liberati ab omni obligatione ſuprà & infrà ſcripta. Promittentes ipſæ Partes prænominatæ jam dictis nominibus & ipſarum quælibet quantum eam concernit juramentis & obligationibus ſuis prædictis præmiſſa omnia & ſingula obſervare, tenere, attendere & complere inviolabiliter & nunquam contrafacere, dicere vel venire ſeu contra venire volenti in aliquo conſentire etàm, palàm, tacitè vel expreſsè quovis exquiſito colore. De quibus præmiſſis prælibatus Illuſtris Dominus noſter Comes juſſit; dicti vero Ambaſſiatores & Procuratores requiſierunt per nos Notarios prænominatos ſibi fieri duo ejusdem ſubſtantiæ publica inſtrumenta ad opus cujuslibet Partis unum & tot quot fuerint neceſſaria. Acta fuerunt hæc in Caſtro Anneſſiaci in Camera exiſtente ſuprà Gallerias ſuper putheum ejusdem Caſtri, præſentibus Magnifico Bernardo Domino Menthonis, Spectabilibuſque Dominis Bertrando de Derea Præſidente Gebennarum, & Nicodo de Menthone Domino Montiſtroterii Milite, nec non Nobilibus & Potentibus Viris Claudio de Menthone Domino Ruppisfortis, Guillermo de Forax Magiſtro Hoſpitii, Claudio de Avanchiaco, Guillermo de Gorrevod, & Thoma Lamberti Clavario & ex Receptoribus computorum Gebenn. teſtibus ad hæc vocatis, adſtantibus & rogatis. *Signé* GRUET & DE THURIACO.

CCCXIV.

17. Avril. *Epiſcopi Patavienſis* LEONARDI *Tranſſumptum Privilegiorum ab Imperatore* FRIDERICO I. *Duci Auſtriæ* HEINRICO *Anno* 1156. *conceſſorum, & per Imperatorem* FRIDERICUM II. *in favorem Ducis Auſtriæ* FRIDERICI *confirmatorum. Dat. Viennæ* 17. *Aprilis* 1473. [Voyez-le ci-devant ſous le 17. Septembre 1156. Tom. I. pag. 83. col. 1.]

CCCXV.

1. Mai. *Literæ* EDUARDI IV. *Regis Angliæ, quibus declarat ſe cum* CHRISTIERNO I. *Daciæ Rege Confœderationem renovare paratum eſſe. Datæ apud Weſtmonaſterium* 1. *Maii* 1473. [RYMER, Fœdera, Conventiones, &c. Tom. XI. pag. 775.]

REx omnibus, ad quos &c. Salutem cum proſperorum ſucceſſuum incrementis.

Ejus, qui in Terris Nobis Ceptra commiſit, Salvatoris noſtri Jheſu Chriſti, qui Pacem ſuam donavit nobis, Pacemque ſuam reliquit Nobis, inſequendo doctrinam, ea quæ ad Pacem ſunt ſummoperè duximus amplectanda.

Quamquam itaque, aliàs, per noſtros, atque Sereniſſimi Principis Domini *Chriſtierni Daciæ, Sueciæ, Norwegiæ &c. Regis* Ambaſſiatores & Nuncios, tunc in Oppido Hamburgenſi, Bremenſi Diœceſe, ad hoc congregatos, inter *Nos*, prætatimque *Daciæ, &c. Regem*, Regnorúmque noſtrorum hinc inde Incolas & Subditos, concepta, inita, & celebrata, atque expoſt approbata & confirmata, Pacis, Concordiæ, & Amicitiæ Lega ſeu Confœderatio, tempore ſucceſſu, perverſorum (quorum totus conatus ad turbandum Pacem anhelat) finiſtris actibus violata interuptaque fit,

Nos tamen atque præfatus *Rex Daciæ* (ad quos, pervigili ſolicitudinis oculo, Regnorum atque Subditorum noſtrorum profectum atque ſalutem contueri pertinet) conſiderantes quòd veluti Discordiâ Res magnæ pericre, Concordiâ Res parvæ crescere conſueverunt, ſic ex Pacis interuptione prædictâ Regnorum noſtrorum hinc inde Incolis & Subditis nullus fructus Salutis, ſed undicúmque dampnum & detrementum ſubortum eſt, perverſorum itaque conatibus hujusmodi obviare, Pacisque reparationi ſummo ſtudio intendere decrevimus,

ANNO 1473. Et poſt, eo prætextu, de novo inter Nos habita Scripta, Ambaſſiata, atque Tractatus, tandem (ſeptiſonni inuncre ab alto gratioſè ſuperinſulo) *Nos* atque præfatus *Rex Daciæ* ad has reſolidatæ devenimus Concordiæ metas & puncta articulatim ſubinſerta.

Primo, itáque confitemur quòd inter *Nos* & dictum *Daciæ Regem* conventum atque concluſum eſt, quod, non obſtantibus quibuscúmque finiſtris actibus, quibus contra Confœderationem prædictam quomodolibet actum illaque violata eſſe poterit, Volumus tamen *Nos* atque *Rex Daciæ* præfatus, e nunc incipiendo, & ad biennium proximò futurum inclusivè continuando, Legam & Confœderationem prædictam, prout illa alàs inter Nos concepta, celebrata, atque ſigillata eſt, in omnibus ſuis Punctis & Articulis firmiter & inconcuſsè, ac ſi nunquam fuiſſet, obſervare, neque eidem aliquatenus, quacúmque ratione vel cauſa, in toto vel in parte, contravenire.

Secundo, determinarum atque conventum eſt, quòd omnes & ſingulæ actiones, per tempus interruptæ Confœderationis prædictæ, inter *Nos* & præfatum *Daciæ Regem* & noſtrorum & illius Regnorum Incolas exortæ, atque Subditis noſtris ſuisque quomodolibet viciſſim (alteri videlicet, contra alterum) comptentes, in Amiciria integra manebunt ſuſpenſæ usque ad *Dietam* infraſcriptam, ſub biennio prædicto celebrandam, nec ante finem ejusdem aliquis Subditorum noſtrorum vel dicti Daciæ Regis, conjunctim aut diviſim, per ſe vel per alios, via Juris vel facti, contra ſe invicem quomodolibet ex cauſis prædictis attemprabunt.

Tertio, concluſum eſt quòd, biennio hujusmodi currente, quamprimum oportunitas permiſerit, aliqua competentia Loca & tempora pro *Dieta* inter *Nos* & præfatum *Daciæ Regem* celebranda depurentur; ubi tunc Inclitus *Rex Scotiæ*, atque Illuſtris *Dux Burgundiæ*, aut alii Principes Fratres (quos *Nos* & idem *Rex Daciæ* duxerimus eligendos) per ſe aut ſuos Ambasliatores, tamquam Arbitri & amicabiles Compoſitores, omnia & ſingula, poſt & contra Confœderationem prædictam quomodolibet acta audiant, examinent, judicent, reforment, atque differentias & cauſas prædictas in Amiciria aut Jure terminent, ac perpetuo ſilentio finiant, Confœderationemque prædictam renovent, reſolident, & in priſtinos punctos reducant atque continuent, prout ipſis Rationi conſonum viſum fuerit expedire.

Quarto, diffinitum eſt quòd, infra biennium antedictum, Mercatores Incolæque *noſtrorum* & dicti *Daciæ Regis* Regnorum prænominatorum, & quilibet ipſorum, pro libito ſuæ voluntatis, ſecurè & liberè, quotiens placuerit, Regna præfata hincinde (de Anglia, videlicet, ad Daciam, Sueciam, & Norwegiam, atque de Dacia, Suecia, & Norwegia, ad Angliam) potuerint, cum rebus & mercibus ſuis, tàm per Mare, quàm per Terram, viſitare, in omnibus & per omnia, juxta prædictæ olim conceptæ, celebratæ, & ſigillatæ Confœderationis vim, formam, & tenorem, ſub libero atque ſecuro ſalvo conductu, quem Nos EDWARDUS *Rex* præfatus dicti *Regis Daciæ* & idem *Daciæ Rex* noſtris Incolis & Subditis, totiens quotiens requiſiti ſeu requiſitus fuerimus ſeu fuerit, dabimus & dabit, prout & Nos *Edwardus Rex* prælibatus hujusmodi ſecurum & ſalvum conductum exnunc Regis Daciæ Subditis, melioribus modo & formâ quibus ipſis validius & efficacius dare poterimus, per totum biennium prædictum, validè atque plenariè, vigore hujusmodi noſtrarum Literarum, concedimus & impartimur; hoc ſpecialiter excepto quòd Incolæ Regni noſtri Angliæ, ſine ſpeciali licentiâ atque ſalvo conductu a *Chriſtierno Rege* ſæpefam ſpecialiter obtinendâ, per hujusmodi biennium, Terram ſuam Island nullatenus viſitabunt, aut inibi ſuas mercantias excercebunt.

Quos quidem Articulos & Puncta, cauſâ Confœderationis inter nos & præfatum *Daciæ Regem*, pro noſtrorum atque illius Regnorum eorumdémque Incolarum ſalute, renovandæ, reintegrandæ, reſolidandæ, atque reconrinuandæ conceptos, Nos *Edwardus*, in vim hujusmodi noſtrarum Literarum, acceptamus, comprobamus, gratificamus, gratos & ratos habere volumus; promittentes, ſub Fide Regalis noſtræ Majeſtatis, omnia & ſingula, in hujusmodi noſtris Reconciliationis Literis comenta, firma & inconcuſſa, quantum ad nos ſpectat & prrtinent, inviolabiliter obſervari, nec contravenire cisdem per nos, neque per alium, ſeu per alios, quovis quæſito colore vel ingenio de Jure vel de facto.

In

ANNO 1473. In quorum omnium & ſingulorum præmiſſorum majus robur, firmiorem fidem ac evidentius teſtimonium harum Literarum duæ, unius quidem effectûs, ſei una ſub noſtris, alia verò ſub dicti *Daciæ Regis* nominibus, Sigillis atque manibus noſtræ & ſuæ propriarum ſubſcriptionibus, confectæ, conſcriptæ, atque ſigillatæ ſunt; quarum una, videlicet, præſens ſub noſtro nomine, ſigillo, & ſubſcriptione, apud præfatum *Regem Daciæ*, & alia, videlicet, ſub ſæpefati *Regis Daciæ* nomine, ſigillo, & ſubſcriptione expeditæ, apud nos erunt & remanebunt.

Dat. apud *Weſtmonaſterium* primo die Maii.

Per ipſum Regem.

CCCXVI.

11. Mai. *Literæ* EDUARDI IV. *Angliæ Regis, quibus ſtatuit primum diem Julii proximè futuri, pro unâ Dietâ in Civitate Trajectenſi, inter ipſum & Civitates* HANZÆ TEUTONICÆ *obſervandâ. Datæ apud Weſtmonaſterium* 11. *die Maii* 1473. [RYMER, Fœdera, Conventiones, &c. Tom. XI. pag. 779.]

REx univerſis & ſingulis, ad quorum notitiam præſentes Literæ pervenerint, ſalutem,

Sciatis quod Nos,

Maturè conſiderantes quæ dampna, depræ dationes, ſpoliationes, & injuriæ, quantæque calamitates ex diſcordiis, guerris, atque inimicitiis, inter *Nos*, Regna, Terras, Dominia, atque Subditos noſtros, & Civitates *Hanzæ Teutonicæ Sacri Romani Imperii*, & eorum Subditos atque Confœderatos, quantaque dispendia propter impedimenta intercurſûs mercantiarum, qui ſuperioribus temporibus inter noſtrates & ipſos de Hanza prædicta opulentiſſimè viguit, cum maximo incommodo a certis annis jam nuper effluxis hinciude evenerunt,

Volentésque Unitatis atque Pacis Fœdera inter *Nos*, Regna, Terras, Dominia, & Subditos noſtros, atque *ipſos de Hanza*, a nonnullis temporibus citra quaſi inconcuſſè ſervata, reformari, eunctáque amicitiarum impedimenta pro viribus tolli atque extirpari,

Primam diem Julii proximò futuram pro unâ *Dietâ* in *Civitate Trajectenſi*, inter nos & ipſos de Hanza obſervandâ, pro debita reformatione hincinde attemptatorum & injuriarum reparatione illatarum, abſtinentia Guerrarum, Treugis, Pace perpetua, atque finali Concordia, inter *Nos*, Regna, Terras, Dominia, Subditos, Amicos, Alligatos & Confœderatos noſtros, atque *ipſos de Hanza prædicta*, per Oratores atque Legatos, ſufficienti auctoritate atque poteſtate in ea parte fuleitos hiuciude, tune & illue transmittendos, reuniendis atque ſtabiliendis, ad laudem omnipotentis Dei, & pro bono Chriſtianæ Religionis, quantum in Nobis eſt & pro parte noſtra, præfiximus atque ſtatuimus,

Ipſámque *Dietam* ex parte noſtra firmiter tenebimus atque obſervabimus, noſtrósque Oratores, Nuncios atque Legatos, ſufficienti poteſtate ſic ſuper præmiſſis auctoritatos, ad ipſam *Dietam*, loco & tempore, ſicuti præminitur, celebrandam, proculdubio transmittemus,

Ad communicandum, tractandum, appunctuandum, conveniendum, & concludendum, pro Nobis, Nomine noſtro, Regnis, Terris, Dominiis, Subditis, Amicis, Alligatis, Confœderatis, Faventibus & Adhærentibus noſtris quibuscúmque, cum Oratoribus & Deputatis prædictarum Civitatum *dictæ Hanzæ*, de & ſuper differenniis, Guerris, inimicitiis, discordiis, injuriis, attemptatis hiucinde & illatis, atque ea concernentibus ac ex eis emergentibus quibuscúmque,

Ad finem bonarum Pacis & Concordiæ de cetero habendarum, fovendarum, tenendarum & obſervandarum, per & inter *Nos*, Regna, Terras, Dominia, Subditos, Amicos, Alligatos, & Confœderatos noſtros, & *Ipſos de Hanza* prædicta, ſuósque Cunfœderatos, Faventes & Adhærentes quoscúmque, ad finem quoque quòd, per interruptionem & ſuſpenſionem Guerrarum utrobique inter nos, Regna noſtra, Terras, Dominia & Subditos, ex unâ, & Civitates Hanzæ prædictæ, eorúmque Subditos & Confœderatos, aliâ ex partibus, congruentiùs & commodiùs tractari, communicari, & finaliter poterit concordari, de bona & finali Pace atque Concordia, de cætero habenda, fruenda & inertenenda inter Partes prædictas, per has Literas noſtras concordamus, facimus, & ſtabilimus pro Nobis, Regnis, Terris, Dominiis, & Subditis noſtris, bonas & ſecuras Treugas, cum omnimoda Guerrarum abſtinentia & ſuſpenſione, per Terram, Mare & Aquas dulces, *a vicefima quinta die menſis Junii* proximò futura, usque ad *primam diem Octobris* extunc immediatè ſequentem inclusivè, cum ipſis Civitatibus Hanzæ prædictæ Cunfœderatis & Subditis ſuis quibuscúmque, duraturas. ANNO 1473.

In cujus &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium* xxi. die Maii.

Per Breve de Privato Sigillo.

CCCXVII.

4. Juin. *Tranſumptum Authenticum ſuper Appunctuatis inter Oratores & Deputatos* EDUARDI IV. *Regis Angliæ, & Civitatis* LUBECCENSIS, *nomine Communium Civitatum* HANZÆ TEUTONICÆ, *in Civitate Trajectenſi conventis. Datum Calisi die* 4. *Junii* 1473. [RYMER, Fœdera, Conventiones, &c. Tom. XI. pag. 780.]

UNIVERSIS & ſingulis Chriſti fidelibus, præſentes Litteras inſpecturis lecturisque, ſeu legi audituris, *Willelmus Brigham* Armiger & Major Villæ Caleſii, ac Aldermanni ejusdem, ſalutem in Domino & fidem indubiam præſentibus adhibere.

Ad Univerſitatis veſtræ noticiam dedueimus, & deduci volumus per præſentes, quòd, Anno Domini, milleſimo, quadringenteſimo, ſeptuageſimo tertio, Indictione ſextâ, Pontificatûs Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini *Sexti*, divinâ providentiâ, *Papæ Quarti* Anno ſecundo, mentis Junii die quartâ, coram Nobis, judicialiter & pro tribunali in aula comuni Villæ prædictæ ſolito Loco judicit noſtri ſedentibus, præſentatæ & exhibitæ fuerunt certæ Literæ ſuſpenſionis & ſuperſedeatiæ Guerrarum, ſigillo Burgenſium de Lubeke, in cera glauca impreſſo, in cujus medio erant forma Navis & effigies duorum hominum, ac in circumferentia ſculpta hæc verba, STIGILLUM BURGENSIUM VILLÆ DE LUBEKE, ligillatæ,

Quarum Litterarum, de verbo in verbum, verus tenor ſequitur, & eſt talis,

Univerſis & ſingulis, inſpecturis præſentia lecturisque ſeu legi audituris, pateat evidenter quòd,

Anno præſenti ab Incarnatione Domini milleſimo, quadringenteſimo, ſeptuageſimo tertio, Indictione ſextâ, die verò duodecima mentis Aprilis, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini *Sexti*, divinâ providentiâ, *Papæ Quarti* Anno ſecundo,

In præſentia Honorabilis Viri, Domini *Johannis Scodatis* Clerici Morinenſis Diœceſis Bacallarii in Decretis publici ſacris Apoſtolicâ & Imperiali auctoritatibus Notarii, ac nonnullis Teſtibus ad hoc ſpecialiter vocatis & rogatis,

In refectorio Clauſtri Fratrum Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmeli in Villa Burgenſi, Spectabili Magiſtro *Wilhelmo Hatteclif* Oratore & Deputato Sereniſſimi Principis Domini *Regis Angliæ*, &c. ex unâ, &, Honorabilibus Viris, *Johanne Durkop* & *Pertrando Berchoff* ad præſens Aldermannis Mercatorum Hanſæ Theotonicæ Burgges reſidentium, de commiſſione & nomine *Communium Civitatum Hanzæ* præfatæ, ex alia partibus,

Ad finem quo de Loco Conventionis Oratorum & Deputatorum utriusque Partis, ad extinguendum, tollendum, & adniehilandum omnes atque ſingulas inimicitias, discordias, & Guerras capitales hinc inde ſeu alterutrùm pluribus hucusque retroactis temporibus factas & illatas, in derogationem non modicam ac præjudicium Reipublicæ prædictarum, quibuscúmque hominibus utrarumque Partium, ac concipiendum Pacem & Concordiam quibus mercantiarum intercurſus ammodò revigere incipiat, tenerique valeat inconcuſſè, continuari & obſervari, illamque finaliter concludendum, tractari & concludi poterit, congregatis & exiſtentibus.

Cùm iidem, ab utraque parte Deputati, poſt plures commnnicationes & colloquia, perſuaſionesque & aperturas varias in medium adductas, ad finem prænominatum, conveniſſe nuscantur cum ſe invicem in certum modum;

ANNO 1473. Juxta tenorem & contiuentiam cujusdam publici Inſtrumenti, per anteſatum Dominum *Johannem Scedris*, tanquam publicum Notarium ad hoc, in fidem & Teſtimonium , coram eodem de & ſupet eisdem materiis hinc inde peractis , requiſitum & rogatum, deſuper confecti.

Nos, *Proconſules*, *Conſules* & *tota Communitas Imperialis Civitatis Lubecenſis*,

Ne per Nos, aut præfatæ noſtræ *Hanſæ Civitates*, & es, quo minus ad effectum prædictorum perveniatur, aliquo modo ſtare putetur,

Primo & ante omnia ratificando , approbando , & emologando omnia & ſingula acta, dicta, geſta, tractata, concepta , & concluſa per ſupradictos Speſtabilem Regium Oratorem & Aldermannos Mercatorum Hanſæ Theotonicæ Burges reſidentium , ſecundùm omnem modum, vim, & formam præmentionati Inſtrumenti Nobis exhibiti,

Tenore præſentium Litterarum, publicè atteſtamur & declaramus , pro ipſa *Dieta* ſupradicta tenenda & ſervanda , noſtros & totius Hanſæ noſtræ Oratores, eoque nomine ſufficienter fundatos & auctorizatos, ad Trajectenſem Civitatem prima die Julii proxima adveniente per Nos fore & eſſe mittendos.

Quos, ut prædicitur, inibi tunc, Deo dante, habebimus ad communicandum, tractandum , appunctuandum, conveniendum, & concludendum,

Pro & ex parte *Noſtri* & totius *dictæ Hanſæ*, cum ſupradicti Sereniſſimi Domini *Regis Angliæ &c.* Oratoribus & deputatis & deputandis,

De & ſuper omnibus & ſingulis prætactis differentiis, Guerris, Inimicitiis , & discordiis injuriisque , dictis Partibus & earumdem Subditis utrúmque mutuò ſeu alterutrùm illatis, & eas vel eos concernentibus aut ex eis emergentibus quibuscúmque.

Ad finem bonarum Pacis & Concordiæ de cætero habendarum, fovendarum, tenendarum , & obſervandarum, per & inter ipſas ambas Partes ac utrarúmque Subditos , ſuſpenſionémque prædictarum Guerrarum & ſuperſedentiam,

Quas a *vicesima quinta die menſis Junii* , proximò adveniente, usque ad primam diem Octobris proximò futurum incluſivè contiuuè ſuſpenſas eſſe volumus, ac præſentibus noſtris ſuſpendimus,

Et, in quantum poſſibile fuerit , ipſas Pacem , Unionem & Concordiam, firmandum & concludendum , & alia ſupradicta omnia & ſingula concernentia fine debito determinandum,

Supradictis, ac aliis omnibus & ſingulis, Regiis Oratoribus, ad ſupradictam *Dietam* in dicta Civitate Trajectenſi venientibus, a præfato Sereniſſimo Domino *Angliæ Rege &c.* deputatis & deputandis , noſtrum bonum & ſecurum ſalvum conductum, cum ſuis familia, equis, navibus, bonis, & rebus univerſis , in numero dicto Regi grato , per univerſas noſtræ Hanſæ Terras, Civitates, Maria, & aquas dulces, ac alia quæcúmque ejusdem Hanſæ Loca & Dominia, ad ibidem veniendum, ſtandum, manendum, communicandum, negotiandum, & abinde redeundum ad propria & aliàs quocumque voluerint, ſalvè, quietè & ſecurè, prout melius & convenientius facere potuerint, usque ad dictam primam diem Octobris proximò futurum incluſivè , noſtro nomine & totius dictæ noſtræ Hanſæ, earumdem renore Litterarum, dantes & concedentes; omni dolo & fraude ſemotis.

Sub Teſtimonio ſigilli dictæ Civitatis Lubecenſis, præſentibus appenſi , Anno Domini, milleſimo, quadringenteſimo, ſepruageſimo tertio , decima menſis Maii.

QUAS QUIDEM LITTERAS, ſeu verum tenorem earumdem , Excellentiſſimo, Metuendiſſimo, & Inviƈtiſſimo Principi & Domino noſtro , Domino *Edwardo*, Dei gratiâ , *Regi Angliæ & Franciæ*, & *Domino Hiberniæ* præſtari, oſtenderi, & exhiberi nobis neceſſarium videbatur.

Et, ne Litteræ hujusmodi, dùm pro earum præſentatione , oſtenſione , & exhibitione portarentur , per viarum diſcrimina , aquarum impetum , incurſúmve latronum, aut alios diverſos caſus qui frequenter accidunt, veriſimiliter deperirent, easdem Litteras ſuſpenſionis & ſuperſedentiæ Guerrarum per *Willielmum Dolling* , publici Sacris Apoſtolica & Imperiali auƈtoritatibus Notarii, tranſumi & exemplari juſſimus & mandavimus, ſub talibus modo & formâ, quòd hujusmodi *Tranſumpto* & *Exemplari* ſicut & ipſis *Litteris Originalibus* fides adhiberi valeat , eandem quoque fidem faciant, ſicut & ipſæ Litteræ Originales , ubilibet in agendis.

Et quia Litteris prædictis, tranſumptis & exemplatis, comperimus & invenimus Tranſumptum & Exemplar hujusmodi bené & per omnia cum dictis Litteris Originalibus concordare, per nos factâ collatione diligenti, ideò, in fidem & Teſtimonium omnium & ſingulorum præmiſſorum ſigillum noſtri Majoratûs Officii, unà cum ſigno, ſubſcriptione & nomine præfati *Willelmi Dollyng* ſolitis & conſuetis, præſentibus appoſuimus. ANNO 1473.

Dat. & Acta ſunt hæc, prout ſupraſcribuntur & recitantur, ſub Anno Domini, Indictione, Pontificatu, menſe, die, & loco, in exordio Litterarum noſtrarum plenius deſcripti.

Et Ego WILLIELMUS DOLLYNG, *Clericus Sarum Diœceſis, publicus Sacris Apoſtolicâ & Imperiali auƈtoritatibus Notarius, præfatarum Litterarum ſuſpenſionis & ſuperſedentiæ guerrarum exhibitioni & præſentationi (dùm ſic, ut præmittitur, ſub Anno Domini, Indictione, Pontificatu, menſe, die, & loco, in principio præſentium Litterarum plenius deſcriptis, præſentatæ & exhibitæ fuerunt) præſens perſonaliter interfui, ipſas quoque Litteras, de Mandato & ſpeciali rogatu præfati venerabilis Viri* Willielmi Brigham *Armigeri & Majoris antedicti, tranſumi & exemplavi , atque in hanc publicam formam redegi , alienâ quoque occupatus per alium ſcribi feci, Manuque meâ propriâ me hic ſubſcripſi, ac ſigno & nomine meis ſolitis & conſuetis ſignavi rogatus & requiſitus in fidem & Teſtimonium omnium & ſingulorum præmiſſorum.*

WILLIELMUS DOLLYNG.

Sub ſigillo Ceræ rubræ, a duplici Cauda Perganeæ pendente.

CCCXVIII.

Johanns Truchſaſſen von Waldpurg Ceſſions-Brieff / deß Lands / daß Er Hertzog Sigmunden von Oeſterreich) gegen die Ablöſungs Summa 13000. und 200 Rheiniſcher Güldea / die Land-Vogthey mit ſambt dem Schloß Ravenſpurg abgetretten habe. Geben zu Inſprugg am Sontag vor St. Peter und Pauls Tag Anno 1473. [Entgegen geſtellte Erinnerung über des Löbl. Schwäbiſchen Creyſes intereſſirter Stände publicirte gegen-Information das Landgericht in Schwaben betreffend. Sub Beylage Num. 13. Apud LUNIG in Grundveſte Europäiſcher Potenzen Gerechtſamen Part. II. Cap. IV. pag. 63.] 27. Juin.

C'eſt-à-dire,

Lettres de JEAN TRUCHSASEN DE WALPOURG, *par leſquelles il déclare que* SIGISMOND *Duc d'Autriche lui ayant payé & remboursé la Somme de* 13200. *Florins du Rhin, pour laquelle la* Landvogthie *ou Bailliage Provincial de la Haute & Baſſe Suabe, avec le Château de* Ravensbourg *lui étoient engagées, il lui cede & transporte tous les Droits qu'il y avoit, le ſubrogeant à cet effet en ſon lieu & place. Fait à Juſpruch le Dimanche avant la St. Pierre & Paul,* 1473.

Ich Johannes Truchſäß zu Walpurg / Land-Voigt in Nidern und Obern Schwaben. Bekenn offentlich mit dem Brieff / für mich und alle meine Erben / als mich der Durchleuchtig / Hochgeborn Fürſt und Herr Hertzog Sigmund Hertzog zu Oeſterreich / ꝛc. Mein gnädiger Herr / ꝛc. mit einem Abforderung und Geſchäffts-Brieff / von dem Durchleuchtigſten Fürſten und Herrn / Herrn Friderichen Römiſchen Keyſer / zu allen Zeiten Mehrer des Reichs / zu Hungarn / Dalmatien / Croatien / ꝛc. König und Hertzogen zu Oeſterreich / ꝛc. meinem allergnädigſten Herrn / außgangen / ermahnt hat / der unter andern innhalt / daß ich ſeinen Gnaden der Loſung der bemeldten Land-Voigthey mit ſambt dem

ANNO 1473. dem Schloß Ravenſpurg ſtatt thun und gehorſam ſeyn ſoll / umb die Summa Geldts ſo ich darauf hab: Alſo hat mir der bemeldt mein gnädiger Herr Hertzog Sigmund die bemeldte Summa / nemblichen dreyzehen tauſend und zwey hundert Reiniſche Gulden / ſo ich von dem heiligen Reich darauf hab gehabt / ohn meinen Schaden zu rechter Zeit / benügig und habhafft gemacht / nach laut der Briefe ſo ich von ſeinen Gnaden darumb hab. Und ich hab ſeinen Gnaden derſelben benanneten Land-Voigtey und Schloß auf ſolches zu ſeiner Gnaden Handen abgetretten und übergeantwort / übergib und einantwort die ſeinen Gnaden auch wiſſentlich / mit dem Brief / mit allen Oberkeiten / Herrlichkeiten / Gerechtigkeiten / Nutzen / Gülten / Fällen / Pönen / Buſſen / Rechten / Ehren / Würden / und aller andern Zugehörung / wie mein Vatter ſeeliger und ich die dann bisher von wyland Keyſer Sigmunds löblicher Gedächtnuß / und dem heiligen Reich zu Pfandsweiſe inngehabt und genoſſen haben. Alles getrewlich und ohngeverde. Mit Urkundt dits Briefs. Geben zu Vnſprugg / und mit meinem anhangenden Inſigel beſigelt / am Samstag vor Samt Peter und Sant Pauls Tag der heiligen Zwölff botten / nach Chriſti Geburt Tauſend vier hundert und in dem drey und ſibentzig ſten Jahre.

CCCXIX.

27. Juill. *Salvus Conductus* EDUARDI IV. *Regis Angliæ pro Ambaſſiatoribus* CHRISTIERNI I. *Daciæ Regis ad tractandum ſuper negotiis infra Regnum Angliæ. Datus apud Staunford die* 27. *Julii* 1473 [RYMER, Fœdera, Conventiones, &c. Tom. XI. pag. 784.]

REX univerſis & ſingulis Admirallis &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

Bonum commune Subditorum talibusque Rem publicam munire præſidiis ſummopere affectantes, per quæ, ſemotis Guerrarum & depræd[illegible] calamitatibus atque turbinibus, proſperè & ſecurè perſiſtere, ac ſub ſuaviſſimæ Pacis felicitate lætari continuè valeat & crescere,

Suscepimus in ſalvum & ſecurum conductum noſtrum, ac in protectionem, tuitionem, & defenſionem noſtras ſpeciales, Venerables in Chriſto Patres, *Ab[illegible]rtum Lundenſem*, & *Kuntum Wyburgenſem Epiſcopos*, Nobilesque Viros *Ericum Otonis* Seneſcallum Daciæ, *Nicholaum Ramuæ* Mareſcallum Daciæ, *Strang. Nicholaſon* Militem, *Anxellum Laurenſon* Militem, *Johannem Oxe* Militem, *Georgium Laurenſon* Militem, *Johannem Nicholai* Cancellarium Daciæ, *Escall Guy* Militem, Magiſtrum *Jaſperum de Copenhaven*, & *Johannem de Embeck* Secretarium, Sereniſſimi Principis *Chriſtierni Daciæ, Sueciæ, Norwegiæ, Slavorum Gothorumque Regis* Fratris noſtri Cariſſimi Ambaſſiatores, Commiſſarios, Procuratores, Nuncios, ſive Oratores, in Regnum noſtrum Angliæ, ac alia Dominia, Terras, Jurisdictiones, & Territoria noſtra quæcúmque, tàm per Mare & Aquas dulces, cum duabus Navibus cujuscúmque portagii fuerint, unà cum ſufficientibus Magiſtris & Marinariis pro gubernationibus earumdem, quàm per Terram, equeſtrè vel pedeſtrè, ſeu aliâ eqoitaturâ, cum trecentis Perſonis in comitiva ſua, cujuscúmque ſtatûs, Nationis, ſeu conditionis fuerint, Nobis non rebellibus, armatis vel non armatis, ac cum bonis, rebus, jocalibus, herneſiis, Literis, Papiris, Inſtrumentis apertis & non apertis, manticis, bogeis, & ſardellis, conjunctim vel diviſim, veniendo, ibidem die ac nocte morando, perhendinando, ſojornando, converſando, & itinerando,

Ac cum Commiſſariis, Procuratoribus, Oratoribus, ſive Nunciis noſtris negoria & materias, Nos & dictum Sereniſſimum Principem Fratrem noſtrum, ac Regna, Dominia, ac Subditos, & Vaſſallos utriusque noſtrûm concernentia, tractando, ac de & ſuper eisdem comunicando, appunctuando, concludendo, & determinando,

Et ab eodem Regno noſtro, ac aliis Domiciis, Terris, Jurisdictionibus, & Territoriis prædictis, ad quascúmque Partes exteras, cum bonis, rebus, jocalibus, herneſiis, Literis, papiris, Inſtrumentis, manticis, bogeis, & ſardellis prædictis, tranſeundo, & iterum in Regnum, Dominia, Terras, Jurisdictiones, & Territoria noſtra prædicta, totiens quotiens ſibi placuerit, durante præſenti ſalvo conductu noſtro, in formâ prædictâ reveniendo, & ab eisdem redeundo, absque impetitione ſeu impedimento noſtri aut aliorum quorumque, aliqua marqua, contramarqua, ſeu reprifalia conceſſa vel concedenda, aut aliquo ſtatuto, actu, ordinatione, ſeu reſtrictione, in contrarium factis, editis, ordinatis, ſeu proviſis, aut eo quod nonnna Navium prædictarum ac Magiſtrorum & portagia earumdem in præſentibus non expreſſantur, juxta formam ſtatuti indè editi & proviſi, aut aliâ re, cauſâ, vel materiâ quacúmque noo obſtantibus.

Et ideò &c.

Proviſo ſemper quòd præfati Ambaſſiatores, Commiſſarii, Procuratores, Nuncii, ſive Oratores prædicti Sereniſſimi Principis Fratris noſtri, ac ſecum commitantes, ſe benè & honeſtè erga Nos & Populum noſtrum habeant & gerant, absque quicquam, quod in noſtri contemptum ſeu præjudicium aut Populi noſtri prædicti dampnum ſeu gravamen cedere valeat, attemptando vel faciendo,

Quódque ipſi nullum Caſtrorum, Fortalitiorum, ſeu Villarum noſtrarum firmatarum, absque eo quòd ipſi præſentes Literas noſtras de ſalvo conductu Capitaneis, Majoribus, ſeu Gubernatoribus eorumdem primitùs demonſtrent, ingrediantur, nec eorum aliquis ingrediatur quovis modo.

Et, ſi contingat aliquem prædictorum *Epiſcoporum, Erres, Nicholm, Strang. Axelins, Johannis, Escall. Jasparis*, & *Johannis*, aut ſecum commitantium, præſentem ſalvum conductum noſtrum infringere, nolomos tamen alicui, dictum ſalvum conductum noſtrum minimè infringenti, aliquod dampnum ſeu præjudicium generari, ſed illi vel illis ſic infringenti vel infringentibus.

In cujus &c. per unum annum duraturas.

Teſte rege apud *Staunford* viceſimo ſeptimo die Julii.

Per ipſum Regem, & de Data, &c.

CCCXX.

27. Juill. *Salvus Conductus* EDUARDI IV. *Regis Angliæ, pro* CHRISTIERNO I. *Rege Daciæ. Datus apud Staunford die* 27. *Julii* 1473. [RYMER, Fœdera, Conventiones &c. Tom. XI. pag. 785.]

REX univerſis & ſingulis Admirallis, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm Sereniſſimus Princeps Dominus *Criſtiernus Daciæ, Sueciæ, Norwegiæ, Slavorum, Gothorúmque Rex*, Frater noſter cariſſimus, propè confinia noſtræ ditionis maritima, uti nuper accepimus, peregrè proficisci intendens, noſtri ſalvi conductûs Literas ſibi concedi magnoperè affectet:

Nos, ipſum amore & benivolentia intimiùs amplexantes, mutuisque inter nos Tractatibus non modo noſrorum ſuorúmque Regnorum Rem publicam plurimùm crescere, verùm eriam noſtris ſuisque ſatis profiecre Subditis dignè arbitrantes, ejus ſuperinde votis totis annuendo, ſuscepimus ipſum in bonum ſecurum & ſalvum conductum ooſtrum, per Regnum noſtrum Angliæ & Partes maritimas ejusdem, aliaque Dominia, Jurisdictiones, & Territoria noſtra qoæcúmque, ubicúmque ſibi placuerit, cum ſeptingeutis Perſonis vel infra in comitivâ ſuâ (cujuscúmque ſtatûs, gradûs, dignitatis, præeminentiæ, conditionis, aut Nationis fuerint) Nobis non rebellibus, armatis vel non armatis, & totidem equis, ac bonis, rebus, jocalibus, auro, argento monetato & non monetato, Literis, papiris, Libris, cartis, ſcripturis, manticis, ſardellis, bolgeis, arcubus, telis, cordis, gladûs, cultellis, ac aliis herneſiis ſuis quiboscúmque, conjunctim vel diviſim, per mare & aquas dulces, cum quatuor Navibus ad minus cujuscúmque oneris aut portagii fuerint, unà cum ſufficientibus Magiſtris & Marinariis pro gubernationibus eorumdem, ſot per Terram, eqoeſtrè vel pedeſtrè, vel aliter, per vias publicas & ſemitas, totiens quotiens ſibi placuerit, durante præſenti ſalvo conductu noſtro, veniendo, ibidem nocte dieque morando, perhendinando, pauſando, quiescendo, itinerando,

ANNO 1473. rando, tractando, & expectando, quamdiu dicto Serenissimo Principi *Cristierno* aut suis bonum videbitur & placebit, & exindè ad quascúmque Partes exteras, ubicúmque sibi placuerit, unà cum suis rebus & bonis hujusmodi quibuscúmque, transeundo, reveniendo, & redeundo, liberè & absque impedimento, impetitione, perturbatione, molestatione, arestо, seu gravamine quocúmque, eidem Serenissimo Principi *Cristierno*, seu aliquibus vel alicui de societate suâ prædictâ, in corporibus vel in bonis, per Nos, aut Officiarius, Ministros, seu Subditos nostros quoscúmque, Pacto, Conditione, vel colore quocúmque, directè vel indirectè, præstando, irrogando, vel inferendo, aliquâ marquâ, contramarquâ, sive reprisaliâ concessa, vel concedenda, aut aliquo Statuto, Actu, ordinatione, provisione, seu restrictione in contrarium factis, ordinatis, seu provisis, aut eo quòd nomina Navium prædictarum ac Magistrorum & portagia earumdem in præsentibus non expressantur juxta formam Statuti indè editi & provisi, aut alia re, causâ, vel materia quocúmque non obstante:

Et ideò &c.

Proviso semper quòd præfatus Serenissimus Princeps *Cristiernus* ac secum commitantes se benè & honestè erga Nos & Populum nostrum habeant & gerant, absque quicquam, quod in nostri contemptum seu præjudicium aut Populi nostri prædicti dampnum seu gravamen cedere valeat, attemptando vel faciendo,

Quódque ipsi nullum Castrorum, Fortalitiorum, seu Villarum nostrarum firmatarum, absque eo quòd ipsi præsentes Literas nostras de salvo conductu Capitaneis, Majoribus, seu Gubernatoribus eorumdem primitùs demonstrent, ingrediantur, nec eorum aliquis ingrediatur quovis modo.

Et, si contingat aliquem prædictorum de comitivâ prædicti Serenissimi Principis *Cristierni* præsentem salvum conductum nostrum infringere, nolumus tamen exindè alicui præsentem salvum conductum nostrum minimè infringenti aliquod dampnum seu præjudicium generari, set illi vel illis sic infringenti vel infringentibus.

In cujus &c. per unum annum duraturas.

Teste Rege apud *Staunford* vicesimo septimo die Julii.

Per ipsum Regem, & de Dat. &c.

CCCXXI.

2. Août. ***Convention entre* YOLAND D'ANJOU, *Duchesse de Lorraine*, & RENE' *de Lorraine son Fils aîné, par laquelle ladite Dame lui cede & transporte le Duché de Lorraine, avec clause de retour, en cas qu'il vint à mourir avant elle, sans Enfans mâles & legitimes. A Vezelisse le 2. d'Août.*** 1473. [La Véritable Origine des Maisons d'Alsace, de Lorraine, d'Autriche, &c. pag. 237. *Tiré des Archives de Lorraine.*]

SCACENT tous presens & à venir que tres-haute, tres-puissante & tres-excellente Princesse, Madame YOLAND d'Anjou, aînée fille du Ruy de Jerusalem & de Sicile, d'Arragon, &c. Ducheſſe de Lorraine, Comtesse de Vaudemont, de Harcourt, &c. pour le grand amour & singuliere affection qu'elle a & porte à tres-excellent & tres-puissant Prince, Monseigneur RENE' de Lorraine son aisné fils, & pour entretenir en Paix & bonne Union ledit Duché de Lorraine, & eviter les inconveniens & dommages qui s'en pourroient ensuivir, & pour autres causes justes & raisonnables à cela mouvans; ladite Princesse, de sa propre science, bien informée de son fait, avec bonne & meure deliberation de Conseil, & sur ce eué l'opinion d'aucuns de ses parens & bien vueillans, a voulu & consenty, veut & consent par ces presentes, que mondit Seigneur son aisné fils, soit receu Prince & accepté audit Duché pour Due & Seigneur d'iceluy; & a ladite Dame à Monseigneur son fils cedé & transporté, & par la teneur de ces presentes cede & transporte tout & tel droict que ladite Dame y a & peut avoir, reservé à elle que sa vie durant tant seulement, elle demeurera audit Duché entierement Dame & Maistresse souveraine des emolumens, profits, rentes & revenus d'iceluy Duché, des Villes, Chasteaux, Places & Forteresses d'iceluy, ensemble des dependances & appartenances d'iceux; & reservé aussi à ladite Dame que si ledit Monseigneur son fils alloit de vie à trespas devant elle sans laisser hoir masle & legitime de son Corps, en iceluy cas ledit Duché & heritage, tiltre, proprieté & profits en tout & par tout demeurera à ladite Dame, & lesquelles choses & chacunes d'icelles lesdites Mere & Fils ont accordé, appointé & promis l'un vers l'autre; & ledit Seigneur pour icelles tenir, accomplir & jamais ne venir encontre, a obligé & oblige tous & chacuns ses biens meubles & immeubles presens & à venir, à toutes Cours spirituelles & temporelles, specialement à la Cour de Toul, à la censure d'icelle & autres, a renoncé & renonce à tous droits, parquoy pourroit venir encontre en parolle de Prince & par la foy & serment de son corps: Ce qu'a juré ledit Prince sur les saincles Evangiles de nostre Seigneur: Et ont fait seeller ces presentes de leur seel & du seel de la Cour Spirituelle de Toul. En tesmoin de ce lesdites Dame Mere & Fils ont signé ces presentes de leur main & fait signer des seings manuels de Jehan bastard de Harcourt, Messires Jehan de Ligniville, Jehan de Lombiers, Girard de Liguiville, Thomas de Passenhoueu, Philippes de Gondrecourt, & de moy Jehan Tunnan leur Secretaire. Fait & passé à Vezelisse, le deuxiesme d'Aouſt l'an de grace mil quatre cens soixante treze. Signé, Yoland, René, Jehau le Bastard, T. de Passenhouen, Jehan de Lombieres & Tonnan.

ANNO 1473.

CCCXXII.

24. Août. ***Commissio* EDUARDI IV. *Regis Angliæ, de tractando cum Commissariis* JACOBI III. *Regis Scotiæ super mutuis gravaminibus. Data apud Lichefeld die 24. Augusti* 1473. [RYMER, Fœdera, Conventiones, &c. Tom. XI. pag. 786.]**

REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De fidelitatibus, circumspectionibus, & industriis, Venerabilis Patris *Johannis Episcopi Coventrensis & Lichfeldensis.*

Ac,

Præcarissimi Consanguinei nostri *Henrici Comitis Northumbriæ.*

Necnon,

Dilectorum & fidelium nostrorum,

Radulphi Grayſtok de Grayſtok Militis,

Johannis Scrop de Bolton Militis,

Humfridi Dacre de Dacre Militis,

Ricardi Pruvis Dunolmensis,

Ac Magistri *Roberti Mason*,

Magistri *Johannis Lilford*,

Et Magistri *Johannis Fox*,

Legum Doctorum,

Willielmi Parre Militis,

Jacobi Strangeways Militis,

Johannis Convers Militis,

Et *Thomæ Witham*,

Ac Dilecti Nobis *Ireloud Regis Armorum*,

Quamplurimùm confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Commissarios, Deputatos, & Procuratores speciales facimus, constituimus, & ordinamus per præsentes.

Dantes & concedentes eisdem Commissariis, Deputatis, & Procuratoribus nostris, tresdecim, duodecim, undecim, decem, novem, octo, septem, & sex eorum, plenam potestatem & auctoritatem, *vicesimo die Septembris* proximò futuro, apud *Auneuyk*, vel in quocúmque alio loco congruo & opportuno, convenicndi eum Commissariis, Deputatis, & Procuratoribus præcarissimi Consanguinei nostri *Jacobi Regis Scotorum*, sufficientem potestatem ab eodem Consanguineo nostro in hac parte habentibus;

Ac tractandi & communicandi de & super quibuscúmque querelis, & gravaminibus, ac offensis, & attemptatis, tàm per Ligeos & Subditos nostros quàm Ligeos & Subditos ipsius Consanguinei nostri *Regis Scotorum*, in Westmarchiis & Estmarchiis versus Scotiam, seu alibi, contra formam Treugarum & Guerrarum abstinentiarum, inter *Nos* & dictum Consanguineum nostrum *Regem Scotorum* captarum, initarum, & conclusarum, hinc indè habitis & qualitercúmque factis sive perpetratis.

Necnon debitam reformationem & reparationem querelarum, gravaminum, offensarum, & attemptatorum prædictorum fieri petendi, ac fieri promittendi.

Et

ANNO 1473. Et ſuper præmiſſis & eorum dependentiis appunctuandi, concordandi & concludendi.

Univerſaque & ſingula, quæ pro reparatione & reformatione præmiſſorum neceſſaria fuerint & opportuna, ac qualitercúmque debita & requiſita, juxta Leges & Conſuetudines Marchiarum prædictarum, & aliàs prout expediens hinc indè viſum fuerit, faciendi, excercendi, puniendi, & exequendi, unà cum prorogatione dierum & aſſignatione Locorum pro eisdem:

Damuſque ulterius & concedentes eisdem Commiſſariis, Deputatis, & Procuratoribus noſtris, tresdecim, duodecim, undecim, decem, novem, octo, ſeptem, & ſex eorum, plenam Poteſtatem, Auctoritatem, ac Mandatum generale & ſpeciale, eum Commiſſariis, Deputatis, & Procuratoribus præfati Conſanguinei noſtri, ſufficientem Poteſtatem ab eodem Conſanguineo noſtro ad hoc habentibus, conveniendi,

Ac communicandi, tractandi, concordandi, componendi, & appunctuandi, ac plenariè & integrè determinandi & finaliter concludendi, de & ſuper Treugis & Guerrarum abſtinentiis, &, ſi eis viſum fuerit, de Pace perpetua, ac Amicitia, Confœderatione, & Concordia, inter *Nos*, ac hæredes & ſucceſſores noſtros, ac Regna, Dominia, Subditos, Alligatos, & Confœderatos noſtros, ac alios Nobis Adhærentes quoscúmque, & dictum Conſanguineum noſtrum *Regem Scotorum*, ac Loca, Dominia, Subditos, Alligatos, & Adhærentes ſuos iuendis, capiendis, & habendis;

Cæteráque omnia & ſingula, quæ inter eos appunctuata, conventa, concluſa, & concordata fuerint, robotandi & aſſecurandi per fidei interpoſitionem & juramentum in animam noſtram præſtandum;

Ac de & ſuper omnibus & ſingulis præmiſſis, & dependentiis ab eisdem, omnes & omnimodas ſecuritates, Obligationes, ac Literas ſigillatas concedendi, faciendi, & expediendi, prout eisdem Commiſſariis, Deputatis, & Procuratoribus noſtris videbitur expedire, quæ talem tantamque vim, auctoritatem, & effectum volumus realiter optinere, ac ſi ea in propriâ Perſonâ feciſſemus;

Et, ſi neceſſe fuerit, *Dietam*, ac *Diem & Locum* pro eisdem, appunctuandi & aſſignandi,

Cæteraque omnia & ſingula, quæ in præmiſſis concluſa, concordata, & firmata fuerim, expediendi, perficiendi, & pro parte noſtrâ perimplendi, ac debitè exequendi, etiam ſi majora ſint & Mandatum de ſui natura magis exigant ſpeciale, & quæ nosmetipſi facere poſſemus ſi perſonaliter præſentes eſſemus in Explicatione & concluſione præmiſſorum;

Promittentes, bonâ fide & in verbo Regio nos ratum, gratum, & firmum habituros totum & quicquid, quod per Commiſſarios, Deputatos, & Procuratores noſtros prædictos, tresdecim, duodecim, undecim, decem, novem, octo, ſeptem, & ſex eorum, in formâ prædictâ, actum, geſtum, ſeu procuratum fuerit in præmiſſis, ſeu aliquo præmiſſorum.

In cujus &c.

Teſte Rege apud *Lichefeld* viceſimo quarto die Auguſti.

Per ipſum Regem, & de Dat. &c.

CCCXXIII.

10. Sept. *Commiſſio* JACOBI III. *Regis Scotorum, de tractando cum Commiſſariis* EDUARDI IV. *Regis Angliæ, ſuper gravaminibus mutuis. Data apud Edinburgh, die* 10. *Septembris* 1473. [RYMER, Fœdera, Conventiones, &c. Tom. XI. pag. 787.]

JACOBUS, Dei gratiâ, *Rex Scotorum*, Univerſis & ſingulis, ad quorum notitias præſentes Litteræ pervenerint, Salutem.

Sciatis Nos,

De fide, legalitate, & prudentia Rererendi ac Venerabilium in Chriſto Patrum, Conſanguineorum, & Conſulum noſtrorum prædilectorum, (videlicet) *Thomæ Epiſcopi Aberdonenſis*, *David Comitis Crauſurdiæ* & Domini Lindeſay, *Roberti Abbatis de Calco*, *Roberti Abbatis de Jedworth*, *Jacobi Domini Hamiltonn*, Magiſtri *Alexandri Inglis* Decretorum Doctoris, ac noſtrarum Requeſtarum Magiſtri, & *Duncani de Dundas* Armigeri, quamplurimùm confiſi,

Ipſos, *Thomam*, *David*, *Robertum*, *Robertum*, *Jacobum*, *Alexandrum*, & *Duncanum*, & eorum quinque conjunctim ſecimus, deputavimus & ordinavimus, ac præſentium tenore facimus, deputamus & ordinamus, noſtros Commiſſarios ſpeciales ad infrascripta. ANNO 1473.

Dantes & concedentes dictis Commiſſariis noſtris, & eorum quinque conjunctim, plenariam Poteſtatem & Mandatum ſpeciale ad conveniendum, *apud Aucuwik*, ſeu alium Locum ad hoc aptum & congruum, de quo convenientius poterit concordari, *viceſimo die inſtantis menſis Septembris*, cum continuatione dierum, eum Commiſſariis Excellentiſſimi Principis *Eduardi Regis Angliæ* Conſanguinei noſtri Cariſſimi conſimilem ſeu ſufficientem poteſtatem habentibus;

Et ibidem reformationem attemptatorum, contra Treugas, per Legios Angliæ, tàm per Terram quàm per Mare perpetratorum, petendum, conſimilemque reformationem attemptatorum, per Legios & Incolas Regni noſtri perpetratorum, faciendum;

Gardianos & Locumtenentes Mercliarum Regni noſtri de eorum negligentiâ & Officiorum non executione accuſandum & puniendum, conſimilemque punitionem Gardianorum & Locumtenentium Regni Angliæ fieri petendum;

Ac ſuper bonâ conſervatione Treugarum initarum & Pacis roboratæ & firmatæ communicandum, Ordinationesque & Statuta pro firmiori conſervatione dictarum Treugarum & reformatione attemptatorum de novo aviſandum, faciendum, & concludendum;

Ac omnia alia & ſingula faciendum, tractandum, communicandum, componendum, & concludendum, quæ circa Pacis & Treugarum inter Regna conſervationem & attemptatorum reformationem neceſſaria fuerint ſeu oportuna, etiamſi Mandatum exigant magis ſpeciale.

Promittentes nos, in verbo Regio, ratum, gratum, firmum, & ſtabile habituros totum & quicquid per dictos Commiſſarios noſtros, aut eorum quinque conjunctim, actum, factum, ſtatutum, geſtum, concluſúmve fuerit in præmiſſis, ſeu aliquo præmiſſorum.

Datum ſub Magno Sigillo noſtro apud *Edinburgh*, decimo die dicti menſis Septembris, Anno Domini milleſimo, quadringenteſimo, ſeptuageſimo tertio, & Regni noſtri decimo quarto.

Sigillo avulſo.

CCCXXIV.

*Traité & Convention entre les Commiſſaires d'*EDOUARD IV. *Roi d'Angleterre & ceux de* JAQUES III. *Roi d'Ecoſſe, pour le redreſſement de leurs Griefs mutuels. Fait à Alnewyk le* 28. *Septembre* 1473. 28. Sept. [RYMER, Fœdera, Conventiones, &c. Tom. XI. pag. 788.]

THIS INDENTUR,

MADE at *Alnewyk* the xxviii. Day of the Moneth of Septembre, the Zher of our Lorde M. Fourchundreth Seviuty thre Zher, BETUIX a Reverend Fader in Gode *John Biſhop of Caxentre and Liebfeld*, *Henry Erle of Northumberland*, *Raulf Grayſtok* of Grayſtoke, *Humfray Dacre* of Dacre, Knythts, *Richarde Priour of Durhame*, Maſter *John Fox* Doctour of the Lawis, and *Irland Kyng of Armys*, Commiſſioners and Ambaxiatours of the moſt Crifien Hie and Myghty *Kyng* EDWARD, be the Grace of Gode, *King of Ingland and of Fraunce* on the ane part, and a Reverend Fader in Gode *Thomas Biſhop of Aberden*, *Davide Erle of Crawfurde*, and Lord Lyndeſay, *Robert Abbot of Jedworth*, *James Lorde Hamyltone*, Maſter *Alexander Inglis* Doctour of Decreis, and *Duncane of Dundas* Squyer, Commiſſioners and Ambaxiatours to the moſt Hie and Myghty *Kyng* JAMES, be the Grace of Gode *Kyng of Scotts* on the tother part.

PROPORTES and BERES WITNES, that it is aggreit, appoyntit, and conclndit, betuix the Lordis Commiſſioners of botht the Realms forſade, in maner, forme, and effect as after folowis; that is to ſay,

That the Aggrenoure and Appoyntinente, made, endentit, and ſelit at *the New Caſtell*, betuix the grete Commiſſioners of botht the Realms, the *Fyrſt Day of the Moneth of May the Zer of oure Lorde, &c. lxxii.* ſhall be obſervid and kept in all forme and effect, as is courenyt in the ENDENTURE, made thar upon and put to due Execution, be the Lordis Wardanis,

ANNO 1473. or thare Leutennants and Deputis, in redreſſyng and reformatioun of all compleyntis gevin in be athir of the Parties, codentit and ſubſcrivit be the Lordis Commiſſioners at the forſade *Diett*.

And whare fleuth and negligence hath bene, in tymys by paſſit, othir be Lordis Wardains, Lieutennants or thare Deputis, in defaelt of metyng and keping of the dayis of redreſſe upon the Bordouris, in tyme cummyng thai ſhall be more diligent and wakyng upon the obſervyng and kepyng of the *Diette of Metyng*, and redreſſe all ſuch compleyntis as is aggreit at *the New Caſtell*, and in like wiſe of all attemptatis commitred ſen the ſade day hethirwarde:

And, for the more effectuale performyng of the ſade Appoyntement, the Lordis hath ordand a Metyng to be had, betuix the Louetennants, *at Newbaggyſurde, the xx. day of the Moneth of Octobre* next to cum, with continuation of dayis;

And, within viii. dayis thair after, ane uthir Meryng *at Ridaneburne*;

And, ſine viii. dayis thar after, ane uthir Metyng to be had *at Gammylſpeth*;

And, fourc dayis thaire after, ane othir Metyng at *Bell*;

And, ſyne thaire after xv. dayis, ane uthir Metyng at *Loumalaneſtane* for Ananderdale and Esdale;

And, ſine viii. dayis nexr thaire after, ane uthir Metyng *at Karſhopburg*:

And this *Diette* to be had be the Leutennants and the Deputis of all the Bordours, which ſhall be inſtitute by the Wardains, ſuch Perſonns of Pouer and of gude diſpoſitionn as thay will anſuer for to thaire Prince at thaire aun Perell:

And at this *Diette* ſhall be made a redreſſe of all Compleynts as fer as can be allegit and provid be any maner of Preyſe, according to the Trewis, of all Bill and Compleynt, both gevin in at the *Diette of the New Caſtill* ſen the ix. day of March the Zher forſade &c. lxxii. and alſo of all new Compleynts gevin in this *Diette*, of the whiche the Lordis Commiſſioners hath had in communication and endentit annens thayme, and alſo of all uthir Compleynts that ſhall be gevin in be the Complenars of both the Parteis, in any tyme ſen the ſaid ix. day, after the Lawis of the Bordour and Corcspondant to the Trewis.

Item, the Lordis aggreis, ordains, and coneludit, that all Pruſoners, unlathfully takyn be othir of the Parteis, be furthwith fred and redreſſit, and their Sorteis fred and all Obligacions gevin for thair Ranſouns; for the wnich Priſoners, unlathfully takyn, the Lordis Commiſſioners of both the Realms now preſent, be the vertu of thaire Commiſſions, Freis and Diſchargis be thir preſent writ all Rawnſouns, takyn of all Pruſoners, unlathfully takyn, ſen the ſade ix. day of March the Zher, &c. lxxii. And all Shippis, unlathfully takyn, under ſanſe Conduct or otherwiſe, both of auld and of new, to be reſtoryt and delivetit agane to the Perſonns at thai were takyn fro: And, yff any Perſone or Perſonns withſtand this preſent Writing, ſro it be ſignifier to the Wardains Admirall or thair Leutennants, of whois Partie the Halder or Halders of the ſade Pruſoners, or thaire Rawnſonns, or of Shippis, Inhabitis and Dnellis, the Wardains or thaire Leutennants ſhall mak tham be fred and reſtitute to the Parteys complenyng within viii. dayis thaire after, or ellis to enter thair Perſons to the Partie complenyng nnto ſatisfactioun and redreſſe be made to the Complenars as after.

Item, it is aggreit and concludit that, whare any Slather has bene committed ſen the ſade ix. day, or ſhall be eommitted or done in tyme cummyng, othire be Inglismen or Inglisman within the ground of Scotland, or be Sconismen or Scottisman within the ground of Ingland, unlathfully upon any Inglisman or Scottisman, the Slaar of the Slaars ſhall be takyn be the Wardains Leutennants or Deputis, and dcliverit on to the Partye complenyng, to be juſtifiet or raunſoned at the will of the Partye complenyng, within xv. dayis after that thai ſhall be requirit thaire to, of leſſe than the Slayre or the Slaars he fugitive: And, yff the Slaare or the Slaars be fugitive, thay ſhall be put to the Kingis Horne, and declared the Kings Rebells, and not to be reconſalyt onto the tyme that the Partie be ſatisfiet: And yff any Perſone or Perſonns, what degre or condicioun thai bene Inglise or Scottis, that reſettis any ſuch Rebellis or Rebell, after that be be fugitive and proclamed, and that lathfully proved, that he be delyverit to the Partie complenyng, to inur and abide ſuche like Pane at the will of the ſaid Complenar or Complenars, as the ſaid Rebellis or Rebell ſhuld hafe had and ſuffred, and thai or any of thaim had bene delyverit. ANNO 1473.

Item, it is aviſit, aggreit, and conelndit, that when the *Diet of Metyng* at ſer betuix Wardains, Leutennants, or thaire Deputis, that when thai com to thaire *Diet of Metyng*, they ſhall cum in peſſable wiſe, without Harneſſe, Ax, Bill, Speyr, or Bow, and without all uthir ſenſable Wapping (ſauſe Suerde and Knyffe) under the Payne of eschetyng of thaire Wappyings; and the Perſone or Perſonns, doars herof, to be delyvered to the uthir Partie as Priſoner, to be punyſed for the defaute; And that thai ſhall not excede this nowmer; the Wardains a thowſand Perſonns: the Leutenants v. hundreth Perſons: and the Deputis twa hundreth Perſons, or within; upone Payne, of every Perſone that excede the ſade nowmer, of one Ingliſe Nohle to be payt to the toyer Partye be Warden, Louetennant, or Depnt of athir Partie being preſent for the tyme: And as for compleynts, gevin in of new at this preſent *Diett*, the Lordis aggreis and concludit that all ſuch Bill, as ſhall be indentit, be geven ro the Wardains, or Leutenants now furthwith, and all uthis Bill of any Partie attemptat ſen the ſade ix. day; the which Lordis, Wardains, or thaire Leutennants ſhall mak the Parteis, npon whanl it is complenit, within the bounds of thair Office, be arreſtit to thir Dietts appoynted upon the Bourdouns above writin; whair to the Parteis complenyng ſhall haſe Juſtice miniſterit unto thain, withoutyn any dilatour or delais, accordyng to the Vertu of the Trewis.

Item, as tochyng the Bill concernyng the Schyp called the Salvatoor, which wes put on to the Commiſſionars at the laſt *Diett haldin at the Newcaſtill*, it is avyſyt, aggreit, and concludid that the Act, made in the behalf at that tyme, ſtande ferm and ſtable and in ſtrynth in like forme as wes than aggreit; Bot, for ſomekill as the Lordis forſade or the rattie of Scotlande allege, and thynk that it be and ſufficiently provid that the Gnddis com on-Lande, and the Marchandis and Mariners in ſufficient nowmer beand preſent in the tyme to haſe recoverit and kepit thair Guddis, and that thai wer be force and violence takyn and put in Pruſon, and uthir men unlathfully takand and intromettand with thair Guddis, contrare the vertu of the Trewis, that the Perſons, ſo gevin thaim impediment in the recoverynge and kepyng of thaire Guddis, and ſyne intromeclyng with the ſame, ſhould mak thaime reſtaurens and reof thaire hale Guddis accordyng to the Commone Law and the vertu of the Trewis; which the Commiſſioners of the Inglis Party deonit, and ſade that any ſuch Perſonns, thar had takyn or witholdin any Guddis of the ſade Schip, is not bond nor auth, noyer be Coſtume of the Mercher, nor be verte of the Trewis, nor be reſone of the Comone Law, to mak reſtitutioun of more than can be foundin be ſufficient Pruſe that thay hath ſo takyn or witholden: In the which mater of variance it is aviſit and aggreit, be the Commiſſioners of both the Parties forſade, defyring allways the gude of Pece, providing for remede of all other attemptatis committed agains the vertu of the Trewis, think hevy that the gude of Pece and the welefaire of the Realms ſhuld be hurt for this mater in ſpecialle, or Bordoura left opyne; therfor thai refert and report this mater to the diſcretioun and declaration of both the Princes: And the ſadis Lordis Commiſſioners of both the Parteis ſhall exhort yer Princes, in the maſte effectuoſe wiſe that thai kan, to tak ſie a mene way and direction thairin, after gude fath and gude conſcience, according to the Trewis, as may be pleſand to Gode, Honour to both the Princis, and entertenement to the Pece and Tranquillite of both the Realms.

Item, it is aviſit, ordanid, and concludit, for the Declaration of all Materis, concernyng the Attemptatis eommitted be the Se, to be determyt befor the Admirall his Leutennant and his Deput, to be the Lordis Grete Commiſſioners of both the Realms forſade, and at the Lordis Admiralls of both the Realms ſhall ſend ilkane of thaim ane Notable Perſone, of gude knawelage, auctorite, and diſpoſicioun to the Bordonr, the eight day of Januer next to cum, with continuation of dayis (the Admirall Leutennant of Ingland, *at Norham*; and the Admirall Leutennant of Scotlande, *at Berwick*) the whilke ſhall convene togidder at a couvenable Place, as ſhall be aggreir betuix

ANNO 1473. betuix thaim, and refaufe all the Compleynts given be athir of the Parteis, and her the allegiance and pruffis of the fame, and miniſter Juſtice to both the Parteis as thai will anſuer before Gode and to thair aun perelt before thair Prince, yff thai be negligent in the execution of the ſame: And at now furwith the Compleynts, thatt ar made be any Scottisman upon any Inglisman, be ſende so my *Lorde of Glouceſtre*, Admirall of Ingland: And that he ſende to warne and ſummonde all the ſaid Parteis to compere before his Leotennant, the ſadis day and Place, with ſic Allegatiouns and Defenſes as yai will uſe in the defence of she ſade Compleynts: And in likewiſe that the Compleynts made be the Partie of England upon any Scottisman, be ſend to *my Lord of Albany* Admirall of Scotlande, and that he mak the ſade Parteis, upon wham it is complenyt, to comper befor his Leutennant, the ſade day and Place, with ſuch Allegatiouns and Defenſis as thai will uſe in thair Cauſe: And wha ſo ſalis of athir of the Parteys to compere be hymſelf or his Procutatour, without rationable cauſe, to tyne his Cauſe: And that now furth that all the Complenar of any Attemprate, committed be the Se, be warnyt be opyn Proclamation, to compere befot the Admirall or his Leutennant, the ſade day and Place, with ſuch Allegatiouns and Pruvis as he will uſe, at his awn perell, and wha ſo falis herof, without raiſonable cauſe, to ſall fro his Cauſe.

Item, the Lordis aggreis and conclndit, that all Bill of botht the Parteis, that ar filyt of befor, ſhall furthwith be redreſſed at the next dayis of merchez forſade.

Item, as to the Compleynt gevin in be the Merchand of the Neweaſtill upon *David White*, the Lordis think at the ſade Schip wes unlauthfully takyn be hym: And as for redreſſe that the ſade Merchandis deſir to haſe of the ſade Schip of *Robert of Laudre*, *Will of Neſbet* and uthirr thar Complicis, the Lordis ordains thaime to be ſummond, to the ſade viii. day of Januar, to anſwer for thaimſelf as effer: And Atſournements at dayis of Metyng be kept on the Bourdours fra xx. dayis till xx. dayis, like as wes aggreit and concludit at the laſt *Diett haldin at the New-Caſtell*.

Item, as tochyng the Rebell of Esdale, the tyme of thait being Rebell to the King, and at his Horn, the Lordis Commiſſioners aggreis and accordit that the Inglismen, that come with thaim for the tyme, ſhall be conſtrenyt to redreſſe no forthir than can be privit be the Law of the Bordour that thay intromettit with for that tyme, without prejudice in tyme to corn; Proviling always at nothing her wrictin be prejudiciale to the Trewis takyn of before betwix the Princes.

And to the obſervyn, keping, and fulfilling of all and ſynder thir Appoyntments, Articlis, and Conditionns above writin, lelily and trenly, without fraude or gile, athir of the ſade Lordis Commiſſionars hath feithfully promiſid, als fere as in yare power is, and, for the mote ſecurite, to the part of this INDENTURS, hath interchangeable ſett to yair Selis, and ſubſcrivit thaim with thar awn Hands, Day, Zer, Moneth, and Place before writin.

Thomas Epiſcopus Abberden.
Davide Erle of Cranffurde.
Robertus de Jeddeworth Abbas.
James Lorde Hamilton.
Alexander Inglis &c.
Duncan of Dundas.

Sub Sigillis ſuis, Cerâ rubrâ, a duplici Cauda Pergamenâ pendentibus.

CCCXXV.

28. Oct. *Contract de Mariage de* LOUIS *Duc d'Orleans, depuis Roi de France* XII. *du nom, avec Madame* JEANNE DE FRANCE, *Fille du Roi* LOUIS XI. *A Jargeau le* 28. *Octobre* 1473. [FREDERIC LEONARD, Tom. I. pag. 467.]

FRANCE & ORLEANS.

In Nomine Domini, Amen.

NOVERINT univerſi præſentes pariter & futuri, quòd cùm matrimonium, ſive ſponſalia contrahi ſperarentur & affectarentur, inter Illuſtriſſimam JOANNAM DE FRANCIA, filiam legitimam & naturalem Sereniſſimi & inclitiſſimi ac Chriſtianiſſimi Principis & Domini noſtri, Domini LUDOVICI Regis Franciæ, & Illuſtriſſimum Principem Dominum Ludovicum, Ducem Aurelianenſem: ſupra quo quidem matrimonio, ſive ſponſalibus contrahendis, nonnullæ Conventiones matrimoniales inter eumdem Dominum noſtrum Regem, & Illuſtriſſimam Dominam Mariam de Cleves, Matrem, Tutricem, ſive Curatricem, ac legitimam Adminiſtratricem ipſius Domini Ludovici, Ducis Aurelianenſis, conventæ, initæ & concordatæ fuerint, prout ibidem dictum fuit & aſſertum; tandem conſtituti perſonaliter die & Anno infrà ſcriptis, in noſtrorum Notariorum publicorum & teſtium ſubſcriptorum præſentia, præfatus Chriſtianiſſimus Dominus noſter, Dominus Ludovicus Rex Franciæ; & prædicta Illuſtriſſima Domina Maria de Cleves, Mater ipſius Domini Ludovici, Ducis Aurelianenſis: quæ quidem Domina Maria ibidem humiliter ſe inclinans coram præfato Domino noſtro Rege, verbo & ore proprio, propoſuit eidem ſupplicando, quatenus ſuâ benigniſſimâ gratiâ dignaretur dare & copulare in conjugem ſive ſponſam præfatam Dominam Joannam ejus filiam, prædicto Domino Ludovico, Duci Aurelianenſi, filio Illuſtriſſimi Principis Domini Caroli, quondam Ducis Aurelianenſis, & ejusdem Dominæ Mariæ legitimo & naturali. Qui quidem Dominus noſter Rex voluntati & ſupplicationi prædictæ Dominæ Mariæ acquieſcendo, ſe contentum fore & velle dare in conjugem ſive ſponſam præfatam Dominam Joannam ejus filiam dixit & respondit, cum pactis & conditionibus in Conventionibus matrimonialibus enntentis & expreſſatis, ac inter eosdem Dominum noſtrum Regem, & prædictam Dominam Mariam concordatis, prout & quemadmodum præfatus Dominus noſter Rex, & prædicta Domina Maria latius in quibusdam Articulis, in papiro ſcriptis, ibidem realiter exhibitis, dicerunt continari. Quorum quidem Articulorum, tenor eſt talis:

Madame la Ducheſſe d'Orleans, tant pour elle, que pour & au nom de Monſieur le Due d'Orleans, ſon fils, ſoi faiſant fort pour lui, a conclu, juré, promis, & accordé le Mariage de Madame Jeanne de France, fille du Roi, avec Monſieur Louis, Duc d'Orleans: & a promis audit nom de faire ſolenniſer & accomplir ledit Mariage en face de Sainte Egliſe, toutes & quantes fois que par permiſſion de l'Egliſe faire ſe pourra, & que par l'une des Parties l'autre requiſe en ſera.

Item. Et en faveur de ce Mariage, le Roi a promis & accordé de donner à madite Dame ſa fille, par maniere de dot, la ſomme de cent mille écus d'Or, du coin dudit Seignenr, à preſent aians cours: laquelle ſumme il ſera paier bien & loiaument à trois termes, à chacun la tierce partie; dont le premier terme & paiement ſe ſera à l'annuel & au jour de la ſolenniſation des noces; & les autres deux tierces parties, és deux années prochaines aprés, ainſi en chacune année la tierce partie.

Item. Et de laquelle ſomme de cent mille écns, ou de ce qui en aura été paié, mondit Sieur le Due d'Orleans pourra diſpoſer de la tierce partie à ſon plaiſir, ſans qu'icelle tierce partie vienne en reſtitution aprés la diſſolution dudit mariage.

Item. Et les deux parts d'iceux cent mille écus, ou de ce qui en aura été paié, comme dit eſt, ſeront emploiez & convertis en acquiſition de Terres, qui ſera le propre heritage paternel de madite Dame. Et en cas, que madite Dame iroit la premiere de vie à trepaſſement, mondit Sieur d'Orleans joüira durant le cours de ſa vie desdits acqueſts, qui auroient été faits, ou des deux parts de ce qui auroit été paié de ladite ſomme de cent mille écus; & aprés ſon trepas, lesdits acqueſts, ſi faits étoient, ou lesdites deux parts de ce qui auroit été paié, retournera aux enfans, & autres heritiers de madite Dame Jeanne.

Item. Et donnera le Roi à madite Dame Jeanne, ſa fille, robes, habillemens, & joiaux de noces, ainſi qu'il appartient à fille de Roi. Et en cas, qu'aprés le Mariage conſommé & accompli, mondit Sieur d'Orleans iroit le premier de vie à trepas, madite Dame Jeanne, fille du Roi, aura & prendra dorant le cours de ſa vie, par forme de douaire, la ſomme de ſix mille Livres tournois de reute, qui lui ſeront aſſiſes en bons lieux & ſurs, avec logis ſeur, honneſte, & convenable ſelon ſon état. Lequel doüaire ſe pourra prendre, c'eſt à ſavoir trois mille Livres tournois ſur les rentes de l'apanage; & les autres trois mille livres, ſur les

ANNO 1473. les autres Terres & Seigneuries de mondit Sieur d'Orleans, qui ne sont point d'apanage.

Item. Et entend madite Dame d'Orleans, que par cedit Traité soit expressément dit, que en rien ne lera prejudicié au dot, doüaire, & autres droits qu'elle a par le Traité de son Mariage, & autrement sur les Terres de feu Monsieur d'Orleans, & qui lui appartenoient au tems de ses épousailles; ainçois d'iceux droits elle joüira paisiblement, selon les contrats sur ce faits, & nonobstant ce present Traité.

Quibus quidem Conventionum matrimonialium articulis, sicut præmissum est, exhibitis, & per Magistrum Antonium Disome, Notarium publicum infra scriptum, publicè ibidem perlectis, præfatæ Partes, volentes & affectantes, & quælibet earum pro parte sua volens & affectans, quantum eamdem tangit, & tangere potest, omnia & singula conventa, & concordata in eisdem de puncto ad punctum tenere & servare, eorum gratis, meris, & spontaneis voluntatibus, non inducti nec circumventi aliquo dolo malo, fraude, seu mala machinatione alicujus seu aliquorum, tenere & etiam servare ac complere, præfatus Dominus noster Rex pro se, & dicta Domina Joanna ejus filia; & dicta Domina Maria pro se, & dicto Domino Ludovico, ejus filio; ac per eumdem ejus filium facere ratificare promiserunt & convenerunt: ac pro majori firmitate præmissorum habenda, præfatus Dominus noster Rex, & dicta Domina Maria eorum manibus dextris corporaliter in manu dextra mei Raimundi Joannis de Avenxis, Presbiteri & Notarii infra scripti, præmissa omnia & singula in præinsertis Conventionum matrimonialium articulis contenta, tenere, servare, & nullomodo contravenire, directè vel indirectè ullis temporibus in futurum, jurarunt, renunciantes super præmissis prædictæ Partes, & quælibet earum pro se, nobis Notariis publicis infra scriptis, ut communibus & publicis personis, stipulantibus solemniter, & recipientibus, scienter & consultè, specialiter & expressè, exceptioni dictorum articulorum conventionalium matrimonialium, se non actorum, conventorum, & concordatorum, & tenere & servare per easdem Partes, & quamlibet earum, non promissorum, & doli mali, sou fraudis, conditioni indebiti, sive in factum actioni, libelli oblationi copiæ, præsentis Instrumenti, & omni futuræ provocationi & appellationi interponendæ: & prædicta Domina Maria expressè omni Privilegio & Auxilio Juris Canonici, & eriam Civilis, in favorem mulierum introducto expressè, ac si de verbo ad verbum de eisdem juribus fuisset certificata, & eidem ibidem fuissent declarata, renunciavit. Et omni lesioni & deceptioni, & in integrum, seu in partem, restitutioni, & omni juri, per quod in integrum, seu in partem restitutio conceditur; & omni juris auxilio & beneficio quibuscumque, quibus contra præmissa vel præmissorum aliqua possint facere vel venire aliqua ratione, vel causa, ullo modo, ullis temporibus in futurum: renunciantes expressè, tam præfatus Dominus noster Rex, quam dicta Domina Maria, legibus & juribus dicentibus generalem renunciationem non valere, nisi expressè renunciatum fuerit illi juri, cui renunciari intenditur, vel cui erat renunciandum. Pro quibus quidem omnibus & singulis præmissis, attendendis, complendis, & inviolabiliter observandis, præfatus Dominus noster Rex, pro se & suis successoribus universis, & dicta Domina Maria, pro se & suis eriam successoribus universis, se & omnia bona sua, & dictorum suorum successorum, mobilia & immobilia, præsentia & futura obligaverunt & hipotecarunt, & quilibet eorum obligavit & hipotecavit, ac obligata & hipotecata haberi voluerunt, stipulationibus quibus super repetitis, & ad tenendum & complendum omnia & singula præmissa, ac de puncto ad punctum observandum, prout & quemadmodum in prædictis Conventionibus matrimonialibus, in præsenti publico Instrumento insertis, continentur. Prædictus Dominus noster Rex, & prædicta Domina Maria, se & prædicta sua bona, & cujuslibet ipsorum, rigoribus & compulsionibus Curiæ Cameræ Apostolicæ Auditorum & Viceauditorum ejusdem Romanæ vel Avenionensis submiserunt, & per eamdem Curiam voluerunt & consenserunt posse & deberi cogi atque compelli; & quilibet eorum volunt & consentiunt: & hoc per sententiam, monitionem, excommunicationem, aggravationem, renggravationem, useue ad invocationem brachii secularis inclusivè, & prout rigor & stilus dictæ Curiæ Cameræ Apostolicæ postulant & requirunt, tanquam pro re liquida, clara, manifesta & in judicio confessata, & quæ jam in rem transivit judicatam. Et pro majori omnium & singulorum præmissorum firmitate habenda, præfatus Dominus noster Rex, pro se; & dicta Domina Maria, pro se eriam; & quilibet eorum, ad confitendum omnia & singula fuisse & esse per eosdem Dominum nostrum Regem, & dictam Dominam Mariam, & inter eos conventa, concordata, ratificata, promissa, & obligata; suumque debuisse & debere sortiri effectum, prout per eos concordata, ratificata, promissa, approbata & obligata fuere in dicta Curia Cameræ Apostolicæ Auditorum & Viceauditorum ejusdem Romanæ, vel Avenionensis, necnon juramenta per eosdem Dominum nostrum Regem, & dictam Dominam præstita fuisse, & esse licita & honesta, & in casu licito & honesto præstita servanda fore, & debere servari citra revocationem aliorum Procuratorum suorum, omnibus melioribus modo, via, forma, & jure, quibus potuerunt, fecerunt, crearunt, ordinaverunt & constituerunt; & quilibet eorum fecit, constituit, creavit & ordinavit suos veros, certos, & indubitatos Procuratores speciales & generales, videlicet Procuratores Fiscales, & Notarios ordinarios dictæ Curiæ Cameræ Apostolicæ Auditorum aut Viceauditorum ejusdem Curiæ Romanæ, vel Avenionensis, & eorum quemlibet in solidum, dantes & concedentes præfatus Dominus noster Rex pro se; & dicta Domina Maria, eriam pro se, dictis suis Procuratoribus, & eorum cuilibet in solidum, plenam & liberam potestatem, & speciale Mandatum ac generale, præmissa omnia & singula in præsenti Instrumento contenta, inter eosdem Dominum nostrum Regem, & dictam Dominam Mariam, fuisse juste & canonicè promissa, conventa, concordata, hipotecata, & approbata coram præfatis Dominis Auditoribus, vel Viceauditoribus, vice & nomine ipsorum Dominorum constituentium, & cujuslibet ipsorum, confitendi, & præceptum, sive injunctionem de tenendo, observando, & complendo omnia & singula, sicut præmissum est, per eos & inter eos conventa, emcordata, promissa, & obligata; ac eriam de solvendo in terminis, in prædictis Conventionibus matrimonialibus contentis & expressatis; necnon quascumque fulminationes Sententiarum per dictos Dominos Auditores, seu Viceauditores, in personas dictorum suorum Procuratorum promulgandas & ferendas, pro eisdem Dominis constituentibus, & nomine ipsorum, & cujuslibet eorum in solidum, gratis acceptandi & suscipiendi, ac tenere & conservare promittendi; cæteraque alia universa & singula faciendi, dicendi, gerendi, procurandi, & exercendi, quæ in præmissis & circa ea erunt necessaria & opportuna, & quæ ipsi Domini constituentes facerent & facere possent, si in præmissis, & quolibet eorum, præsentes personaliter interessent: promittentes insuper præfati Dominus noster Rex, fide Regii; & dicta Domina Maria, & quilibet eorum, pro parte sua, constituentes, nobis Notariis publicis infra scripeis, ut communibus & publicis personis stipulantibus solemniter & recipientibus, vice & nomine, ac ad opus omnium & singulorum, quorum interest aut interesse poterit, quomodolibet in futurum, se ratum, gratum & firmum perpetuò habete totum & quidquid per dictos suos Procuratores superiùs constitutos, seu eorum alterum, actum, dictum, gestum, confessatum, acceptum, susceptum, seu aliàs quomodolibet fuerit procuratum in præmissis, & quolibet præmissorum id ratum habere, judicioque sisti, & judicatum solvi cum suis clausulis universis, dictosque Procuratores suos ab omni onere satisdandi penitus relevare; & hoc sub expressa hipoteca, & obligatione omnium bonorum suorum, & cujuslibet ipsorum, mobilium & immobilium, præsentium & futurorum, & sub quacumque juris & facti renunciatione ad hoc necessaria, qualibet pariter & cautela. Et simili juramento super iis præstito, præfatus Dominus noster Rex, & dicta Domina Maria, & quilibet eorum, dictos suos Procuratores superiùs constitutos minimè revocare promarunt. De quibus omnibus & singulis præmissis præfatus Dominus noster Rex pro se, & dicta Domina Joanna ejus filia; & dicta Domina Maria pro se, & dicto Domino Ludovico, ejus filio; petierunt & requisierunt, sibi fieri & confici per nos Notarios publicos infra scripros publica Instrumenta duplicata, etiam de consilio sapientum ordinandi, tot quot eruut eisdem & cuilibet ipsorum necessaria & opportuna. Acta fuerunt hæc in loco de Jargeau Diœcesis Aurelianensis, die vigesima octava mensis Octobris, Anno ab Incarnatione Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo tenio, Indictione sextâ, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri, Domini Sixti divinâ providentiâ Papæ quarti, Anno tertio. Præsentibus ibidem, &c.

La

ANNO 1473. La Ratification, par LOUIS Duc d'Orleans, do Contrat de Mariage relatif aux Articles contenus eo l'Acte ci-deſſus, eſt du leudemaio vint-ueuvieme Octobre 1473.

CCCXXVI.

3. Nov. FRANCE ET BOURBON. *Contract de Mariage d'*ANNE DE FRANCE, *Fille du Roi* LOUIS XI. *avec* PIERRE DE BOURBON *Sieur de Baugé, depuis ſecond du nom Duc de Bourbon. Fait à Jargeau, le 3. de Novembre* 1473. [Divers Traitez, Contracts, Teſtamens, &c. ſervans de Preuves aux Mémoires de PHILIPPE DE COMINES. pag. 232.]

10. Item appunctuatum, conventum, concordatum, & conclusum est, quod ante omnia Rex præfatus dictis Mercatoribus solutionem faciat quadragintarum octuaginta quatuor librarum Sterlingorum, quæ dictos Mercatores exclusis Colonienfibus, pro rata sua contingunt, quas suæ Majestati novissime in Anglia carceribus mancipati mutuo amicabili concesserunt vel saltem eosdem assecuret, de modo & forma solutionis hujusmodi faciendæ si & in quantum constitent pecuniam hujusmodi mutuatam & non solutam.

11. Item appunctuatum, conventum, concordatum, & conclusum est, quod si quæ Civitatum, Communitatum aut personarum quarumcunque Confœderationis Hansæ Teutonicæ per aliarum Civitatum & Communitatum ejusdem Hansæ Oratores ex causis eos moventibus à cæteris Civitatibus & locis Hansam facientibus separata aut dimembrata existat, aut futuris ullis temporibus separetur aut dimembretur, aut quæ earundem sua sponte se ipsam separet & dimembret, Dominus Rex Angliæ ad Certificationem & requisitionem Oratorum earundem Civitatum & Communitatum Hansæ hujusmodi statim sine ulteriori causæ cognitione toties quoties ipsam fieri contigerit, reputabit, Civitates, Communitates, aut personas sic sibi certificatas, tanquam alienigenas & forenses, nulloque Privilegio munitas, quod Regnum suum Angliæ nec eisdem nova majora aut similia Hansæ Privilegia dabit, aut talibus in Regno Angliæ gaudere permittet, donec per Literas Oratorum Hansæ de Civitatum, Communitatum aut Personarum hujusmodi reunione, & reconciliatione certioratus fuerit.

12. Item appunctuatum, conventum, concordatum, & conclusum est, quod Civitas London acceptare debebit, quoscunque Tractatus, Compacta, & Obligationes, inter eundem Dominum Regem & Civitates & Oratores Hansæ intervenientes atque factas, absque contradictione perpetuis temporibus observandas, nec non sub ejusdem Civitatis authentico & ad hujusmodi sufficienti Sigillo, & Literis patentibus omnes & singulas compositiones & contractus antiquos, & per eorum Consilium pro Mercatoribus Hansæ quascunque latas Senten-

ANNO 1474. Sententiis renovare & reaſſumere, ſupradictos Mercatores illis omnibus & aliis quibuscunque ſuis Libertatibus & antiquis Conſuetudinibus quatenus per Dominum Regem modernum, auturitate Parliamenti ſui, aut aliter quomodocunque innovatæ & confirmatæ fuerint, etiamſi aliquoties per contrarium actum, aut alias interruptæ fuerint, uti & gaudere, prout ab antiquo conſueverunt, permittendo non obſtantibus aliquibus Privilegiis ipſis Londinenſibus conceſſis, quibus nec contra præfatos Mercatores gaudere debebunt.

13. Item appunctuatum, conventum, concordatum, & concluſum eſt, quod Mercatores Hanſæ poſſeſſionem & cuſtodiam nanciſcantur cujusdam portæ Londinenſis ſic dictæ vulgariter *Bishopsgate*, juxta omnem vim, formam, & effectum compoſitionis inter eandem Civitatem & ipſos Mercatores quondam factæ.

14. Item appunctuatum, conventum, concordatum, & concluſum eſt, quod cum Mercatores Hanſæ multipliciter ſe gravatos & læſos eſſe in Anglia dicant, in Judiciis certarum Curiarum contra tenorem certi ſui Privilegii incipientis: *Quod in omnibus generibus placitorum ſalvo caſu criminis pro quo infligenda ſit pœna mortis*, &c. Dominus Rex providebit, quod non aliter debeat conveniri neque trahi ad Judicia, quam juxta vim, formam & effectum Privilegii antedicti.

15. Item appunctuatum, conventum, concordatum & concluſum eſt, quod ad finem ut occurratur pluribus fraudibus, quibus Mercatores Hanſæ occaſione ponderationis & ſtateræ ſe damnificatos conqueruntur, contra certi ſui Privilegii tenorem ſequentem, videlicet quod ante ponderationem ſtatera in præſentia venditoris & emptoris vacua videatur, & ex tunc ponderator ponderet in æquali & cum ſtateram poſuerit in æquali ſtatim amoveat manus ita quod remaneat in æquali, &c. Dominus Rex mandabit his qui Officium ponderationis hujusmodi ex donatione ſua nunc habent, ſub pœna amiſſionis, & foris factura Officii hujusmodi, quod Officium ipſum indifferenter juſte & fideliter exequantur, quod ſi poſt monitiones legitimas in ea parte culpabiles inventi fuerint, Dominus Rex pro quiete Mercatorum Hanſæ aut providebit eis de ſingulari ponderatore, aut de alio remedio convenienti, & rationabili, de quo debebunt merito eſſe contenti, proviſo, quod lingua ſtateræ extendatur ultra longitudinem pedis. His quæ de Officio pouderatoris jam dicta ſunt ad Officium menſuratoris pannorum liucorum extenſis, per omnia & de eodem pariformiter intellectis.

16. Item appunctuatum, conventum, concordatum, & concluſum eſt, quod Dominus Rex de tempore in tempus providebit contra certum gravamen quo plurimum gravantur per Cuſtumarios dicti Mercatores, ratione mercium ſuarum advenientium in Angliam, quas Angliei ipſos Mercatores mora protracta, occaſione ſtatuendæ Cuſtumæ non permittunt pro ſua libertate commutare.

17. Item appunctuatum, conventum, concordatum, & concluſum eſt, quod Dominus Rex providebit, ne ſcrutatores qui nullum defectum reperiunt circa merces Mercatorum Hanſæ faciant aliqua impedimenta quo minus ipſos Mercatores & Nautas ſine aliquo onere cum ſuis bonis relinquant.

18. Item appunctuatum, conventum, concordatum, & concluſum eſt, quod providebitur ne Mercatores Hanſæ à litoribus per Terram vcolentes cum fœderaturis (barbare pro *Bont*, Gallice *ſorrure*) aliisque pretioſis pellibus & mercibus, graventur, per Cuſtumarios aut alios quoscumque ibidem ex parte Regis aut aliorum exiſtentes, præſertim in Civitate Cantuaricoſi aut Roffco. aut in Villa de Graveſende, aut alibi in apertura vaſorum, in quibus hujusmodi pelles reponi contigerit, caſu quo Fœderaturæ (*Bontwerck*) & prædicta bona poſt præſtitam Cuſtumam ſigillata, ac Waxantum deſuper datum fuerit, attento, quod apertura hujusmodi ſine magno præjudicio & notabili damno fieri non poſſit.

19. Item appunctuatom, conventum, concordatum & concluſum eſt, quod providebitur quod Mercatores prædicti exonerabuntur à quadam exactione vulgariter dicta *Prince-money* ſive *Luſkop*, & à præſtatione quatuor denariorum per quondam aſſertum Officiarium vocatum Leprikkez ultra Cuſtumas ſolitas illas extorquentes, ſi de jure non debeat eos habere.

20. Item appunctuatum, conventum, concordatum & concluſum eſt, quod Dominus Rex faciet proviſionem, qua naves & bona, quibus onuſtantur naufragium irt Anglia qualitercunque paſſa ſaltem condigna pro illia ſalvandis mercede laboris conſtituta eis reſtituantur, quibus ante naufragium pertinuerunt, dummodo aliquid vivum animal ex navi hujusmodi periclitante ſit bomo, canis, gallus, cattus, aut aliud animal ad Terram ſalvum adveniat. ANNO 1474.

21. Item appunctuatum, conventum, concluſum & concordatum eſt, quod providebitur per totum Regnum Angliæ de his, qui caſu fortuito ex aliqua navi in pelagus maris præcipitati aut alias intra vel extra navim, ex conflictu vel alia cauſa quacunque vulnerati, vel mortui fuerint, ne de iis aut aliis quibuscunque cauſis Mercatores tangentibus Admirallus cognitionem habeat, aut Jurisdictionem exerceat, nec propterea uavia merees & bona in eadem navi exiſtentia in commiſſum cadant, neque mercatores aliquod damnum vel periculum patiantur, aut ſuſtineant, ſed quod eo caſu & aliis quibuscunque fiat cauſæ cognitio prout ſingulari Statuto proviſum exiſtit in Parliamento Domini Regis Richardi ſecundi apud Weſtmonaſterium Anno Regni ſui quinto decimo edito, quod incipit, *Quod de omnibus contractibus, placitis & querelis & de omnibus aliis rebus factis, ſive emergentibus infra corpora Communitatis, tam per terram, quam per aquam ac etiam Wrectum Maris.*

22. Item appunctuatum, conventum, concordatum & concluſum eſt, quod Dominus Rex adhibebit diligentiam pro oportuna proviſione facienda circa pannos laneos Angliæ, ut defectus in eis reperti, tam in quantitate lanarum quam in pannorum longitudine & latitudine poſſint reformari.

23. Item appunctuatum, conventum, concordatum & concluſum eſt, quod providebitur per Dominum Regem, ut ſufficiente cautione prælita de ſtando juri, per Mercatores Hanſæ ex cauſis quare bonorum ſuorum Arreſtationes fieri contigerit ipſi Mercandiſas ſuas libere conſequantur, ac easdem vendere proque ſuo libitu diſtribuere valeant.

24. Item appunctuatum, conventum, concordatum & concluſum eſt, quod providebitur eisdem Mercatoribus, quod vina Rhenenſia minutatim & ad retalliam futuris temporibus vendere valeant prout ab antiquo ſoliti ſunt & conſueri, & quod ad ſtiam quoiam quam Major Civitatis London, de ſale ibidem adducto capere conſuevit, dicti Mercatores & ſui ſucceſſores debent ab eadem in perpetuum exonerari.

25. Item appunctuatum, conventum, concordatum & concluſum eſt, quod prædicta appunctuata, conventa, concordata & concluſa, nullæ obligationes, quæ à Domino Rege Angliæ aut ſuis prædeceſſoribus, Mercatoribus aliisve particularibus perſonis erga Civitates Hanſæ, ac earum perſonas, etiamſi jure depoſiti, & bona fide aut alias qualitercunque emanarunt, pro quibus non eſt ſatisfactio plenaria in articulis memoratis, concordata, & vice verſa, quæ à Civitatibus, Mercatoribus, aut aliis perſonis Hanſæ erga Dominum Regem Angliæ ſuosque Prædeceſſores & Subditos, ſimiliter emanarunt, quarum occaſione debita jure extincta, aut ad finem perſecuta non ſunt auferantur, verum potius in ſuis maneant robore atque firmitate.

26. Item appunctuatum, conventum, concordatum & concluſum eſt, quod omnia appunctuata, conventa, concordata, & concluſa duntaxat ad Dominum Regem Angliæ, ſuosque Ligios & Subditos ex una, ac Civitates Hanſæ earumque Mercatores & homines partibus ex altera ſe extendant, adeo quod ſi forte alterutra Partium erga alios Principes, Dominos, aliosve quoscunque, qui ſub antedicti Regis Angliæ ditione aut Civitatibus Hanſæ non exiſtant aliquod ſibi jus aut actionem competere, ex eo, quod tempore prædictarum Guerrarum & diſſenſionum, aut earum occaſione quid actum prætenderet, id ipſum per prædicta appunctuata, conventa, concordata & concluſa minime debet eſſe ablatum, imo ut Partium unaquæque ſuum jus proſequi valeat, & finiri ſit permiſſum.

27. Item appunctuatum, conventum, concordatum & concluſum eſt, quod per præmiſſa omnia & ſingula in præſentibus deſcripta & contenta, nullis Literis, Privilegiis, Libertatibus, Conceſſionibus, Indultis, Concordiis, & Tractatibus ante tempora datis præſentium per Illuſtr. Reges Angliæ & alios quoscunque Mercatoribus & hominibus Hanſæ datis & conceſſis, aut inter dictos Reges & alios, ac Mercatores & homines Hanſæ qualitercunque factis, & concordatis præjudicium aliquod generetur, ſed quod illa omnia & ſingula cum præſentibus univerſis & hæc eadem cum illis in ſuis petmaueant robore & virtute, ſic quod Mercatores Hanſæ communiter & ſinguli præfatis Literis, Libertatibus & Conceſſionibus, Indultis, Concordatis & Tractatibus cum præſentibus appunctuatis, conventis, concordatis & concluſis quibuscunque ſuis Arſiculis

ANNO 1474. ticulis & Punctis, prout eis ad utilitatem eorum melius ac pertinentius interpretari, ac etiam ipsis liberius & utilius valere & cum emolumentis expedire poterunt, in perpetuum libere & pacifice frui debeant, contraria vel antiqua alia interpretatione circa ea minime facienda, ac contradictione cujuscunque non obstante.

Quæ omnia & singula nos Oratores Angliæ supra nominati promittimus bona fide, & pollicemur per metuendissimum Dominum Regem nostrum suosque hæredes & successores Ligeosque & Subditos Coronæ Angliæ universos & singulos præsentes & futuros quoad ipsos concernunt, aut concernere poterunt, rcuenda inviolabiliter in perpetuum pariter, & observanda, ac per Literas authenticas & patentes ejusdem Domini Regis ratificanda, approbandi, pariter confirmanda Literis hujusmodi confirmatoriis in Oppidu Burgensi sub situ Aldermanni successorum Hanseæ, ibidem in manus ejusdem Aldermanni, aut alterius ad hoc potestatem ex parte Hanseæ habentis Literas similes confirmationis pro parte Hanseæ opportunis & tunc cum effectu Nuntio Regio ad hoc mittendo tradere parati. Primo die mensis Augusti proxime futuro deliberando, pariter contiguando, in quorum omnium & singulorum testimonium atque fidem has Literas penes Oratores Hanseæ supra nominatos pro parte Hanseæ remanentes. Nos Wilhelmus Hatteclif, Joannes Russel, & Wilhelmus Rolfe Oratores in Literis Procuratoriis infra insertis specialiter nominati, sigillis, nominibusque & signis nostris manualibus subscriptis roborati fecimus pariter & communiri, &c.

Nos igitur Eduardus Rex suprascriptus habentes certam, discretam, & indubiam notitiam de omnibus & singulis Tractatibus communicatis, appunctuatis, conventis, concordatis, & conclusis inter prætatos Oratores, Nuncios, & Procuratores nostros, ex una parte, ac dictos spectabiles & circumspectos viros Hanseæ ex altera prout in Articulis memoratis seriatim est expressum, ea omnia & singula nomine nostro facta atque gesta de certa scientia nostra, nullo juris seu facti errore ducti, atque omnem quantum in nobis est defectum suppleutes gratanter acceptamus, approbamus, ratificamus & confirmamus, volentes & decernentes eadem per nos, hæredes & successores nostros quantum in nobis est, nec non per Vasallos, Ligios & Subditos nostros & successorum nostrorum, quouscunque perpetuis futuris temporibus inviolabiliter observari debere nec eisdem aut eorum alicui contraveniri ullo modo. In cujus rei Testimonium has Literas nostras, fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmunster vigesimo die Julii, Anno Regni nostri quarto decimo, &c.

Tenores vero Literarum Procuratoriarum de quibus supra fit mentio, sequuntur & sunt tales. EDUARDUS Dei gratia Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hyberniæ, omnibus ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem. Cum in quadam dicta mentibus Julii & Septembris ultimo elapsis in Civitate Trajectensi per certos pro parte nostra, & per alios pro parte Civitatum Hanseæ Teutonicæ Oratores nonnulla media Pacis & pristinæ amicitiæ inter Incolas & Subditos utriusque Partis renovandæ excogitata, communicata, tractata, & sub spe conclusionis appunctuata fuerunt, prout in actis ejusdem dictæ inter Oratores hinc inde conscriptis, & per eos subscriptis, de dato in Civitate Trajectensi decimo nono die Septembris, Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo tertio, plenius continetur, liceque ipsa dicta primum ad quintum decimum diem mensis Decembris, deinde ad quintum decimum diem mensis Januarii proxime & tunc sequenti continuata, ad finem ut tunc de & super materiis & rebus remanentibus indiscussis finalis conclusio caperetur Paxque firma & perpetua inter Partes componeretur & stabiliretur. Hinc est quod nos volentes cepta hujusmodi debitum sortiri effectum de fidelitate, circumspectione & industria dilectorum & fidelium nostrorum Joannis Scote Militis Marescballi Villæ nostræ Calesiæ; Magistrorum Wilhelmi Hatteclif Secretarii, Joannis Russel Archidiaconi Berck, Consiliariorum nostrorum, & Wilhelmi Rolfe Vitellarii Villæ nostræ Calesiæ plenarie confidentes ipsos nostros veros & indubitatos Ambassiatores, Commissarios, Procuratores, Deputatos, & Nuncios generales & speciales constituimus, deputavimus & ordinavimus ac tenore præsentium constituimus, deputamus & ordinamus, dantes & concedentes eisdem Ambassiatoribus, Commissariis, Procuratoribus, Deputatis & Nuncios nostris tribus seu duobus eorum quorum prætarum Joannem Scotte, Wilhelmum Hatteclif, aut Joannem Russel unum esse volumus, plenam & liberam potestatem ac Mandatum generale & speciale pro nobis, heredibus & successoribus, Regnis, Terris, Dominiis, Subjectis, Amicis, Allieatis, Confœderatis, Faventibus & Adherentibus nostris quibuscunque, cum Spectabilibus & Egregiis Viris Gubernatoribus Provinciarum & Civitatum Hanseæ Teutonicæ, seu eorum Ambassiatoribus, Commissariis, Procuratoribus, Deputatis & Nunciis sufficientem in ea parte potestatem habentibus, ac etiam cum quibuscunque Universitatibus, Societatibus, Principibus, Dominis, Gubernatoribus & Rectoribus, Terrarum, Provinciarum, Civitatum, Oppidorum, Villarum & Dominiorum quorumlibet Terræ Alimanniæ, aut cum ipsorum Ambassiatoribus, Commissariis, Procuratoribus, Deputatis & Nunciis potestatem sufficientem habentibus conveniendi, appunctuandi, concordandi, & finaliter concludendi, de & super omnibus & singulis differentiis, litibus, quæstionibus & discordiis inter nos, nostrosque Subditos, ex una parte, & præfatos honorabiles & discretos Viros Gubernatores Provinciarum & Civitatum Hanseæ prædictæ, ac etiam Universitatis Societates, Principes, Dominos, Gubernatores & Rectores Terrarum, Civitatum, Oppidorum, Villarum & Dominiorum quorumlibet dictæ Terræ Alimanniæ, Terras, Civitates, Oppida, Villas, Castra, Provincias & Dominia, Subditos, Amicos, Alligatos, Confœderatos & Adhærentes suosque quoscunque ex parte altera pendentibus indiscussis ipsis atque differentias, lites, quæstiones & discordias discutiendi, determinandi, & finaliter omnibus modis quibus ipsis videbitur, pacificandi, abolendi ac de & super perpetua & reali pace atque concordia tam per Mare quam per Terram, Flumina & aquas dulces; nec non Ligis, Amicitiis & Confœderationibus quibuscunque inter nos, hæredes & successores nostros ac Regna, Terras, Dominia nostra, Subditos, Amicos, Alligatos, Confœderatos, Faventes & Adhærentes nostros quoscunque ex parte una & præfatus Egregios & Spectabiles Viros Gubernatores Provinciarum & Civitatum Hanseæ prædictæ ac etiam inter Universitates, Societates, Principes, Dominos, Gubernatores, & Rectores Terrarum, Civitatum, Oppidorum, Villarum & Dominiorum quorumlibet dictæ Terræ Alimanniæ, Terras, Civitates, Oppida, Villas, Castra, Provincias & Dominia sua, Subditos, Amicos, Alligatos, Confœderatos, Faventes, & Adhærentes suos quoscunque ex parte altera contrahendis, ineundis & firmandis, tractandi, appunctuandi, pariter & concludendi, nec non Pacem & Concordiam, Ligas, Amicitias & Confœderationes hujusmodi viis & modis omnibus, quibus expedire videbitur, vallandi & roborandi communicationemque mutuam ac liberum intercursum mercandisandi, securumque statum pro hominibus utriusque Partis præsentibus & futuris, tam in Regnis, Provinciis, Civitatibus, Dominiis & locis unius & alterius Partis prædictæ, quam alias ubilibet tam in Terra quam in Mari, Fluminibus & aquis dulcibus, una cum Treugis, abstinentiis Guerrarum aliaque dicta, si ipsis visum fuerit appunctuandi, concordandi, pariter & concludendi, sub modis, forma & condnionibus, de quibus inter dictos nostros Ambassiatores, Commissarios, Procuratores, Deputatos & Nuncios ac prætatos, Spectabiles & Egregios Viros, ac etiam Universitates, Societates, Principes, Dominos, Gubernatores & Rectores prædictos, seu ipsorum Ambassiatores, Commissarios, Procuratores, Deputatos & Nuncios prædictos poterit concordari, cæteraque omnia & singula faciendi, exercendi & expediendi, quæ in præmissis seu aliquo præmissorum seu circa ea connectim & divisim necessaria fuerint, seu quomodolibet oportuna ac quæ qualitas & natura hujusmodi negotii exiguat & requirunt, & quæ nosmet ipsi faceremus aut facere possemus, si præsentes personaliter essemus, ac etiam si talia forent, quæ de se Mandatum magis exigant speciale: promittentes bona fide & in verbo Regio nus ratum, gratum & firmum habituros, quicquid per prædictos Ambassiatores, Commissarios, Procuratores, Deputatos & Nuncios nostros in forma prædicta actum, gestum, seu procuratum fuerit, in præmissis seu aliquo præmissorum. In cujus rei Testimonium has Literas nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmunster vigesimo secundo die Decembris Anno Regni nostri tertio decimo. *Per ipsum Regem & de dicto prædicta auctoritate Parliamenti*, &c.

ANNO 1474.

UNIVERSIS & singulis præsentes Literas inspecturis, lecturis, seu legi audituris, nos Proconsules & Consules totius Consulatus & Communitatis Imper. Civitatis Lubecensis, cæterarumque Civitatum, Burgorum,

Anno 1474. gorum, Communitatum, Oppidorum, Villarum & locorum sotius Hanſæ Theutonicæ Oratores & Nuncii ad Communem earundem Civitatum, Burgorum, Communitatum, Oppidorum, Villarum & locorum dictæ Hanſæ, & ex eis ubicunque exiſtentium mercatorum & perſonarum quietem & utilitatem procurandi in ipſâ inclita Civitate Lubecenſi ſpecialiter conſtituti, Salutem in Domino & præſentibus fidem indubiam adhibere, cum pridem inter Excellentiſſimi & Potentiſſimi Principis ac Domini Domini Eduardi Angliæ & Franciæ Regis, & Domini Hyberniæ Venerabiles & Egregios Viros Dominos Wilhelmum Hatteclif Secretarium, Johannem Ruſſel Decretorum Doctorem, Archidiaconum Berck, in Eccleſia Sacra & Wilhelmum Rolle Virellarium Villæ Cales, Oratores, Commiſſarios & Procuratores ex una, ac circumſpectos atque Providos Viros Dominos Henricum Caſtorpum Proconſulem, Johannem Oſthuſen Doctorem utriusque Juris Secretarium, & Johannem Luneborch Conſulem Conſilii & Communitatis Civitatis Lubecenſis cum aliis ſibi adjunctis ſpectabilibus & circumſpectis Dominis Oratoribus videlicet Bernhardo Balfer Proconſule, Eylardo Lubberdes Conſule, & Johanne Grane Secretario Bremenſi, Henrico Murmeſter Legum Doctore Proconſule, Henningo Boringk Conſule, & Laurentio Rotideken Secretario Hamburgenſi: Chriſtophoro Henxſtenberch Proconſule, Henrico Bracke Conſule Tremonienſi, Henrico Warendopf Proconſule, Henrico Renſingk Conſule, & Johanne Kakesbeecke Secretario Monaſterienſi, Bernhardo Paweſe, Rodo Velſtede Conſulibus & Magiſtro Joanne Liudawe Secretario de Dantſick, Johanne Marguardi, Johanne Borren Proconſulibus & Magiſtro, Stephano Jeilbert Secretario Daventrienſi, Tidemanno de Vecu Proconſule, Henrico Korerſtorp Conſule Campenſi, Johanne Durekoep, Bertramo Berghof, & Magiſtro Gerhardo Bruns Secretario, ex parte Mercatorum in Bruggis, Hermanno Wantuare Secretario Mercatorum Londonienſium, & Domino Chriſtiano de Gore Capellano & Secretario Mercatorum Burgenſium in Norvegia Communium Civitatum & Oppidorum Hanſæ Teutonicæ Oratores, Nuncios & Procuratores ex altera partibus. Poſt varios Tractatus in Civitate Trajectenſi menſibus Julii & Septembris Anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo tertio, de & ſuper plurimis differentiis, litibus, guerris, injuriis & diſcordiis inter homines Partium prædictarum motis & pendentibus habitos atque factos tandem inſpirante Pacis autore pro pacificandis & abolendis differentiis, litibus, guerris, injuriis & diſcordiis hujusmodi, atque pro reducendo & reſtaurando omnes & ſingulos homines utriusque Partis prædictæ ad priſtinam amicabilem & mutuam communicationem & converſationem, liberumque intercurſum mercandiſandi quædam concordata & concluſa, quædam verò per modum adviſamentorum appunctuata ſuot, inter prædictos Oratores & Commiſſarios hinc inde & eorum occaſionem inter eosdem Oratores finaliter concluſum & concordatum exiſtit. Quod tam præfatus Sereniſſimus Rex Angliæ &c. quam Civitates Hanſæ prædictæ utriusque ſuos Oratores & Ambaſſiatores cum ſufficienti Mandato & plena inſtructione, in ſupradicta Civitate Trajectenſi, decima quinta die Januarii, proxime ſequenti habeant, ad omnia & ſingula ſupra tacta coucludenda ac Pacem firmam ac perpetuam ſtabiliendam, &c. in modis paſſentibus & figillatis eorundem Oratorum & Commiſſariorum Literis ipſis Oratoribus & Commiſſariis ſupra ſcripris alterutrum exhibitis & datis in Civitate Trajectenſi Anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo tertio, die vero decima nona Septembr. Dominica, quas hic pro inſectis haberi placet, compræhenſum. Hinc eſt quod in eventum & fiuem præfatos de natura, circumſpectione & probitate ſpectabilium & circumſpectorum Dominorum Civitatum & Oppidorum. Videlicet Joannis Oſthuſen utriusque Juris Doctoris & Johannis Berſenbruggen Secretariorum Lubecenſium: Henrici Murmeſter Legum Doctoris Proconſulis, & Laurentii Rotideken Secretarii Hamburgenſis, ac Bernardi Paweſe Conſulis de Dantſigk pleniſſime confidentes, ipſos omnes & eorum quemlibet in ſolidum præſentium exhibitores & exhibitorem, ita tamen quod non ſit melior conditio primitus occupantis uec deterior ſubſequentis, ſed quod per unum eorum, inceptum fuerit, alius proſequi valeat, mediare & finire, omnibus melioribus modo, via, jure, cauſa, ſtylo & forma, quibus melius & efficacius potuimus & debuimus, poſſumusque & debemus ad præmiſſa omnia & ſingula fecimus ac tenore præſentium facimus, conſtituimus & ordinamus noſtrosque præfatæ Hanſæ veros, certos, legitimos & indubitatos Procuratores, Nuncios, & Oratores generales & ſpeciales, ſic tamen quod generalitas ſpecialitati non deroget, nec è contra, dantes, concedentes cis omnibus & eorum cuilibet in ſolidum pleuam & omnimodam poteſtatem & auctoritatem mandatum & facultatem per ſe duntaxat aut una cum aliis honotabilibus quarumcunque Civitatum & Oppidorum dictæ Hanſæ veris Oratoribus, Procuratoribus, ſive Nunciis ad præmiſſa ſpecialiter deputatis vel deputandis in prætata Trajectenſi Civitate præmentionata decima quinta die menſis Januarii. Ac poſterius quandocumque ſe noſtro & totius Hanſæ prædictæ nomine conſtituendi & præſentias ſuas exhibendi, ac cum univerſis & ſingulis ſupradicti Potentiſſimi & Excellentiſſimi Principis Domini Angliæ & Franciæ Regis &c. Venerabilibus & Egregiis Dominis Oratoribus Procuratoribus & Nunciis ſpecialibus in ea parte Poteſtatem & Mandatum habentibus eorum cauſa & occaſione, quæ, ut prædicitur, inter prænominatos Oratores & Commiſſarios, ſive per modum concordatorum & concluſorum, ſive pet modum adviſamentorum appunctuata ſunt in eadem Civitate Trajectina, conveniendi & communicandi ac de & ſuper præfatis univerſis & ſingulis in modum adviſamentorum appunctuatis etiam concordandi & concludendi, prout hæc & alia quæcumque per utriusque Partis Oratores Commiſſarios atque Procuratores antedictos in omnibus ſuis punctis atque clauſulis appunctuata ſunt, concordata, concluſa & adviſata, ac etiam cum ipſis Regiis Oratoribus, Procuratoribus ſive Nunciis conveniendi & concordandi de loco & tempore ac modo & forma conveniendis quibus, tam ipſa præmentionata concordata & concluſa quam adhuc coucordanda & concludenda, poſtquam concordata fuerint & concluſa, nec non perpetua Pax & firma futuris temporibus inviolabiliter obſervanda, approbari, & ratificari per priucipales Partium prædictarum Dominos conſtituenſes ac quoscuuque alios quorum intereſt finaliter atque confirmari debeant de & ſupra præmiſſis omnibus & ſingulis patentibus & ſigillatis Approbationis, Ratificationis & Confirmationis & aliis quibuscunque Literis pro firmiori prætactorum perpetua obſervantia Partibus hinc inde, vel ſaltem earundem veris Procuratoribus & Commiſſariis ſupra dictis, vel aliis ipſo facto & realiter exhibendis. Aliaque omnia & ſingula faciendi, dicendi, gerendi & exerceudi, quæ in præmiſſis, & circa ea neceſſaria fuerint ſeu quomodolibet oportuna etiamſi Mandatum exigant magis ſpeciale quam ſuperius eſt expreſſum. Unum quoque vel plures Procuratorem vel Procuratores loco eorum & cujuſlibet ipſorum cum ſimili poteſtate ſubſtituendi & ſubſtitutos aut ſubſtituendos, sotiens quotiens cis vel eorum alteri expediens videbitur, revocandi & alium vel alios iterum ſubſtituendi, promittentes uihilominus bona fide nos & Mercatores ac quoscunque alios Subditos noſtros perpetuo firmum, ratum & gratum habituros, quicquid per eos vel ſubſtitutos aut ſubſtituendos ab eis actum, factum, dictum, conventum & conclu ſum, geſtumve, fuerà, in præmiſſis vel quomodolibet procuratum, dolo & fraude ceſſantibus penitus & ſemotis, in quorum omnium & ſingulorum fidem & Teſtimonium præſentes Literas ſigillo Civitatis Lubecenſis quo eisdem appendente ad præſens utimur, communiri fecimus. Datæ in eadem Civitate Lubecenſi Anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo quarto, die prima menſis Januarii. Datæ in Civitate Trajectenſi ultimo die menſis Februarii. Anno Domini ſecundum curſum & computationem Eccleſiæ Romanæ milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo quarto. Eccleſiæ vero Anglicanæ Anno ſeptuageſimo tertio.

Anno 1474.

CCCXXX.

Richtung zwiſchen Herzog Sigmund zu Oeſterreich / und denen gemeinen Eydgenoſſen zu Zürich / Bern / Lucern / Schwitz / und Unterwalden / durch Vermittlung König Ludwigs des XII. in Franckreich getroffen; des Innhalts / wie beyde Partheyen unter einander handeln und wandeln / Recht nehmen / und geben / hülffe leiſten / eine jede Parthey das eroberte behalten / friedlich mit einander leben / und die Eydgenoſſen in Rheinfelden / Seckingen / Lauffenburg und Waldshut die Oeffnung haben

11. Juin.

ANNO 1474. haben ſollen. Geben in der Stadt Senlis den 11. Juny 1474. [LEIBNITZ, Mantiſſa Codicis Juris Gent. Diplomatici Part. II. pag. 102. LUNIG, Teutſches Reichs-Archiv., Part. Spec. in Supplementis zur I. Abtheil. pag. 770.]

C'eſt-à-dire,

Traité de Paix & d'Accord entre SIGISMOND *Archiduc d'Autriche, & les Suiſſes Confederés de* ZURICH, BERNE, LUCERNE, SWITS, *&* ONDERWALDEN, *par la Mediation de* LOUIS XII. *Roi de France, par lequel ils conviennent de la maniere dont on devra exercer de part & d'autre le Commerce, demander & recevoir Juſtice, s'entr'aider & ſecourir, & cultiver la Paix & l'Amitié: On y convient auſſi que des deux côtez on gardera les Places occupées; & que celles de* Reinfelden, Seckingen, Lauffenburg, & Waldshut *ſeront ouvertes aux Suiſſes dans les cas de néceſſité. Fait à Senlis le* 11. *Juin* 1474.

WIr Ludwig von GOTTES Gnaden König in Franckreich / thun kund allen männiglichen / und bekennen mit diesem Brief / als zwiſchen den Durchleuchtigen / Hochgebohrnen Fürſten und Herrn / Herrn Sigmunden Hertzogen zu Oeſterreich / zu Steyr / Kernden u. zu Krayn / Geaffen zu Thyrol ꝛc. ꝛc. unſerm lieben Oheim an einem / und den Fürſichtigen / ehrſamen / und weiſen gemeinen Eydgenoſſen von Stätten und Ländern Zürich / Lucern / Bern / Ury / Schwytz / Underwalden / Zug und den Ampt daſelbſt / und Glarus, mit ihren Zugewandten und Zugehörigen unſeren inſonders guten Freunden / an dem anderen Theil / und ihr beider Theil Voderen / vor vil vergangner Jahren in Kriegen / Zweyungen / Irrungen und Stöſſen mit einanderen geweſen ſind / und ſich darumm mancherley verlauffen und vergangen hat; Und ein gütlicher Tag zu Conſtantz zwiſchen beyder obgenannten Theilen gehalten worden / und da ein Abſcheid begriffen und geſtelt iſt / wie ſolches hin gethan / betragen und verricht werden mocht / und daß damit zu endlicher Austrag und Beſchluß bracht kondt werden.

2. Und demnach wir / als der / ſo das geen betragen und gedulcht geſehen hät / von beyden Partheyen / umb der Liebe wegen / ſo wir zu ihnen haben / den edlen unſerem und ehrſamen andächtigen Graf Hanſen von Eberſtein und Joſten von Sillnen / Probſt zu Münſter im Leegen unſer Räth zu den obgenanten beyden Partheyen gefertiget und geſchickt haben / mit Befehlen an ſie beyderſeits zu werben auf den obgenanten Abſcheidt zu Conſtantz beſchehen / zu überantworten. In den Fug wie wir demnach die Bericht zwiſchen den obgenandten Partheyen beyderſeits beſchloſſen und begriffen / daß ſi: darbey bleiben / und dem alſo nachgehen wollen / und ſie vor ſolches unſers Gewerbs wegen den vorgerührten Abſcheid uns zuſchicken laſſen haben mit dem Unterſchid / wie wir demnach die Bericht begeiffen und ſetzen laſſen / daß ſolches der obgenandt unſer Oheim Hertzog Sigmund bey ſeinen Fürſtlichen Würden und Ehren / und die vorgenandten Eydgenoſſen bey den Eyden / ſo ihren Stätten und Länderen geſchworen nach ſeinem Inhalt gelobt und verſprochen hand / wahr / feſt / und ſtet zu halten / und das geſtracks zu vollziehen / und zu vollführen / und ſonder denen ohn Eintrag ehrbarlich und redlich nachzugehen / wie das die Beieff zwiſchen ihnen darum gegen einanderen ausgangen eeweiſend und erklährend.

3. Und uns demnach / und / wie obſteht / der gerührt Abſcheid zu Conſtanz überantwortet iſt / und wir dann eigendlich und wohl gehört haben; So ſetzen wir den Übertrag und den Bericht zwiſchen den obgenanden Partheyen alſo / und wie das hernach von einem an das ander geſchrieben ſtehet / und das alſo iſt und ſein ſolle / daß hinführo beyde obgenandte Paetheyen und alle die ihren in ihre Stätt und Länder zu einanderen ſicher Leibs und Guts mit Kauffen und Verkauffen und anderen gerreuwen und unſchädlichen Geſchäfften aufrecht / ehebarlich und redlich wandlen ſollen und mögen / von jeder Paethey in ſämlichen Fug ungehindert / und in allewey getreulich und ungefähelich. ANNO 1474.

4. Und ob des genandten unſers Oheims Hertzogs Sigmunds von Oeſterreich Zugehöigen zu obgenander gemeiner Eydgnoßſchafft / oder dieſe und ihee Zugewandten zu dem jetzt genandten unſeren Oheim Hertzogen Sigmunden von Oeſterreich und ſeinen zugehörigen Zuſpruch hetten / oder ferner gewinnen / darum die Partheyen gürlich nicht betragen möchteen werden: Daß dee Kläger ſein Wieder-Parthey zu Recht und Austrag erforderen ſoll für den Biſchoff von Conſtanz / oder die Stadt daſelbſt / oder für den Biſchoff von Baſel / oder die Stadt daſelbſt / und daß dannechſte die angeſprochene Parthey den Kläger inner 3. Monathen friſt nach ſeiner Erfoederung Rechts Statt thun ſoll / alſo / daß Klag und Antwort / Red und Wiederred / und Rechts-Sach in ſolcher Zeit beſchehen ſeye ohne längeren Verzug / und des ſoll der antwortende Theil / ob er darinen ſäumig wurd / daezu gehalten und gezwungen werden / bey foechtlicher pœn Leibs und Guts.

5. Und doch da die Speen antreffend Erbfähl / gelegne Güther und Kleinfüge gelrſchulden / daß ſolche Anſprachen berächtiget werden ſollen in den genandten Gerichten / darinnen der Erbfahl und Güter gelegen / und ſolche Schüldner geſeſſen ſind / u. was an den obgenanten Enden einen geſprochen wird / daß dabey auch bende Theil allweg ohne Verziehen / Weigern u. appellkeen bleiben ſollen / und ob daſſelb um jetz berührte Anſpeachen jemand von einweder er Parthey rechtlos gehalten wird / daß der nach ſolchem Rathsſpruch in einem Menath ungefehrlich an der vorgeſchriebenen Rähten einen ſein Recht ſuchen möcht / wie das darvor geſcheiben ſteht.

6. Und ob hinfürder obgenant unſer Oheim Hertzog Sigmund von Oeſterreich zu den vorgeſagten Stätten und Länderen gemeinlich oder ſonderlichen Zuſpruch oder Stös gewinnen / daß er ſie dann auf zu der abgenanten vier Rechten einen zu Recht und Auſtrag / wie das darvor begriffen iſt / fürfordern mag / als das die auch allbar rechtlich vollender weeden ſollen. Und zu gleicher Weis und in dem Fug ob gemein Eydgnoſſen oder ſonderlichen ein Ort / oder ihre Zugewandten zu unſerm Oheim Hertzog Sigmunden von Oeſterreich Zuſpruch gewinnen würden / daß die in vorgeſchriebner Weis mit recht auch fürgenohmen / und die alſo berächtiget werden / und zu End und Auſtrag kommen ſollen.

7. Und umb deßwillen / daß die verwillkürten Richter im Auſtrag beſtimt / in Beladung ſolcher ſpänigen Handlung / in ihren Sprüchen und Übungen deſto treyer ſeind / ſo ſollen allwegen die ſpanigen Partheyen im Eingang des rechtlichen Auſtrags ſich gegen demſelben gnommen Richter ſchrifftlich verbinden / von ſolchee Sprüche wegen dieſelben Richter darumm nicht zu fehden oder ihnen des in einigeu aegen Willen oder Unfug zu zumeſſen.

8. Und ob unſer Oheim Hertzog Sigmund von Oeſterreich in ſeinen Geſchäfften der Eydgnoſſchafft vorgenandt Hilff nothdürfftig würde ſein / daß ſie

ihme

ANNO 1474. ihme die thun wollen / wo ihnen das Ehren halb gebührlich sein mag: Auf ein Sold / wie die Eydgnossen sollich Sold in ihren eignen Geschäfften geben / getreuwlich und ungefährlich. Deßgleichen ob die Eydgnosschafft vorgenandt unsers Oheimbs Hertzogs Sigmunds Hilff zu ihren Geschäfften nothurfftig würden / daß er ihnen auch das thun soll / wo ihme das Ehren halb gebührlich sein mag / auf ihren Sold / wie derselb unser Oheim solchen Sold gebt in seinen eignen Geschäfften getreulich und ungefährlich.

9. Und daß auch die vorgenandten Eydgnossen unseren Oheim Hertzog Sigmunden von Oesterreich überantworten sollen alle Brief / Urkahr / Bücher / Register und Scheiffren / so sie inhabend / und der Herschafft Oesterreich zustossend / und so sie einerley Brief / Bücher oder Schrifften iemands anderen übergeben hetten / das sollen sie ihme auch öffen gereulich und ohn alle Gefehrd ausgescheidt die Brief / Rödel oder Schrifften / so die inhablichen Land / Stätt und Schlösser der Eydgenosschafft besagend.

10. Und daß auch beyde Partheyen bey allen ihren Landen / Schlos / Stätt / Dörffer und Märckten / so sie in vergangenen Zeiten zu ihren Handen erobert einbracht haben / bleiben sollen / nun und hienach / unangesprochen und unbekümmert.

11. Und daß auch entweder Parthey noch ihr Zugehörigen und Mithaffren die andere Parthey und ihre Mithafften durch ihre Stätt / Schloß noch Landt keines wegs bekriegen / beschädigen / fehden oder in einiger Waiß an Leib oder Guth bekümmern lassen soll.

12. Und daß auch entweder Parthey für der andern die seinen in Bündnüß / Bürg-Recht / Land-Recht / Schutz und Schirm / noch versprechen annemmen soll / dem andern Theil zu Schaden und Aufruhr / es wäre dann / daß iemand hinder den andern mit seinem Hausheblichen Sitze ziehen wolt / den Gerichten / darin dann ein jeder seines Sitzes halber von alters her gehört hat / unverdingt.

13. Und ob darüber entweder Parthey oder die ihren durch der anderen Parthey Stätt und Länder bekrieget und beschädiget wird / daß dann von stund an die Parthey / da das beschehen were / zu dem greiffen / und von ihm Nachricht förderlich richten lassen soll.

14. Und daß auch kein Theil dem andern sein Feind oder Beschädiger wissentlich mit Hansen / Hofen / Essen / Trincken noch kein Underschub oder Hilff thun / auch das niemand gestatten soll in kein Weis getreulich und ohngefährlich.

15. Und daß auch unser Oheim Hertzog Sigmund obgenandt die Breicht zu Waltshut besteben / die von Schaffhausen / die von Phillach und Bilgery / von Handorff berühreud / vollziehen / und was ihm darin die Eydgnossen gehelffen und gerathen können / das von ihnen mit Treuwen geschehen soll.

16. Und daß auch von dweederer Parthey und den ihren auf die Wider-Parthey und die Ihren kein neu Zoll oder ander Beschwert gelegt werden soll / und sonder das bleiben zu lassen gegen ein andeeen / wie die von alters her genommen und gegeben worden sind.

17. Und daß von der Lähen wegen beredt ist / daß unsee Oheim Hertzog Sigmund bey seinee Lähenschafft bleiben soll / ausgesonderet die Lähen / die eroberten Land / und in den ausgelösten Pfandschafften / und das ietz zu X. Jahren von unserm Oheim Hertzog Sigmundem und den seinen solcher Bericht ihren Räthen und Zugehörigen verkunde werden wissen zu haben / und die vollziehen / und hinwiederum den der Eydgnosschafft und den ihren in zu X. Jahren auch geschehen soll.

18. Und sonder das auch Mannspersohnen in den Stätten / Rheinfelden / Seckingen / Lauffenburg und Waldtshut mit denen auff dem Schwartzwald und denen / so zu der Herrschafft Rheinfelden gehören / Eyd zu GOtt und den Heil. schweren sollen / daß sie und ihr Nachkommen dis Richtung getreulich gehalten wollend und in vorgegangenen X. Jahren solchen Eyd von ihnen / so das erfordert wird / beschehen und gethan werden. ANNO 1474.

19. Und sollen auch die genandten Eyd-Gnossen nun u. heinach Gesinnung haben / derselben vier Stätten und Schlossen zu allen ihren Nöthen.

20. Und wäre daß diß freundlich Bericht durch unseren Oheim Hertzog Sigmunden nit gehalten wurd / so soll darum nit Fede / Aufruht und Krieg fürgenommen / sondern dieselbe brüchige Parthey darum zu Austrag fürgefordert werden / nach Laut des Anstrags / der obvermeldet ist / und demselben Austrag auch dieselbe Parthey Statt thun soll bey den gelobden Eyden und Siegiln dieser Bericht.

21. Were aber / daß durch unsers Oheimbs Hertzogs Sigmunds Räth / Diener u. die ihme zu versprechen stahn / oder hinwiederum durch die Eyd-Gnoßschafft im Statt / Landt / Ort oder sonderlich Personen zu der Eyd-Gnossschafft verwandt wiedee diesen Bericht beschehe / und darumb nach laut des Anstrags obgemeldt nit fürkommen oder demselben Austrag nit statt thun wolte / so soll auff Ermahnung des Theils / an dem die Richtung nit gehalten were / dieselbe ungehorsamme Parthey darzu gehalten werden / das zu vollziehen.

22. Und daß auch darauff alles das / so sich in Kriegs-oder ander Weise zwischen unseren obgenanten Oheim Hertzog Sigmund von Oesterreich / und seinen Vorfahren / und dee Eyd-Gnossschafft und ihren Vordern und allen ihren Zugehörigen und Mitzugewandten / mit Auffgebung dis Briefs gemacht / vergangen und verlossen hat / darin keinerley ausgescheiden / ausgesondert noch hindan gesetzt / beständlich und vestiglich bericht / betragen und verämt seyn / und daß auch den stracks von beyden Partheyen und Zugehörigen / auch Zugewandten nachgegangen werden soll ohne Emtrag / und wie das diese Richtung begreifft und weist / bey unsers Oheims Hertzogs Sigmunds von Oesterreich Würden und Ehren / und bey den Eyden / so die Eyd-Gnoßschafft ihren Stätten und Ländern geschworen hand.

23. Zu einer ewig Beständnüß solcher Bericht / und dem Allmächtigen GOTT zu Lob / und solchem Bericht zu vesten immerwehrenden Urkund / daß dero / wie vorsteht / also von beiden obgenannten Partheyen und ihren Zugewandten und Zugehörigen nachgangen werd; So haben wir obgenannter König unser Königl. Majestt. Insigel offentlich lassen hencken an dieser Brieffen zween gleich / und jedwedrem Theil des einen geben.

24. Wir obbenannter Sigmund Hertzog zu Oesterreich / zu Steyr ꝛc ꝛc. Und die vorgenannten Eyd-Gnossen / Stätt und Länder Zürich / Bern / Lucern / Ury / Schwitz / Unterwalden / Zug / und Glarus bekennen und verjahen der obgeschriebenen Richtung und alles des / so darvor von uns geschrieben steht. Und wellen wir obgenannter Hertzog Sigmund für uns und unsere Erben / die unser Zugehörigen und Zugewandten / darbey stracks bleiben / und dem seinen Inhalt nachgehn: Wie Hertzog Sigmund bey unserer Fürstlichen Würden und Ehren / und wir ehegenannten Eyd-Gnossen bey dehnen Eyden / die wir unsern Stätten und Ländeen geschworen hand; Wte das darvor auch geschrieben stehet. Und des zu wahrer gutter Bezeugnüs / so haben Wir Hertzog Sigmund unser Insiegel und wir vorgenanten Eyd-Gnossen / Stätt und Länder unsere Insigel auch offentlich lassen hencken an die vorgmante Brieff / zween gleichlautend / gegeben und beschehn in unsee Statt Senlis den 11. Jun. 1474.

ANNO 1474. 20. Junii.

CCCXXXI.

Appunctuamenta seu Conventiones inter Legatos EDUARDI IV. *Regis Angliæ & Deputatos* HANZÆ TEUTONICÆ *super litibus & querelis pacificandis, Trajecti initæ, & a dicto Rege confirmatæ. Apud Westmonasterium 20. die Julii 1474.* · [RYMER, Fœdera, Conventiones, &c. Tom XI. pag. 793. d'où l'on a tiré cette Pièce, quoi qu'elle soit miserée cidessus pag 268. &c. a cause de quelques differences considerables qu'il y a entre ces deux Copies.]

REX universis & singulis, præsentia visuris seu audituris, salutem & fidem eisdem indubiam adhibere. Cùm dudum (mense, videlicet, Februarii ultimò præterito) dilecti & fideles nostri, *Wilhelmus Hattecliff* Secretarius, *Johannes Russell* Decretorum Doctor Archidiaconus Berkshire in Ecclesia Sarisburiensi, *Willielmus Rosse* Vitellarius Villæ nostræ Calesii, Oratores, Commissarii, Procuratores, Nuncii & Deputati nostri, in Civitate Trajectensi comparuissent, tùncque & ibidem cum Spectabilibus & Circumspectis Viris, Domino *Johanne Osthusen* utriusque Juris Doctore, & *Johanne Bersenbrugge*, Secretariis Lubicen. *Henrico Murmester*, Legum Doctore Proconsule Hamburgensi, ac *Bernardo Powese* Consule de Dantsirk, *Communitatum, Civitatum & Opidorum Hanseæ Teutonicæ* Oratoribus, Nunciis, Procuratoribus, unà cum aliis sibi adjunctis particularium Civitatum, Communium, Opidorum & Burgorum, Hanseæ Teutonicæ Oratoribus infra nominatis, de modis, viis & formis, quibus differentiæ, lites, Guerræ, Injuriæ & discordiæ, inter homines Partium prædictarum motæ & pendentes, finaliter pacificari, aboleri, omnesque & singuli homines utriusque Partis prædictæ ad priltinam, amicabilem & mutuam communicationem & conversationem liberúmque intercursum mercandisandi restitui & reduci possent, abundè & cum matura deliberatione communicâssent & trâctassent,

Ipsi tandem, cum Oratoribus Hanseæ supradictæ, appunctuârunt, convenerunt, concordârunt & concluserunt, vice & nomine nostris, in omnibus & per omnia, prout in eorum Literis, tenore subsequemi desuper expeditis, plenissimè continetur.

UNIVERSIS ET SINGULIS, PRÆSENTIUM SERIEM INSPECTURIS NOS,

Willielmus Hattecliff Excellentissimi & Potentissimi Principis Domini EDWARDI, Dei gratiâ, *Regis Angliæ & Franciæ, & Domini Hiberniæ* Secretarius, *Johannes Russell* Decretorum Doctor Archidiaconus Barkshire in Ecclesia Sarisburiensi, ac *Willielmus Rosse* Vitellarius Villæ Calesii, Oratores, Commissârii, & Procuratores ejusdem Domini Regis, ex unâ,

Ac *Johannes Osthusen* utriusque Juris Doctor, & *Johannes Bersenbrugge*, Secretarii Lubicenses, *Henricus Murmester* Legum Doctor, Procosul Hamburgensis, ac *Bernhardus Powest* Consul de Dantsirke, cum aliis adjunctis (videlicet) Spectabilibus & Circumspectis Dominis, Oratoribus, *Cristoforo Hinpstebergh* Proconsule Temomensi, *Henrico Remsunk* Consule Menasteriensi, Magistro *Johanne Marquardi*, & *Johanni Borsen*, Proconsulibus, ac Magistro *Stephano Terwerd* Secretario Davatriensi, Magistro *Tidemanno de Veen*, & *Henrico Kuemetorff*, Proconsulibus, & Magistro *Jacobo Bundop* Secretario Campen, *Johanne Darkop* Aldermanno, & Magistro *Gerardo Bruns* Secretario Mercatorum Hanseæ in Bruggys, necnon Magistro *Hermanno Wammaten*, Secretario Mercatorum Hanseæ in Londonia, Communium, Civitatum & Oppidorum Hanseæ Teutonicæ Oratores, Procuratores & Nuncii, ex altera partibus,

Per Literas Superiorum nostrorum, quarum tenores de verbo ad verbum inferius inseruntur, ad infrascripta auctorisati & commissi,

NOTUM FACIMUS quòd, post nonnullos Tractatus, per certos Angliæ & Hanseæ Oratores in hac Civitate Trajectensi, Mensibus Julii & Septembris ultimò effluxis, de & super quamplurimis differentiis, litibus, Guerris, Injuriis, Discordiis, inter homines Partium prædictarum motis & pendentibus, indiscussis, habitos atque factos, tandem, comparentibus Nobis, instanti mense Februarii, in dicta Civitate Trajectensi, post maturam & plenam deliberationem, super omnibus hincinde propositis habitam & observatam, inspirante Pacis auctore, pro pacificandis & abolendis differentiis, litibus, Guerris, Inimicitiis, & discordiis hujusmodi, atque pro reducendo & restituendo omnes & singulos Homines utriusque Partis prædictæ ad pristinam, amicabilem & mutuam communicationem & conversationem liberúmque intercursum mercandisandi, appunctuatum, conventum, concordarum & conclusum est inter Nos, vice, auctoritate & nominibus Superiorum nostrorum, pro se suisque Successoribus & Subditis universis & singulis præsentibus & futuris, in modum subsequentibus & subscriptis Articulis comprehensum,

ANNO 1474.

In primis, appunctuatum, conventum, concordatum, & conclusum existit quòd, ab hac die imperpetuum, inter Serenissimum *Regem Angliæ* suósque Hæredes & Successores ipsius, & eorum Ligeos atque Subditos, ex una, atque *Communitates & Homines de Hansa Teutonica* præsentes & futuros, ex altera partibus, cessabunt de cætero & penitus conquiescent ac finaliter exterminabuntur omnes bellorum motus, hostilitates atque inimicitiæ ubique, per Terram, Mare, & in aquis duleibus, ita quòd Homines utriusque Partis omnes & singuli possint & debeant liberè, tutè, & securè, ubique locorum, intimul aut separatim, ad eorum beneplacitum, ire, redire, navigare, morari & conversari, absque eo quòd una Pars super alterum aliquod dampnum, gravamen, seu molestiam, per captiones Personarum, navium, mercium, bonorum, seu terum quarumcúmque, faciat seu attemptet facere quovis modo.

Item, appunctuatum, conventum, concordarum, & conclusum existit quòd, futuris perpetuis temporibus, cessabunt inter Partes prædictas earum Subditos & Successores universos omnes Lites, Quæstiones, & Actiones, inter easdem Partes, & earum Successores, occasione & causâ Injuriarum, Litium, Discordiarum, Guerrarum, Captiouum, Personarum, Navium, Mercium, seu rerum quarumcúmque, sive in Mari publico, sive in Portubus Maris aut quibuscúmque tempore, hincinde exortæ, imentatæ, seu intentandæ, etiam per viam Represaliarum aut aliter, coram quocumque Judice aut quibuscúmque Judicibus in Regno Angliæ, aut alibi iustitutæ seu instituendæ; ita quòd omnes Processus, in quocumque Statu fuerit, jam pendens, in Anglia aut alibi, coram quocumque Judice aut quibuscúmque Judicibus, in Curiis aut Consiliis quorumcúmque Principum aut Dominorum, inter Anglicos & Personas sive loca quæcumque Hanseæ supradictæ, & præsettim inter quosdam Anglicos & Oppidum Campense, in Magno Concilio Domini *Ducis Burgundiæ &c.* Necnon arrestationes, & exinde subsequentæ promissiones, obligationes, & cautiones quæcumque, virtute quarumcúmque Literarum repritaliarum, sive arrestationis factæ, cessent, sint abolitæ, & penitùs conquiescant; nec alicui, cujuscumque Nationis existat, permittetur, in Regno Angliæ aut alibi, per viam repritaliarum, aliásve vias, contra Subditos unius aut alterius Partis procedere, ex eo forsan quod sibi Naves aut Bona, tempore aliquo præterito, ablata aut aliàs Injuriæ illatæ sint; adeò quòd benè licebit tâm Anglicis quam Hominibus Hanseæ prædictæ Naves & alia Bona, usque in hunc diem taliter capta, in Regnum Angliæ & alia Dominia Serenissimi Domini Regis atque alibi ubicúmque libuerint securè & liberè adducere, & ab hinc educere, ac pro libito suo vendere, destribuere, & alienare, absque eo quod primi Domini proprietarii aut possessores eorumdem ipsa vendicare aut recuperare valeant; quódque exercitores, Capitanei Navium, eorum familiares, servitores, & alii quicumque, uni aut alteri Partium prædictarum tempore hujusmodi Guerrarum Adhærentes, cum universis rebus, ejusdem discensionis occasione captis, nullo modo per unam aut alteram Partem, in quacúmque etiam Regione fuerint, ex causis prædictis arrestentur, turbentur, molestentur, aut quomodolibet iuquietentur.

Item, appunctuatum, conventum, concordatum, & conclusum existit quòd, ad majorem securitatem hominum Hanzæ prædictæ, providebitur eis & eorum successoribus, per Literas Domini *Regis Angliæ* validas & efficaces, & per Actum Parliamenti, nè ipsi aut eorum aliquis graventur, onerentur, seu impediantur in futurum, in eorum Personis, Navibus, bonis, mercibus, sive rebus, occasione alienjus Sententiæ latæ, aut Judicii redditi, repritaliarúmve conceptarum & indultarum per dictum Dominum Regem & suum Concilium, in & adversus Nationem seu Personas *eiusdem Hanzæ* quandocumque ante præsentem diem; ita quòd ab ulteriori executione Seutentiæ & Judicii hujusmodi

super

ANNO 1474. superſederi debet omninò; quòdque ſimpliciter & omninò omnes & ſingulæ promiſſiones, obligationes, & hujuſſiones, prætextu hujusmodi ſententiæ aut Literarum repriſaliarum, a mercatoribus Hanzæ, tunc in Anglia exiſtentibus, factæ, ſint ſublatæ, & iidem mercatores per Regiam celſitudinem ab eisdem ſimpliciter abſoluti.

Item, appunctuatum, convenrum, concordatum & concluſum eſt, inter Oratores prædictos, quòd omnes & ſinguli mercatores, & alii Subditi & Ligei Domini *Regis Angliæ* pro tempore exiſtentes, cujuscúmque ſtatûs fuerint, poterunt & poſſunt, totiens quotiens eis libuerit & placuerit, ſalvò & ſecurè *Terram Pruciæ* & alia *Loca Hanzæ* intrare, ibidem morari & converſari, exire & redire, emere & vendere, cum quibuscúmque Perſonis, ita & in eo modo ac adeò liberè, ſicut umquam ante hæc tempora emere & vendere, intrare & exire potuerunt & conſueverunt; ſoluris cuſtumis & deveriis, de Mercandilis ſuis debitis & conſuetis; quodque omnes & ſinguli mercatores, & alii Subditi, & Ligei Domini *Regis Angliæ* hujusmodi, in Terra Pruciæ & aliis Locis Hanzæ, omnibus & ſingulis illis Libertatibus & liberis Conſuetudinibus uti plenè debeant & gaudere, quibus unquam aliquo tempore ſationabiliter uſi ſunt & gaviſi: Nullæque Priſæ, exactiones novæ, ſeu præſtationes aliquæ ſuper eorum Perſonas vel bona imponentur, aliter vel alio modo quàm ante decem, viginti, triginta, quadraginta, quinquaginta, ymò & centum Annos & ultra impoſitæ ſunt vel fuerunt: Simili modo quòd, verſâ vice, omnes & ſinguli *Mercatores & Homines de Hanza prædicta*, præſentes & futuri, cujuscúmque ſtatûs fuerint, poterunt & poſſunt, totiens quotiens eis libuerit & placuerit, *Terram Angliæ* & poteſtatem & Dominia Sereniſſimi Domini Regis intrare, ibidem morari & converſari, exire & redire, ſalvò & ſecurè emere & vendere, ſecundum formam & tenorem Cartarum Privilegiorum eis ſeu eorum prædeceſſoribus indultorum; ſoluris tamen Cuſtumis & aliis deveriis indè debitis, ſecundum eorumdem Privilegiorum vim, formam & effectum: Quodque iidem omnes & ſinguli mercatores & homines de Hanza prædicta, præſentes & futuri, quibuscúmque Privilegiis & Libertatibus, ipſis aut eorum anteceſſoribus per Reges Angliæ indultis & conceſſis, uti plenè debeant & gaudere, prout unquam ante hæc tempora eis rationabiliter uſi ſunt & gaviſi: Nullæque Priſæ, præſtationes, exactiones novæ, aut aliqua ſubſidia ſuper eorum Perſonas vel bona imponantur, ultra vim atque formam Privilegiorum eis ut præmittitur concedurum.

Et, ad omnem dubium, quod in præmiſſis ſeu circa ea poſſent oriri, removendum,

Nè, videlicet, occaſione Guerrarum & turbationum jam nuper contingentium, prærendi valeat tàm memorata Privilegia Hanzæ in Regno & Dominiis *Regis Angliæ*, quàm Libertates & liberas Conſuetudines Anglicorum ſupradictas in *Terra Pruciæ* & aliis *Locis Hanzæ*, tanquam forisfacta ſeu confiscata viribus vacuari, ſeu minoris roboris eſſe aut momenti,

Concluſum eſt quòd providebitur tàm dictis *Mercatoribus & Hominibus de Hanza*, præſentibus & futuris, per Literas auctenticas & patentes Domini Regis & per Actum Parliamenti, quàm Subditis & Ligeis *Coronæ Angliæ* præſentibus & futuris per Decreta & Literas auctenticas, nomine & auctoritate totius Hanzæ, ſub Sigillo Civitatis Lubicenſis, prout moris eſt, valîdas & efficaces, de & ſuper confirmatione & innovatione omnium & ſingulorum Privilegiorum, Libertatum & liberarum Conſuetudinum prædictarum, ad finem & effectum ut ambæ Partes ſuis hujusmodi Privilegiis, Libertatibus & liberis Conſuetudinibus, uri & gaudere de cætero poſſint, ſicut uſi & gaviſi ſunt ſeu uti & gaudere debuiſſent, ſi Guerræ & Turbationes hujusmodi non contigiſſent: Et, cùm de termino Moaarr, qui perlæpe in præſentibus continetur, ante hac discentio orta eſt, concordatum eſt quòd nichil aliud in ejus ſignificatione contineat quàm aliquamdiu in aliqno Loco perſeverare, non ut Civis aut Incola.

Item, appunctuatum, conventum, concordatum & concluſum eſt, quòd in cauſis & querelis, movendis *infra Regnum Angliæ* adverſus *Mercatores & Homines Hanzæ* prædictæ, vel ab eis, ubi agitur de Contractu vel quaſi, aut delicto vel quaſi, qui vel quod prætendirur initus ſeu factus inirum ſeu factum, extra Corpus cujuscúmque Comitatûs Regni Angliæ deputabuntur auctoritate Regiâ dno vel plures Judices, juxta quod rei qualitas videbitur exigere, coram quibus & per quos hujusmodi cauſæ ſive querelæ, levato volo, ac ſine ſtrepitu & figura Judicii, citiùs & compendioſiùs quo fieri poterit, audiri debeant & terminari; li, videlicet, hoc ipſum petatur & requiratur a Mercatoribus aut Hominibus ſupradictis, per quos contigerit actionem hujusmodi moveri vel attemptari: Et quod eo caſu nullus Mercator vel Nauta de Hanſa judicium Admirallitatis ſubire teneatur, nec ad hoc artetur quomodolibet in futurum: Et quod fiant prohibitiones Regiæ Admirallo, & ejus Officialibus, ac alii vel aliis quibuscúmque Judici vel Judicibus, prout opus erit, nè ſe de vel in hujusmodi cautis ſeu querelis intromittant vel interponant Partes ſuas quoqno modo; contrimili proviſione obſervanda Subditis *Regis Angliæ* in *Terris Hanzæ* & eorum diſtrictibus quibuscúmque.

ANNO 1474. Item, appunctuarum, conventum, concordatum, & concluſum eſt quòd, confirmatis ſive innovatis Cartis Privilegiorum & Conceſſionum, omnibus & ſingulis memoratis Dominiis Rex expediet per Cancellarium ſium Literas, Brevia, & Mandata Edictaque & Proclamationes publicas ad omnes & ſingulos Portus atque Loca regni Angliæ de quibus videbitur expedire, ad finem ut dicta Privilegia ipſis Mercatoribus, juxta eorum vim, formam, & effectum eorumdem, conſervantur, utque abuſionibus, interruptionibus, & impedimentis, olim per Officiarios Domini Regis, ut prætenditur, contra & adverſus tenores Privilegiorum hujusmodi intervenientibus atque factis, de cætero efficacius obvietur; Et quòd totiens quotiens dictus *Dominus Rex* aut ſuus Cancellarius ad hoc per Mercatores fuerit requitius.

Item, pariſonmiter appunctuatum, convenrum, concordatum, & concluſum eſt, caſu quo Civitas, Villa, vel Oppidum aliquod, vel Officialis aut Cuſtumarius, vel alius Subditus quicúmque Illuſtriſſimi *Domini Regis Mercatorem vel Nautam de Hanſa* in aliquo, contra tenorem & contenra Cartæ Privilegiorum ſuorum, gravare, onerare, arrectare, vel molestare præſumpſerit, ex tunc Dominus Cancellarius Angliæ pro tempore opportuna Brevia concedet & dabit congrua Mandata ad illum vel illos ſic gravantem vel gravantes, ut a talibus gneribus, gravaminibus, & molestationibus ſub pœna Officiarii & Cuſtumarii in futurum talia non tempiabunt, & quòd ab eis deſiſtent jam ceptis ſi qua fuerint.

Item, appunctuatum, conventum, concordatum, & concluſum eſt quòd Sereniſſimus *Rex Angliæ*, ad uberiorem ſatisfactionem & recompenſam omnium & ſingulorum dampnorum, injuriarum, & contumeliarum, de quibus per Subditos Coronæ *Hominibus Hanſæ* factis & perpetratis multipliciter querelatum eſt, præter & ultra alias recompenſas quascúmque concordatas & adviſatas, certas domos & manſiones, eis & eorum ſucceſſoribus imperpetuum poſſidendas & habendas, appropriabit ſen appropriari faciet; videlicet, quandam Curiam Londoniæ ſitam vocatam *Staelhoeff* aliàs *Stylgerd*, cum eidem adhærentibus ædificiis, & ejusdem univerſis Juribus, usque ad Guildehaldam Theutonicorum inclusivè ſe extendentem: *Item*, in Villa de Boſton Curiam de *Staelhoeff*, aliàs dictam *Stherd*: Et quòd in Villa de Lenna una domus conſimilis pro uſu & utilitare dictorum *Mercatorum Hanzæ* juxta aquas ordinetur, ac ſimiliter per eundem Dominum Regem eis & eorum ſucceſſoribus imperpetuum poſſidenda approprietur: Proviſo quòd onera perpetua, prædictæ domui (videlicet, *Staelhoeff*) cum ſibi adhærentibus, petitis in Londonia ex antiquis fundationibus, ſeu Chrilti Fidelium ultimis voluntatibus, ad exhibitionem Perſonarum Eccleſiaſticarum, ſeu ad alios pios uſus annexa & incumbentia, per dictos Mercatores & eorum Succeſſores agnoscantur, ſupportentur, & perimpleantur in omnibus & per omnia, prout proprietarii earumdem modemi ipſa onera agnoscere, ſupportare, & perimplere tenentur; ac proviſo, per Literas Regias, quòd *Mercatoribus Hanſæ prædictæ* & eorum ſucceſſoribus licebit ſupradictas domos & manſiones regere & gubernare, antiqua earumdem tigna ſubmövere & nova injungere, ipſásque domos & manſiones, cum univerſis earum ædificiis, in toto vel in parte ſimpliciter tollere, & alia pro ſua voluntate reædificare, cum pleniſſima poteſtate utendi & fruendi ad libitum ſuæ voluntatis, absque alicnjus novæ præſtationis, ultra præmiſſa, vel alterius cujuscúmque oneris impoſitione, cumque Renunciatione & Ceſſione perpetuâ & irrevocabili eorum, ad quos ipſæ manſiones & domus pertinebant; omnibus & ſingulis Statutis & Conſuetudinibus Regni Angliæ, cæterisque univerſis exceptionibus tàm Juris quàm facti, & dolo & fraude,

ANNO 1474. quantum ad præmissa, penitùs semotis & cessantibus, aliisque non obstantibus quibuscúmque.

Item, appunctuatum, conventum, concordatum, & concluſum eſt quòd, in ſatisfactionem omnium & ſingulorum dampnorum, Mercatoribus & aliis Hominibus *Hanſæ* quibuscúmque ab *Anglicis* usque in præſentem diem illatorum, ac pro omnibus & ſingulis odiis & displicentiis de animis Hominum ipſius *Hanſæ* adverſus Subditos Coronæ *Angliæ* extirpandis & abolendis, idem Dominus *Rex*, de ſua gratia & munificentia ſua Regia, largietur *Civitatibus Hanzæ*, ultra domos & manſiones antedictas, certam notabilem ſummam, Pecuniæ Sterlingorum, quorum ſolutionem conſequi debent proximis futuris continuis annis ex omnibus & ſingulis Cuſtumis, ad Regem pertinentibus, de ipſorum mercibus licitis & non prohibitis, quas in idem Regnum adduci ſeu ab eodem Regno educi contigerit, eo & tali modo quòd illas Cuſtumas Mercatores Hanzæ Londoniæ reſidentes in ſolutionem præfatæ Summæ recipiant quousque ad integram ſolutionem ejus perveniant; proviſo quòd nullum, qui non ſit de eorum Guilda vel Societate, eoque ipſius bona advocent vel colorant aliqno modo.

Quam quidem Summam, licet olim ad *Quindecim Milia Librarum* taxatam, attento quod per Oratores Angliæ, ad inſtantiam Oratorum Hanſæ, jam concordatum exiſtit quòd Dominus *Rex Angliæ*, ſui hæredes & ſucceſſores, omnes & ſingulos *Mercatores & Homines Hanſæ* manutenebunt & ſervabunt indempnes, erga quoscúmque Subditos ſuos, ab omni actione, quæſtione, & lite, quæ occaſione Injuriarum aut eſpcionis Perſonarum, Navium mercium ſeu rerum quarumcúmque, temporibus quibuscúmque præteritis, eis aut eorum alicui adverſus ipſos de Hanſa competebat ſeu competere potuit, dicti Oratores Hanzæ moderârunt & taxârunt ad Summam *decem milium librarum Sterlingorum* dumtaxat; quarum *decem milium librarum* retentionem & ſolutionem ipſi Mercatores de eorum Cuſtumis conſequi & habere debent, annis proximò futuris ut præfertur, obligatione Regiâ in meliori & efficaciori formâ, per Literas ſuas Patentes, dictis Mercatoribus deſuper faciendâ: In quo caſu & præmiſſis benè & fideliter perimpletis, dicti *Oratores Hanzæ* fatentur & recognoſcunt, nomine totius Hanzæ, *ipſum Dominum Regem*, ſuosque Succeſſores, Subditos, & Ligeos Coronæ Angliæ, præſentes & futuros, ab omnibus & ſingulis dampnis, injuriis, ſpoliationibus, rapinis, incarcerationibus, arreſtationibus Perſonarum, bonorum, & Mercandiſarum, alienationibus, diſtributionibus, partionibúsque eorumdem, in & adverſus Mercatores & Homines Hanzæ, per Regem & Reges Angliæ, ſuosve Subditos, per viam facti, per viam Judicii & Sententiæ, ſeu executionis, aut aliter quomodocumque commiſſis ſeu attemptatis, exoneratos, abſolutos, & quietos, ipſosque & eorum quemlibet, in eventum & caſum ſupradictum, de eisdem acquietant & abſolvunt firmiter per præſentes.

Eſt inſuper, pro majori certitudine præmiſſorum, inter præfatos Oratores dictum, adviſatum, & concordatum quòd, in omnibus & ſingulis Portubus & Locis, ſub obedientia Domini *Regis Angliæ*, ubi Mercatores Hanſæ Mercandiſas ſuas adduxerint ſeu eduxerint, durante tempore quo in ſatisfactionem Summæ prædictæ Cuſtumas ſuas retinere debent ut præfertur, debeant fieri ſcripta indentata, de tempore in tempus, inter Officiarios Domini Regis, ſive ſint Cuſtumarii ſive alii, per Regem ad id deputandos ex una parte, & Mercatorem ſeu Mercatores *Hanzæ* ex altera parte, ad finem ut *Dominus Rex* poſſit, de Anno in Annum, ſuper Summa antedicta, & quantum de eadem ſolvenda reſtiterit, certificari ut eſt juſtum.

Item, appunctuatum, conventum, concordatum, & concluſum eſt quòd, ante omnia, *Rex præfatus* dictis Mercatoribus ſolutionem faciet *quadringentarum octuaginta quatuor Librarum Sterlingorum*, quæ dictos Mercatores, excluſis Colouienſibus, pro ratâ ſuâ contingunt, quas ſuæ Majeſtati uoviſſimè in Angliæ carceribus maneipati mutuo amicabili conceſſerunt, vel ſaltem eosdem aſſecuret de modo & formâ ſolutionis hujusmodi faciendæ, ſi & in quantum conſtiterit Pecuniam hujusmodi mutuatam & non ſolutam.

Item, appunctuatum, conventum, concordatum, & concluſum eſt quòd, ſi quæ Civitatum, Communitatum, aut Perſonarum quarumcúmque Conſœderationis *Hanzæ Theutonicæ*, per aliarum Civitatum & Communitatum ejusdem Hanzæ Oratores, & cauſis eos movenribus, a cæteris Civitatibus & Locis Hanſam facicotibus ſeparata aut dimembrata exiſtat, aut futuris ullis temporibus ſeparetur aut dimembretur, aut quæ earumdem ſuâ ſponte ſeipſam ſepararet & dimembret, Dominus Rex Angliæ, ad certificationem & requiſitionem Oratorum earumdem Civitatum & Communitatum Hanzæ, hujusmodi, ſtatim ſine ulteriore cauſæ cognitione, totiens quotiens ipſam fieri contigerit, reputabit Civitates, Communitates, aut Perſonas, ſic ſibi certificatas, tanquam alienigenas & Forenſes, nulloque Privilegio muniras quoad Regnum ſuum Angliæ, nec eisdem nova majora aut ſimilia Hanzæ Privilegia dabit, aut talibus in Regno Angliæ gaudere permittet, donec per Literas *Oratorum Hanzæ* de Civitatum, Communitatum, aut Perſonarum hujusmodi reunione & reconſiliatione certioratus fuerit. ANNO 1474.

Item, appunctuatum, couventum, concordatum, & concluſum eſt quòd Civitas Londoniæ acceptare debebit quoscúmque Tractatus, Compacta, & Obligationes inter eundem *Dominum Regem* & Civitates & Oratores Hanzæ intervenientes atque factos absque contradictione perpetuis temporibus obſervandos, neconon ſub ejusdem Civitatis auctentico, & ad hujusmodi ſufficienti ſigillo & Literis Patentibus, omnes & ſingulas compoſitiones & Contractus antiquos, ac per eorum Conſilium pro Mercatoribus Hanſæ quascúmque latas Sententias renovare & reaſſumere, ſupradictos Mercatores illis omnibus, & aliis quibuscúmque ſuis Libertatibus, & antiquis Conſuetudinibus, quatenus per *Dominum Regem* modernum, Auctoritate Patliamenti ſui aut aliter, quomodocúmque innovatæ & confirmatæ fuerint, etiam ſi aliquotiens per contrarium Actum ac aliàs interruptæ fuerint, uti & gaudere, prout ab antiquo conſueverunt permittendo; oou obſtantibus aliquibus Privilegiis ipſis Londonienſibus conceſſis, quibus uec contra præfatos Mercatores gaudera debebunt.

Item, appunctuatum, conventum, concordatum, & concluſum eſt quòd *Mercatores Hanzæ* poſſeſſionem & cuſtodiam nanciscantur cujusdam *Portæ Londoniæ*, dictæ vulgariter *Bithopisgate*, juxta omnem vim, formam, & effectum compoſitionis, inter eandem Civitatem & ipſos Mercatores quondam factæ.

Item, appunctuatum, conventum, concordatum, & concluſum eſt quòd, cùm *Mercatores Hanzæ* multipliciter ſe gravatos in Angliâ & læſos eſſe dicant in Judiciis certarum Curiarum, contra tenorem certi ſui Privilegii, iucipientis, *quod in omnibus generibus Placitorum* (*ſalvo caſu Crimuis* pro quo infligenda ſit pœna mortis &c.) *Dominus Rex* providebit quòd non aliter debeant convenirì neque trahi ad Judicia, quàm juxta vim, formam, & effectum Privilegii antedicti.

Item, appunctuatum, conventum, concordatum, & conclufum eſt quòd, ad finem ut occurratur pluribus fraudibus, quibus *Mercatores Hanſæ* occaſione Ponderationis & Stateræ ſe dampnificatos couqueruntur, contra certi ſui Privilegii tenorem ſequentem (videlicet) *quòd ante Ponderationem Statera in præſentia emptoris vacua videatur, & extunc Ponderator ponderet in æquali, & cùm Stateram poſuerit in æquali ſtatum ammoveat manus, ita quòd remaneat in æquali, &c. Dominus Rex* mandabit hiis, qui Officium Ponderationis hujusmodi ex donatione ſua uunc habent, ſub pœna amiſſionis & forisfacturæ Officii hujusmodi, quòd Officium ipſum indifferenter juſtè & fideliter exequantur; Quòd ſi, poſt moniones legittimas, in ea parte culpabiles iuventi fuerint, *Dominus Rex*, pro quiete *Mercatorum Hanzæ*, ant providebit eis de ſingulari Ponderatore, aut de alio remedio convenienti & rationabili de quo debebunt meritò eſſe contenti; proviſo quòd ligna Stateræ ultra longitudiuem Pedis extendatur; hiis, quæ de Officio Ponderatoris jam dicta ſunt, ad Officium Menſuratoris Pannorum Lineorum extenſis per omnia & de eodem pariformiter intellectis.

Item, appunctuatum, couventum, concordatum, & concluſum eſt quòd *Dominus Rex*, de tempore in tempus, providebit contra certum gravamen, quo plurimùm gravantur per Cuſtumarios dicti Mercatores, tatione mercium ſuarum advenientium in Angliam, quas Anglici ipſos Mercatores, mora protractâ occaſione ſtatuendæ Cuſtumæ, uou permittunt pro ſua Libertate commutare.

Item, appunctuatum, conventum, concordatum, & concluſum eſt quòd *Dominus Rex* providebit nè Scrutatores, qui nullum defectum reperiunt circa merces *Mercatorum Hanzæ*, aliqua faciant impedimenta quo minus ipſi Mercatores & Nautæ ſine aliquo onere cum ſuis bonis reliuquantur.

Item.

ANNO 1474. Item, appunctuatum, conventum, concordatum, & concluſum eſt quòd, providebitur nè *Mercatores Hanzæ*, a Litoribus per Terram venientes cum ſederaturis aliisque pretiosis pellibus & meteibus, graventur per Cuſtumarios aut alios quoscúmque ibidem ex parte Regis aut aliorum exiſtentes, præſertim in Civitate Cantuarienſi aut Roffenſi, aut in Villa de Graveſend, aut alibi, in apertura vaſorum in quibus hujusmodi Pelles reponi contigerit, caſu quo federaturæ & bona prædicta, poſt præſtitam Cuſtumam, ſigillata ac Warantum deſuper datum fuerint; attento quod apertura hujusmodi ſine magno præjudicio & notabili dampno fieri non poteſt.

Item, appunctuatum, conventum, concordatum, & concluſum eſt quòd, providebitur quòd Mercatores prædicti exonerabuntur a quadam exactione, vulgariter dicta *Pr nce-money* ſive *Luffkoep*, & a præſtatione quatuor denariorum, per quendam aſſertum Officiarium, vocatum *le Prikker*, ultra Cuſtumas ſolitas illos extorquentes, ſi de Jure non debeant eos habere.

Item, appunctuatum, conventum, concordatum, & concluſum eſt, quòd *Dominus Rex* faciet provisionem quòd Naves & Bona quibus onuſtantur, naufragium in Anglia qualitercúmque paſſa, ſaltem condignâ pro illis ſalvandis mercede laboris conſtituta, eis reſtituantur quibus ante naufragium pertinuerunt; dummodò aliquod vivum animal ex navi hujusmodi periclitante, ſit Homo, Canis, Gallus, Cattus, aut aliud animal, ad Terram ſalvum adveniat.

Item, appunctuatum, conventum, concordatum, & concluſum eſt, quòd providebitur, per totum Regnum Angliæ, de hiis, qui caſu fortuito, ex aliqua Navi in Pellagiis Maris præcipitati, aut aliàs intra vel extra navim, ex conflictu vel alia cauſa quacúmque vulnerati vel mortui fuerint, nè de eis aut aliis quibuscúmque cauſis, Mercatores tangentibus, Admirallus cognitionem habeat aut Jurisdictionem exerceat, nec propterea navis, merces, & bona in eadem navi exiſtentia in commiſſum cadant, neque Mercatores aliquod dampnum vel periculum patiantur aut ſuſtineant; ſed quòd, eo caſu & aliis quibuscúmque, fiat cauſæ cognitio prout ſingulari Statuto proviſum exiſtit in Parliamento *Domini Regis Ricardi ſecundi apud Weſtmonaſterium*, *Anno Regni ſui quintodecimo* edito, quod incipit, *Quod de omnibus Contractibus, Placitis, & querelis, & de omnibus aliis rebus factis ſive emergentibus, infra corpora Comitatuum tàm per Terram quàm per Aquam, ac etiam Wreccum Maris &c.*

Item, appunctuatum, conventum, concordatum, & concluſum eſt, quòd *Dominus Rex* adhibebit diligentiam pro oportuna proviſione facienda circa Pannos Laneos Angliæ, ut defectus, in eis reperti tàm in qualitate lanarum quàm in Pannorum longitudine & latitudine, poſſint reformari.

Item, appunctuatum, conventum, concordatum, & concluſum eſt, quòd providebitur per *Dominum Regem* ut, ſufficienti cautione præſtitâ de ſtando Juri per *Mercatores Hanzæ*, ex cauſis quare bonorum ſuorum arreſtationes fieri contigerit, ipſi mercanditas ſuas liberè conſequantur, ac easdem vendere próque ſuo libito diſtribuere valeant.

Item, appunctuatum, conventum, concordatum, & concluſum eſt, quòd providebitur eisdem Mercatoribus quòd vina Renenſia minutatim & ad retalliam futuris temporibus vendere valeant, prout ab antiquo ſoliti ſunt & conſueti; & quòd ad illam quotam, quam Major Civitatis Londoniæ de Sale ibidem addúcto capere conſuevit, dicti Mercatores & ſui ſucceſſores debent ab eadem imperpetuum exonerari.

Item, appunctuatum, conventum, concordatum, & concluſum eſt, quòd per dicta appunctuata, conventa, concordata, & concluſa nullæ obligationes, quæ a Domino *Rege Angliæ*, aut ſuis Prædeceſſoribus, Mercatoribus, aliisve aut particularibus perſonis, erga *Civitates Hanzæ*, ac earum perſonas, etiam ſi Jure depoſiti & bonâ fide aut aliàs qualitercúmque emanârunt, pro quibus non eſt ſatisfactio plenaria in articulis memoratis concordata, ac vice verſâ, quæ a Civitatibus, Mercatoribus, aut aliis *Perſonis Hanzæ* erga Dominum *Regem Angliæ*, ſuosque Prædeceſſores & Subditos, ſimiliter emanârunt (quarum occaſione debita jure extinêta aut ad finem profecuta non ſunt) auferantur utrùm, potius in ſuis maneant robore atque firmitate.

Item, appunctuatum, conventum, concordatum, & concluſum eſt, quòd omnia appunctuata, conventa, concordata, & concluſa dantaxat ad Dominum *Regem Angliæ*, ſuosque Ligeos & Subditos, ex una, ac *Civitates Hanzæ*, earumque Mercatores & Homines, partibus ex altera, ſe extendant; adeò quòd, ſi ſortè alterutra Partium erga aliios Principes Dominos aliosve quoscúmque, qui ſub antedicti *Regis Angliæ* ditione aut *Civitatibus Hanzæ* non exiſtant, aliquod ſibi Jus aut Actionem competere ex eo quod, tempore prædictarum Guerrarum & diſcenſionum, aut earum occaſione, quid actum prætenderet, & quod ipſum per prædicta appunctuata, conventa, concordata, & concluſa minimè debet eſſe ablatum, ymmò ut Partium unaquæque ſuum Jus proſequi valeat & finùe ſit permiſſum. ANNO 1474.

Item, appunctuatum, conventum, concordatum, & concluſum eſt, quòd per præmiſſa omnia & ſingula, in præſentibus deſcripta & contenta, nullis Litteris, Privilegiis, Libertatibus, Conceſſionibus, Indultis, Concordiis, & Tractatibus, ante tempora datæ præſentium, per Illuſtriſſimos Angliæ Reges & alios quoscúmque, Mercatoribus & Hominibus Hanzæ datis & conceſſis, aut inter dictos Reges & alios ac Mercatores & Homines Hanzæ qualitercúmque factis & concordatis, præjudicium aliquod generetur; ſed quòd illa omnia & ſingula cum præſentibus univerſis, & hæc eadem cum illis, in ſuis permanent robore & virtute; ſic quòd *Mercatores Hanzæ* communiter, & ſinguli, præfatis Literis, Libertatibus, Conceſſionibus, Indultis, Concordatis, & Tractatibus, cum præſentibus appunctuatis, conventis, concordatis, & concluſis, in quibuscúmque ſuis Articulis & Punctis, prout eis ad utilitatem eorum meliùs & pertinentius interpretari, ac etiam ipſis liberiùs & utiliùs valere & convenientiùs expedire poterunt, imperpetuum liberè & pacificè frui debeant; contrariâ vel aliquâ aliâ interpretatione circa ea minimè faciendâ, ac contradictione cujuscúmque non obſtante.

QUÆ OMNIA ET SINGULA Nos, Oratores Angliæ ſupranominati, promittimus bonâ fide, & pollicemur per metuendiſſimum *Dominum noſtrum Regem*, ſuosque Hæredes & Succeſſores, Ligeosque & Subditos Coronæ Angliæ, univerſos & ſingulos, præſentes & futuros, quoad ipſos concernunt aut concernere poterunt, tenenda inviolabiliter imperpetuum pariter & obſervanda, ac per Literas Auctenticas & Patentes ejusdem Domini Regis ratificanda, approbanda pariter & confirmanda, Literis hujusmodi confirmatoriis in Oppido Burgenſi, ſub viſu Aldermanni Mercatorum Hanzæ ibidem, in manus ejusdem Aldermanni, aut alterius ad hoc poteſtatem ex parte Hanzæ habentis, Literas ſimiles confirmationis pro *parte Hanzæ* apportantis, & tunc cum effectu Nuncio Regio ad hoc mittendo tradere parati, primo die menſis Auguſti proximò futuro deliberandis pariter & conſignandis.

In quorum omnium & ſingulorum Teſtimonium atque fidem has Literas, penes Oratores Hanzæ ſupranominatos pro parte Hanzæ remanentes, Nos *Williel-mus Hatteclyff*, *Johannes Ruſſel*, & *Willielmus Roſſe*, Oratores in Literis Procuratoriis infra inſertis ſpecialiter nominati, ſigillis, nominibusque, & ſignis noſtris manualibus ſubſcriptis roborari faciemus pariter & communiri.

Tenores vero Literarum Procuratoriarum, de quibus ſupra fit mentio, ſequuntur & ſunt tales,

EDWARDUS, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ & Dominus Hiberniæ* omnibus, ad quos præſentes Literæ pervenerint, Salutem.

Cùm in quadam *Dieta*, menſibus Julii & Septembris ultimo elapſis, in *Civitate Trajectenſi*, per certos pro parte noſtra, & per alios pro parte *Civitatum Hanzæ Theutonicæ* Oratores, nonnulla media Pacis & priſtinæ Amicitiæ, inter Incolas & Subditos utriuſque Partis renovandæ, excogitata, communicata, tractata, & ſub ſpe concluſionis appunctuata fuerunt, prout in Actis ejusdem *Dietæ*, inter Oratores hincinde conſcriptis, & per eos ſubſcriptis, de Data in *Civitate Trajectenſi decimo nono die Septembris*, Anno Domini milleſimo, quadringenteſimo, ſeptuageſimo tertio, pleniùs continetur,

Sicque ipſa *Dieta*, *primùm ad quintumdecimum diem menſis Decembrit*, *deinde ad quintumdecimum diem menſis Januarii* proximò extunc ſequentem, continuata, ad finem ut tunc de & ſuper materiis & rebus, remanentibus indiscuſſis, finalis concluſio caperetur, Paxque firma & perpetua inter Partes componeretur & ſtabiliretur,

Hinc eſt quòd Nos, volentes cæpta hujusmodi debirum ſortiri effectum,

De fidelitate, circumſpectione, & induſtria dilectorum

ANNO 1474. rum & fidelium noſtrorum, *Johannis Scotto* Militis Mareſcalli Villæ noſtræ Caleſii, Magiſtrorum, *Willelmi Hatteclyff* Secretarii, *Johannis Ruſſel*, Archidiaconi Berks, Conſiliariorum noſtrorum, & *Willelmi Roſſe* Vitellarii Villæ noſtræ Caleſii, plenariè confidentes,

Ipſos noſtros veros & indubitatos Ambaſſiatores, Commiſſarios, Procuratores, Deputatos, & Nuncios generales & ſpeciales conſtituimus, deputavimus, & ordinavimus, ac tenore præſentium conſtituimus, deputamus, & ordinamus,

Dantes & concedentes eisdem Ambaſſiatoribus, Commiſſariis, Procuratoribus, Deputatis, & Nunciis noſtris, tribus ſeu duobus eorum (quorum præfatum *Johannem Scotte*, *Willelmum Hatteclyff*, aut *Johannem Ruſſel* unum eſſe volumus) plenam & liberam Poteſtatem ac Mandatum generale & ſpeciale, pro Nobis, Hæredibus, & Succeſſoribus, Regnis, Terris, Dominiis, Subjectis, Amicis, Alligatis, Confœderatis, Faventibus & Adhærentibus noſtris quibuscúmque, cum Spectabilibus & Egregiis Viris *Gubernatoribus Patriarum & Civitatum Hanzæ Theutonicæ*, ſeu eorum Ambaſſiatoribus, Commiſſariis, Procuratoribus, Deputatis, & Nunciis ſufficientem in ea parte Poteſtatem habentibus, ac etiam cum quibuscúmque Univerſitatibus, Societatibus, Principibus, Dominiis, Gubernatoribus & Rectoribus Terrarum, Patriarum, Civitatum, Opidorum, Villarum, & Dominiorum quorumlibet *Terræ Almaniæ*, aut cum ipſorum Ambaſſiatoribus, Commiſſariis, Procuratoribus, Deputatis, & Nunciis poteſtatem ſufficientem habentibus, conveniendi, appunctuandi, concordandi, & finaliter concludendi de & ſuper omnibus & ſingulis differentiis, litibus, quæſtionibus, & diſcordiis,

Inter nos noſtrosque Subditos ex una parte & præfatos Honorabiles & diſcretos Viros Gubernatores Patriarum & *Civitatum Hanzæ* prædictæ, ac etiam Univerſitates, Societates, Principes, Dominos, Gubernatores, & Rectores Terrarum, Civitatum, Opidorum, Villarum, & Dominiorum quorumlibet dictæ *Terræ Almaniæ*, Terras, Civitates, Opida, Villas, Caſtra, Patrias, & Dominia, Subditos, Amicos, Alligatos, Confœderatos & Adhærentes ſuos quoscúmque, ex parte altera, pendentibus,

Indiſcuſſis,

Ipſiſque differentias, lites, quæſtiones, & diſcordias diſcutiendi, determinandi, & finaliter omnibus modis, quibus ipſis videbitur, pacificandi & abolendi,

Ac de & ſuper perpetua & realis Pace atque Concordia, tàm per Mare quàm per Terram, Fluvios, & Aquas dulces, nectron Ligis, Amicitiis & Confœderationibus quibuscúmque, inter Nos, Hæredes, & Succeſſores noſtros, ac Regna, Terras, Dominia noſtra, Subditos, Amicos, Alligatos, Confœderatos, Faventes, & Adhærentes noſtros quoscúmque, ex parte una, & præfatos Egregios & Spectabiles Viros Gubernatores Patriarum & *Civitatum Hanzæ* prædictæ, ac etiam inter Univerſitates, Societates, Principes Dominos, Gubernatores & Rectores Terrarum, Civitatum, Opidorum, Villarum, & Dominiorum quorumlibet dictæ *Terræ Almaniæ*, Terras, Civitates, Opida, Villas, Caſtra, Patrias, & Dominia ſua, Subditos, Amicos, Alligatos, Confœderatos, Faventes & Adhærentes ſuos quoscúmque, ex parte altera, contrahendis, ineundis, & firmandis, tractandi, appunctuandi pariter & concludendi,

Nec non Pacem & Concordiam, Ligas, Amicitias, & Confœderationes hujusmodi, viis & modis omnibus quibus expedire videbitur, vallandi & roborandi,

Communicationemque mutoam ac liberum Intercurſum Mercandiſandi, ſecurumque ſtatum pro Hominibus utiusque Partis præſentibus & futuris, tàm in Regnis, Patriis, Civitatibus, Dominiis & Locis unius & alterius Partis prædictæ, quàm aliàs ubilibet tàm in Terra quàm in Mari, Fluminibus, & Aquis dulcibus, unà cum Treugis, Abſtinentiis Guerrarum, aliſque *Dieta*, ſi ipſis viſum fuerit, appunctuandi, concordandi, pariter & concludendi ſub modis, formâ, & conditionibus, de quibus inter dictos noſtros Ambaſſiatores, Commiſſarios, Procuratores, Deputatos, & Nuncios, ac præfatos Spectabiles & Egregios Viros, ac etiam Univerſitates, Societates, Principes, Dominos, Gubernatores, & Rectores prædictos, ſeu ipſorum Ambaſſiatores, Commiſſarios, Procuratores, Deputatos, & Nuncios prædictos poterit concordari.

Cæteraque omnia & ſingula faciendi, exercendi, & expediendi quæ in præmiſſis ſeu aliquo præmiſſorum, ſeu circa ea conjunctim aut diviſim neceſſaria fuerint ſeu quomodolibet oportuna, ac quæ qualiter & natura hujusmodi Negotii exigunt & requirunt, & quæ nosmetipſi faceremus aut facere poſſemus ſi præſentes perſonaliter eſſemus, etiam ſi talia forent quæ de ſe Mandatum magis exigant ſpeciale; ANNO 1474.

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos ratum, gratum, & firmum habituros quicquid per dictos Ambaſſiatores, Commiſſarios, Procuratores, Deputatos, & Nuncios noſtros, in forma prædicta, actum, geſtum, ſeu procuratum fuerit in præmiſſis ſeu aliquo præmiſſorum.

In cujus rei Teſtimonium has Literas noſtras fieri fecimus Patentes.

Teſte meipſo apud *Weſtm.* viceſimo ſecundo die Decembris, Anno Regni noſtri tertiodecimo.

Per ipſum Regem, & de Data prædicta, Auctoritate Parliamenti.

IVE.

UNIVERSIS & SINGULIS, præſentes Literas inſpecturis, lecturis ſeu legi audituris, *Nos, Proconſules & Conſules* totius Conſulatûs & Communitatis Imperialis Civitatis *Lubicenſis*, cæterarumque Civitatum, Burgorum, Communitatum, Opidorum, Villarum, & Locorum totius *Hanzæ Theutonicæ*, Oratores & Nuncii, ad Communem earomdem Civitatum, Burgorum, Communitatum, Opidorum, Villarum, & Locorum dictæ Hanzæ, & ex eis ubicúmque exiſtentium Mercatorum & Perſonarum quietem & utilitatem procurandum, in ipſa inclita Civitate Lubicenſi ſpecialiter conſtituti, Salutem in Domino & præſentibus fidem indubium adhibere.

Cum pridem,

Inter Excellentiſſimi & Potentiſſimi Principis ac Domini Domini *Edwardi Angliæ & Franciæ Regis & Domini Hiberniæ*, Venerabiles & Egregios Viros, Dominos *Willelmum Hatteclyff* Secretarium, *Johannem Ruſſel* Decretorum Doctorem Archidiaconum Berks in Eccleſia Sarum, & *Willelmum Roſſe* Vitellarium Villæ Caleſii, Oratores, Commiſſarios, & Procuratores ex una,

Ac, Circumſpectos atque providos Viros, Dominos *Henricum Caſtrorum Proconſulem*, *Johannem Oſthuſen* Doctorem utriúsque Juris Secretarium, & *Johannem Luneborg Conſulem* Concilii & Communitatis Civitatis Lubicenſis, cum aliis ſibi adjunctis Spectabilibus & circumſpectis Dominis Oratoribus (videlicet) *Bernardo Balcer* Proconſule, *Eylardo Lubberdes* Conſule, & *Johanne Grave* Secretario Bremen, *Henrico Murmeſter* Legum Doctore Proconſule, *Honningo Buremgk* Conſule, & *Laurentio Rotdeker* Secretario Hamburgen. *Criſtoforo Henxſtenbrech* Proconſule, *Henrico Brake* Conſule Tremovien. *Henrico Warendorum* Proconſule, *Henrico Rentzinck* Conſule, & *Johanne Kakebeke* Secretario Monaſterien, *Bernhardo Pawele*, *Radulpho Velſtede*, Conſulibus, & Magiſtro *Johanne Londonde* Secretario de Dantſuke, *Johanne Marquarde*, *Johanne Borren*, Proconſulibus, & Magiſtro *Stephano Terlbert* Secretario Davantrien. *Tydmanno de Veen* Proconſule, *Henrico Kunerſtorp* Conſule Campen, *Johanne Durckop*, *Bertramo Berghoff*, Aldermannis, & Magiſtro *Gerhardo Brunt*, Secretario ex parte Mercatorum in Brugges, *Hermanno Wantmate*, Secretario Mercatorum Londoniæ, & Domino *Criſtiano de Ghore*, Capellano & Secretario Mercatorum Bergen. in Norwegia, Communium Comunitatum & Opidorum *Hanzæ Theutonicæ* Oratores, Nuncios, & Procuratores, ex altera partibus,

Poſt varios Tractatus, in Civitate Trajectenſi, menſibus Julii & Septembris, Anno Domini milleſimo, quadringenteſimo, ſeptuageſimo tertio, de & ſuper plurimis differentiis, litibus, querelis, injuriis, & diſcordiis, inter Homines Partium prædictarum motis & pendentibus, habitos atque factos,

Tandem, inſpirante Pacis auctore, pro pacificandis & abolendis differentiis, Litibus, Guerris, Injuriis, & diſcordiis hujusmodi, atque pro reducendo & reſtaurando omnes & ſingulos homines utriúsque Partis prædictæ ad priſtinam amicabilem & mutuam communicationem & converſationem, liberúmque intercurſum Mercaudiſandi, quædam concordata & concluſa, quædam verò per modum adviſamentorum appunctuata ſunt, inter prædictos Oratores & Commiſſarios hincinde.

Et, eorum occaſione, inter eosdem Oratores finaliter concluſum & concordatum exiſtit quod, tàm præfatus Sereniſſimus *Rex Angliæ*, &c. quàm *Civi-*

tates

ANNO 1474. *tates Hanzæ* prædictæ, utriúsque ipsius Oratores & Ambasiatores, cum sufficienti Mandato & plena Instructione, in supradicta *Civitate Trajectensi*, decima quinta die Januarii proximò sequenti, habeant, ad omnia & singula supratractata concludendum, ac Pacem firmam & perpetuam stabiliendum, ficut in Patentibus & sigillatis eorumdem Oratorum & Commissariorum Literis, ipsis Oratoribus & Commissariis suprascriptis alterutrum exhibitis, & Dat. in Civitate Trajectenli Anno Domini millesimo, quadringentesimo, septuagesimo tertio, die verò decimâ nonâ Septembris Dominicâ (quas hic pro insertis haberi placet) comprehensum.

Hinc est quòd, in eventum & finem præfatos,

De matura circumspectione & probitate Specialibium & Circumspectorum Dominorum Civitatum & Opidorum (videlicet) *Johannis Osthusen* utriusque Juris Doctoris, & *Johannis Berssenbrugge*, Secretariorum Lubicensium, *Henrici Murmester* Legum Doctoris Proconsulis, & *Laurentii Rodtticken* Secretarii Hamburgensis, ac *Bernardi Pawese* Consulis de Dantsike, plenissimè confidentes,

Ipsos omnes, & eorum quemlibet in solidum, præsentium exhibitores & exhibitorem (ita tamen quod non sit melior conditio primitus occupantis, nec deterior subsequentis, sed quod per unum eorum inceptum fuerit alius prosequi valeat mediare & finire) omnibus melioribus modo, viâ, jure, causâ, stilo, & formâ, quibus melius & efficacius potuimus & debuimus, possumusque & debemus, quòd ad præmissa omnia & singula, fecimus, ac præsentium tenore facimus, constituimus, & ordinamus nostros & præfatæ Hanzæ veros, certos, legitimos, & indubitatos Procuratores, Nuncios, & Oratores generales & speciales, sic tamen quòd generalitas specialitati non deroget, nec e contra,

Dantes & concedentes eis omnibus, & eorum cuilibet in solidum, plenam & omnimodam Potestatem, Auctoritatem, Mandatum, & Facultatem, per se dumtaxat, aut unà cum aliis Honorabilibus quarumcúmque Civitatum & Opidorum dictæ Hanzæ veris Oratoribus, Procuratoribus, sive Nunciis, ad præmissa specialiter Deputatis vel Deputandis, in prætata *Trajectensi Civitate* præmentionata, *decimâ quintâ die mensis Januarii*, ac posterius quandocumque, se nostro & totius Hanzæ prædictæ nomine ennstituendi & præsentias suas exhibendi, ac cum universis & singulis supradicti Potentissimi & Excellentissimi Principis Domini *Angliæ & Franciæ Regis, &c.* Venerabilibus & Egregiis Dominis, Oratoribus, Procuratoribus, & Nunciis specialibus, in ea parte Potestatem & Mandatum habentibus, eorum causâ & occasione, quæ, ut prædicitur, inter prænominatos Oratores & Commissarios, sive per modum concordatorum & concluforum, sive per modum advisamentorum, appunctuata sunt in eadem Civitate Trajectensi, conveniendi & communicandi, ac de & super præfatis universis & singulis in modu advisamentorum appunctuatis eriam concordandi & concludendi, prout hæc & alia quæcumque, per utriusque Partis Oratores, Commissarios, atque Procuratores antedictus, in omnibus suis punctis atque clausis, appunctuata sunt, concordata, concluía, & avisata,

Ac etiam cum ipsis Regiis Oratoribus, Procuratoribus, sive Nunciis conveniendi & concordandi de loco & tempore ac modo & formâ conveniemibus, quibus tàm ipsa præmentionata concordata & concluía, quàm adhuc concordanda & concludenda, postquam concordata fuerint & concluía, necnon perpetua Pax & firma, futuris temporibus inviolabiliter observanda, approbari & ratificari per Principales Partium prædictarum Dominos constituentes, ac quoscumque alios quorum interest finaliter atque confirmari debeant, de & super præmissis omnibus & singulis patentibus atque sigillatis approbationis, Ratificationis, & confirmationis, & aliis quibuscumque Literis, pro firmiori præmissorum perpetua observantia, Partibus hinc inde, vel saltem earumdem veris Procuratoribus & Commissariis supradictis, vel aliis, ipso facto & realiter exhibendis,

Aliique omnia & singula faciendi, dicendi, gerendi, & excercendi quæ in præmissis & circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, & etiam si Mandatum exigant magis speciale quàm superius est expressum,

Unum quoque vel plures Procuratorem vel Procuratores, loco eorum & cujuslibet ipsorum, cum simili Potestate, substituendi, & substitutos aut substituendos, totiens quotiens eis vel eorum alteri expediens videbitur, revocandi, & alium vel alios iterum substituendi,

ANNO 1474. Promittentes nichilominus, bonâ Fide, Nos & Mercatores, ac quoscumque alios Subditos nostros, perpetuò firmum, ratum, & gratum habituros quicquid per eos, vel substitutum aut substituendos ab eis, actum, factum, dictum, conventum, & concluíum, gestumve fuerit in præmissis, vel quomodolibet procuratum, dolo & fraude cessantibus penitus & semotis.

In quorum omnium & singulorum fidem & Testimonium præsentes Literis Sigillo Civitatis Lubicen. quo eisdem appendente ad præsens utimur, communiri fecimus.

Dat. in eadem *Civitate Lubicensi* Anno Domini millesimo, quadringentesimo, septuagesimo quarto, die primâ mensis Januarii.

Dat. in *Civitate Trajectensi* ultimo die mensis Februarii, Anno Domini secundùm cursum & computationem Ecclesiæ Romanæ millesimo, quadringentesimo, septuagesimo quarto, Ecclesiæ verò Anglicanæ Anno &c. septuagesimo tertio.

Nos igitur EDWARDUS REX suprascriptus, habentes certam, discretam & indubiam notitiam de omnibus & singulis Tractatibus, communicatis, appunctuatis, conventis, concordatis, & concluíis inter præfatos Oratores, Nuncios, & Procuratores nostros ex una parte, ac Dilectos, Spectabiles, & Circumspectos Viros Oratores Hanzæ ex altera, prout in Articulis memoratis strictius est expressum, ea omnia & singula, nomine nostro facta atque gesta, de certâ scientiâ nostrâ, nullo Juris seu facti errore ducti, atque omnem quantum in Nobis est supplentes defectum, grataníer acceptamus, approbamus, ratificamus, & confirmamus, volentes & decernentes eadem per Nos, Hæredes & Successores nostros, quantum in Nobis est, necnon per Vasallos, Ligeos, & Subditos nostros, ac Successorum nostrorum quoscumque, perpetuis futuris temporibus, inviolabiliter observari deberi, nec eisdem aut eorum alicui contraveniri ullo modo.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Hiſtlmonaſterium* vicesimo die Julii.

Per ipsum Regem & de Dat. &c.

CCCXXXII.

22. Juill. (t) *Teſtament de* RENE' *Roi de Jeruſalem, de Sicile, & d'Arragon, Duc d'Anjou, de Bar, Comte de Provence &c. par lequel il inſtitue* CHARLES D'ANJOU *ſon Néveu pour ſon principal & univerſel, Heritier en toutes ſes Principautez, Biens, Droits, & Prétentions; excépté le Duché de* Bar *qu'il laiſſe à* RENE' *Duc de Lorraine auſſi ſon néveu; le Marquiſat du* Pont, *qu'il donne à* JEAN *ſon Fils Naturel; & quelques autres Legs ou de Pieté, ou de Famille. Actum die 22. Julii* 1474. [Veritable Origine des Maiſons d'Alſace, de Lorraine, &c. aux Preuves. pag. 195. NOEL GAILLARD, Remonttances de la Nobleſſe de Provence au Roi, pag. 75. Divers Traitez, Contrats, Testaments &c. ſervant de Preuves aux Memoires de PHILIPPES DE COMINES pag. 166.]

In Nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, Amen.

ANNO Incarnationis ejusdem milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo quarto. Et die vicesima ſecunda menſis Julii. Univerſis ac ſingulis hoc verum & publicum Inſtrumentum viſuris, lecturis, ac etiam audituris tam præſentibus quam futuris evidenter pateat & ſit notum. Quod in præſentia Dominorum & Teſtium infra ſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum & rogatorum. Sereniſſimus Dominus noſter Dominus Renatus Dei gratia Jeruſalem, Arragonum, utriuſque Siciliæ, Valentiæ, Majoricarum, Sardiniæ, & Corſicæ Rex. Ducatuum Andegaviæ & Barri Dux. Comitatuum Barchinonæ, Provinciæ, & Forcalquerii, ac Pedemontis Comes. Com-

(t) Cette Copie eſt tirée de la *Veritable Origine des Maiſons d'Alſace, de Lorraine, d'Autriche & de Bade*, dont VELTHEIM eſt Auteur. Les deux autres ſont moins entieres, & moins authentiques. Elles n'ont ni commencement ni fin, & la date y manque; mais celle de la piece eſt entiere, & revient de toutes les Formules. [DUM.]

ANNO 1474. *pos mentis & omnino ſanus corpore, de ſua certa ſcientia motuque proprio ac conſulto & deliberante prout palam dixit ſuum ultimum Teſtamentum nuncupativum ſeumque ultimam voluntatem & diſpoſitionem finalem, fecit, condidit & ordinavit ſub his verbis Gallicis quæ ſequuntur.*

NOTUM FACIMUS quòd Nos, nolentes hanc temporis oportunitatem, nobis ex alto concessam, temerè refutare, quin immo cupientes, cum auxilio & assistentia ipsius Fratris nostri, Ducatus nostros Normanniæ & Acquitanniæ ipsumque Regnum & Coronam Franciæ ad nostram obedientiam debitè redigere, summittere, Populoque per *Lodowicum* præfatum oppressо subvenire, & Justitiam in Regno ipso Franciæ, unde exulavit, exaltare, cum ipso Illustrissimo Fratre nostro super hiis convenimus, capitulavimus, tractavimus, & concluimus, secundum quod in Capitulis sequentibus continetur,

Quorum tenor est talis,

HÆC SUNT Pactionum, Conventionum, & Tractatuum Capitula, pro felici reductione Ducatuum Normanniæ & Acquitanniæ ac etiam Regni Franciæ, próque Principum infra numinatorum communi utilitate atque gloriâ, Consilii maturâ deliberatione, contracta, coucluſa, & firmata inter Sereniſſimum & Potentiſſimum Principem Dominum EDWARDUM, Dei gratiâ, *Regem Franciæ, &c. prout supra (mutatis mutandis) in Literis præfati Ducis, & sub eadem Data.*

CCCXXXV.

Explanatio Articuli de præstando auxilio mutuo inter Regem Angliæ EDUARDUM IV. *&* CAROLUM *Audacem Ducem Burgundiæ, in præcedenti Tractatu reperiendi, facta 26. die Julii* 1474. [RYMER, Fœdera, Conventiones, &c. Tom. XI. pag 808.] 26. Juill.

CAROLUS, Dei gratiâ, *Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Limburgiæ, Luxemburgiæ, & Gheldriæ, Comes Flandriæ, Artbesii, Burgundiæ, Palatinus Hannoniæ, Hollandiæ, Zellandiæ, Namurci, & Zutphaniæ, Sacrique Imperii Marchio*, ac *Dominus Frisiæ*,

ANNO 1474. *Frisiæ, Selandiæ, & Mechliniæ*, universis & singulis, præsentes Literas inspecturis, Salutem.

Quòm Excellentissimus ac Potentissimus Princeps Dominus & Frater noster Honorandus EDWARDUS *Rex Franciæ & Angliæ*, pro se, suis Hæredibus, Successoribus, Regnis, Patriis, Dominiis, Vassallis, & Subditis quibuscúmque, & *Nos* consimiliter pro Nobis, Hæredibus, Successoribúsque nostris, Patriis, Dominiis, Vassallis, & Subditis quibuscúnque contraxerimus, firmaverimus, & concluserimus perpetuam Pacem, Amicitiam, Ligam, Confœderationem, & Unionem, quamadmodum in Litteris indè confectis plenius continetur, quarum data est vicesima quinta die Julii Anno infrascripto,

Quónque in illis, inter cætera, caveatur quòd in auxilio, ab altera Partium præstando, quoad numerum attinet armatorum, habenda erit facultatis ratio illius Partis quæ de ferendâ ope rogabitur seu interpellabitur, ut (scilicet) non in plus teneatur quàm tunc facere poterit commodè, considerată temporis oportunitate ac statu rerum suarum,

NOTUM FACIMUS quòd, nè obscuritas vel incertitudo ulla possit ex verborum prædictorum generalitate resultare, præfatus *Dominus Rex* ac Frater noster & *Nos*, volentes hujus auxilii præstationem certiùs & plenius declarare, super hoc certum & determinatum articulum concepimus, & communi Pactione Conventioné que firmavimus & conclusimus,

Cujus tenor sequitur & est talis,

Serenissimus & Potentissimus Princeps Dominus *Edoardus, Dei gratiâ, Rex Franciæ & Angliæ, &c.* ex parte una, & Illustrissimus & Potentissimus Princeps Dominus *Carolus*, eadem gratiâ, *Dux Burgundiæ, Brabantiæ, &c.* ex parte altera, pro se, eorúmque Hæredibus, Successoribus, Regnis, Patriis, Dominiis, Vassallis, & Subditis quibuscúmque, hinc indè perpetuò convenerunt quòd, quotienscúmque una Partium prædictarum bellum geret, licebit ei requirere exigereque auxilium a Parte altera usque ad numerum sex millium armatorum & infra; quem quidem numerum Pars requisita tenebitur præstare:

Quo verò ad ipsorum armatorum impensam stipendiaque attiner ita conventum est; quòd, ubi Pars, auxilium requirens, suscipiet bellum ad suam defensionem, tunc Pars requisita teneatur ex prædicto numero sex millium stipendiare millia tria & sexcentos proprio ære suo atque sumptu; reliqui vero auxiliares, qui erunt duo millia & quadringenti, ad impensam pertinebunt requirentis:

Quòd, si bellum non suscipiatur defensionis causâ, sed aliàs inferatur, Pars, rogata seu requisita de auxilio præstando, debebit præbere Parti illud roganti seu requirenti sex millia duntaxat armatorum sine ullo sumptu suo; & stipendiabuntur armati ipsis expensis illius Partis quæ auxilio uti volet:

Quòd si in uno vel altero casuum prædictorum Pars requirens auxilium velit de minore numero quam sex millium contentari, tenebitur Pars requisita numerum hujusmodi sic expetitum præstare juxta ratam & formam superius specificatas, stipendiorum onera proportionabiliter partiendo.

Quæ omnia & singula, in prædicto articulo contenta, Nos in Principis verbo promittimus bonâ fide, pro nobis & Hæredibus nostris, perpetuò & inviolabiliter observare & adimplere; salvis quibuscúmque aliis Confœderationibus, Amicitiis, Ligis, Conventionibus, Intelligentiis, Promissionibus, & Obligationibus, inter dictum Dominum ac Fratrem nostrum & Nos seu nominibus nostris antea aut jam concurrenter initis.

In quorum omnium & singulorum Testimonium Sigillum nostrum præsentibus Litteris duximus apponendum.

Datum vicesimo sexto die mensis Julii, Anno Domini millesimo, quadringentesimo, & septuagesimo quarto.

Per Dominum Ducem.

TOULON.

Sub rubeo sigillo pendente a Cauda Pergamenæ.

Explanatio ex parte Regis.

REX universis & singulis, præsentes Literas inspecturis, Salutem.

Cum Nos, pro Nobis, nostris Hæredibus, Successoribus, Regnis, Patriis, Dominiis, Vassallis, & Subditis quibuscúmque, & Illustrissimus Princeps Frater noster Carissimus *Carolus Dux Burgundiæ* consimiliter pro se, Hæredibus, Successoribúsque suis, Patriis, Dominiis, Vassallis, & Subditis quibuscúmque, contraxerimus, firmaverimus, & concluserimus perpetuam Pacem, Amicitiam, Ligam, Confœderationem, & Unionem, quemadmodum in Literis indè confectis plenius continetur, quarum data est vicesimâ quintâ die Julii Anno infrascripto, ANNO 1474.

Cúmque in illis, inter cætera, caveatur quòd in auxilio, ab altera Partium præstando, quoad numerum attinet Armatorum habenda, erit facultatis ratio illius Partis quæ de ferenda ope rogabitur seu interpellabitur, ut (scilicet) non in plus teneatur quàm tunc facere poterit commodè, considerată temporis opportunitate ac statu rerum suarum,

NOTUM FACIMUS quòd, nè obscuritas vel incertitudo ulla possit ex verborum prædictorum generalitate resultare, Nos & præfatus Frater noster, volentes hujus auxilii præstationem certiùs & planius declarare, super hoc certum & determinatum Articulum concepimus, & comuni Pactione Conventioneque firmavimus & conclusimus,

Cujus tenor sequitur & est talis,

Serenissimus & Potentissimus Princeps Dominus EDWARDUS, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ &c.* ex parte unâ, & Illustrissimus ac Potentissimus Princeps Dominus *Carolus*, eadem gratiâ, *Dux Burgundiæ & Brabantiæ &c.* ex parte altera, pro se, eorumque Hæredibus, Successoribus, Regnis, Patriis, Dominiis, Vassallis, & Subditis quibuscúmque, hinc inde perpetuò convenerunt quòd, quotienscúmque una Partium prædictarum bellum geret, licebit ei requirere exigereque auxilium a Parte altera usque ad numerum sex millium Armatorum & infra, quem quidem numerum Pars requisita tenebitur præstare:

Quo verò ad ipsorum Armatorum impensam stipendiaque attinet ita conventum est; quòd ubi Pars, auxilium requirens, suscipiet bellum ad suam defensionem, tunc Pars requisita teneatur ex prædicto numero sex millium stipendiare millia tria & sexcentos proprio ære suo atque sumptu, reliqui verò auxiliares, qui erunt duo millia & quadringenti, ad impensam pertinebunt requirentis:

Quòd, si bellum non suscipiatur defensionis causâ, sed alias inferatur, Pars, rogata seu requisita de auxilio præstando, debebit præbere Parti illud roganti seu requirenti sex millia duntaxat Armatorum sine ullo sumptu suo, & stipendiabuntur armati ipsi expensis illius Partis quæ auxilio uti volet:

Quòd, si in uno vel altero casuum prædictorum Pars requirens auxilium velit de minori numero quàm sex millium contentari, tenebitur Pars requisita numerum hujusmodi sic expetitum præstare juxta ratam & formam superiùs specificatas, Stipendiorum onera proportionabiliter partiendo.

Quæ omnia & singula, in prædicto Articulo contenta, Nos, in verbo Regio, promittimus, bonâ fide, pro Nobis & Hæredibus nostris, perpetuò & inviolabiliter observare & adimplere; salvis quibuscúmque aliis Confœderationibus, Amicitiis, Ligis, Conventionibus, Intelligentiis, Promissionibus, & Obligationibus, inter Nos ac dictum Fratrem nostrum seu nominibus nostris antea aut jam concurrenter initis.

In quorum omnium & singulorum Testimonium Sigillum nostrum &c.

In cujus &c. Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo sexto die Julii.

Per Breve de Privato Sigillo & de Dat. &c.

CCCXXXVI.

Donatio & Cessio quarundam Regionum ab E- 26. Juill.
DUARDO IV. *Rege Angliæ, in compensationem auxiliorum à* CAROLO Audaci *Ducis Burgundiæ ipsi præstitorum, facta apud Westmonasterium die* 26. *Julii* 1474. [RYMER, Fœdera, Conventiones, &c. Tom. XI. pag. 8to.]

REX Univetis &c. Salutem.

Cùm Illustrissimus & Carissimus Frater noster CAROLUS *Dux Burgundiæ &c.* nullum officii beneficiive genus prætermiserit, quo in Nos usus non fuerit, & præterea, quod omniumque maximum est, immodicas

ANNO 1474. immodicas vires suas ad Regni nostri Franciæ recuperationem impendere constituerit, in hoeque astrinxerit fidem suam, quo tandem ejus ope & Subditorum nostrorum sadoribus hæreditarium Regnum nostrum recipere valeamus, atque inde pellere *Ludovicum illum injustum occupatorem*, FALSO ASSERENTEM SE REGEM, & alios quoscúmque occupatores præsentes futurosve,

Quare, vocato in Belli societatem ipso Fratre nostro, Dei benivolentiâ suffragante, duximus, citra primum diem mensis Junii proximò futurum, qui erit in Anno Domini milleſimo, quadringenteſimo, ſeptuageſimo quinto, Nos in Normanniam ſeu alias Francie Partes, ſecundo vento, cum valido & robuſto exercitu traiecre, quemadmodum inter Nos & eundem Fratrem noſtrum actum, conventum, & concluſum eſt, publicis intervenientibus Literis & Documentis ſub data viceſimo quinto die Julii, Anno Domini milleſimo, quadringenteſimo, ſeptuageſimo quarto, in quibus hæc plenius, latius, diffuſiusque continentur,

NOTUM FACIMUS quòd,

Apprimè intelligentes quantum adjumenti rebus noſtris attulerit atque allaturus ſit *præfatus Dux* Frater noſter, eujus auxilio facile poſſimus ipſum Franciæ Regnum in noſtram ditionem redigere redactumque conſervare,

Conſiderantes inſuper quòd nsque adeò Nobis & Coronæ noſtræ afficitur, ut pro Juris noſtri tuitione non veritus ſit nec vereatur Statum ſuum & Perſonam propriam extremis periculis dubiisque belli eventibus aſſiduè ſubjcere,

Proinde cupientes gratitudinem noſtram erga eum oſtendere, a quo tot grata beneficia ſuscepimus atque impoſterum exprectamus, ut etiam æqui atque honeſti rationem videamur habuiſſe,

NOS, Cauſis prædictis attentis, & aliis plerisque veris atque juſtis ad hoc Nos meritò moventibus, ex certa noſtra ſcientia, pura mera voluntate, & liberalitate Regia, Conciliì maturâ deliberatione habitâ, præfato *Duci Carolo* Fratri noſtro *donavimus, ceſſimus, & transportavimus* perpetuò, in recompenſationem prædictorum, pro ſe, ſuis Hæredibus & Succeſſoribus quibuscúmque, & per præſentes *donamus, cedimus, & transportamus*, efficaciori & validiore modo quo id fieri poteſt, Principatus, Terras, Dominia, & Jura qui quæve infra ſcribuntur, eum omnibus & ſingulis ſuis thulis, pertinentiis, & appendentiis quibuscúmque, nullum in eis jus Superioritatis aliudve quodcúmque Nobis aut ſucceſſoribus noſtris penitùs reſervantes;

Donamus quidem, *cedimus & transportamus* eidem *Fratri noſtro*,

INPRIMIS, *Ducatum Barrienſem, de Bar.* vulgariter nuncupatum,

Comitatum Campaniæ,

Comitatum Nivernenſem, Gallico vocabulo dictum *de Nevers*,

Comitatum Rothell.

Comitatum de Eu,

Comitatum de Guyſe,

Baroniam de Donzi,

Civitatem Tornacenſem, cum Balliratu, Territorio, & Diſtrictu Tornacenſi,

Civitatem Lingonenſem, cum Patria, Ballivatu, & Pertinentiis,

Caſtrum & Villam de Pynguey,

Opida & Dominia citra & ultra Somonam fluvium ipſi Fratri noſtro ante hac impignorata ſive nomine Ypotbecæ conceſſa,

Et, præterea, *Terras omnes Dominiaque omnia*, quas quæve ad præſens *Ludovicus de Luxemburge*, dictus *Comes Sancti Pauli*, poſſidet; dummodò non ſint de antiquo Demanio ſeu Patrimonio Ducatuum Normanniæ & Acquitaniæ aut Coronæ Franciæ,

Quæ omnia & ſingula Dominia, ſic ut præmittitur, efficaciter donata a Nobis & transportata, cum eorum pertinentiis & appendentiis univerſis, quocúmque nomine aut titulo cenſeantur, *prædictus Frater* noſter ſuique Hæredes & Succeſſores imperpetuum libera & exempta a Nobis & Corona noſtra Franciæ tenebunt & poſſidebunt, cum omni Superioritatis Jure;

Ita quòd nec pro præfatis Dominiis, nec etiam pro Ducatu Burgundiæ, nec ratione Comitatuum Flandriæ, Arthefii, Cadralenſis, Matiſconenſis, Authiſiodorenſis, aliorumve quorumcúmque Locorum & Dominiorum ab ipſo Fratre noſtro in præſentia poſſeſſorum, idem Frater ſuique Hæredes & Succeſſores unquam teneantur Nobis, Succeſſoribusve noſtris, vel alteri cuipiam, aliquod homagium, feudum, ſervitium, fidelitatisve juramentum ullo pacto præſtare; ſed ſint in illis Dominiis ſuis veri, ſoli, directi, & ſupremi Domini & Principes, nullum Superiorem Superioresve recognoscentes nec recognoscere debentes, quin fatemur per præſentes & declaramus eos eſſe in præfatis Dominiis Superiores & habere omnia Supprioritatis Jura, ſine reſervatione quæcúmque ut omni tempore ipſi & quæcúmque Dominia lua pro meris Victus Regni noſtri Franciæ cenſeantur, & ab omni homagio, feudo, ſervitio, fidelitate, recognitione, ſubjectione, reſſortoque imperpetuum pro liberis habeantur:

ANNO 1474.

Et quoniam ràm in præfatis Dominiis, a Nobis translatis, quàm in aliis, ab ipſo Fratre noſtro hæreditatiò Jure poſſeſſis, nichil Juris prorsus retinemus, nec intendimus retinere, ſed quæcúmque Superioritatis Jura *eidem Fratri noſtro* pro ſe, & ſuis Hæredibus, Succeſſoribusque *remittimus & remittimus*, Nos etiam pari modo *abſolvimus & liberavimus* ab omni homagio, ſervitio, fidelitatis juramento, Jurisdictione, ſubjectione, & reſorto omnes Vaſſallos, Incolas & Subditos Dominiorum & Locorum prædictorum; ut, ratione domicilii vel prædiorum & bonorum quæ ibi poſſident, nullum alium, præterquam dictum *Fratrem noſtrum*, ejusque Hæredes & Succeſſores, pro ſupremis Principibus ſuis recognoscant, ſed illis ſolis intendant,

Sic tamen quòd, ſi alibi infra Dirionem aut Territorium noſtrum ſua domicilia foveant, Jura, Terras, Dominia, bonave aliqua habeant aut a Nobis teneant, feudum, homagium, fidelitatem, obedientiam atque cætera omnia, pro ipſis de Jure aut conſuetudine Nobis inde debita, omninò præſtare tenebuntur;

Nec quoad hoc, præmiſſorum intuitu, previlegiatos aut exemptos ſe reputare valeant.

Nè autem ulla relinquatur occaſio in futurum diſſidendi, tenore præſentium etiam declaramus mentem noſtram hanc eſſe, ut Caſtella, Opida, Civitates, Terræ, Loca, & Dominia, quæ includuntur in Principatibus & Dominiis ſupradictis, ſeu cinguntur ipſis, vel ea contiguè ſubintrant, pertineant pleno Jure ad præfatum *Fratrem noſtrum* ſuosque Hæredes & Succeſſores, cum Superioritatis prærogativa & aliis omnibus Juribus ſuis, eatenus quatenus includuntur aut cinguntur in illis Principatibus & Dominiis cave ſubintrant:

Inſuper volumus prædictas douationes, ceſſiones; & declarationes eſſe tantæ auctoritatis & efficaciæ, ac ſi Nobis poſſidentibus prædictum Regnum noſtrum & ex conſenſu trium Statuum ipſius Regni per Nos factæ fuiſſent;

Promittentes, ad majorem dictarum Donationum, Ceſſionum, & Declarationum ſecuritatem, eas ex habundanti confirmare & ratificare in forma debita, tàm per Nos quàm per dictos tres Status ipſius Regni, exnunc prout extunc, eum primùm de dicto Regno noſtro gaudebimus, ut hæc imperpetuum valeant & teneant; non obſtantibus quibuscúmque dicti Regni Ordinationibus, præſentibus & futuris, impedientibus alienationem Terrarum, Dominiorum, & Juris ad Coronam & Demanium ipſius Regni pertinentium: nou obſtantibus etiam quibuscúmque Statutis, Conſuetudinibus, aut aliis Ordinationibus, in contrarium factis & fiendis; quibus omnibus, ex certa noſtra ſcientia, expreſsè derogamus.

Quæ omnia & ſingula præmiſſa & quodlibet ipſorum promittimus, bonâ fide & in verbo Regio, pro Nobis; Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, inviolabiliter perpetuò obſervare & adimplere, nec eisdem ullo pacto contravenire; ſalvis aliis quibuscúmque Pactionibus, Conventionibus, Confœderationibus, Amicitiis, Ligis; Intelligentiis, Promiſſionibus, & Obligationibus, inter *Nos & dictum Fratrem noſtrum* hominibusve noſtris antea ſen jam concurrenter initis.

In quorum &c. Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium* viceſimo ſexto die Julii.

Per Breve de Privato Sigillo, & de Dat. &c.

CCCXXXVII.

Conceſſio CAROLI Audacis *Ducis Burgundiæ*, 27. Juill. *quod Rex Angliæ* EDUARDUS IV. *poſſit coronari & unngi in Regem Franciæ Remis, non obſtante Donatione dicto Duci facta. Data* 27. *Julii*

ANNO 1474. *Julii Anno* 1474. [RYMER, Fœdera, Conventiones, &c. Tom. XI. pag. 813.]

CAROLUS, Dei gratiâ, *Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Limburgiæ, Luxemburgiæ, & Gheldriæ, Comes Flandriæ, Artheſii, Burgundiæ, Palatinus Hannoniæ, Hollandiæ, Zellandiæ, Namurci, & Zutphaniæ, Sacrique Imperii Marchio*, ac *Dominus Frisiæ, Salinarum, & Mechliniæ*, univerſis & ſingulis, præſentes Literas inſpecturis, Salutem.

Quòm Excellentiſſimus & Potentiſſimus Princeps Dominus & Frater noſter Honorandus EDOARDUS, Dei gratiâ, *Rex Franciæ & Angliæ*, Nobis, inter cætera, donaverit, ceſſerit, & transportaverit Comitatum Campaniæ, per Nos, Hæredesque, & Succeſſores noſtros perpetuò tenendum & poſſidendum, cum omnibus pertinentiis & appendentiis ſuis omnique Superioritatis Jure, prout in Literis indè confectis plenius continetur, quarum Data eſt de menſe Julii die vicesimo ſexto, Anno infraſcripto,

Et conſueverint Franciæ Reges in eorum prima aſſumptione, CORONAM ET UNCTIONEM REGIAM *Remis* ſuſcipere, quæ eſt Civitas Campaniæ, & ad Nos vigore hujus Donationis pertinet,

Ea propter præfatus *Dominus Rex* & Frater noſter, prædeceſſorum ſuorum veſtigia inſequendo, cupiat id ipſum etiam libi ſuisque Hæredibus & Succeſſoribus licere, ſine præjudicio Superioritatis quam in dicta Civitate habemus & cujuscunque alterius Juris noſtri,

NOTUM FACIMUS quòd Nos, prædicto *Domino Regi* & Fratri noſtro complacere deſiderantes in hac parte, voluimus & conſentimus, volumus quoque & conſentimus per præſentes, ut ipſe ſuique Hæredes & Succeſſores in ipſo Franciæ Regno poſſint, pro majorum & prædeceſſorum ſuorum more, CORONAM ET UNCTIONEM REGIAM in prædicta *Remenſi Civitate* recipere, ac pro earum receptione acceſſum, ingreſſum, exitúmque habere liberum & ſecurum, ſi ibi CORONARI & INUNGI eligerint; & hoc abſque ullo Jurium noſtrorum tàm Superioritatis quàm aliorum quorumcunque præjudicio, quibus per hoc nichil intelligimus derogare, ſed ea omnia ſalva atque integra manere, & Donationem de qua ſuperius facta eſt mentio in ſuo robore perdurare:

Quod ſi prædictus *Dominus & Frater noſter*, aut ſui in dicto Regno Franciæ Hæredes & Succeſſores, non Remis ſed alibi in aliqua Civitate ſua Opidóve ipſius Regni duxerint CORONAM UNCTIONEMQUE ſuſcipere, tunc volumus & conſentimus quòd poſſint INFULAM ſeu AMPULAM ad hoc deputatam ex dicta Civitate Remenſi exportare, quam tamen, UNCTIONE PERFECTA (quoniam ſacra eſt) ad Locum ſuum ſolitæ cuſtodiæ, in eadem Civitate Remenſi ordinatum, reſtituere tenebuntur.

Quæ omnia & ſingula Nos in Principis verbo promittimus bonâ fide pro Nobis, Hæredibus, & Succeſſoribus noſtris, obſervare & adimplere; ſalvis ſemper omnibus aliis Conföederationibus, Amicitiis, Ligis, Conventionibus, Intelligentiis, Promiſſionibus, & Obligationibus, inter dictum Dominum Regem & Fratrem noſtrum & Nos nominibusve noſtris antea ſeu jam concurrenter initis.

In quorum fidem, robur, & teſtimonium Sigillum noſtrum præſentibus duximus apponendum.

Datum viceſimo ſeptimo die menſis Julii, Anno Domini milleſimo, quadringenteſimo, & ſeptuageſimo quarto.

Per Dominum Ducem.

TOULON.

Sub Sigillo Magno cerâ rubrâ, pendente a Cauda Pergamenæ, papiro obducto.

CCCXXXVIII.

1. Août. FREDERICI *Romanorum Imperatoris Permiſſio* LUDOVICO DE GONZAGA *Marchioni Mantuæ indulta, ut, ſalvo Jure Imperii, poſſit Ligas, Adherentias, & Confœderationes inire, cum quibuscunque Principibus. Datum in Auguſta die* 1. *Auguſti Anno Domini* 1474. *Regnorum ſuorum Romani* 35. *Imperii* 23. *Ungariæ verò* 16. [Pièce authentique, tirée des Archives Archiducales de Mantouë.]

ANNO 1474.

FEDERICUS Divina favente Clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus Ungariæ, Dalmaciæ, Croaciæ &c. Rex, ac Auſtriæ, Styriæ, Karinthiæ, & Carniolæ Dux, Dominus Marchiæ Sclavoniæ, ac Portusnaonis, Comes in Haspurg Tyrolis Ferretis, & in Kiburg Marchio Burgoviæ, & Landgravius Alſaciæ, notum facimus omnibus, & ſingulis preſentes noſtras Litteras inſpecturis. Cum Imperii Principum utilitatibus, & favoribus ſemper intendamus, id maximè proſequimur dum circa ea quæ ad eorum Principatuum, & Dominiorum quietem tranquillumque ſtatum pertinent providemus: Nuper namque pro parte Illuſtris Ludovici de Gonzaga Marchionis Mantuæ &c. Principis, & Conſanguinei noſtri nobis ſincere dilecti fuit expoſitum quod cum in Partibus ultramontanis, in Italia videlicet, Reges, Principes, Domini & Communitates pro conſervatione Regnorum, Principatuum, Dominiorum, ac quieto Regimine, & Statu conſervando, Intelligentias, Ligas ſive Confœderationes facere conſueverint, præfatusque Marchio Conſanguineus noſter ejusque Illuſtris familia ſingularem ſemper fidem, & devotionem ad Sacrum Romanum Imperium habuerint, quo magis colligationes Ligæ, ſive intendimenta ſi quas, vel que antea inierat, aut contraheret de noſtre Serenitatis ſcientia, & voluntate procederent, nobis fecit humiliter ſupplicari ut circa predicta conſentum, & aſſenſum noſtrum eidem preſtare dignaremur. Nos vero Conſanguinei noſtri predicti Supplicationibus tanquam rationabilibus, & juſtis inclinati eidem licentiam, & poteſtatem dedimus, ac Cæſarea poteſtate noſtra tenore præſentium damus, & concedimus faciendi omnes, & quascumque Ligas, Colligationes, Intelligentias, ſive Fœdera cum quibuscumque etiam Regibus, Principibus, Comitibus, Dominis, Communitatibus, ſive Populis: eisdemque Confœderationibus, Intelligentiis, & Ligis aſſentimus, & conſentimus per preſentes, nobis tamen in omnibus, & ſingulis hujusmodi Ligis, & Capitulis, ac Sacro Romano Imperio ſemper exceptis. Juribusque noſtris videlicet Superioritate, fidelitate, ac obedientia, & aliis ad que dictus Conſanguineus noſter Nobis ac Sacro Romano Imperio tenetur ſemper ſalvis: predictis etiam aliqua diſpoſitione, vel prohibitione in contrarium faciente, vel diſponente prorſus non obſtantibus. In cujus rei Teſtimonium Sigillum Majeſtatis noſtræ preſentibus eſt appenſum. Datum in Civitate noſtra Auguſta prima Auguſti Anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo quarto. Regnorum noſtrorum Romani trigeſimo quinto, Imperii vigeſimo tertio, Ungariæ vero decimo ſexto.

Ad Mandatum proprium Domini Imperatoris.

Copiam præſentem penitus conferre cum Tranſumpto in Libro Tranſumptorum fol. 12. *in carta pergameæ conſcripto, & in* Mantuæ *Archiducali ſecretioris Archivio aſſervato, atteſtor*

Ego LUDOVICUS *Nob. olim* H. OCTAVII DE MAZZEIS *filius Civis publicusque Imperiali auctoritate* Mantuæ *Notarius ac dicti Archiducalis ſecretioris Archivii Cancellarius. In quorum fidem hic me ſolita cum atteſtatione ſubſcripſi hac die* 22. *Decembris* 1719.

Ita verum eſſe affirmo

Ego JOSEPH MARIA CASTILEONUS *ejusdem Archivii Præfectus, hac die* 22. *Decembris* 1719.

CCCXXXIX.

Confirmatio Alligantiarum & Treugarum inter 3. Nov. JACOBUM III. *Regem Scotiæ, &* EDUARDUM IV. *Regem Angliæ initarum, facta die*

ANNO 1474. 3. *Novembris* 1474. [RYMER, Fœdera, Conventiones, &c. Tom. XI. pag. 814.]

JACOBUS, Dei gratiâ, *Rex Scotorum*, universis & singulis ad quorum notitias præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

NOTUM FACIMUS quod vidimus, inspeximus, & intelleximus quasdam INDENTURAS,

INITAS, appunctuatas, & conclusas, in *Burgo nostro de Edinburgh*, Anno Domini millesimo, quadringentesimo, septuagesimo quarto, *vicesimo sexto die mensis Octobris*,

Inter Reverendum in Christo Patrem *Laurentium Episcopum Dunblanensem*, *Johannem Dominum lez Scrop* Militem, Magistrum *Johannem Russell* Archidiaconum Berkshire Custodem privati Sigilli, & *Robertum Bothe* Legum Doctorem, Consiliarios, Oratores, Ambassiatores, & Commissarios Serenissimi & Potentissimi Principis *Edwardi Angliæ Regis* Consanguinei nostri Carissimi, ex una, &, Reverendos Patres, *Johannem Glasguensem*, *Willielmum Orkadensem*, *Episcopos*, nostri Sigilli privati Custodem, Nobiles Dominos, *Colinum Comitem de Argyle* Dominum Cambell. & Lorn, *David Comitem Cranfurdiæ* & Dominum Lindesaye, Venerabilem Patrem *Archibaldum Abbatem Monasterii Sanctæ Crucis de Edinburgh*, & Magistrum *Archibaldum Qubitelauensem Archidiaconum* Sancti Andreæ intra Partes Laudoniæ Secretarium nostrum, Consiliarios, Oratores, Commissarios, & Deputatos nostros, partibus ab altera,

De & super modis & mediis reconciliandi amoris, treugis & abstinentiis retinendis & continuandis, affinitatibusque inter dictum Illustrissimum Principem *Edwardum Angliæ Regem* nostrum Consanguineum & *Nos* conjungendis, superque Pace & quiete utriusque Regni Subditorum,

Qui quidem Oratores, in vim & potestatem Commissionum eis ab utraque parte commissarum, communicârunt, appunctuârunt, concordârunt, & concluserunt, prout in eorum indeutatis Literis (quarum tenores de verbo ad verbum subsequuntur) plenissimè continetur,

Primæ verò Indenturæ tenor talis est,

THIS INDENTUR,

MAID, at *Edinburgh*, the XXVI. day of October, the Zer of oure Lord God M. CCCC. LXXIV. Zeris,

WITNESSETH that,

Quhare ymangis certane Appunctiments passit betueyn certane Commissaris of the *King of England* of the o syde, and uthir send fro the *King of Scotland* of the othir tyde, at *Westmenstire*, the XXX. day of July last passit, concerning Aliancez be waye of Mariage betueyn the *Soun and Aier* of Scotland, and the *Zongest Dochtir* of the King of Ingland, and uthir gud and resonnable Conventions for the wele and prosperite of both the Realmes,

It wes in ane Article expressit that the *King of Ingland* suld send his Ambassiatouris into Scotland, at the ferrest be the viii. day of thit Month of October, for a perfite Conclusionn to be takin and had in the samyn,

And that tharuppon, according to the same Article, the Richt Reverend Fadir in God *Laurence Bischop of Durham*, *John Lord Scrop* Knicht and Bruthir of the Honorabill Ordour of the Gairter, Maistir *John Russale* Archidene of Berkshire Kepare of the prive Seile, and Maistir *Robert Bath* Doctour of Lawis, Conselouris and Ambassiatours of the Richt Excellent and Michti Prince *Edward King of Ingland*, *&c.* have cummyn and apperit, in the Tounne of Edinburgh, within the Realme of Scotland, at the said viii. day of October, on the behalue of thare Soverane Lord, to passe and conclud upponn all the said Appoinctiments, according to thare Autorite and Pouer, quhilk be the Commissionns to thame gevin (quharof the Tennour is sett at the end of this Presente) clerli may appeire, eftir that certane notabill Persouns, deputit and commisit be the Richt Hie and Michti Prince *James King of Scotland*, to trecte, advise, and conclud with thame of Ingland upponn the premisses (that is to say) the Reverend Fader in God *Johnne Bishop of Glasgu*, *Williame Bischop of Orkney* Prive Sele, *Colline Erle of Argile*, *David Erle of Cranfurde*, *Archibauldc Abbot of Halirudhouse*, *of Edinburgh*, and Maistir *Archibauldc of Qubitelon Archidene of Saint Andres* within the Part of Louthian Secretare, thai having sufficient Pover and Auctorite touching all the Appointments and Matters betor entendid, as be thar Commissions (quher of the Tennour hereftir ensewyth) also it doith apper, ANNO 1474.

The said Oratours, Commissares, and Deputes of both the Partys, be long and typ deliberationn, have passit, accordit, and concludit, in the Names of thare Princes the Kingis of Scotland and Inglande, and be vertu of the said poueres and auctoriteis to thame gevin, in maner and form as it the Articulis insewyng at large it is expressit.

Here following the thingis and matteris, quhilk have bene advisit, appointit, accordit, and concludit, be the Countalis of he Kingis of Scotland and Ingland, for an Aliaunce of Mariage, to be had in the bloide of the same Princes, and for tendirnes of luf and affectionn to grow and incres betuix thame, to the wele of Peax and tranquillite of thare Realmes, Countreis, and Subjectis.

FORALSMEKIL as this *Nobill Ile*; callit *Great Britanee*, can nocht be kepit and manteinit bettir in welth and prosperite than such thingis to be practizit and concludit betueyn the Kingis of both the Realmes of Scotland and Ingland, quharoy thai and thare Subjectis micht be assoverit to lefe in peax, lut and tendirnes to grow and incres ymangis thame, it hath be aggreit, accordit, and concluoit that, considerit the long continewyt trublis, discentions, and debattis betuen the both Realmes, with gret and mortell Werre that haith folowit that uppon, for the appealing and setting a part of the samyn, a nerar and a moir especiale weye is to be fundin and had than only the truft of the Trew and Abilioence of Werre that is nowe, or ony uthir Trew that couth be divisit betuix both the Parties.

Item, it is aggreit, accordit, and concludit that the most convenient and next meyne to this, is to appoint ane conclud uppoun a Mariage, to be maid betuix *James the eonly first begottin Sonne and Aire* of the Richt Hie and Michti Prince *James King of Scotland* and *Cecile the zoungest Dochtre*, of the Richt Excellent and Michti Prince *Edward King of Ingland*, *&c.* to th'entent that, be neirnes and conjunction of blud, favour and affection of the o party may the moir habundanth procede to the othir, and the Prince and Subjectis of the o Realme to be alwey redy and wele wellit to assist to the othir, gif ony Rebellion or Commotion war maid be the Subjectis of arbir of the Realmes uppone thar Soverane Lorde.

Item, how be it that it is trascit and hapit that, in the said Mariage, gif God will it cum to gud conclusion, and he the luff, favour, and affection that that uppon war lik daill in ensieu betuen the Princis and the Inhabitants of both the Realmes, Amour, Peax, and Tranquillite perpetuale suld grow and daill Increse, that bicause that so gret a thing as that it cannot nor may sa suddanlt be brought about, for grete and divers confederations knowen evidentli to both the Princes, it is aggreit and accordit that, for the moir souerte of both the Partys, the instant Trewis, takin first at Zork, and than after protogit and amplifyt at the Toune of the Newcastell, the xii. day of December, the Zere of oure Lord M.CCCC.LXV. Zeris, to indure unto the Zere of oure Lord Mil. D. XIX. quharof the Letters of Ratification and Confirmationue of both the Kingis Wer, according to the Indentures that were maid undir thar Gret Selis enterchaingeit and deliverit, sal be in substance affermit and ratifiet be uthir Letters indentit, bering dat lik to this present, the same presentis nevertheles in the meyn tyme doing and disposing thame to be aliwais lauthfull and bonorable, to that that may indnce and mak a perfyt Peax, Amite, and Aliaunce betuix thame, thar Aiers, Landis, and Cuntreis.

Item, it is aggreit, accordit, and concludit, betuen the said Kingis, for thame thar Aieris and Successours, that nouthir of thame, during the tyme of the Trewis, sall favour nor gif assistence to uyeris Traitours or Rebellis, bot thai sal be bound that, at quhat tyme ony Persone of evill disposition, of quhat degre, estate, or conditionn so ever thai be, wauld tak uppon thame to make Rebellion or Commotion againe the Soverane of the Land, in ony maner of wise, and gif it plese the Prince, that such Rebellion or Commotion is maide agains, to signify the same to the othir Prince, and require him to gif to him his Assistence and Help to the repressing of the same Rebellion or Commotion, the said Prince, so being requirit,

ANNO 1474. ſall faithfulli gif his aſſiſtence and aied to the othir Prince, in likwiſe as he wauld have done to himſelve in caiſe ſimilable, and thus to be extendit and underſtandin als wele betuix the Prince Sonnes and Aieris, as betuix thame ſelve; the expenſis tharof to be maid and done be the Prince that ſo ſall require.

Item, as tuiching the ſaid Mariage, quhilk is thoght to be the verray rute and eſtablisment of all the luf, favour, and aſſiſtence that the on Party ſall owe onto the othir, it is advitit, appoinctit, accordit, and concludit that, forasmekil as the ſaid Prince is as zit bot tender conſtitute and being in the ſecund Zere of his aige, the ſaid Princes alſo of the aige of four Zeris, ſo that nor thai nor nouthir of thame may mak Contraict of Matrimoni nor of ſpouſalis in thar Perſouns, the ſaid Kingis, Faderis to the ſaid Prince and Princes, ſal be bundin, in the maiſt lauthfull, honorable, and ſure maner and forme, oothir of thame to uthir, to th'entent and effect as folouyth,

FIRST, the ſaid *King of Ingland* ſall promit and obliſe himſelve to do and procur, alsfer as in him ſal be, that his *Zongaſt Dochter callit Cecile*, in alſo gudli and convient tyme, eſtir that Sche and the ſaid Sone and Aire of Scotlande ſai be at thare lauthfull aige, to mak the Band of Matrimoni, or within ſix Monethis eftir at the ferreſt ſal be aſſoverit unto the ſaid Zoung Prince *James*, Sone unto *the King of Scotland* that now is, and with him mak and perfite the Contract of Matrimoni, the ſame to be ſolemniſyt, within the ſaid tyme, eftir the forme and be the Auctorite of Hali Kirk.

Item, in likwiſe the ſaid *King of Scotland* ſall promit and obliſe himſelve to do and procure, alsfer as in him ſal be, that his Sone *James*, aire of the Realme of Scotland, in alſo gudli and convenient tyme, eſtir that he ſal be at his lauthfull aige, to mak the Band of Matrimoni, or within ſix Monethis eftir at the ferreſt ſal he aſſoverit unto the ſaid Zoung Princes *Ceele Dochtir to the King of Ingland* that now is, and with hir mak and perfyte the Contract of Matrimoni, the ſame to be ſolemniſyt, within the ſaid tyme, eftir the forme and be the Auctorite of the Kirk.

Item, it is appointit, accordit, and concludit, that the ſaid Princes ſall have, in Doure and in Jointe-feffement, all and haile the Landis, Rentis, and Revennewis partening to the anld Heretage of the Prince Sone and Aire of Scotland, dnring the Liftyme of his Faidir; that is to ſay, *the Duchery of Rothesſay*, *the Erledome of Carrik*, *the Loraſchippit of the Stewart Landis of Scotland*, with all comodities, proffittis, and appartinencis of the ſame; and, gif it hap the ſaid Prince to be King, or his Modir deceſe, and the Douri that the Queyne haith not void, ſche ſall have the thrid part of the Propirte, Landis, and Rentis partening to the King hir Spouſe, or ellis ane equivalent Portioun of the thrid part of the ſaid Propirte, Landis, and Rentis at hir plaſeire and diſſire; and, quhat tyme shat the Doury, partening to the Queyn that now is, ſall hap to void, Sche ſall, gif it pleſe hir, have the ſame, renunceing and giſing up the Douris aſſignit to hir before.

Item, it is appointit, accordit, and concludit that, for the ſaid Mariage and Doure, the ſaid *King of Ingland* ſall gif, with his Dochtir, to the King of Scotland *xx Mil. Markis Inglis Money*, to be pait in this maner.

FIRST, eftir the making and eſtabliſſing of this Conventioun, within thre Monethis nixt enſeuyng, *Two Mil Markis Inglis*, and every Zere of two Zeris than nixt ſolonyng at the ſame ſeſonn of the Zere and Terme *Two Mil. Markis Inglis*, and fra thyne furth xerli every Zere a *Thouſand Mark. Inglis* at the ſame terme, unto the tyme *xx Mil. Markis* be fulli pait and content.

Item, it is forthir in this part comonit, tretit, adviſit, and accordit, that is to ſaye, in caiſe (that God forbeide) the Zoung Prince and Princes befor nemit, or the on of thame, ſuld fortoune to deceſe, or ellis this matter othirwiſe to cum to that poynt that the Matrimoni, before ſpokin betuix thame tonth, tak none effect, zit, quhenſoever the *King of Scotland* ſuld hap to have a Sone his Aier, the ſame that is now or uthir, and the *King of Ingland* a Dochtir of lik aige, or within thre or four Zere above or beneth the aige of the ſame Sone and Aire, the ſaid Tua Kingis ſall do and procure, alsmekill as in thame ſal be, ſuch two Perſonns, the Sone of Scotland and the Dochtir of Ingland, to be maryt togiddir in maner and forme, and with all the appartenances, and charges before reherſit.

ANNO 1474. PROVIDIT alwey that, quhatſoever *the King of Ingland* pay a fore the faling of the hop of the firſt iodentit Mariage, it be undirſtandin and taken as parte of the tuenty thouſand Markis, that ſal be gevin for that Matrimoni that ſall tak effect and hauld betuix ony of the Childer of the ſaid two Kingis.

Item, it is appointit, aggreit, and accordit that, gif, eftir a perfite concluſion takin betuen boith the Kingis in the premiſſis and the Convenantis thar uppon fulli paſſit, ſelit, and auctorizit, as it appartening, alſo peraventure parſell of the ſaide ſoumes of money pait and contentit be the King of Ingland, ú ſall forton ony of the boith Zoung Prince and Princes deceſe (that God forbeide) or ellis that the caiſe ſo happin that the Matrimoni, quharofe is mention before maid, tak none effect, nouthir betuix the ſaid Prince and Princes, nouthir betuix ony uthir of the Childir of the ſaid Kingis, that than all ſoumes of moneye, as by the *King of Ingland* ſall hap to be pait afor unto *the King of Scotland*, for and becauſe of the Mariage as is before ſaid, ſal be to *the King of Ingland* and his Aicris haile and entierli repait be the ſame *King of Scotland* and his Aieris.

PROVIDIT and ſene alwey that, gif the ſoume or ſoumes, ſo pait be the *King of Ingland*, excede not *Tua Thouſand and Five Hundret Markis Inglis*, *the King of Scotland* be nocht bundin in ony of the ſaid caiſe that ſoume to refonnd nor to repay in ony wiſe; the quhilk ſowme of *Tua Thouſand and Five Hundred Markis the King of Ingland* is content to pay unto the ſaid *King of Scotland* thoth all (that God forbeide) the one or the uthir of the ſaid Prince or Princes deceſe, and that none of the ſaid Matrimonis tak na concluſion nor effect.

Item, as for cautions and ſoucrteis of the paymentis and repaymentis in the caiſe betor tochit, it is aggreit, accordit, and concludit that, over and above the forme of the boundis of this Treti, thoth all ir be confermit and ratifyt herefir in all Pointis enterchangeabilli be the Lettres Patentis of boith the Princes,

The ſaid *King of Inglang* ſall gif his ſeveralis Lettres Patentis of Obligation to the *King of Scotland*, touching the payment and contentation of the ſaid *XX. Thouſand Markis*, for the Cauſe and at the Termes before ſpecifyt, binding himſelve and his Aieris, in the Word of a King and be his Honour, to the payment and redi contentation of the ſame, in gud, ſufficient, and lauthfull forme,

And, in likwiſe, the ſaid *King of Scottis* ſall gif his ſeveralis Lettres Patentis, owir and above all the Premiſſis, binding himſelve and his Aieris, in the Worde of a King and be his honour, to the repayment of all the ſoumes of money quhilk ſall hap be *the King of Ingland* to be pait for the Cauſe above tnicht, in Caiſe of the farfeting of the on and the othir Matrimonys before intendit, except the ſaid ſoumes of *Tua Thouſand and Five Hundred Markis*, qnhilk ſall not be repait.

The ſame tua Lettres of Obligationn to pas, and to be maid, and gevin be the ſame Kingis, undir thar Gret Selis, in maner and forme as folouyth,

EDWARDUS &c. Omnibus ad quos præſentes Literæ pervenerint Salutem.

Cùm inter Nos & Sereniſſimum Principem *Jacobum Regem Scotorum* Conſanguineum noſtrum cariſſimum, pro incremento dilectionis & affectionis Fraternæ inter Nos & Hæredes noſtros introducendo, ad Pacem & quietem Subditorum noſtrorum hincinde, de Matrimonio, inter *Jacobum ipſius Primogenitum & Hæredem* noſtramque *Filiam juniorem Ceciliam*, ætate adhuc juniores, cùm ad Annos legitimos pervenerint, contrahendo, ſeriosè tractatum & concordatum ſit,

Nosque eidem Regi, nomine dotis cum filia noſtra, certas pecuniarum ſummas, ad certos Annos, juxta Capitula ejusdem Tractatûs, dare & perſolvere teneamur,

Hinc eſt quòd Nos *Edwardus Rex* memoratus fatemur & recognoscimus per præſentes Nos teneri & firmiter obligari dicto *Jacobo Regi Scotorum*, cauſâ & occaſione Matrimonii ſupradicti, ac nomine dotis debitæ cum Filia noſtra ut præfertur, in *Viginti millibus Marcarum* legalis monetæ noſtræ Angliæ, ſolvendis *eidem Regi* aut ſuo certo Procuratori ſeu Attornato, in Eccleſia Parochiali ſancti Egidii de Edinburgh, particulatim terminis & diebus ſubſequentibus; viz.

Solvemus aut *ſolvi faciemus*, in Eccleſia Parochiali præ-

ANNO 1474. prædicta, tertio die Februarii proximò futuro poſt datam præſentium, *duo millia Marcarum.*

Item, ad eundem diem ejusdem menſis, qui erit Anno Domini milleſimo, quadringenteſimo, ſeptuageſimo quinto, *duo millia Marcarum.*

Item, ad eundem diem ejusdem menſis, qui erit Anno Domini milleſimo, quadringenteſimo, ſeptuageſimo ſexto, *duo millia Marcarum.*

Item, ad eundem diem ejusdem menſis, qui erit Anno Domini milleſimo, quadringenteſimo, ſeptuageſimo ſeptimo, *mille Marcas* monetiæ antedictæ,

Et deinde annuatim, loco & die ſupradictis, *mille Marcas* donec & quousque dicta ſumma *viginti millium Marcarum* fuerit integraliter & plenariè perſoluta,

Ad quas quidem ſolutiones, benè & fideliter faciendas, *obligamus*, bonâ fide & in verbo Regio, Nos, Hæredes, & Succeſſores noſtros, ac bona noſtra præſentia & futura;

PROVISO quòd, in ſingulis ſolutionibus memoratis, dictus Rex, aut Procurator ſeu Attornatus, hujusmodi legalem Acquietantiam, ſub Sigillo Magno ipſius Regis, ad noſtram & hæredum noſtrorum exoneracionem, de receptis afferenti, pro Nobis & nomine noſtro, pecunias easdem tradat & deliberet effectualiter ut eſt juſtum.

In cujus rei Teſtimonium Sigillum noſtrum magnum &c.

JACOBUS, Dei gratiâ, *Rex Scotorum*, omnibus, ad quos præſentes Litteræ pervenerint, Salutem.

Cum inter *Nos* & Sereniſſimum Principem *Edwardum Regem Angliæ* Conſanguineum noſtrum cariſſimum, pro incremento dilectionis & affectionis Fraternæ inter Nos & Hæredes noſtros introducendo, ad pacem & quietem Subditorum noſtrorum hincinde, de Matrimonio, inter *Jacobum noſtrum Primogenitum* & Hæredem ipſiusque Regis *Filiam juniorem Ceciliam*, ætate adhuc minores, cùm ad Annos legittimos pervenerint, contrahendo, ſeriosè tractatum & concordatum ſit,

Ipſeque Conſanguineus noſter Nobis certas Pecuniarum ſummas, nomine dotis, cum Filia ſua, ad certos Annos, juxta Capitula ejusdem Tractatûs & Concordiæ, dare & perſolvere teneatur, prout in Litteris Obligatoriis ejusdem Regis, deſuper emanatis, plenius continetur,

Sitque, inter cætera, etiam in eisdem Capitulis dictum, adviſatum, & concluſum quòd, in eventum deſectûs Matrimonii inter prædictas Proles noſtras, per obitum eorum alterius ante ſolempnizationem ejusdem Matrimonii ſeu aliter contingentis, de omnibus & ſingulis Pecuniæ ſummis, quas cauſâ & occaſione prædictâ ipſum *Regem Angliæ* Nobis ſolvere contigerit, eidem Regi ſuisve Hæredibus & Succeſſoribus integraliter ſatisfactionem & promptam reſolutionem facere teneamur,

Hinc eſt quòd Nos *Jacobus Rex* prædictus fatemur & recognoscimus, per præſentes, Nos teneri & firmiter obligari dicto *Edwardo Regi Angliæ* in omnibus & ſingulis peccuniarum ſummis, quas per Acquietantias noſtras deſuper concedendas, ipſum Regem Nobis, ante eventum deficientis Matrimonii hujusmodi, caſu quo ſperatum effectum ſortiri nequeat, exſolviſſe apparuerit;

Ita tamen quòd, ſi ſummæ perſolutæ hujusmodi *bis mille & quingentas Marcas* non exceſſerint, ipſas *bis mille & quingentas Marcas* nullatenus refundere nec reſolvere teneamur; Reſiduum autem hujusmodi Peccuniæ perſolutæ, quantumcúmque fuerit, infra quatuor annos, in eventum deficientis Matrimonii prædicti, immediatè ſequentes, in Eccleſiâ Perrochiali Sancti Nicholai, in Villa de Novo Caſtro, ad tertium diem Februarii, qui in ſingulis ipſorum quatuor annorum evenerit, dicto Regi aut ſuo certo Procuratori ſeu Attornato æquis portionibus reſolvemus:

Ad quas quidem reſolutiones, in eventu & caſu prædictis, benè & fideliter faciendas, *obligamus*, bonâ fide & in verbo Regio, Nos, Hæredes, & Succeſſores noſtros, ac Bona noſtra præſentia & futura;

PROVISO quòd, in ſingulis reſolutionibus memoratis, Procurator ſeu Attornatus, hujusmodi legalem Acquietantiam, ſub Sigillo Magno ipſius Regis, ad noſtram & Hæredum noſtrorum exoneracionem, de receptis afferenti, pro nobis & nomine noſtro, Peccunias easdem tradat & deliberet effectualiter ut eſt juſtum.

In cujus rei Teſtimonium noſtrum Magnum Sigillum præſentibus eſt appenſum, &c.

ALL which thingis and materis, ſa aggreit and accordit, in maner and forme above expreſſit, We, the for nemmit Oratouris and Ambaſſiatouris of the King of Scotland, be vertu of oure Commiſſionns, promittis, in good feith, in the Name of our ſaid Soveraine Lord *James King of Scotlande*, that our ſaid Soveraine Lord ſauld kepe and obſerve, alsfer as thei tuiching or concerning him, and that he ſall ratify and confeſtme all the premiſſis wourde for wourde, and thar uppon git his Lettres Patentis of Ratification and Confirmation, with the ſaid ſerveralis Lettres of Obligation, ſelit undir his Gtet Scile, to be deliverit, in the Pariſche Kirk of Northame, the fowrth day of Januare nixt to eum, to thame or him quhilk ſal be auctorizit be the King of Inglande to reſſaue the ſame; and to deliver and then and thare deliverit lyke ſor the part of the *King of Ingland* according to thaim that is above adviſit and accordit, onles than the Princes practis ſum meyne of maite ſpedy and haſtl enterchangeing of the ſaid Lettres, in the preſens of the on of thame.

Boith the Tenours of the Commiſſions, quharof is maid mention befor, be ſuch as tolouyth,

EDWARDUS, *&c.* omnibus, ad quos præſentes Literæ pervenerint, Salutem.

Cùm nulla permittatur Hoſti humani generis, in adminiſtrando pericula diſſenſionum, Potentia tanta, quòd, pro ſuo beneplacito, non poſſit & velit benignitas Omnipotentis gratiam viciſſim infundere Concordiæ & Unitatis, noviſſimè, diebus iſtis, deſorſum datum eſt ut inter *Nos* & Sereniſſimum & Illuſtriſſimum Principem *Jacobum Regem Scotorum* Conſanguineum noſtrum cariſſimum, poſt multa Prædeceſſorum noſtrorum commiſſa prælia, de modis & mediis reconciliandi amoris & amicitiæ ſermo & Tractatus haberetur,

Adeoque inter noſtros & ipſius Conſanguinei noſtri Commiſſarios ſuper eo communicatum, appunctuatum, & eoneluſum extitit, ut ad Matrimonium, inter *Jacobum Filium unicum & Hæredem* ipſius Regis noſtrámque *Filiam Juniorem Ceciliam* ſuperveniente ætate legitimâ contrahendum, tanquam principium & radicem ſtabiliendi amoris, pactaque dotalitia & alia in ea parte neceſſariò firmanda, procedi deberet, Nos igitur,

Ea, quæ per Commiſſarios noſtros atque ſuos hinc inde, tricesimo die menſis Julii ultimò effluxo, apud Weſtmonaſterium, ut per ipſorum Indenturas illius Datæ apparet, ſuper præmiſſis adviſata, appunctuata, ſeu concordata noscuntur, rata habentes atque grata, volentésque ea præconceptum in omnibus ſortiri effectum,

De fidelitate, probitate, circumſpectione, & induſtriâ, dilectorum noſtrorum, Reverendorum Patrum, *Laurentii Dunolmenſis*, *Ricardi Aſſavenſis*, *Epiſcoporum*, *Radulphi Dominus Graſtok*, *Johannis Domini le Scrope*, Militum, *Johannis Ruſſell* Archidiaconi Berkshire Cuſtodis Privati Sigilli noſtri, & *Roberti Botth* Legum Doctoris, Conſiliariorum noſtrorum, pleniſſimè confidentes,

Ipſos noſtros Ambaſſiatores, Oratores, Commiſſarios, Procuratores, & Nuncios ſpeciales facimus, conſtituimus, & ordinamus per præſentes,

Dantes & concedentes eis, quinque, quatuor, tribus, aut duobus eorum, poteſtatem generalem & Mandatum ſpeciale in Regnum Scotiæ & verſus præfatum Conſanguineum noſtrum Regem ſe transportandi,

Ibidemque, pro Nobis & nomine noſtro, de & ſuper Spouſalibus & Matrimonio, inter dictum *Jacobum Filium* noſtrámque *Filiam Ceciliam* memoratam contrahendo, dotéque, dotalitio, ſeu donatione propter nuptias, vi & virtute Matrimonii hujusmodi prominendi, dandis, & perſolvendis, eum dicto Sereniſſimo Principe *Rege Scotorum* Conſanguineo noſtro cariſſimo, aut ſuis Oratoribus, Commiſſariis, ſeu Procuratoribus, ſufficientem habentibus poteſtatem, tractandi, communicandi, appunctuandi, concordandi, & concludendi,

Locorum, temporum, modorum, conditionum, cautionum, & ſecuritatum, quibus præmiſſa compleantur & perficiantur, certitudinem, ſpecificationem & qualitatem ſtatuendi, & ſuper eisdem conſentiendi & concordandi,

De & ſuper firma, perpetua, & reali Pace & Amicitia, Ligisque Confœderationibus, Treugisve & Abſtinentiis Guerrarum, pro Nobis, Amicis, Alligatis, Confœderatis, Ligeis, Subditis, Hæredibus, Succeſſoribus, Regnis, Patriis, Dominiis noſtris, & utriúſque noſtrûm, ineundis, contrahendis, & firmandis, mutuisque hinc indè aſſiſtentiis & auxiliis præſtandis, tractandi, conſentiendi, concordandi, & concludendi,

ANNO 1474.

Aliámque *Dietam* pro præmiſſis, ſi oporteat, ſtatuendi & præfigendi,

Cæteráque faciendi, excercendi, & expediendi quæ in præmiſſis ſeu aliquo præmiſſorum neceſſaria fuerint ſeu quomodolibet oportuna, etiam ſi talia ſint quæ de ſe Mandatum magis exigant ſpeciale;

Promittentes, bonâ fide & in verbo Regio, pro Nobis, Hæredibus, & Succeſſoribus noſtris, ea omnia habituros Nos rata, grata, & firma imperpetuum, quæ per dictos noſtros Ambaſſiatores, Oratores, Commiſſarios, Procuratores, & Nuncios, aut duos eorum, tractata, communicata, appunctuata, concordata, ſeu concluſa fuerint in præmiſſis, ſeu aliquo præmiſſorum, ſub ypoteca & obligatione omnium bonorum noſtrorum præſentium & futurorum.

In cujus rei Teſtimonium has Literas noſtras fieri feeimus Patentes.

Teſte meipſo apud *Wyndefore* decimo quinto die Auguſti, Anno Regni noſtri quarto decimo.

Per ipſum Regem, & de Data prædicta, Auctoritate Parliamenti.

JACOBUS, Dei gratiâ, *Rex Scotorum*, univerſis & ſingulis, ad quorum notitias præſentes Literæ pervenerint, Salutem.

Cum nulla permittatur Hoſti humani generis in adminiſtrando pericula diſcentionum potentia tanta, quod pro ſuo beneplacito non poſſit & velit benignitas Omnipotentis gratiam vicißim infundere Concordiæ & Unitatis, noviſſimè diebus iſtis de ſurſum datum eſt ut inter *Nos* & Sereniſſimum ac Illuſtriſſimum Principem *Edwardum Angliæ Regem* Conſanguineum noſtrum Cariſſimum, poſt multa prædeceſſorum noſtrorum commiſſa prælia, de modis & mediis reconciliandi Amoris & Amicitiæ ſemnu & Tractatus haberetur,

Adeóque inter noſtros & ipſius Conſanguinei noſtri Commiſſarios ſuper eo communicatum, appunctuatum, & concluſum eſtiit, ut ad Matrimonium, inter *Jacobum Filium* noſtrum unicum & hæredem ac Inclitam Principiſſam Dominam *Ceeciliam juniorem Filiam* dicti Illuſtriſſimi Principis *Edwardi Angliæ Regis* contrahendum, tamquam principium & radicem ſtabiliendi Amoris, Pactaque, Dotalitia, & alia in ea parte neceſſaria firmanda, procedi deberet, Nos igitur,

Ea, quæ per Commiſſarios noſtros ac ſuos, hinc inde, tricelimo die menſis Julii ultimò effluxo, apud Weſtmonaſterium, ut per ipſorum *Indenturas* illius datæ apparet, ſuper præmiſſis, adviſata, appunctuata, ſeu concordata noſcuntur, rata habentes atque grata, volentesque ea præconceptum in omnibus ſortiri effectum,

De fide igitur, legalitate, prnbitate, circumſpectione, & induſtriâ, dilectorum noſtrorum, Reverendorum Patrum, *Johannis Glaſgacenſis*, *Wilhelmi Orkadenſis*, Epiſcoporum, noſtri Sigilli Privati Cuſtodis, *Colini Comitis de Argile*, *David Comitis Cranfurdiæ* & Domini Lindeſaye, *Archibaldi Abbatis Monaſterii Sanctæ Crucis de Edinburgh*, & Magiſtri *Archibaldi Quhitelaw Archidiaconi* Sancti Andreæ infra Partes Laudoniæ noſtri Secretarii, pleniſſimè confidentes,

Ipſos noſtros Ambaſſiatores, Oratores, Commiſſarios, Procuratores, & Nuncios ſpeciales facimus, conſtituimus, & ordinamus per præſentes,

Dantes & concedentes eisdem, ſex, quinque, quatuor, tribus, aut duobus eorumdem poteſtatem generalem & Mandatum ſpeciale, pro Nobis & nomine noſtro, cum Reverendo Patre *Laurentio Epiſcopo Dunolmenſi*, Nobili Domino *Johanne Domino lez Scrope* Milite, & Egregio Clerico Magiſtro *Johanne Ruſſell* Archidiacono Berkshire Cuſtode Privati Sigilli Excellentiſſimi Principis *Edwardi Angliæ Regis*, ac Magiſtro *Roberto Boith* Legum Doctore, Ambaſſiatoribus, Oratoribus, Commiſſariis, Procuratoribus, & Nunciis dicti Sereniſſimi Principis *Edwardi Angliæ Regis*, ad hoc ab eodem Principe ſpeciale Mandatum & ſimilem poteſtatem habentibus, de & ſuper Sponſalibus & Matrimonio, inter *Jacobum noſtrum Filium* Unicum & Hæredem & dictam Inclitam Dnminam *Ceeciliam* contrahendis, doteque, dotalitio, ſeu donatione propter nuptias, vi & virtute matrimonii hujusmodi promittendis, dandis, & perſolvendis, tractandi, eommunicandi, appunctuandi, coneordandi, & concludendi,

Locorum, temporum, modorum, conditionum, cautionum, & ſecuritatum, quibus præmiſſa compleantur & perficiantur, certitudinem, ſpecificationem & qualitatem ſtatuendi, & ſuper eisdem conſentiendi & concordandi,

De & ſuper firmis Treugis ſeu Guerrarum Abſtinentiis, Amicitiâ & Unitate, pro Nobis, Amicis, Aligatis, Confœderatis, Ligeis, Subditis, Hæredibus, Succeſſoribus, Regnis, Patriis, Dominiis noſtris, & utriusque noſtrûm, incundis, contrahendis, firmandis, mutuisque hinc inde affiſtenriis & auxiliis præſtandis, ttactandi, conſentiendi, concordandi, & concludendi,

ANNO 1474.

Aliámque *Dietam*, pro præmiſſis, ſi oporteat, ſtatuendi & præfigendi,

Cæteráque umuia faciendi, excercendi, & expediendi, quæ in præmiſſis ſeu aliquo præmiſſorum neceſſaria fuerint ſen quomodolibet oportuna, etiam ſi talia ſint quæ de ſe Mandatnm magis exigant ſpeciale;

Promittentes, bonâ fide & in verbo Regio, pro Nobis, Hæredibus, & Succeſſoribus noſtris, ea omnia habituros Nos rata, grata, & firma imperpetuum, quæ per dictos noſtros Ambaſſiatores, Oratores, Commiſſarios, Procuratores, & Nuncios, aut duos eorum, tractata, communicata, appunctuata, concordata, ſeu concluſa fueriut in præmiſſis ſeu aliquo præmiſſorum, ſub ypoteca & obligatione omnium bonorum noſtrorum præſentium & futurorum.

In cujus rei Teſtimoninm has Literas noſtras ſnb Magno Sigillo noſtro fieri fecimus patentes, apud *Edinburgh* decimo octavo die menſis Octobris, Anno Domini milleſimo, quadringenteſimo, ſeptuageſimo quarto, & Regni noſtri decimo quinto.

IN WITNES quharof We, the ſaid Oratouris and Ambaſſiatouris of the King of Scotland, has ſubſcrivit this preſenris with oute Names and Signis Manualis, and ſet to oure Selis, *at Edinburgh*, the XXVI. day of Octoher, the Zer of oure Lord God MCCCCLXXIV. Zer, to remain with the part of the ſaid King of Ingland.

Secundæ verò Indenrutæ Tenor talis eſt,

HÆC INDENTURA,

FACTA inter Nos, *Laurentium*, Dei Gratiâ, *Dunolmenſem Epiſcopum*, *Johannem Dominum de Scrop* Militem, *Johannem Ruſſell* Archidiaconum Berkshire Cuſtodem Privati Sigilli, & *Robertum Boith* Legum Doctorem, Conſiliarios, Oratores, & Ambaſſiatores Sereniſſimi & Excellentiſſimi Principis *Edwardi*, Dei gratiâ, *Regis Angliæ &c.* ex una parte, &, Reverendos Patres in Chriſto, *Johannem*, Dei Gratiâ, *Epiſcopum Glaſguenſem*, *Willielmum Epiſcopum Orkadenſem* Cuſtodem Privati Sigilli, *Colinum Comitem de Ergile*, *David Comitem de Cranfurde*, *Archibaldum Abbatem Monaſterii Sanctæ Crucis de Edinburgh*, & *Archibaldum Quhitelau Archidiaconum Sancti Andreæ* infra Archidiaconatum Laudoniæ Secretarium, Excellentiſſimi & Illuſtriſſimi Principis *Jacobi Scotorum Regis* Commiſſarios parte ex altera,

TESTATUR quòd, Nobis Commiſſariis, Procuratoribus prædictis, in *Villa de Edinburgh*, inſtanti menſe Octobris, inutuò convenientibus, poſt ottenſionem Commiſſionum noſtrarum (quarum tenores ſuperius inſeruntur) poſtque diverſas cummunicationes & deliberationes habitas, tandem inter Nos, auctoritate & virtute Commiſſionum noſtrarum prædictarum, viceque & nomine Principum noſtrorum hujusmodi appunctuatum, concordatum, & concluſum extitit, de & ſuper materia Treugarum & Guerrarum abſtinentiarum, prout ſequitur,

INPRIMIS, eùm ita ſit quòd Pacis auctor dictorum Principum animos aliquando commovit, ut ipſi a Guerrarum rabie ſe diverterent abſtinerentque, ac illa quæ Pacis ſunt vel ejus media ampleCterentur, efficitque quòd, primo die menſis Junii, Anno Domini milleſimo, quadringenteſimo, ſexageſimo quarto, in domo Capitulari infra Carhedralem Eccleſiam Sanctorum Petri & Pauli Civitatis Eboracenſis, Gnerrarum Abſtinentiæ per Terram Mareque & aquas dulces, per certos utriusque Principis Commiſſarios, concluſa fuerant, duraturæ usque ad occaſum Solis ultimi diei Octobris, qui erit in Anno Domini milleſimo, quadringenteſimo, ſeptuageſimo nono, certis modis & formis, ut in Literis indè confectis manifeſtiùs continetur,

Eædemque Trengæ & Gnerrarum abſtinentiæ poſteà (viz.) duodecimo die Decembris, Anno Domini milleſimo, quadriugenteſimo, ſexageſimo quinto, in *Villa de Novo Caſtro*, per alios utriusque Principis Commiſſarios, in omnibus & ſingulis Articulis præadviſatis, fuerunt ad longiora tempora prorogatæ (viz.) usque ad Annum Domini milleſimum, quingenteſimum, nonum decimum, prout in ipſorum *Indeaturis* (quas Literis Patentibus dictorum Regum ratificatas & confirmatas

ANNO 1474. firmatas fuiſſe fatemur & recognoscimus) pleniſſimè conjunctur,

Nos igitur Commiſſarii prædicti, ex certis cauſis honeſtis & rationabilibus Nos moventibus, virtute Poteſtatum, Auctoritatum, & Commiſſionum noſtrarum prædictarum, dictas Treugas & Guerrarum abſtinentias, ita ut præmittitur, captas, initas, & prorogatas, nominibus Regum & Principum noſtrorum prædictorum, ratas habentes atque gratas, ipſasque captionem & prorogationem Treugarum hujuſmodi admittentes de novo & approbantes, concordavimus & eunctuſimus easdem Treugas & Guerrarum abſtinentias, quibuſcunque attemptatis ſive rupturis prætentis ex una aut alia parte non obſtantibus, ſuper quibus, poſt ultimam *Diem* Novi Caſtri, ſupervenientibus ad reparationem debitam procedendum eſt, debere per tempora memorata & usque ad Annum milleſimum, quingenteſimum, decimum nonum ſupraſcriptum, ſecundum formam, vim, & effectum omnium & ſingulorum Articulorum, in *Indentura*, *apud Eboracum* inter Commiſſarios ut præmittitur confectis & expeditis, ſeriatim deſcriptorum (quos hic haberi volumus pro expreſſis) per ipſos Principes & eorum Succeſſores atque Subditos univerſos & ſingulos inviolabiliter obſervari.

Quæ omnia & ſingula, ita inter Nos mutuò concordata, conteſſata, recognita, ratificata, admiſſa & approbata, Nos Oratores & Commiſſarii Regis Angliæ ſupranominati promittimus per ipſum metuendiſſimum Dominum noſtrum Regem, ſuosque Succeſſores, quoad ipſum & ipſos attinent, deberi in omnibus & per omnia teneri inviolabiliter pariter & obſervari,

Prætentemque *Indenturam*, per Literas Patentes ejusdem Domini noſtri Regis, ſuo Magno Sigillo ſigillandas, ratificari & confirmari, ipſasque Literas ratificatorias, citra quartum diem Januarii proximè futurum, aut ad ultimum in ipſo quarto die, in Eccleſia Parochiali de Norrhame, Nuncio Regis Scotorum, ſimiles Literas pro ipſo Rege afferenti, tradi & deliberari debere.

In quorum omnium Teſtimonium atque fidem hnic Parti INDENTURÆ, penes Commiſſarios dicti *Regis Angliæ* REMANSURÆ, Nos Oratores dicti *Regis Scotiæ* Sigilla noſtra, cum Nominibus & Signis noſtris manualibus, appoſuimus.

Dat. apud *Edinburgh* viceſimo ſexto die menſis Octobris, Anno Domini milleſimo, quadringenteſimo, ſeptuageſimo quarto.

Quas quidem INDENTURAS, & dictarum Treugarum apud Civitatem Eboracenſem Conventiones & Pactiones, ac earumdem apud *Villam Novi Caſtri* Prorogationes, affinitates initas, cæterosque Tractatus, Compoſitiones, Ligas, Amicitias, aliaque omnia, contenta, paſſata, concordata, declarata, & expreſſata in præmiſſis, Nos *Jacobus Rex Scotorum*, ex noſtra certa ſcientia proprioque motu, in omnibus ſuis Articulis, Punctis, Membris, & Clauſulis, pro Nobis, Hæredibus, Succeſſoribus, Terris, Dominiis, Ditionibus, Ligeis, Subditis, Amicis, Confœderatis, Adhærentibus & adhæſuris, necnon omnibus quorum intereſt aut intererit quomodolibet in futurum, landamus, acceptamus, ratificamus, validamus, roboramus, & approbamus;

Promittentes, bonâ fide & in verbo Regio, pro Nobis, Hæredibus, Succeſſoribus, Subditis, & Ligeis noſtris, ea omnia & ſingula, quantum ad Nos attinent, firmiter tenturos, obſervaturos pariter & perimpleturos, nec eisdem contraveniemus ullo pacto.

In cujus rei Teſtimonium præſentibus Magnum Sigillum noſtrum apponi fecimus, apud *Edinburgh*, tertio die menſis Novembris, Anno Domini milleſimo, quadringenteſimo, ſeptuageſimo quarto, & Regni noſtri decimo quinto.

Sub Sigillo Magno Scotiæ Cera albæ & duplici Cauda Pergamenæ pendente.

Conventionum Scotiæ per Regem Ratificatio.

REX univerſis & ſingulis, ad quorum Notitias præſentes Literæ pervenerint, Salutem.

NOTUM FACIMUS quòd vidimus, inſpeximus, & intelleximus quasdam INDENTURAS,

INITAS, appunctuatas, & concluſas, in *Burgo de Edinburgh*, Anno Domini milleſimo, quadringenteſimo, ſeptuageſimo quarto, *viceſimo ſexto die menſis Octobris*,

Inter Reverendum in Chriſto Patrem *Laurentium Epiſcopum Dunolmenſem*, *Johannem Dominum le Scrop* Militem, Magiſtrum *Johannem Ruſſell* Archidiaconum Berks Cuſtodem Privati Sigilli noſtri, & Magiſtrum *Robertum Bothe* Legum Doctorem, Conſiliarios, Oratores, Ambaſſiatores, & Commiſſarios noſtros ex una, & Reverendos Patres, *Johannem Glaſcuenſem*, *Wilhelmum Orchadenſem*, *Episcopos*, Privati Sigilli Cuſtodem, Nobiles Dominos, *Colinum Comitem de Argile* Dominum Cambel & de Lorne, *David Comitem Craufurdiæ* & Dominum Lindeſay, Venerabilem Patrem *Archibaldum Abbatem Monaſterii Sanctæ Crucis de Edenburgh*, & Magiſtrum *Archibaldum Quhitelawe Archidiaconum Sancti Andreæ* infra Partes Laudoniæ Secretarium, Conſiliarios, Oratores, Commiſſarios, & Deputatos Sereniſſimi & Potentiſſimi Principis *Jacobi Scotorum Regis* Conſanguinei noſtri cariſſimi, ex altera partibus,

De & ſuper modis & mediis reconciliandi amoris, Treugisque & Abſtinentiis Guerrarum retinendis & continuandis, Affinitatibus inter dictum Illuſtriſſimum Principem *Scotorum Regem* noſtrum Conſanguineum & *Nos* conjungendis, ſuperque Pace & quiete utriuſque Regni Subditorum,

Qui quidem Oratores, ir vim Poteſtatum & Commiſſionum eis ab utraque parte committarum, communicârunt, appunctuârunt, concordâjunt, & concluſerunt, prout in eorum indentatis Literis (quarum tenores de verbo ad verbum ſubſequuntur) pleniſſimè continetur,

Primæ verò Indenturæ tenor talis eſt,

THIS INDENTURE,

MADE, at *Edinburgh*, the xxvi. day of October, the Year of our Lord *&c. prout ſupra in Literis Regis Scotorum dat.* 3. *Novembris tunc ſic.*

Quas quidem INDENTURAS, & dictarum Treugarum apud Civitatem Eborum Conventiones & Pactiones, ac earumdem apud *Villam Novi Caſtri* prorogationes affinitates initas; cæterosque Tractatus, Compoſitiones, Ligas, Amicitias, aliaque omnia, contenta, paſſata, concordata, declarata, & expreſſata in præmiſſis, Nos *Edwardus Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ* memoratus, ex noſtra certa ſcientia proprioque motu, in omnibus ſuis Articulis, Capitulis, Punctis, Membris, & Clauſulis, pro Nobis, Hæredibus, Succeſſoribus, Terris, Dominiis, Ditionibus, Ligeis, Subditis, Amicis, Confœderatis; Adhærentibus & Adhæſuris, necnon omnibus quorum intereſt aut intererit quomodolibet in futurum, laudamus, acceptamus, ratificamus, validamus, roboramus, & approbamus;

Promittentes, bonâ fide & in verbo Regio, pro Nobis, Hæredibus, Succeſſoribus, Subditis, & Ligeis noſtris, ea omnia & ſingula, quantum ad Nos attinet, firmiter tenere, obſervare, & perimplere, nec eisdem contravenire ullo Pacto.

In cujus &c. Teſte Rege apud *Weſtminaſterium.*

ANNO 1474.

CCCXL.

Projet de (1) *Mariage entre* CHARLES *Dauphin, depuis Roi de France* VIII. *du nom, Fils du Roi* LOUIS XI. *&* MARIE, *Héritiére des Païs-Bas. Sans date; mais mis dans cette Année par* [FREDERIC LEONARD, Tom. I. pag. 188. Obſervations de GODEFROI ſur l'Hiſtoire de *Charles* VIII. Roi de France, pag 757.] 1475. FRANCE ET BOURGOGNE.

LOUIS, par la grace de Dieu, Roi de France. A tous preſens & à venir, Salut. Comme puis naguere, pour toûjours de plus en plus nourrir & accroître l'amour, union, & prochaineté, de nous & de nôtre tres cher & tres amé aîné fils, CHARLES Dauſin de Viennois, & de nôtre tres-chere, & tres-amée Couſine, MARIE fille de nôtredit Frere & Couſin de Bourgogne. Savoir faiſons, que pour le ſingulier deſir & affection qu'avons à nôtredit Frere & Couſin, & à ſa Maiſon de Bourgogne, avons de nôtre certaine ſcience, & par grande & meure deliberation, de pluſieurs des Seigneurs de nôtre Sang & Lignage, & autres de nôtre Grand Conſeil, fait, traité, accor-

(1) Ce Mariage ne fut point accompli, Louis XI. croyant avoir les Païs-Bas, lans etre obligé de donner ſon fils à Marie, ce qui a été la cauſe de tous les malheurs auſquels ces Païs ont été expoſés dans la ſuite.

ANNO 1475. accordé, conclu, promis & juré, & par la teneur de ces preſentes, tant en nôtre nom, comme pour & au nom de nôtredit fils, & nous établiſſant, & faiſant forts pour lui, faiſons, traitons, accordons, concluons, jurons, & promettons ledit Mariage d'icelui nôtre aîné fils, & de nôtredite Couſine de Bourgogne, lequel Mariage nôtredit Frere & Couſin, le Duc de Bourgogne, & auſſi nôtredite Couſine ſa fille, ont promis & juré de leur part, faire & accomplir. Et en faveur & contemplation d'icelui, nous avons donné & octroié par forme de douaire à nôtredite Couſine, au cas que aprés ledit Mariage conſommé & accompli, elle ſurvivroit nôtredit fils, la ſomme de (a) cent mille écus d'or de rente, & revenu par chacun an ſa vie durant, & au deſſous à icelle aſſeoir, aſſigner, parfourvir, & continuer en nos Pais & Comté de Champagne, & autres Pais adjacens & contigus, jusques au parfournilſement de ladite ſomme, & pour plus grande ſeureté dudit Traité de Mariage, nous avons donné, & donnons par cesdites preſentes, plein pouvoir, autorité, commiſſion, & Mandement ſpecial, à nôtre cher & feal Couſin, Conſeiller, & premier Chambellan, George de la Trimouille, Seigneur de Craon, de Rochefort, & de Liſle-Bouchard, de conclure par paroles de preſent ledit Mariage, & de fiancer & épouſer en face de Sainte Egliſe, pour & au nom de nôtredit fils, icelle nôtredite Couſine de Bourgogne, ou en prendre & bailler telle obligation & ſûreté, qu'il verra être a faire. Promettant de bonne foi, en parole de Roi, ſur nôtre honneur, & ſur l'hipoteque & obligation de tous nos biens, de tenir de nôtre part, & faire tenir, & accomplir par nôtredit fils, tout l'effet & contenu de cesdites preſentes, & le lui faire ratifier & avoir agreable; & au ſurplus, accomplir & conſommer ledit Mariage, ſi-tôt qu'il ſera venu en âge ſuffiſant pour ce faire; & quant à ce, nous ſoûmettons aux cenſures Eccleſiaſtiques, & de n'en pouvoir être abſous ſans le conſentement de nôtredit Frere, & d'icelle nôtre Couſine.

(a) Douaire exceſſif.

Sur le dos eſt écrit: Minute premiere faite par M. le Greffier Maître Guillaume de Ceriſay, du Mariage de Monſeigneur le Dauphin & de Mademoiſelle Marie de Bourgogne.

ANNO 1475.

CCCXLI.

30. Janv. BOURGOGNE ET MILAN.

Traité de Ligue entre CHARLES *dernier Duc de Bourgogne &* GALEAS SFORCE *Duc de Milan par l'entremiſe* D'YOLAND *de France Ducheſſe de Savoye. Fait à Moncalier, le 30. Janvier*, 1475. [S. GUICHENON, Hiſtoire Généalogique de la Maiſon de Savoye. Preuves. pag. 425.]

In nomine Domini, Amen.

ANNO Nativitatis ejusdem milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo quinto, Indictione VIII. die lunæ XXX. menſis Januarii. Cùm maximè dignos Principes deceat in omnibus quæ occurrunt ſibi ante oculos ponere majorum ſuorum geſta, eorumque veſtigia imitari, & eam ipſam quoque naturam & conditionem ſapiant. Illuſtriſſimi Principes & Excellentiſſimi Domini KAROLUS Dux Burgundiæ & GALEAS SFORCIA Vicecomes Dux Mediolani, memoriæ ſiquidem retinentes quòd ſtrictiſſimo Amicitiæ, benevolentiæ & neceſſitudinis vinculo conjunctæ ſemper ſuerint Illuſtriſſimæ Burgundiæ & Vicecomitum familiæ, & præcipuè non immemores quòd fraternè & intrinſecè & invicem vixerint dùm in humanis agerent Illuſtriſſimi Principes Domini Philippus Dux Burgundiæ & Philippus Maria Anglus ac Franciſcus Sforcia Duces Mediolani Patres & Avus ipſorum Ducum Karoli & Galeas-Mariæ, operæpretium etiam cenſuerunt iidem Duces Burgundiæ & Mediolani, ſi quod per Majores ſuos inchoatum, tam ſincero animo & voluntate fuerat, illud non minore benevolentia & animorum conjunctione proſequantur & augeant. Idcircò decreverunt utetque pro quiete, ſinceritate, defenſione & ſtabilimento Statuum eorum ſe invicem confœderare & colligare, & ita renore præſentis Inſtrumenti ex certa ſcientia animo maturè deliberato & omni meliore modo & forma quibus validiùs & efficaciùs fieri poteſt devenerunt & deveniunt ad infra ſcriptam Ligam & Intelligentiam medio Magnificorum Dominorum Guillelmi de Rupeforti Juris utriusque Doctoris ipſius Illuſtriſſimi Domini Karoli Ducis Burgundiæ Oratoris, & Orphei de Ricano, Joannis Angeli de Florentia Juris utriusque Doctoris Conſiliariorum & Anthonii de Applano Aulici præfati Illuſtriſſimi Domini Galeas-Mariæ Ducis Mediolani Oratorum, qui omnes à Dominis ſuis Principalibus opportuna & ſufficientia ad hæc Mandata habent per nos infraſcriptos Cancellarios & Notarios viſa & lecta, & ad hoc etiam prædicti omnes Oratores & Mandatarii devenerunt & deveniunt, accedente ad hæc opera & interpoſitione *Illuſtriſſimæ Dominæ Yolant de Francia Duciſſæ Sabaudiæ*, quæ quidem Illuſtriſſima Domina Ducilla mediatrix ut ſuprà, ad majorem declarationem & ex abundanti intendit continuare & perſeverare in Ligis & Intelligentiis quas habet pro ſe & pro Illuſtriſſimo Domino Philiberto Duce Sabaudiæ Filio ſuo, nec non pro aliis Filiis ſuis & Statu ſuo, cum præfatis Illuſtriſſimis Dominis Duce Burgundiæ & Duce Mediolani, ac intendit quòd per præſens Inſtrumentum, nec per aliqua in eo contenta non fiat prædictis Ligis & Intelligentiis de quibus ſuprà directè nec per indirectum præjudicium aliquod, & ita prædicti omnes Oratores & Mandatarii nominibus quibus ſuprà prædictam declarationem, perſeverationem, & continuationem eum omnibus in eis contentis acceptarunt & acceptant. In primis itaque præfati Magnifici Domini Guillelmus Orator Mandatarius ac nomine prælibati Illuſtriſſimi Domini Karoli Ducis Burgundiæ ex una, & Orpheus de Ricano, Joannes Angelus de Florentia & Antonius de Applano Oratores & Mandatarii, ac aliis meliori modo & forma ut ſuprà nomine prælibati Illuſtriſſimi Domini Galeas-Mariæ Ducis Mediolani ex altera partibus, fecerunt, firmarunt, inierunt & contrazerunt, ac faciunt, firmant, incunt & contrahunt bonam, puram, & meram Intelligentiam, Ligam, Unionem & Confœderationem & quicquid melius dici & eſſe poſſit perpetuò duraturam & irrevocabilem pro ſeſe eorumque Illuſtriſſimorum Ducum Burgundiæ & Mediolani, Liberis, Hæredibus & Succeſſoribus, eorumque Statibus & Dominiis; & promiſerunt & promittunt prædicti omnes Oratores & Mandatarii ſibi invicem & viciſſim nominibus quibus ſuprà, quòd dicti Illuſtriſſimi Domini Principales ſui nullas auxiliares Copias, nullum ſubſidium pecuniarum, nullum denique conſilium vel favorem præſtabunt directè, nec per indirectum palam aut clam, aut alio quovis quæſito colore hoſtibus præſentibus & futuris alterius ipſorum Principalium, ſeu quibusvis Principalibus aut Communitatibus & perſonis turbantibus, moleſtantibus, inquietantibus, vel turbare, moleſtare atque inquietare volentibus præfatos Illuſtriſſimos Dominos Principales aut alterum eorum, Statusque & Dominia eorum, ſeu alterius eorum ſingula ſingulis congruè & debitè refetendo, quos Status & quæ Dominia prædicti Domini Principales tenent & poſſident de præſenti. Quin imò, prædicti omnes Oratores & Mandatarii promiſerunt & promittunt ſibi invicem quòd Domini Principales defendent, & adjuvabunt invicem, & viciſſim ſe ſe, Liberos, Hæredes, & Succeſſores ſuos, Statusque eorum & Dominia quæ habent, & poſſident de præſenti ut ſuprà de armigeris quatuor centum tantum, cum equis ſex pro quolibet armigero ſumptibus Partis mittentis durante guerra aperta tantum prout infra bene paratis & in ordine ſecundum conſuetudinem & morem prædictorum Dominorum Principalium ſive de Ducatis ſexaginta millibus auri tantum ſingulo Anno duraute guerra aperta, & infra prout melius elegerit Pars quæ obligata fuerit mittere, quæ Pars poſſit mittere ſive armigeros prædictos ſive dictos ſexaginta mille Ducatos prout maluerit, & hoc totiens quotiens Parti requirenti expediet, ut infra declarabitur, contra omnes & ſingulos non procuratos aut laceſſitos cujuscumque gradus, conditionis & dignitatis eſſe dicantur, neminem excipiendo, etiam ſi tales forent, qui nominatim venirent excipiendi & de quibus habenda eſſet mentio ſpecialis & expreſſa. Item quia in Capirulo præcedenti continetur quòd Pars poſſit mittere in auxilium Partis offenſæ, ſive dictos quatuor centum armigeros, ſive dictos ſexaginta mille Ducatos auri prout maluerit, voluerunt & convenerunt, ac volunt & conveniunt prædicti omnes Oratores & Mandatarii nominibus quibus ſupra quòd caſu quo Illuſtriſſimo Domino Duci Burgundiæ contigerit hujusmodi auxilium mittere Illuſtriſſimo Domino Duci Burgundiæ & ejus exercitia elegerit mittere prædictos quatuor centum armigeros, tunc & eo caſu ipſe Illuſtriſſimus Dominus Dux Burgundiæ teneatur & obligatus ſit dare liberum & ſecurum tranſitum dictis quatuor centum armigeris qun conducere ſe poſſint à partibus Status dicti Domini

ANNO 1475. ni Ducis Mediolani ad partes Status ipſius Domini Ducis Burgundiæ & illos miſuper obligatus ſit tractare & tractari facere citra ſolutionem bene & commodè quemadmodum & prout tractantur reliquæ gentes armigeræ Italicæ quæ ſunt in ſerviciis prælibati Illuſtriſſimi Domini noſtri Ducis Burgundiæ. Caſu vero quo præfatus Illuſtriſſimus Dominus Dux Mediolani elegerit dare dictos Ducatos ſexaginta mille auri, tunc ejus Excellentia teneatur & obligata ſit exburſare ſive exburſari facere hujusmodi Ducatos ſexaginta mille auri in Civitate Mediolani cuicunque legitimo Nuncio & Mandatario præfati Illuſtriſſimi Domini Ducis Burgundiæ, ſive in Loco Bregiæ per Literas Cambii prout maluerit ipſe Dominus noſter Dux Burgundiæ. E contra vero ſi contigerit Domino Duci Burgundiæ mittere prædictum auxilium Domino noſtro Duci Mediolani & ejus exercitui elegerit mittere quatuor centum armigeros, eo caſu Illuſtriſſimus Dominus Dux Mediolani teneatur & obligatus ſit in dando ſive dari faciendo liberum tranſitum prædictis armigeris citra tamen ſolutionem ut ſupra & in tractando illos prout & quemadmodum tenetur præfatus Dominus noſter Dux Burgundiæ virtute præſentis Capituli ſinguli ſingulis congruè referendo. Si vero Dominus noſter Dux Burgundiæ elegerit dare dictos Ducatos ſexaginta mille auri, tunc ejus Excellentia teneatur & obligata ſit exburſare hujusmodi Ducatos ſexaginta mille auri in Terris dicti Domini noſtri Ducis Burgundiæ cuicumque legitimo Nuncio & Mandatario prælibati Domini noſtri Ducis Mediolani ſive in Civitate Mediolani prout maluerit dictus Dominus Dux Mediolani per Literas Cambii. Item quia in prædictis Capitulis dictum eſt de defendendo ſe invicem & vicinſim dictos Principales totiens quotiens parti requirenti expediret, ad tollendum omnem difficultatem quæ in futurum ſuboriri poſſet: Declararunt & declarant ac convenerunt & conveniunt dicti omnes Oratores & Mandatarii nominibus quibus ſupra, quod defenſio & ſubſidium quod invicem dicti Domini Principales ſui ſibi invicem præſtare tenentur, de armigeris quatuor centum, ſive de Ducatis ſexaginta mille auri, tunc & eo caſu teneantur ſibi invicem præſtare & defendere dicti eorum Principales durante Guerra aperta tantum non autem in Trega vel ullo alio tempore. Item quia ſorte accidere poſſet, quod illa pars quæ mitteret dictos armigeros de quibus ſupra, in ſubſidium alterius Partis, non eſſet ſufficiens ad dandum ſive dari faciendum tranſitum liberum & expeditum ipſius armigeris, Declararunt & declarant, obligaverunt & obligant dicti omnes Oratores & Mandatarii, quod tunc & eo caſu ambo dicti Domini Principales invicem facient pro poſſe, quod dicti armigeri qui mitterentur ab altero eorum alteri liberè tranſibunt & expedietè. Item prædicti omnes Oratores & Mandatarii promiſerunt ſibi invicem quod Domini Principales ſui in quacumque Trega, Pace, Appunctamento, Liga, Intelligentia & Confœderatione cujuscunque naturæ & materiei ſit quæ fieri contigerit in futurum cum quacumque potentia, ſtatu, perſona, Collegio, Univerſitate ac Principe cujuscumque conditionis exiſtat, etiam ſi tales eſſent de quibus quacumque ratione vel cauſa fienda eſſet ſpecialis & expreſſa mentio, ſe invicem & vicinſim includent & nominabunt pro Colligatis & Confœderatis. Item convenerunt dictis nominibus ut ſupra, quod præſens Liga & Confœderatio ſolemniter publicetur die ex poſt declaranda per præfatam Illuſtriſſimam Dominam noſtram Duciſſam Sabaudiæ, eum ſolemnitatibus conſuetis, prout Dominationi ſuæ videbitur. Actum in arce Montiscalerii Diœceſis Taurinenſis, videlicet in Camera ſuperiore cubiculari Illuſtriſſimæ Dominæ Yolani Duciſſæ Sabaudiæ, coram ejus Excellentia, Præſentibus Reverendo Domino Urbano Bonivardi Epiſcopo Vercell. Magnificis Dominis Petro de Sancto Michaële magno Cancellario, & Antonio ex Comitibus Plozaschi Prælidente Sabaudiæ teſtibus nominatis, vocatis, & rogatis. *Signé* CICHUS.

CCCXLII.

13. Fevr. *Acceſſio* HERCULIS *Ferrariæ & Mutinæ Ducis, ad Ligam inter Dominum* VENETORUM, *Ducem* MEDIOLANI *& Communitatem* FLORENTIÆ *jam dudum conventam. Actum Venetiis in Camera Ducali, die* 13. *Februarii* 1475. [Pièce authentique, tirée des Archives Royales du Château de Milan.]

In Chriſti Nomine Amen. ANNO 1475.

ANNO à Nativitate ejusdem milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo quinto, Indictione octavâ, die decimâ tertiâ menſis Februarii. Diu eſt, quod Illuſtriſſimus Princeps, & Excellentiſſimus quondam Dominus Dominus Nicolaus Marcellus Dux, & Inclytum Dominium Venetorum, Illuſtriſſimus Princeps, & Excellentiſſimus Dominus Dominus Galeaz Maria Sforcia Vicecomes Dux Mediolani &c. Papiæ, Angleriæque Comes, ac Januæ, & Cremonæ Dominus, & Illuſtris, & Excelſa Communitas Florentiæ imminentia conſiderantes pericula, & eventura fide mala, & incommoda univerſæ Italiæ prævidentes, ſummo affectu cupiere per generalem Unionem, & Confœderationem quorumcumque Potentatuum non ſolum internæ quieti, & tranquillitati, ſed propugnationi quoque, & ſaluti illius ab omni externâ vi, & hoſtili potentiâ proſpectum iri, & ſtudioſe quæritaverе hujusmodi generalem conjunctionem, & nexum, non ſolum nihil honeſti recuſantes, quod ad hujusmodi omnium ſocietatem pertineret, ſed ultrò, & ſponte omnia pollicentes, omnes hortantes, & perſuadere nitentes. Sed pluritatium labore, & ſtudio eorum tranſtraro inter ſe tandem ad id devenere conjunctionis, & inſeparabilis glutini, quod inter omnes neceſſarium exiſtimaverant, & pro benigno ingenio ſun volucre, ut nemo frui beneficio honeſtiſſimæ eorum Confœderationis volens excluderetur, quin potius invitarentur omnes, & omnibus pro dignitate, & meritis locus honorificus ingrediendi eſſet reſervatus, & inter cæteros Italiæ Principes mentionem ſpecialem habuere de Illuſtri, & Excel. Domino Hercule Duce Ferrariæ, Mutinæ, & Regii, cujus majores Pacis, & quietis ſectatores, & amici præcipui fuere uniuscujusque Principum, & Potentatuum prædictorum, & tàm ſuorum, quàm propriis meritis dignus ab eis judicatus eſt, de quo hujusmodi ſpecialis haberetur mentio, & particulare de Excellentiâ ſuâ Caphuſum fieret; quæ eum ad ipſius Illuſtris Domini Ducis Ferrariæ &c. notitiam perveniſſent, ut eſt ſingulari prudentia, virtute, & probitate prædictus Princeps tàm præclaram occaſionem perpetuò ſtabiliendæ tranquillitatis, & ſecuri otii ſui amplexus, quàm primum Oratores ſuos huc miſit cum pleniſſimis Mandatis ad ea omnia peragenda, quæ bonum, & tranquillum ſtatum Italiæ reſpicere videantur; Et ad ea onera ſubeunda, quæ prætatis Illuſtriſſimis Dominis Dominis, & Potentatibus pro eorum æquitate, & modeſtia viſa fuerunt ſuis viribus convenire. Quare Illuſtriſſimus Princeps, & Excellentiſſimus Dominus Dominus Petrus Mocenigo Dei gratiâ Dux ſucceſſor præfati quondam Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi Domini Nicolai Marcello, & prælibatum Inclytum Dominium Venetiarum, & antedicti Illuſtriſſimus, & Excellentiſſimus Dominus Dux Mediolani &c. & Illuſtris, ac Excelſa Communitas Florentina per ſuos Sindicos, Oratores, Mandatarios, & Procuratores videlicet pro Illuſtriſſimo Principe, & Inclyro Dominio Venetiarum Spectatiſſimos, & Clariſſimos Patricios Veneros Dominos Johannem Mocenigo quondam Domini Leonardi Procuratoris ſancti Marci, & Antonium Venerio quondam Domini Delphini Syndicos, Procuratores, & Mandatarios ut ſuprà ipſius Illuſtriſſimi Domini Ducis, & Inclyti Dominii Venetiarum, ut apparet publico Sindicatus Inſtrumento, ſcripto, & publicato per me Dominicum Stellam infraſcriptum in præſentibus milleſimo, Indictione, & die à nobis Notariis viſo, & lecto pro Illuſtriſſimo Domino Duce Mediolani &c. Spectatiſſimum, & Clariſſimum Dominum Leonardum Bottam Secretarium, Oratorem, Procuratorem, & Nuncium ipſius Illuſtriſſimi Domini Ducis, pro ut patentibus Literis Excellentiæ ſuæ datis Mediolani ſub die decimo nono Januarii 1475. & ejus propriâ manu ſubſcriptis, à Nobis Notariis viſis, & lectis ampliſſimè conſtat, pro Illuſtri autem, & Excelſa Communitate Florentiæ Spectatiſſimum, & Clariſſimum Equitem Dominum Lovifium de Guicciardinis Syndicum, Oratorem, & Procuratorem ipſius Excelſæ Communitatis, ut patet publico Inſtrumento ſcripto, & publicato in 1474. Indictione octava, die verò vigeſimo ſexto menſis Januarii proximè præteriti per Prudentem Virum Antonium Mariani Mutii publicum auctoritate Imperiali Notarium, à nobis Notariis ſimiliter viſo, & lecto, & ipſi Sindici, Oratores, Mandatarii, & Procuratores dicto Sindicario, Mandatario, & Procuratorio nomine hanc ſinceram, & benivolam oblationem benivolè, & amicè ſuscipientes, poſt

ANNO 1475. poſt habitam dignam conſiderationem, conſenſerunt, ac convenerunt cum præfatis Oratoribus Illuſtris Domini Ducis Ferrariæ, videlicet Spectatiſſimis, & Clariſſimis Dominis Andrea Valengo Equite, & Conſiliario ſuo ſecreto, Gulielmo Pincharo Juris Conſulto ex Conſiliariis ſuis Juſticiæ, & Antonio Valentino etiam Juris Conſulto Oratore ſuo hic Venetiis Syndicis, Mandatariis, & Procuratoribus ipſius Illuſtris Domini Ducis, pro ut patet publico Inſtrumento ſcripto, & publicato per Prudentem Virum Franciſcum quondam Jacobi de Naſello publicum Imperiali auctoritate Notarium in præmiſſorum millelimo, & Indictione, die decimâ Januarii à nobis Notariis viſo, & lecto, eumdem Illuſtrem Dominum Herculem Ducem Ferrariæ, Mutinæ, & Regii &c. & filios, ac hæredes ſuos, Colligatosque, Adhærentes, Recommendatos, Complices, & Subditos in Ligam, Intelligentiam, Confœderationem, & bonam Unionem ſuſcipere, & habere, & ex nunc ipſum cum filiis, & Hæredibus ſuis, Colligans, Adhærentibus, Recommendatis, Complicibus, & Subditis ut ſuprà ſuſcipiunt, admittunt, & habent in Colligatum, Confœderatum, & Unitum cum commodis Ligæ, & beneficio defenſionis Status ſui, quem de præſenti tenet, & poſſidet, pro ut in Capitulis ipſius Ligæ continetur, & cum commodis, & onetibus infrafcriptis, videlicet quod tempore Pacis, de quâ in Contractu ejusdem Ligæ ut meminit, ſit immunis, & abſolutus ab omni onere tenendi equites, vel pedites ad ſua ſtipendia, tempore verò belli obligatus, & obnoxius ſit tenere ſuis propriis ſumptibus, & expenſis equites mille transmittendos ad ſubſidia, & favores Ligæ in omnibus, & per omnia, pro ut de gentibus Ligæ in Capitulis ipſius Ligæ dictum eſt, hoc tamen intellecto, & expreſſe declarato quod per hujusmodi ſuum ingreſſum pro ejus Statu tantum, quem de præſenti tenet, & poſſidet in hanc Confœderationem in nihilo ſit, vel aliquo modo eſſe poſſe intelligatur derogatum ſuprafcriptæ trium Principum, & Potentatuum Confœderationi, neque Capitulis utriusque Contractus Pacis Laudæ celebratæ, ſalvis tamen præmiſſis, de cujus teſervatione facta eſt in Capitulis Confœderationis prædictæ particularis mentio, quin potius omnia in utroque Contractu contenta, firma, valida, & efficacia ſint, & impræſenti ſuo robore maneant, & firmitate. Quæ quidem omnia, & ſingula ſuprafcripta, & infrafcripta præfati Syndici, Oratores, Mandatarii, & Procuratores tàm Illuſtriſſimi Domini Ducis, & Inclyti Dominii Venetiarum, quàm Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani &c. & Illuſtris, & Excelſæ Communitatis Florentiæ, ac præfati Illuſtris Domini Ducis Ferrariæ per ſolemnem ſtipulationem hìnc invicem, & vicißim promiſerunt, & convenerunt, ac nobis Notariis infrafcriptis ſtipulantibus, & recipientibus vice, & nomine cujuslibet eorum rata, grata, firma, & valida, habere, tenere, attendere, obſervare, & non contradicere, vel venire per ſe, vel alium, ſeu alios aliqua ratione, vel cauſa, de jure, vel de facto ſub pœna integræ teſtitutionis, ſeu refectionis omnium, & ſingulorum damnorum, expenſarum, & intereſſe litis, & extra, & pœna ſoluta, vel non, commiſſa, vel non, nihilominus omnia, & ſingula prædicta firma perdurent, & ſub eadem pœnæ ſtipulatione debeant à partibus prædictis inviolabiliter obſervari. Pro quorum quidem omnium obſervatione præfati Syndici, Oratores, Mandatarii, & Procuratores nominibus quibus ſuprà obligaverunt ſe ſe, Dominia, Subditos, & bona quælibet ſua, atque Statum præſentia, & futura. Renunciantes in præmiſſis omnibus, & ſingulis exceptioni Contractus non ſic celebrati, rei non ſic geſtæ, promiſſionum, & obligationum non ſic factarum, & omni exceptioni, & condicioni ſine cauſa, vel ex injuſta cauſa, Privilegio fori, doli mali, vel metus cauſa factum, novæ, & novarum Conſtitutionum beneficio, Epiſtolæ Divi Adriani, & de fidejuſſoribus, & plutibus teis debendis, ſtatutis, reformationibus, proviſionibus, & quibuscumque aliis ordinamentis, atque conſuetudinibus, & Legi dicenti generalem Renunciationem non valere, & Legi, quâ cavetur quod dictæ Legi non poſſit renunciari, & omnibus, & ſingulis aliis exceptionibus, auxiliis, privilegiis, & beneficiis, quibus, & per quæ contra præmiſſa, vel aliquod præmiſſorum poſſet aliquid quommodolibet excipi, vel opponi; & ad majorem expreſſionem, & firmitatem omnium præmiſſorum antedicti Syndici, Oratores, Mandatarii, & Procuratores, & quilibet eorum in animabus eorum, quorum ſunt Procuratores, & Syndici manibus tactis Sacris Scripturis, ad Sacra Dei Evangelia, ſicut præmiſſum eſt, in omnibus, & ſingulis ſuperius annotatis attendere, & obſervare, ac attendi, & obſervari facere corporaliter juraverunt. Et de prædictis Partes ipſæ voluerunt per nos Notarios infrafcriptos unum, & plura Inſtrumenta confici debere unius ejusdem tenuris, & continentiæ. In præmiſſorum autem fidem, & robur præfatus Illuſtriſſimus Princeps, & Excellentiſſimus Dominus Dominus Petrus Mocenigo Dux Venetiarum mandavit præſens Inſtrumentum Bulla ſua plumbea pendente munari. ANNO 1475.

Actum Venetiis in Ducali in Camerâ Albâ præſentibus Spectabili Viro Domino Aluiſio Mauro Nobili Veneto quondam Domini Gabrielis, Circumſpecto Viro Stefano Bontempi Ducali Secretario quondam Domini Bartholomei, Egregio Viro Franciſco Bequa Mediolanenſi quondam Domini Donati, & Nobilibus Viris Ludovico Valengo filio ſuprafcripti Domini Andreæ, & Petro Pincharo filio prælibati Domini Gulielmi, & aliis Teſtibus ad præmiſſa vocatis, habitis ſpecialiter, & rogatis.

Ego Dominicus Stella quondam Domini Johannis de Venetiis publicus Imperiali auctoritate Notarius, & Judex ordinarius, nec non prædicti Illuſtriſſimi Domini Ducis, & Inclyti Dominii Venetiarum Secretarius prædictis omnibus, & ſingulis, dum ſic agerentur, & fierent, interfui, & rogatus unà cum Egregiis Viris Johanne de Valentia quondam Ser Franciſci, Gaſparino de Laude Cive Cremonenſi Ser Johannis, & Bartholomeo de Piſcia quondam Ser Jacobi de Florentia Notariis publicis infrafcriptis ſcripſi, & publicavi, & in evidentiam pleniorem me ſubſcripſi, ſignumque meum appoſui conſuetum.

Ego Johannes de Valentia filius quondam Egregii Viri Ser Franciſci Imperiali auctoritate Notarius publicus Ferrarienſis, nec non pro prælibato Illuſtriſſimo Domino Duce Hercule Eſtenſi &c. Cancellarius prædictis omnibus, & ſingulis, dum ſic agerentur, & fierent, præſens fui, & rogatus mà cum ſuprafcripto Spectabili Viro Dominico Stella Notario, & Inclyti Dominii Venetiarum Secretario, ac cum infrafcriptis Egregiis Vitis Gaſparino de Laude infrafcripti Domini Leonardi, & Bartholomeo de Piſcia infrafcripti Domini Aloyſii Cancellariis ſubſcriptis Notariis etiam publicis ſcripti, publicavi, & in evidentiam plenioremm me ſubſcripſi, ſignumque mei Tabellionatus appoſui conſuetum.

Ego Gaſparinus de Laude Civis Cremonenſis filius Ser Johannis publicus Imperiali auctoritate Notarius, ac Magnifici Domini Leonardi Bottæ pro Illuſtriſſimo Mediolani Duce apud Sereniſſimum Venetiarum Dominium Oratoris Cancellarius, ſuprafcriptis omnibus, & ſingulis interfui, & rogatus unà cum ſuprafcriptis Spectabilibus Viris Domino Dominico Stella, & Johanne de Valentia Notariis publicis, ac infrafcripto Ser Bartholomeo de Piſcia etiam Notario publico ſcripſi, & publicavi, ac in fidem præmiſſorum me ſubſcripſi, ſignum meum appoſui conſuetum.

Ego Bartholomeus de Piſcia filius Ser Jacobi publicus Imperiali auctoritate Notarius, ac Magnifici, & Generoſi Equitis Domini Aloyſii de Guicciardinis pro Magnifico Populo Florentino apud Sereniſſimum Venetiarum Dominium Oratoris Cancellarius ſuprafcriptis omnibus, & ſingulis interfui, & rogatus unà cum ſuprafcriptis Spectabilibus Viris Domino Dominico Stella, Johanne de Valentia, & Ser Gaſparino de Laude Notariis publicis ſcripti, & publicavi, & in fidem præmiſſorum me ſubſcripſi, ſignumque menm appoſui conſuetum.

Extracta ſunt præſens Copia à Regiſtro inſcripto ſub Littera P. *Ducis* GALEATII MARIÆ SFORTIÆ *Vicecomitis, exiſtente in Regio Archivio Caſtri Portæ Jovis Mediolani, in papiro ſcripto. Datum Mediolani die trigeſima menſis Octobris anni* 1719.

Examinavit JOANNES FRANC. STRSGELLIUS *Regii Archivii Officialis.*

CCCXLIII.

Alliance faite entre l'Empereur FREDERIC III. *les* ELECTEURS DE L'EMPIRE, *&* LOUÏS XI. *Roi de France, contre le Duc de* BOURGOGNE. *A Cologne le* 25. *Mars* 1475. [FREDERIC LEONARD, Tom. I. pag. 183. d'où l'on a tiré cette Pièce. MULLER Reichs- 25. Mars. L'EMPIRE ET LA FRANCE contre BOURGOGNE.

ANNO 1475. Reichstags Theatrum, Vorſtell. V. pag. 698. LUNIG, Teutſches Reichs-Archiv. Part. Spec. Contin. I. Abtheil. I. Abſ. I. pag 86.]

FEDERICUS, divinâ favente Clementiâ Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ Rex, Auſtriæ, Stiriæ, Karinthiæ & Carniolæ Dux, Dominus Marchiæ, Eſclavoniæ, ac Portusnaonis, Comes in Haſpurg, & Tirolis, Feretis, & in Friburg, Marchio Burgoviæ, & Lantgravius Alſaciæ, tenore præſentium recognoſcimus, quòd cum in frederibus inter Nos, & Venerabiles Adolphum Archiepiſcopum Maguntinenſem per Germaniam, & Joannem Archiepiſcopum Trevirenſem per Galliam, & Regnum Arelatenſe, noſtros & Sacri Romani Imperii Archicancellarios, ac Illuſtres Ernеſtum Ducem Saxoniæ, Sacri Romani Imperii Mareſchallum, & Albertum Marchionem Brandeburgenſem, Sacri Romani Imperii Archicamerarium, Principes ELECTORES, & nepotes, & agnatos noſtros cariſſimos ex una; & Serenitſimum Principem LUDOVICUM Regem Francorum Fratrem, Confœderatum & conſanguineum noſtrum cariſſimum ex alterâ partibus, intus & conſectis caveatur, quòd quilibet noſtrûm tam Nos, quam idem Rex Francorum, triginta millia armatorum equeſtrium & pedeſtrium contra Ducem BURGUNDIÆ tenere debemus, & quòd ipſe Francorum Rex eadem ſua triginta millia poſt feſtum Circumciſionis Domini proximè præteritum habere debuerat in Terra Lucemburgenſi juxta continentiam Litterarum deſuper confectarum, nos tolerauus, & tolerare volumus per præſentes, quòd præfatus Rex Francorum pro dictis triginta millibus, viginti millia armatorum equeſtrium & pedeſtrium cum bombardis, & aliis machinis bellicis, prout in dictis Litteris Fœderum expreſſum eſt, mittat directè contra Ducem Burgundiæ, infra hac, & feſtum Sancti Gregorii martyris proximè futurum, in Terram Lucemburgenſem, ad invadendam eandem Terram; & ſi per Imperialem noſtram Majeſtatem Rex ſuper hoc fuerit requitus, tunc infra idem tempus eadem viginti millia armatorum cum exercitu ac caſtris noſtris jungat, ſi fieri poteſt, abſque dolo & fraude, intra quod quidem tempus nos ſimiliter adiemus cum viginti millibus armatorum equeſtrium & pedeſtrium, noſtris, & præfatorum Electorum, ac aliorum Sacri Romani Imperii Principum, & Subditorum ſalario expenſis, patiter ut ipſe Rex cum bombardis & machinis bellicis contra dictum Ducem Burgundiæ, illi præcedete volumus & debemus, exteris omnibus in dictis Litteris Fœderum expreſſis & contentis, in ſuo robore duratutis, quibus per has noſtras Litteras nolumus in aliquo derogari, harum Teſtimonio Litterarum Majeſtatis noſtræ ſigilli appentione munitarum. Nos verò ſupra nominati Maguntinenſis, Trevitenſis, & Brandemburgenſis, uti hoc tempore majori parte Collegii Principum Electorum, abſente præfato confratre noſtro Duce Ernеſto, omnia ſupradicta, in quantum Romanum concernunt Imperium, Terras, & Dominia noſtra, approbamus, ratificamus, & ad ea præſtamus conſenſum Fœderibus tum ſupra tactis, in omnibus aliis ſuis Articulis ſalvis remanentibus, ſecluſi penitus fraude. Et in Teſtimonium præmiſſorum ſigilla noſtra his Litteris juxta ſigillum Imperialis Majeſtatis ſunt appenſa. Datum Coloniæ viceſima-quinta die menſis Martii, Anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo-quinto, Regnorum noſtrorum Romani trieeſimo-quinto, Imperii viceſimo-quarto, Hungariæ verò decimo ſeptimo, ad Mandatum proprium Domini Imperatoris.

CCCXLIV.

24. Avril. **Verein deren von Brandis / Wolfahrts / Sigmunds und Ulrichs / Gebrüderen / wegen der Herrſchafft Meyenfeld / mit gemeinen drey Bunderen in Rhætia; wodurch ſie einander wieder allen gewaltſamen über- und durchzug alle hülffe verſprechen. Geſchehen auff St. Georgen-Tag 1475.** [Deduction des o. Gerichten Bunds in der Schweitz wohlhergebrachter Rechte und Freyheiten ꝛc de Anno 1622. apud LUNIG, in Grundveſte Europæiſcher Potenzen Gerechtſamen Part. II. pag. 759.]

C'eſt-à-dire, ANNO

Traité d'Alliance entre les Freres WOLFAURT, SIGISMOND, *&* ULRIC *Seigneurs de Brandis, comme Seigneurs de Mayenfeld d'une part, & les Trois* LIGUES GRISES *de la Haute Rhetie d'autre part, par laquelle ils ſe promettent une reciproque aſſiſtance, contre toute violente agreſſion ou paſſage. Le jour de St. George* 1475. 1475.

WOhlfahrt / Sigmund / und Ulrich von Brandis / alle drey Gebrüdere / haben ſich mit ihrer Herrſchafft Meyenfeld / Schloß und Stadt / und benantlichen auch ſonſt mit allem dem / ſo ihnen oberhalb St. Lucis Steig zugehört / ſo lang ſie daſſelbig inhends haben / mit dem Hochwürdigſten Fürſten und Herrn / Herrn Ortlieben / Biſchoffen zu Chur / ihrem gnädigen lieben Heeren mit ſamt dem Capitel / auch der Stadt zu Chur und anderen vom Gotteshauſe / ſo dem benelderen Biſchoffen und ſeiner Stifftet zuhörend / auch zu dem Bund im Oberen Theil und den Gerichten / einer aufrechten Verſtändniß vereinbahret / alſo daß wenn es ſich begebe / daß jemand auf und über den vorgenanten gnädigen Hereen von Chur oder die Seinen / oder über die vom Bund und von den Gerichten oder die ihren / wo / oder um was Sache daß wäre / mit Gewalt und wider ihren Willen und Wiſſen zügend / oder durch ihre Land und Gebiet ziehen wolten / daß denne die obgemeldten Brüder von Brand s mit aller ihrer Macht der benelden ihrer Heerſchafft / zuſtund / ſo ſie des gemant / oder gewar würden / ohn alles Verziehen trêſtlich zuziehen / ſie die ſo denn überzogen werend / getreulich retten / und nach ihrem Leib und Gut Vermögen entſchütten ſollen und wollen. Und gleichwie hinwiederum ſollen ſie von den obbeſtimmten in der Herrſchafft Meyenfeld errettet werden / beſiegelt mit der 3. Brüdern Siegel / auf St. Georgen-Tag im 1475. Jahr.

CCCXLV.

29. Août. *Trêve pour ſept ans, conclue à Amiens entre* LOUIS XI. *Roi de France, &* EDOUARD IV. *Roi d'Angleterre, le 29. Août* 1475. [FREDERIC LEONARD, Tom. I. pag 126. Voyez ci-après pag 504. l'Inſtrument qu'*Edouard* publia de cette même Trêve.] FRANCE ET ANGLETERRE.

LUDOVICUS, Dei gratia Francorum Rex, Univerſis præſentes Litteras inſpecturis, Salutem, &c. Notum facimus, quod cum Illuſtriſſimo Principe Eduardo Rege Angliæ, conſanguineo noſtro cariſſimo, inivimus, contraximus, perfecimus, convenimus, concluſimus, & appunctuavimus, & per præſentes inimus, contrahimus, perficimus, conveninus, concludimus, & appunctuamus bonas, ſinceras, veras, firmas, perfectas Treugas, Guerrarum Abſtinentias, Ligas, Intelligentias, & Conſœderationes inter nos, Regnum noſtrum Franciæ, Provincias & Dominia noſtra, Hæredes, Succeſſores, Vaſſallos, Subditos præſentes & futuros, Alligatos & Conſœderatos noſtros quoscunque qui in iplis etiam Treugis velint comprehendi per ſeptem annos à data preſentium proximè futuros, duraturos modo & forma in articulis ſeu Capitulis ſequentibus contentis, quorum tenor ſequitur & eſt talis.

In primis, quod bonæ, ſinceræ, firmæ & perfectæ ſint & inviolabiliter habeantur Treugæ, Guerrarum Abſtinentiæ, Ligæ, Intelligentiæ, & Conſœderationes inter dictos potentiſſimos Franciæ & Angliæ Principes, Provincias & Dominia omnia quæcunque, Hæredes, Succeſſores, Vaſſallos & Subditos præſentes & futuros, Alligatos & Conſœderatos utriusque eorum, qui in ipſis Treugis ut præmittitur comprehendi voluerint, nec non inter Illuſtriſſima Franciæ & Angliæ Regna per Terram, Mare, Portus maris, & aquas dulces, & quod dictæ Treugæ, Guerrarum Abſtinentiæ, Ligæ & Conſœderationes incipiant quoad Principes antedictos & eorum Patrias, Dominia, Subditos & Vaſſallos ab hac die, & quoad dicturum Principum aut alterius

ANNO 1475. eorum Alligatos & Confœderatos, à tempore quo ſe declaraverint in dictis Treugis comprehendi velle, & ipſa declaratio antedictis Principibus notificata fuerit; ſic tamen, quod ipſi alligati qui in ipſis Treugis velint comprehendi, taliter ſe declarent Principi cum quo confœderantur, & tempore Princeps cui hæc declaratur alteri Principi ſuis Litteris id referat infra tres menſes poſt datam præſentium proximè ſequentes, & quod ab hac eadem die durent usque ad finem ſeptem annorum proximè ſequentium inclusivè, ſic quod finiant in viceſimo nono die menſis Auguſti poſt Solis occaſum ejuſdem diei, qui erit in Anno Domini milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſecundo.

Item, Quod durante dicto ſeptennio & Treugis prædictis, bella, Guerræ & hoſtilitates quæcunque inter prætatos Franciæ & Angliæ Principes, utriusque eorum Hæredes, Succeſſores, Vaſſallos, Subditos, & Confœderatos quoscunque, qui in dictis ipſis Treugis, ut præmittitur, velint comprehendi, necnon inter dicta Inclitiſſima Franciæ & Angliæ Regna, Patrias, & Dominia ſua quæcunque ubique locorum per Terram, Mare, & aquas dulces omnino ceſſabunt.

Item, Quod omnes & ſinguli utriusque dictorum Principum, aut eorum alligatorum in his Treugis comprehentorum Vaſſalli & Subditi, ſive ſint Archiepiſcopi, Epiſcopi, Duces, Comites, Barones, Mercatores, aut cujusvis ſtatus, conditionisve exiſtant, durantibus Treugis antedictis ubivis locorum ſe ſe mutuis officiis proſequantur, & honeſta affectione pertractent, poſſintque, libere, tute & ſecure absque alterius ejusve Subditorum offenſa, hinc impedimento ubique perluſtrare Terram, per Mare navigare hinc indeque ad Portus, Dominia & Diſtrictus quoscunque utriusque ipſorum Principum citra & ultra Mare, dum tamen ultra numerum arrnatorum centum ſimul non accedant; in eisque quandiu volent morari, mercari, merces, mercimonia, arma, & jocalia quæcunque emere, vendere, & ut eis placet ab illinc ad partes proprias, vel alibi libere quoties duxerint abeundum, abire cum ſuis aut conductis aut commodatis navigiis, plauſtris, vehiculis, equis, armaturis, mercimoniis, ſeu aliis bonis & rebus ſuis quibuscunque, absque ullo impedimento, offenſa, arreſtatione ratione marchæ, contramarchæ, repreſſaliarum, aut alia reſtrictione quacunque, tam in Terra quam in Mari & aquis dulcibus, quemadmodum Patriis in propriis hæc omnia facerent aut eis ea facere liceret, ita quod nullo alio ſalvo conductu generali aut ſpeciali indigeant.

Item, Quod munera ſive onera ab aliquo dictorum Principum in cujusvis eorum Patriarum ſive Dominiorum partibus à duodecim annis citra impoſita Mercatoribus & Subditis alterius Principis nociva penitus extincta ſint & rejecta, & quod talia aut conſimilia durantibus nis Treugis amodo non imponantur, ſalvis tamen ſemper quoad alia omnibus regionum, urbium & locorum aliis Legibus, Statutis & Conſuetudinibus, quibus nihil quoad eorum jura per præmiſſa cenſetur derogatum.

Item, Quod ſi infra dictos ſeptem annos durantibus ipſis Treugis aliquid contra vires & effectus earundem Treugarum, & Abſtinentiarum Guerrarum, per Terram, Mare, aut aquas dulces, per aliquos ipſorum Principum, Hæredes, Succeſſores, Subditos, Vaſſallos aut Alligatos utriusque eorum in his Treugis comprehendi ſe velle, ut prædicitur, fuerit attentatum, actum, ſive geſtum, quod utinam geſta ſic attentata per conſervatores ipſarum Treugarum ab ipſis Principibus, ſeu ſaltem à Principe eorum ſic damnificantium nominatos, intra menſem poſt requiſitionem ſuper inde confectam una cum expenſis ſic damnificati aut damnificatorum reſtaurentur, reficiantur, & reparentur, ſic quod propter nulla, durante harum Treugarum termino, in contrarium attentata hujusmodi Treugæ rumpantur, nec terminentur, ſed in ſuis viribus usque ad finem dictorum ſeptem annorum permaneant, & pro ipſis attentatis ſolummodu puniantur ipſi attentantes & damnificantes, & non alii.

Item, Pro matura & inviolabili harum Treugarum, abſtinentiarum Guerrarum, Ligarum, & Confœderationum obſervantia, & conſervatione, electi & nominati ſunt ex parte Chriſtianiſſimi Franciæ Regis conſervatores Cariſſimus Frater & conſanguineus ſuus Comes de Belloyoco, & Joannes Baſtardus de Borbonio, Admirallus Franciæ; & ex parte dicti Illuſtriſſimi Principis Angliæ Regis, Cariſſimi Fratres ſui Dux Clarenciæ, & Dux Glucestriæ, Cancellarius Angliæ, Cuſtos privati ſigilli, & Cuſtos quinque Portuum in Anglia, Prætectus ſive locum tenens dicti Regis tales pro tempore exiſtentes. Qui quidem conſervatores dictorum Principum ac utriusque eorum, & duo aut unus eorum ex parte ſaltem Principis Subditorum damnificantium, ii qui ſint hic nominati, nominatusve autoritatem & poteſtatem habeant, & habeat ipſos damnificantes puniendi, attentata & damna contra vires harum Treugarum illata una cum expenſis damnificatorum reficiendi & reparandi. Et ſi contingat ipſos conſervatores per ipſius Principes, ut præmittitur, nominatos ſuper reformationem aliquorum attentatorum ſore discutides, & inter eos ſuper inde concordare non valentes, quod ex tunc cauſa illa referatur Conſilio Principis Subditorum ſic damnificatorum, aut ſi opus ſit, utriusque Principis, dum tamen cauſa illa ſummarie, & de plano eorum eis examinetur & felici marte terminetur. ANNO 1475.

Item, Quod in præſentibus Treugis, abſtinentiis Guerrarum, Ligis & Confœderationibus, comprehendantur Alligati & Confœderati hinc inde poſtea nominati, ſi in eis comprehendi velint, videlicet pro parte Chriſtianiſſimi Franciæ Regis Rex Romanorum, Sacri Imperii Electores, Rex Caſtillæ & Leonis, Rex Scotiæ, Rex Daciæ, Rex Hieruſalem & Siciliæ, Rex Hungariæ, Duces Sabaudiæ, Mediolani, & Mantuæ, & Lotharingiæ, Epiſcopus Metenſis, Dominium & Comunitas Florentiæ, Dominium & Communitas Villæ Bernenſis, & eorum Alligati & Confederati, item illi de Liga Altæ Allemaniæ, & illi de Patria Leodienſi, qui ſe declaraverint pro dicto Franciæ Rege, & in ejus obedientiam ſe retraxerint.

Et ex parte dicti Illuſtriſſimi Regis Angliæ Sereniſſimus & Illuſtriſſimus Princeps ſemper Auguſtus Rex Romanorum, Rex Caſtillæ & Leonum, Rex Scotiæ, Rex Portugalliæ, Rex Hieruſalem & Siciliæ citra Farum, Rex Aragoniæ, Rex Siciliæ ultra Farum, Rex Daciæ, Rex Hungariæ, poteniſſimique Duces Burgundiæ & Britanniæ, necnon Communitas & Societas de Henſa Theuronica; qui quidem Alligati utriusque dictorum Principum teneantur declarare Principi, cum quo confœderantur, ſe in his Treugis velle comprehendi, ſi in eis comprehendi velint, & idem Princeps alteri teneatur referre Principi, ut præmittitur, infra tres menſes proximos poſt datam præſentium ſequentes.

Quas quidem Treugas Principes antedicti & eorum uterque promiſerunt, & promiſit, in verbo Principis & bona fide juxta vires manutenere, & inviolabiliter obſervare, obſervarique facere.

In quorum omnium & ſingulorum præmiſſorum fidem & Teſtimonium, his præſentibus Litteris noſtris manu propria ſubſcriptis, magnum ſigillum noſtrum apponi fecimus. Datum in Civitate noſtra Ambianenſi, die 29. menſis Auguſti, Anno Domini 1475. & Regni noſtri decima quinta.

CCCXLVI.

(1) *Compromis entre* LOUIS XI. *Roi de France, &* EDOUARD IV. *Roi d'Angleterre, par lequel ils conviennent d'Arbitres pour terminer leurs différents, à Amiens le 29. Août 1475.* [FRERON, Tom. I pag. 129.] 29. Août. FRANCE ET ANGLET.

LUDOVICUS, Dei gratia Franeorum Rex, univerſis præſentes Litteras inſpecturis, Salutem. Cum inter potentiſſimos Francorum Anglorumque Principes calamitoſa retroactis temporibus bella per innumeraque discrimina ac damna eorum Subditorum immenſa, enormeque univerſæ Religionis Chriſtianæ dispendium hactenus acta fuere, quæ & maturius, & ſanctius nequeunt terminari, quàm eorum lites debitè cedantur atque ſua cuique jura rite examinata juſtè tribuantur. Hinc eſt igitur, quod nos Chriſticolarum ſanguinis effuſionem vitare ſummopere anhelantes, juraque noſtra potius aliorum blando arbitrio, quam cruentæ enſis formidine obtinere cupientes, cum Illuſtriſſimo Principe Rege Angliæ, conſanguineo noſtro cariſſimo, perlecimus, convenimus, concluſimus, & appunctuavimus, & per præſentes perficimus, convenimus, concludimus & appunctuamus ea omnia & ſingula, quæ & prout in articulo, & Capitulis ſequentibus continentur.

In primis conſentimus, volumus, convenimus, & appunctuamus, quod omnes lites, quæſtiones, querelæ,

(1) On ſit deux Inſtruments de ce Compromis, l'un du côté de *Louis*, qui eſt celui ci, & l'autre du côté d'*Edouard*, qui vient immédiatement après. [DUM.]

ANNO 1475. læ, & demandæ pendentes inpræſentiarum indiscuſſæ inter nos, & conſanguineum noſtrum Regem Angliæ antedictum in Reverendum Patrem Carolum, Archiepiſcopum Lugdunenſem, & Galliarum Primatem, conſanguineum noſtrum cariſſimum, & conſanguineum noſtrum Joannem Comitem de Dunelio per nos & ex parte noſtra, & Reverendiſſimum Patrem Thomam, Archiepiſcopum Cantuarienſem, Cardinalem, & Illuſtrem Principem Georgium, Ducem Clarentiæ, per dictum Regem Angliæ conſanguineum noſtrum, & ex parte ſua Arbitros ſeu amicabiles compoſitores in hac parte nominatos & electos ſupponantur & compromittantur. Quod ſi contingat aliquem vel aliquos Arbitrorum amicorum decedere aut adverſa laborare valetudine, quominus dictarum litium examinationi commodè vacare valeat, aut valeant, alius ſeu alii in ejus eorumve locum per nos ſi de noſtris; aut per dictum conſanguineum noſtrum, ſi de ſuis ſint, deputentur & ſubrogentur.

Dantes & concedentes eisdem Arbitris poteſtatem & autoritatem ipſas lites & quæſtiones à data præſentium usque ad tres annos proxime futuros incluſivè componendi, decidendi, & terminandi, promittentes & obligantes nos ſtare laudo, arbitrio, & determinationi dictorum Arbitrorum ſuper præmiſſis, ſub pœna trium millium ſcutorum auri ab eo qui dicto laudo non ſteterit, obtemperanti in hac trium annorum ſolvendorum. Et quod iidem Arbitri aut loco eorum, ut præmittitur, deputati & ſubrogati primo dicto noſtro conſanguineo noſtro in Anglia pro ipſarum deciſione litium citra feſtum Paſchæ proximè futurum, & de poſt coram nobis in Francia citra feſtum Sancti Michaelis Archangeli ex tunc proximè futurum conveniant, atque noſtra ſuaque debitè examinent & felici tramite terminent.

Item, Conventum, concordatum & concluſum eſt, quod poſtquam prædictus conſanguineus noſter Rex Angliæ receperit à nobis ſeptuaginta quinque millia ſcutorum auri, quod ex tunc omni convenienti maturitate, & cum effectu exercitum & armatam ſuam, quam hic nunc ſecum habet, absque fraude in Angliam retrahet, à Guerra contra nos & Subditos noſtros omnino ceſſando, nullamque Civitatem, Villam, aut Caſtrum Regni noſtri Franciæ in dicto regreſſu ſub modo hoſtili capiendo, & ad opus ſuum retinendo, datis proinde nobis per eum obſidibus Domino de Hawart, & Joanne Schene, uno armigerorum pro corpore dicti Regis Angliæ, qui apud nos manebunt, donec & quousque tempore conſanguineus noſter Rex Angliæ cum majori dictæ ſuæ armatæ parte fuerit in Regno ſuo Angliæ, & quod poſtquam ipſe cum dicta ſua majori armatæ parte in Anglia fuerit, ex tunc ipſi obſides exinde acquietentur, & per nos deliberentur, adeo ut partes eorum proprias vel alibi liberè aggredi poſſint & valeant.

In quorum omnium & ſingulorum præmiſſorum fidem & Teſtimonium, his præſentibus Litteris noſtris patentibus manu propria ſubſcriptis magnum ſigillum noſtrum appuni fecimus. Datum in Civitate noſtra Ambianenſi die viceſima nona menſis Auguſti, Anno Domini milleſimo quatuorcenteſimo ſeptuageſimo quinto, & Regni noſtri decimo quinto.

CCCXLVII.

29. Août. *Inſtrumentum Compromiſſi inter* EDUARDUM *Anglorum, & Ludovicum Francorum Reges, quo Lites omnes, Quæſtiones & Querelæ inter eos verſantes, remittuntur ad futuram amicabilem compoſitionem Arbitrorum ab ipſis deputatorum. Datum ex parte* EDUARDI, *in Campo propè Civitatem Ambianenſem die 29. Auguſti Anno 1475.* [Pièce, tirée du LVI. Volume des Manuscrits de la Bibliotheque Royale de Berlin reliés en rouge.]

EDOUARDUS Dei gratia Rex Franciæ & Angliæ & Dominus Hiberniæ. Cum inter Potentiſſimos Anglorum, Francorumque Principes calamitoſa tetroâclis temporibus Bella, cædes, innumeraque diſcrimina ac damna Subditorum eorum immenſa ad enorme Chriſtianæ Religionis univerſæ diſpendium hactenus acta fuere, quæ & maturius & ſanctius terminari non poſſunt, quam ut eorum lites debite ſedantur, atque ſua cuique jura rite examinata juſte tribuantur; hinc eſt quod nos Chriſticolarum ſanguinis effuſionem vitare omni opere anhelantes juraque noſtra potius aliorum laudo & arbitrio quam cruenti enſis formidine obtinere cupientes cum Illuſtriſſimo Principe Ludovico Conſanguineo noſtro Cariſſimo perfecimus, convenimus, concluſimus, & appunctuavimus, ac per præſentes perficimus, convenimus, concludimus, & appunctuamus ea omnia & ſingula prout in Articulis & Capitibus ſequentibus continentur. ANNO 1475.

1. Inprimis conſentimus, volumus, convenimus, & appunctuamus quod omnes lites, quæſtiones, querelæ & demandæ inpræſentiarum indiscuſſæ inter nos, & Conſanguineum noſtrum Franciæ antedictum, in Reverendiſſimum Patrem Thomam, Archiepiſcopum Cantuarienſem, Cardinalem, avunculum noſtrum, Chariſſimumque Fratrem noſtrum Georgium, Ducem Clarentiæ per nos & ex parte noſtra, & Reverendiſſimum Patrem Carolum Archiepiſcopum Lugdunenſem, & Joannem Comitem de Dunelio, per dictum Conſanguineum noſtrum & ex parte ſua Arbitros, ſeu amicabiles compoſitores in hac parte nominatos & electos ſupponantur, & compromittantur; ſic, quod ſi contingat aliquem, vel aliquos dictorum Arbitrorum decedere, aut adverſa laborare valetudine, quo minus dictarum litium examinationi commode vacare valeat aut valeant, alius ſeu alii in ejus eorumque locum per nos ſi de noſtris; aut per dictum Conſanguineum noſtrum, ſi de ſuis deputentur & ſubrogentur; Dantes & concedentes eisdem Arbitris poteſtatem & auctoritatem ipſas lites & quæſtiones a data præſentium, usque ad tres annos proxime futuros, incluſive componendi, decidendi & terminandi, promittentes & obligantes nos ſtare laudo, arbitrio, ac determinationi dictorum Arbitrorum ſuper præmiſſis, ſub pœna trium millium ſcutorum ab eo qui dicto eorum laudo non ſteterit obtemperanti in hac trium annorum ſolvendorum; & quod iidem Arbitri, aut eorum loco, ut præmittitur, Deputati & ſubrogati, primo coram Nobis in Anglia pro ipſarum deciſione litium, circa Feſtum Paſchatis proxime futurum, & de poſt coram dicto Conſanguineo noſtro in Francia, circa Feſtum ſancti Michaelis Archangeli ex tunc proxime futuri conveniant, atque noſtra, ipſiusque jura debite examinent, & fœlici tramite terminent.

2. Item volumus, promittimus, convenimus, concludimus, quod poſtquam receperimus à præfato Conſanguineo noſtro Ludovico aureorum ſcutorum ſeptuaginta quinque millia, unoquoque eorum ſcutorum triginta tres magnos albos valente, aut prædictam ſummam in alia legali & bona moneta tanti valoris, quod, ex tunc omni convenienti maturitate, & cum effectu Exercitum & Armatam noſtram, quam hic nunc habemus, absque fraude in Angliam retrahemus à Guerra contra dictum Conſanguineum noſtrum, & ejus Subditos, omnino ceſſantes & abſtinentes, nullam Civitatem, Villam, aut Caſtrum Regni Franciæ in dicto noſtro regreſſu modo hoſtili capiendo, & ad opus noſtrum retinendo.

Quapropter dedimus in obſides Dominos

DE HOWART,

ET JOANNEM CHEURT, unum armigerum pro corpore noſtro,

Qui apud dictum Conſanguineum noſtrum manebunt, donec & quousque nos cum dicta majori Armatæ noſtræ parte fuerimus in Regno noſtro Angliæ; ſic quod poſtquam nos cum dicta majori Armatæ noſtræ parte in Angliæ fuerimus, ex tunc ipſi obſides exindeque acquittentur & deliberentur, adeo ut partes ſuas proprias, aut alibi libere aggredi poſſint, & ſecure valeant.

In quorum omnium fidem & Teſtimonium his præſentibus Litteris noſtris Patentibus, manu propria ſubſcriptis, magnum Sigillum noſtrum apponi fecimus.

Datum in Campo noſtro prope Civitatem Ambianenſem, vigeſima nona die menſis Auguſti Anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo quinto.

Sic Signatum, EDUUARDUS.

Per Regem, MORTON.

CCCXLVIII.

(1) *Inſtrumentum Fœderis inter* EDUARDUM *Angliæ,* 29 Août.

(1) Il fut fait auſſi deux Inſtruments de ce Traité. Voici l'Inſtrument du Roi *Edouard*, celui du Roi *Louis* ſuit immédiatement. [OUM.]

ANNO 1475. *Angliæ, & LUDOVICUM Franciæ Reges, ad ipſorum dies vitæ duraturi, quo, inter alia, conventum eſt de futuro Matrimonio inter CAROLUM LUDOVICI Regis Filium, & ELISABETHAM, Regis Angliæ Filiam. Actum, à parte EDUARDI, in Campo prope Civitatem Ambianenſem die 29. Auguſti Anno* 1475. [Pièce, tirée du LVI. Volume des Manuscrits de la Bibliotheque Royale de Berlin pag 635.]

EDUARDUS Dei gratia Rex Franciæ & Angliæ, & Dominus Hiberniæ, univerſis præſentes Literas inſpecturis, Salutem. Cum inter res ſecundas nihil pretioſius, dignius aut laudabilius Pace exiſtimetur, qua Civitates vigent, Principes honorantur & ſublimantur, jacturis atque calamitatibus oppreſſi eriguntur, influuntque bona ab ipſa Pace proficiſcantur. Notum facimus quod imminentia inſtantis temporis tot Chriſtianitati, perfidorum rabie Turcarum, pericula, diſcriminaque mature contemplantes, cum Sereniſſimo Principe LUDOVICO Franciæ Conſanguineo noſtro Chariſſimo, Amicitiam, Ligam, Intelligentias, atque Confœderationem inivimus, contraximus, perfecimus, concluſimus & appunctuavimus modo & forma in Articulis qui ſequuntur contentis, quorum tenor ſequitur, & eſt talis:

1. Imprimis quod inter Illuſtriſſimum Principem Angliæ Regem, & Sereniſſimum Principem Ludovicum Franciæ Conſanguineum ſuum Chariſſimum, vera, ſincera, & perfecta ſit amicitia à data præſentium, vita utriuſque eorum manente, duratura; ſic quod quamdiu vixerint, Guerræ, Bella, & Hoſtilitates inter eos omnino ceſſabunt, imo benevolentia & amore mutuo ſe, & ſua pertractabunt.

2. Item quod præfatus Illuſtriſſimus Princeps Franciæ, in & adverſus Subditos Regis Angliæ qui eum armis invadent & in Regno ſun Angliæ, Patriis & Dominiis ſuis Rebellionem facient, ei ſuccurret, eumque juvabit.

3. Et pariformiter Sereniſſimus Rex Angliæ, in & adverſus Subditos dicti Conſanguinei ſui Franciæ Regis, qui eum armis invadent, & in Patriis & Dominiis ſuis rebellionem facient, ei ſuccurret, eumque juvabit.

4. Item quod inter dictos Angliæ & Franciæ Principes neuter auxilium & juvamen eorum alterius Subditis ad eorum Principem armis invadendum, Guerram apertam in ſuis Patriis & Dominiis adverſus eum faciendum, nullatenus impendet & præſtabit, nec tales Subditos ſic invadentes in alterius Principio præjudicium in ejus Patriis & Dominiis receptabit & ſuſtinebit.

5. Item ſi contingat aliquem dictorum Principum dolo, calliditate & inobedientia Subditi ſub ditionem alicujus eorum à Patriis, & Dominiis ſuis (quod Deus avertat) expelli, alteriusque eorundem Principum partes, propter ejus ſuccurſum petere, ejus ope, atque auxilio ipſum requirere & interpellare: Quod eo tunc caſu Princeps ſic requiſitus & interpellatus, ipſum Principem ſic expulſum omni cum humanitate recipiet, & cum, atque ſuos, juxta vires ſuas Facultatibus ſuſtinebit, ſeque & ſua, ut in ſtatum proprium & priſtinum reponatur & reſtituatur, Guerram apertam gerendo cum omni diligentia & affectione ex poner.

6. Item quod neuter dictorum Principum aliquas Ligas ſeu Intelligentias a modo cum aliquo alterius Confœderati, & Alligato contrahet & faciet, niſi prius ipſo Principe cum quo ſic confœderatur, ſuper inde conſulto, & hoc conſentiente.

7. Item quod infra annum a data præſentium per antedictos Principes nova ſtatuetur Dieta, in qua eorum Legati & Deputati talem pecuniæ & monetæ utriusque Regni Franciæ & Angliæ æſtimationem & valorem apponent & ſtatuent, quod ipſa Regna, dictorumque Principum Subditi exinde magis abundare, & ad commune bonum utilius proſperari valeant.

8. Item caſu quo aliquid in hac amicitia impræſentiarum conſtitutum infringi a modo contingat, quod ea propter præfata amicitia inter dictos Principes, ut præmittitur, minime violetur, ſeu rumpatur, ſed talia contra dictam amicitiam ſic attentata, maturiori modo quo fieri poterit, & melliori, reparentur, & in ſtatum debitum reducantur, ipſa amicitia in ſuo robore & effectu ſemper permanente.

9. Item ad inviolabilitatem dictæ amicitiæ obſervattiam, inter Principes antedictos promiſſum, conventum, concordatum & concluſum eſt, quod Matrimonium contrahetur inter Illuſtriſſimum Principem Carolum, Potentiſſimi Principis Francorum Filium, & Sereniſſimam Dominam Eliſabeth dicti Invictiſſimi Regis filiam, cum ad annos nubiles pervenerint, & quod idem Illuſtriſſimus Princeps Ludovicus Franciæ ipſam Dominam Eliſabeth a Regno Angliæ pro ſolemniſatione ejusdem Matrimonii in partes Franciæ ſumtibus & expenſis ejusdem Principis Franciæ honorifice conducet, conducereque faciet, ipſamque ad ſexaginta millia librarum reditus annui in alteta ſecundum conſuetudinem Regni Franciæ annuatim dotabit; & quod illa dos aſſignetur & detur eidem Dominæ quamprimum ipſa ad annos nubiles pervenerit.

10. Et ſi contingat ipſam Dominam Eliſabeth ante contractum, ut præmittitur, Matrimonium antedictum (quod Deus avertat) decedere, quod tunc inter ipſum Principem Carolum, & Sereniſſimam Dominam Mariam aliam ſupradicti Regis Angliæ aliam, Matrimonium contrahetur, ipſaque a Regno Angliæ in partes Franciæ, ipſius ſumptibus Principis Franciæ honorifice conducetur & modo præmiſſo dotabitur, & quod Matrimonium antedictum, ut præmittitur, absque fallo celebrabitur.

Quod præfati Potentiſſimi Angliæ & Franciæ Principes, in verbo Principis, & fide præſtita promiſerunt, ac uterque eorum promiſit omnibus ſuis viribus ſuas apponere manus adjutrices, & cum effectu ſuos ad hæc continuo pendere labores.

In quorum omnium & ſingulorum præmiſſorum fidem & Teſtimonium præſentibus hiſce noſtris Litteris Patentibus, manu propria noſtra ſignatis, magnum Sigillum noſtrum Regium apponi & appendi fecimus.

Datum in Campo noſtro prope Civitatem Ambianenſem, vigeſima nona die Auguſti, Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo quinto.

Sic Signatum, EDUARDUS.

Per Regem, MORTON.

CCCXLIX.

29. Août. FRANCE ET ANGLETERRE. *Promeſſe de LOUIS XI. Roi de France à EDOUARD IV. Roi d'Angleterre, de faire épouſer au Daufin ſon fils la Princeſſe ELISABET, fille ainée d'EDOUARD, ou la Princeſſe MARIE ſon autre fille, au cas qu'ELISABET vienne à mourir avant le Mariage accompli, à Amiens le 29. Août* 1475. [FREDERIC LEONARD, Tom. I. pag 130. RYMER, Fœdera, Conventiones, &c. Tom. XII. pag 19. où cette Pièce ſe trouve avec quelque différence, & ſans l'addition de la dernière, qui eſt jointe à la Copie de LEONARD, que l'on ſuit ici.]

LUDOVICUS, Dei gratia Francorum Rex, univerſis præſentes Litteras inſpecturis, Salutem. Cum res inter ſecundas nihil pretioſius, nihil dignius, aut Pace laudabilius exiſtimetur, qua Cives vigent, Principes honorantur & ſublimantur, jacturis & calamitatibus preſſi eriguntur, innumeraque bona à Pace proficiſcuntur, Notum facimus, quod imminentia inſtantis temporis totius Chriſtianitatis perfidorum rabie Turcorum pericula & diſcrimina maturè contemplantes, cum Sereniſſimo Principe EDUARDO Angliæ Rege, conſanguineo noſtro cariſſimo, Amicitiam, Ligam, Intelligentias, atque Confœderationes inivimus, contraximus, perfecimus, convenimus, & concluſimus modo & formâ in Articulis, qui ſequuntur, contentis, quorum tenor ſequitur, & eſt talis.

In primis quod inter Sereniſſimum Regem Franciæ, & Sereniſſimum Principem Regem Angliæ, conſanguineum ſuum cariſſimum, vera, ſincera & perfecta ſit Amicitia à data præſentium, vita utriusque eorum manente duratura ſit, quod quandiu vixerint, Guerræ, Bella, & Hoſtilitates inter eos omninò ceſſabunt; imo & benevolentia, & amore ſe & ſua mutuo pertractabunt.

Item, Quod præfatus Illuſtriſſimus Rex Angliæ in & adverſus Subditos Regis Franciæ, qui eum armis invadent, & in Regno Franciæ, Patriis & Dominiis ſuis

ANNO 1475. fuis rebellionem facient, cum fuccurret & adjuvabit: & pariformiter Chriſtianiſſimus Rex Franciæ in & adverſus Subditos dicti conſanguinei ſui Regis Angliæ, qui cum armis invadent, & in Patriis & Dominis ſuis rebellionem facient, cum fuccurret & adjuvabit.

Item, Quod neuter dictorum Franciæ & Angliæ Principum auxilium & juvamen eorum alterius Subditis, ad Guerram apertam in iſtis Partiis, & ſubditis Dominiis adverſus eunt taciendam nullatenus impendet & præſtabit, nec tales Subditos ac invadentes in alteries Principis præjudicium ut ejus Patriis & Dominiis receptant, & fulliitebit.

Item, Si contingat aliquem dictorum Principum dolo, calliditate, & inobedientia Subditi, Subditorumve alicujus eorum à Partiis & Dominiis ſuis, quod Deus averta, expelli, alteriusque eorundem Principum partes propter ejus fuccurſum petere & interpellari, quod ex tunc ipſe Princeps requiſitus, & interpellatus, ipſum Regem ſic expulſum omni cum humanitate recipiet, & cum atque ſuos, juxta vires, ſuis Facultatibus ſuſtinebit, ſeque & ſua, ut in ſtatum proprium, & priſtinum reponatur & reſtituatur, Guerram apertam faciendo eum omni diligentia, & affectione exponet.

Item, Quod neuter dictorum Principum aliquas Ligas ſeu Intelligentias a modò cum aliquo alterius eorum Confœderato, & Alligato contrahet & faciet, niſi prius ipſo Principe cum quo ſic confœderatur, ſuperinde conſulto, & hoc conſentiente.

Item, Quod infra annum à data præſentium per antedictos Principes nova ſtatuatur Dieta, in qua eorum Legati & Deputati talem pecuniæ & monetæ uttiusque Regni Franciæ & Angliæ æſtimationem, & valorem apponant, & ſtatuant, quo ipſa Regna, dictorumque Principum Subditi exinde magis abundare, & ad commune eorum bonum utilius proſperari valeant.

Item, Caſu quod aliquid in hac Amicitia inpræſentiarum contentum infringi amodò contingat, quòd ea propter præfata amicitia inter prædictos Principes, ut præmittitur, contracta, minimè violetur ſive rumpatur, ſed talia contra dictam Amicitiam ſic attentata reſtitutiori modo, quo fieri poterit, reparentur, & in ſtatum debitum reducantur, ipſa amicitia in ſuo robore, & effectu ſemper permanente.

Item, Ad inviolabilem dictæ Amicitiæ obſervantiam inter Principes ante dictos, promiſſum, conventum, concordatum, & concluſum eſt, quod Matrimonium contrahetur inter Illuſtriſſimum Principem Carolum, dicti Chriſtianiſſimi Regis Franciæ filium, & Sereniſſimam Dominam Eliſabeth, invictiſſimi Regis Angliæ filiam, cum ad annos nubiles pervenerint; & quod idem Chriſtianiſſimus Rex Franciæ ipſam Dominam Eliſabeth à Regno Angliæ pro ſolemniſatione Matrimonii ejusdem in partes Franciæ ſumptibus, & expenſis ejusdem Regis Franciæ honorificè conducet, conduciveve faciet, ipſamque ad ſexaginta millia librarum redirus annui in alteta ſecundum conſuetudinem Franciæ annuatim dotabit, & quod illa dos aſſignetur & detur eidem Dominæ quamprimum ipſa ad annos nubiles pervenerit: Et ſi contingat ipſam Dominam Eliſabeth ante contractum, ut præmittitur, Matrimonium antedictum, quod Deus avertat, decedere, quod tunc inter ipſum Principem Carolum, & Sereniſſimam Dominam Mariam, aliam ſupradicti Regis Angliæ filiam, Matrimonium contrahetur, ipſaque à Regno Angliæ in partes Franciæ honorificè conducetur, & modo præmiſſo dotabitur, & quod Matrimonium antedictum, ut prædicitur, abſque fallo celebrabitur, præfati Potentiſſimi Franciæ & Angliæ Principes in verbo Principis, & fide præſtita promiſerunt, & uterque eorum promiſit omnibus vitibus ſuis ſuas apponere manus adjutrices, & cum effectu ſuos ad hoc continuè impendere labores.

In quorum omnium, & ſingulorum præmiſſorum fidem, & Teſtimonium his præſentibus Literis noſtris Patentibus manu propria ſubſcriptis, magnum Sigillum noſtrum apponi fecimus. Datum in Civitate noſtra Ambianenſi die 29. menſis Auguſti, Anno Domini 1475. & Regni noſtri decimo-quarto.

Obligatio annui cenſus.

LUDOVICUS Dei gratia Francorum Rex, univerſis præſentes Litteras inſpecturis, Salutem. Notum facimus, quod conceſſimus, promiſimus, & obligavimus nos, & per præſentes concedimus, promittimus & obligamus nos ſolvere, & realiter & cum effectu deliberare in Civitate Londinenſi in Anglia, Illuſtriſſimo Principi Eduardo, eadem gratia Angliæ Regi, conſanguineo noſtro cariſſimo, ſingulis annis vita utriusque noſtrum durante, quinquaginta millia ſcutorum auri uno quoque eorum ſcutorum triginta tres in agnos albos valente, ſub modo & forma quæ ſequitur, videlicet ſolvemus & deliberabimus, ſolvive & deliberari faciemus eidem conſanguineo noſtro Regi Angliæ in Civitate Londinenſi viginti quinque millia ſcutorum auri ejusdem æſtimationis & valoris prædicti in feſto Paſchæ proximè futuro, & viginti quinque millia ſcutorum auri ejusdem æſtimationis, & valoris in feſto S. Michaelis Archangeli ex tunc proximè ſequenti, & ſic de anno in annum ſolvemus, & deliberabimus, ſolvive & deliberari faciemus uicto conſanguineo noſtro, loco, & terminis præfixis vita utriusque noſtrum durante, quinquaginta millia ſcutorum auri valoris antedicti ad dictos unos Paſchæ, & Sancti Michaelis ſingulorum annorum terminos, per æquales, ut præmittitur, portiones, ad quam quidem ſolutionem fideliter, & ſimiliter ſingulis annis, ut præfertur, vita utriusque noſtrum durante, continuo faciendam promittimus, adſtringimus, & obligamus nos bona fide, & in verbo Regio, tactis ſuperinde Sacroſanctis Evangeliis, heredes, executores, & ſucceſſores noſtros, Regnum, Partias, Dominia, & bona noſtra præſentia, & futura, ſingulos Subditos noſtros, atque eorum bona ubicunque fuerint reperta; & ad omnium, & ſingulorum præmiſſorum ſecuriorem obſervantiam, obligamus nos ſub pœnis Apoſtolicæ Cameræ, & per obligationem de Niſi. Ac inſuper per præſentes promittimus, & obligamus nos, quod procurabimus, & faciemus Societatem, & ſocios Banci de mediis pro antedictis quinquaginta millibus ſcutorum eidem conſanguineo noſtro Regi Angliæ, modo & forma prædictis annuatim ſolvendi debite, & legitimè obligari, eorumque cautionem inſcripram rite ſuperinde confectam eidem conſanguineo noſtro Regi Angliæ, modo & forma prædictis annuatim ſolvendi debite, & legitimè obligari, eorumque cautionem inſcripram rite ſuperinde confectam eidem conſanguineo noſtro præſtari & deliberari, aut præſcriptum Apoſtolicum ſigillo plumbeo munitum ſumptu & ære noſtro impetrare & obtinere, ipſique Sereniſſimo Regi Angliæ citra Feſtum Purificationis Beatæ Mariæ Virginis proximè futurum in Anglia deliberare, deliberarive realiter facere, quo omnia, & ſingula præmiſſa Sedis Apoſtolicæ autoritate confirmentur, appolitis pœnis interdicti in Regnum, Patrias, Dominia noſtra antedicta, atque excommunicationis in perſonam noſtram, ſi omnia & ſingula præmiſſa, ut præfertur, non ſervaverimus, & perimpleverimus.

In quorum omnium, & ſingulorum præmiſſorum fidem, & Teſtimonium his præſentibus Literis noſtris Patentibus manu propria ſubſcriptis magnum Sigillum noſtrum apponi fecimus. Datum in Civitate noſtra Ambianenſi, die 29. menſis Auguſti, Anno Domini 1475. & Regni noſtri decimo quinto.

Obligatio de Niſi.

IN Dei nomine, Amen. Per hoc præſens publicum ſive authenticum Inſtrumentum cunctis liqueat evidenter, quod Anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo quinto, Indictione octava, menſis Auguſti die triceſimo, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini Sixti divina providentia Papæ quarti Anno quinto, in Civitate Ambianenſi in alta Camera Domus Epiſcopi Ambianenſis, Sereniſſimus & Chriſtianiſſimus Princeps Ludovicus, Dei gratia Francorum Rex, perſonaliter conſtitutus ex ſua benignitate, & ſpontanea voluntate, ſuppoſuit & ſubmiſit ſe quoad infra ſcripta Curiæ Ambianenſi, & nobis Officiali Reverendi in Chriſto Patris & Domini, Domini Joannis divina gratia Ambianenſis Epiſcopi, noſtræque Juriſdictioni, ipſamque noſtram Juriſdictionem in eum ſic quo ad infra ſcripta ritè, legitimè, & debitè prorogavit, coramque nobis Officiali antedicto Judice ſic in ea parte competente, & pro Tribunali ſedente, præſente etiam Notario Apoſtolico hic ſubſcripto dictus Illuſtriſſimus Princeps Ludovicus recognovit, & confeſſus fuit, ſe juſtè tenere, & obligari rite Illuſtriſſimo Principi Eduardo eadem gratia Regi Angliæ, ad ſolvendum ei Regi Angliæ quinquaginta millia ſcutorum in Civitate Londinenſi in Anglia ſingulis annis, in terminis Paſchæ & S. Michaëlis per æquales portiones, quandiu ipſi duo Principes antedicti Franciæ, & Angliæ vixerint; promiſitque ſolvere, ut præmittitur, annuatim dicta quinquaginta millia ſcutorum eidem Regi Angliæ, loco & temporibus antedictis, ſub omnibus pœnis Eccleſiaſticis, & Cameræ Apoſtolicæ, renunciando in ea parte omni Privilegio, cau

ANNO 1475.

ANNO 1475. cautelæ, aut Juris beneficio ſibi competenti aut competituro.

Inſuper requitivis nos dictum Officialem tunc, & ibidem in eum ſententiam excommunicationis fulminare ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc, niſi annuatim, ſicut prædiximus, ipſi Regi Angliæ, quandiu vixerint, loco & temporibus prædictis perſolvat.

Nos igitur Officialis antedictus Deum præ oculis habens, & pro Tribunali ſedens, vilis prædictis confeſſatis præfatum Sereniſſimum Principem monuimus, & injunximus, & præſentium tenore monemus, & injungimus quod annuatim a ſingulis annis ſolvat, ſolvive faciat eidem Regi Angliæ, aut ejus Deputato, Deputativve, quandiu, ut prædicitur, vixerint, quinquaginta millia ſcutorum, loco & temporibus antedictis, & hoc ſub pœna excommunicationis, quam quidem ſententiam excommunicationis nos Officialis antedictus in eundem Sereniſſimum Principem Ludovicum Francorum Regem ex nunc prout ex tunc &c. fulminavimus, & profeeimus in his ſcriptis, nili ſingulis annis terminis Paſchæ & S. Michaelis quinquaginta millia ſcutorum dicto Regi Angliæ, loco & temporibus prædictis, ut præmittitur, ſolverit, ſolvive fecerit, ipſum ſic excommunicatum publicè nunciari volumus, ſicque fieri faciemus & mandabimus. In quorum omnium, & ſingulorum præmiſſorum fidem, & Teſtimonium, nos Officialis antedictus præſenti publico Inſtrumento ſigillum Curiæ Ambianenſis unà cum ſigneto noſtro ac ſigno, & ſubſcriptione Notarii publici ſubſcripti duximus apponendum. Acta fuerunt hæc Anno, Indictione, menſe, die, loco, & Pontificatu, quibus ſuprà.

Et ego Joannes Fabri Clericus Ambianenſis publicus auroritate Apoſtolica & Imperiali, Tabellioque Curiæ ſpiritualis, & ordinariæ Ambianenſis joratus Notarius, & Scriba, qui præmiſſis omnibus & ſingulis, dum, ſicut præmittitur, agerentur, dicerentur, & fierent, præſens interfui, eaque ſic fieri & dici vidi & ſcivi, idcirco huic publico Inſtrumento aliena manu fideliter ſcripto de mandato ipſius Domini Officialis unà cum ſigneto ſuo, & ſigilli Curiæ prædictæ appenſione ſignum meum Apoſtolicum ſolitum, & conſuetum appoſui, me hic propria manu ſubſcribendo, in Teſtimonium veritatis ſequiſitus.

CCCL.

29. Août. *Appunctuamenta Treugarum inter* EDUARDUM IV. *Regem Angliæ, &* LUDOVICUM IX. *Regem Galliæ in ſeptennium concluſarum. Data in Campo prope Civitatem Ambianenſem die* 29. *Auguſti* 1475. [RYMER, Fœdera, Conventiones &c. Tom. XII. pag. 17.]

EDWARDUS, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ, Dominus Hiberniæ*, omnibus, ad quos præſentes Literæ pervenerint, ſalutem.

Cùm diras Chriſtianorum ſtatus crudeli perfidorum furore enormiter miſerabiliterque in præſentiarum afflictus, ad veterem proſperitatis felicitatem glorioſiſmque famam ſanctiùs & maturiùs ſeduci nequeat quàm Orthodoxæ Religionis Principes, poteſtate ſaltim majores, Vires ſuas uniant, Treugarum Pacis Amicitiæque Fœdera componant, & Charitatis vinculo ſe invicem copulent,

Cúmque innumerabiles Bellorum Calamitates, inæſtimabilesque Principibus atque eorum Dominiis & Subditis Pacis & Amicitiæ felices ſint eventus.

Notum facimus quod cum Illuſtriſſimo Principe *Ludovico Franciæ*, conſanguineo noſtro chariſſimo inivimus, contraximus, perfecimus, convenimus, concluſimus, & appanctavimus, & per præſentes inimus, contrahimus, perficimus, convenimus, & concludimus bonas, ſinceras, veras, firmas, & perfectas Treugas, Guerrarum Abſtinentias, Ligas, Intelligentias, & Conſœderationes, inter *Nos*, Regnum noſtrum Angliæ, Patrias & Dominia noſtra, Hæredes, Succeſſores, Vaſſallos, Subditos præſentes & futuros, Alligatos & Conſœderatos noſtros quoscúmque (qui in ipſis Treugis velint comprehendi) & præfatum Sereniſſimum Principem *Ludovicum Franciæ* Conſanguineum noſtrum chariſſimum, Patrias & Dominia ſua, Hæredes, Succeſſores, Vaſſallos, Subditos præſentes & futuros, Alligatos & Conſœderatos ſuos quoscúmque (qui in eis etiam Treugis veliot comprehendi) per ſeptem Annos a datâ præſentium proximò futuros duraturas, modo & formâ in Articulis ſeu Capitulis ſequentibus contentis, ANNO 1475.

Quorum tenor ſequitur, & eſt talis,

INPRIMIS, quòd bonæ, ſinceræ, veræ, firmæ, & perfectæ ſint & inviolabiliter habentur Treugæ, Guerrarum Abſtinentiæ, Ligæ, & Conſœderationes inter dictos Poteniſſimos Angliæ & Franciæ Principes, Patrias & Dominia ſua quæcúmque, Hæredes, Succeſſores, Vaſſallos, Subditos præſentes & futuros, Alligatos & Conſœderatos utriusque eorum (qui in ipſis Treugis, ut præmittitur, comprehendi voluerint) occnon inter inclitiſſima Angliæ & Franciæ Regna, per Terram, Mare, Portus Maris & Aquas dulces,

Et quòd dictæ Treugæ & Guerrarum Abſtinentiæ, Ligæ, & Conſœderationes incipiant, quoad Principes antedictos, & eorum Patrias, Dominia, & Subditos & Vaſſallos, ab hac die, & quoad dictorum Principum aut alterius eorum Alligatos & Conſœderatos a tempore quo ſe declaraverint in dictis Treugis comprehendi velle, & ipſa declaratio antedictis Principibus notificata fuerit; ſic tamen quòd ipſi Alligati, qui in ipſis Treugis velint comprehendi, talires ſe declarent Principi cum quo conſœderantur; & ipſe Princeps, cui ſic declaratur, alteri Principi tuis Literis id referat intra tres menſes poſt datam præſentium proximè ſequentes; & quòd ab hac eadem die durent usque ad finem ſeptem annorum proximè ſequentium inclusivè, ſic quod finiant in viceſimo nono die menſis Auguſti, poſt Solis occaſum ejusdem diei, qui erit in Anno Domini 1482.

Item, quòd, durante dicto ſeptennio & Treugis prædictis, Bella, Guerra, & hoſtilitates quæcúmque inter præfatos Angliæ & Franciæ Principes, utriusque eorum Hæredes, Succeſſores, Vaſſallos, Subditos, & Conſœderatos quoscúnque (qui in ipſis Treugis, ut præmittitur, velint comprehendi) necnon inter dicta Inclitiſſima Angliæ & Franciæ Regna, Patrias & Dominia quæcumque ubique locorum, per Terram, Mare, & Aquas dulces omninò ceſſabunt.

Item, quòd omnes & ſinguli utriusque dictorum Principum, aut eorum Alligatorum in hiis Treugis comprehenſorum, Vaſſalli & Subditi (ſive ſint Priucipes, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Duces, Comites, Barones, Mercatores, aus cujusvis ſtatûs conditionisve exiſtant) durantibus Treugis antedictis, ubivis locorum ſeſe mutuis officiis proſequanrur & honeſtâ affectione pertracteut, poſſintque liberè, tutò, & ſecurè, absque alterius ejusve Subditorum offenſa ſeu impedimento, ubique perluſtrare Terram, per Mare navigare, hinc indéque, ad Portus, Dominia, & Diſtrictus quoscúmque utriusque ipſorum Principum citra & ultra Mare (dùm tamen armati ultra numerum armatorum centum ſimul non excedant) accedere, in eisque quamdiu volent morari, mercari, merces, mercimonia, arma, & Jocalia quæcúmque emere, vendere, & ut eis placet ab illinc ad partes proprias vel alibi liberè, quotiens duxerint abeundum, abire, cum ſuis, aut conductis, aut commodatis, navigiis, plauſtris, vehiculis, equis, armaturis, mercimoniis, farcinulis, bonis, & rebus ſuis quibuscúnque absque ullo impedimento, offenſa, arreſtatione, ratione Mercæ, Contramercæ, Repriſaliarum, aut alià reſtrictione quacúmque, tàm io Terrâ quam in Mari & Aquis dulcibus, quemadmodum propriis in Patriis hæc omnia facerent aut eis ea facere licerit; ita quòd nullo alio ſalvo conductu generali aut ſpeciali indigeaut.

Item, quòd omnia muoera ſive onera, ab aliquo dictorum Priucipum in cujusvis eorum Patriarum ſive Dominiorum partibus, a duodecim anuis citra impoſita, Mercatoribus & Subditis alterius Principis uociva, peuius extincta ſint & ſejecta; & quòd talia aut conſimilia, durantibus hiis Treugis, amodò non imponantur; ſalvis tamen ſemper quoad alia omnibus Regionum, Urbium & Locorum aliis Legibus, Statutis, & Conſuetudnibus, quibus nichil quoad eorum Jura per præmiſſa cenſetur derogatom.

Item, quòd, ſi infra dictos ſeptem Annos, durantibus ipſis Treugis, aliquid contra vires & effectus earundem Treugarum & Abſtinemiarum Guerrarum, per Terram, Mare, aut Aquas dulces, per aliquem ipſorum Principum, Hæredes, Succeſſores, Subditos, & Vaſſallos, aus Alligatos utriusque eorom (in hiis Treugis comprehendi ſe velle, ut prædicitur, declarantes) fuerit attentatum, actum, aut geſtum, quòd omnia ipſa, ſic attemptata, per conſervatores ipſarum Tseugarum, ab ipſis Principibos ſeu ſaltem a Prineipe eorum ſic dampnificantium nomioatos, infra menſem poſt requiſitionem ſuperinde eis factam, unà cum expenſis ſic dampnificati aut dampnificatorum, reſtaurentur,

ANNO 1475. rentur, reficiantur, & reparentur, ſicque propter nulla, durante harum Treugarum termino, in contrarium attentata, hæ Treugæ rumpantur nec terminentur; ſed in ſuis viribus usque ad finem dictorum ſeptem Annorum permaneant, & pro ipſis attentatis ſolummodò puniantur ipſi attentantes & damnificantes & non alii.

Item, pro matura & inviolabili harum Treugarum, Abſtinentiarum Guerrarum, Ligarum, & Confœderationum obſervantiâ & conſervatione, electi & nominati ſint, ex parte Sereniſſimi Principis *Angliæ Regis*, Conſervatores,

Chariſſimi Fratres ſui, *Dux Clarenciæ*, & *Dux Gloucestriæ*, *Cancellarius Angliæ*, *Cuſtos Privati Sigilli*, & *Cuſtos Quinque Portuum* in Anglià, & *Præfectus* ſive *Locumtenens dicti Regis Calesii*, pro tempore exiſtentes,

Et ex parte dicti Illuſtriſſimi *Principis Franciæ*, Clariſſimus Vir Frater & Conſanguineus ſuus chariſſimus *Comes de Bello Loco*, & *Johannes Baſtardus de Borbono* Admirallus Franciæ,

Qui quidem Conſervatores dictorum Priocipum ac utriuſque eorum, & duo aut unus eorum, ex parte ſaltem Principis Subditorum damnificantium, ſi qui ſint, ſic nominati nominatúsve, auctoritatem & poteſtatem habeant & habeat ipſos damnificantes puniendi, attentata & damna, contra vires harum Treugarum illata, unà cum expenſis damnificatorum, reficiendi & reparandi,

Et ſi contingat ipſos Conſervatores, per ipſos Principes, ut præmittitur, nominatos, ſuper reformatione aliquorum dictorum attentatorum fore diſcordes & inter eos ſuper inde concordare non valentes, quòd tunc cauſa illa referatur Conciliо Principis Subditorum ſic damnificantium, aut, ſi opus ſit, utriuſque Principis; dum tamen cauſa illa ſummariè & de plano eorum ejs examinetur & feliei fine terminetur.

Item, quòd in præſentibus Treugis, Abſtinentiis Guerrarum, Ligis, & Confœderationibus comprehendantur Alligati & Confœderati hincinde poſtea nominati, ſi in eis comprehendi velint; videlicet,

Ex parte Sereniſſimi Principis *Angliæ Regis*,

Sereniſſimus & Illuſtriſſimus Princeps ſemper Auguſtus *Rex Romanorum*,
Rex Caſtellæ & Legionis,
Rex Scotiæ,
Rex Portugaliæ,
Rex Hieruſalem & Ceciliæ citra Farum,
Rex Arragoniæ,
Rex Ciciliæ ultra Farum,
Rex Daciæ,
Et,
Rex Hungariæ,
Potentiſſimique *Duces Burgundiæ & Britanniæ*,
Necnon *Communitas & Societas de Hanſa Teutonica*,
Et ex parte dicti Illuſtriſſimi Principis *Franciæ*,
Romanorum Imperator,
Sacri Imperii Electores,
Reges,
Caſtellæ & Legionis,
Scotorum,
Daciæ,
Hieruſalem & Ciciliæ,
Et *Hungariæ*,
Duces,
Sabaudiæ,
Mediolani,
Jauuæ,
Et *Lotharingiæ*,
Epiſcopus Metenſ,
Dominium & Communitas Florentiæ,
Dominium & Communitas de Berne,
Et eurum Confœderati.

Item, illi de Liga Altæ Almaniæ & illi de Patriâ Leodienſi, qui ſe declaraverint pro Illuſtriſſimo Principe Franciæ, & in ejus obedientiam ſe tetraxerint.

Qui quidem Alligati utriuſque dictorum Principum teneantur declarare Principi, cum quo confœderantur, ſe in hiis Treugis velle comprehendi, ſi in eis comprehendi velint, & ita Princeps alteri teneatur referre Principi, ut præmittitur, intra tres menſes proximò poſt datam præſentium ſequentes,

Quas quidem Treugas Principes antedicti, & eurum uterque promiſerunt & promiſit, in verbo Principis & in bonâ fide, juxta vires manutenere & inviolabiliter ſervare obſervarique facere.

In quorum omnium & ſingulorum præmiſſorum fidem & Teſtimonium hiis præſentibus Literis noſtris patentibus, manu propriâ ſubſcriptis, magnum ſigillum noſtrum apponi fecimus.

Dat. in *Campo noſtro prope Civitatem Ambianen.* viceſimo nono die Auguſti, Anno Domini 1475. & Regni noſtri 15. ANNO 1475.

EDOWARD R.

CCCLI.

Traité, ou Trêves Marchandes faites pour neuf ans, entre LOUIS XI. *Roi de France, &* CHARLES, *dernier Duc de Bourgogne. A Soleurre, le 13. Septembre* 1475. [JEAN MOLINET, Chroniques Manuscrites. Tom. I. pag. 30. Les Mémoires d'OLIVIER DE LA MARCHE, publiez par DENIS SAUVAGE, pag. 397. Divers Traitez, Contracts, Testamens, &c. ſervans aux Memoires de PHILIPPE DE COMINES. pag. 126. & FREDERIC LEONARD, Tom. I. pag. 134.] 13. Sept. FRANCE ET BOURGOGNE.

CHARLES par la grace de Dieu, Duc de Bourgogne, de Lothier, de Brabant, &c. Comte de Flandres, &c. A tous ceux qui ces preſentes Lettres verront, Salut. Comme par ci-devant pluſieurs journées aient été tenues en divers lieux entre les gens à ce Commis, & Deputez de par le Roi & nous, pour trouver moien à reduire, & mettre en bonne Paix & union, les queſtions, diviſions, & differends entre nous, & ſur icelle trouver, recevoir, & accepter une Paix finale; laquelle choſe jusques ici n'a peû prendre concluſion, conſiderant qu'à l'honneur, & louange des Princes Chrétiens, rien n'eſt plus convenable que deſirer & aimer la Paix, de laquelle le bien, & le fruit des choſes terriennes eſt ſi grand que plus ne pourroit: nous deſirant envers Dieu nôtre Createur nous montrer par effet vertueux, & obeiſſant en toutes nos operations, afin que l'Egliſe en vacant au ſervice divin, puiſſe prendre vigueur, & demeurer en ſeure, & vraie franchiſe & liberté, les Nobles & courages des hommes, ahonder en repos & tranquillité, ſans ſervitude d'Armes; & que l'entretenement de oos Pais & Seigneuries, tant au fait de la marchandiſe, ou autrement, puiſſe être permanent à l'état d'un chacun, demeurer en ſon entier, & conſequemment le pauvre & menu peuple, enſemble tous nos Sujets, puiſſent labourer, & vaquer chacuo endroit ſoi, à leur induſtrie & artifice, ſans quelconque violeuce ou oppreſſion; & le tema avenit, moiennant la grace de Dieu, entr'eux vraie & perpetuelle Paix, & juſtice neceſſaire à toute la Terre Chrêtieune, gardée, entretenue, & conſervée; & eo icelle vivre, & mourir inviolablement, alons par avis & deliberatiou de pluſieurs Sieurs de uôtre Grand Conſeil, Fait, conclu, & accordé entre le Roi & nous, pour nous, nos hoirs, & ſucceſſeurs, & pour tous les Ports, Terres, & (*a*) Seigneuries d'une part & d'autre, Tréves generales en la forme & maniere, qui s'enſuit.

(*a*) Autrement *Seres*, mais c'eſt apparemment une faute.

Premierement, bonne, ſeûre, & loiale Tréve, ſeûr état, & abſtinences de Guerres, ſont priſes, & acceptées, fermées, conclus, & accordées, par Terre, par Mer, & par eaux douces, entre le Roi, & mondit Sieur Due de Bourgogne, leurs hoits, & Succeſſeurs, Pais, Terres, Sieuries, Sujets, & Serviteurs, icelle Tréve, ſeur état, & abſtinence de Guerre, commeuçant ce jourdui treizieme jour de Septembre, durant le tems, & terme de neuf années, & finiſſant à ſemblable le treizieme Septembre, lesdits neuf aus revolus, que l'oo dira l'an 1484. Pendant leſquelles Tréves, ſeur état, & abſtinence de Guerre, ceſſeront d'une patr & d'autre, toutes Guerres, hoſtilitez, & voies de fait, & ne ſeront faits par l'un, ni par l'autre parti, de quelque état qu'ils ſoient, aucuns exploits de Guerre, priſes, ou entrepriſes de Villes, Citez, Châteaux, Fortereſſes, ou Places tenuës, ou étans és mains ou obeiſſance, de l'un ou de l'autre, quelque-part qu'elles ſoient ſituées, & aſſiſes, par aſſauts, ſieges, amblées, échellemens, compoſitions, pour occaſion, oe ſous couleur de marque, contre-marque, repreſſaille, ſous couleur de dettes, obligations, titres, oi autrement, en quelque forme ou maniere que ce ſoit, ou puiſſe être ſuppoſé, ores que les Seigneurs, ou les habitans desdites Villes, Citez, Châteaux, Places, ou Fortereſſes, ou ceux qui en auront la garde, les vouluſſent rendre, bailler, & delivrer de leur volonté, ou autrement, à ceux du parti & obeiſſance contraire; auquel cas, s'il avenoit, celui pour lequel, ou à l'aveu

ANNO 1475. duquel auroit été prise la Ville, ou Villes, Places, Châteaux, ou Forteresses, les feront tenus faire rendre, & restituer pleinement à celui, sur qui ladite prise auroit été faite, sans en declarer la restitution par quelque cause, occasion, ou maniere que ce soit avenu, ou en dedans huit jours aprés la sommation sur ce faite desdites parties, & l'autre; & en ce cas, que defaut y auroit de ladite restitution, celui sur le parti duquel ladite prise auroit été faite, poutra recouvrer ladite Ville, ou Villes, Citez, Châteaux, Places, & Forteresses, par sieges, assauts, échellemens, amblées, compositions, par voie, & hostilité de Guerre, ou autrement, ainsi qu'il pourra, sans que l'autre y donne resistance, ou empêchement; ni qu'à l'occasion desdites Trêves, seur état, & abstinence de Guerre, puissent être dites, ni entenduës, rompues, ni enfreintes, mais demeureront ledit tems durant en leur pleine & entiere force & vertu; & si sera tenu, qui n'aura fait ladite restitution, rendre, & païer tous coûts & dommages, qui auront été, ou seront faits ou soûtenus en general & partieulier, par celui, ou ceux sur qui ladite prise auroit été faite.

Item, & par les gens de Guerre, ou autres du parti & Alliance de mondit Sieur de Bourgogne, qui voudront être compris, ne seront faites aucunes prises de personnes, courses, robenes, pilleries, logis appartenir, rançonnemens, prises, ou détrousses de personnes, de bêtes, ou d'autres biens quelconques, sur les Terres, Villes, Places, Seigneuries, & autres lieux étans du parti, & Alliance du Roi, qui voudront être compris sur les Terres, Villes, Places, Sieuries & autres Lieux étant du parti, & obeïssance de mondit Sieur de Bourgogne; ains seront & demeureront tous les Sujets, & serviteurs d'un côté & d'autre, de quelque état, qualité, condition, ou Nation qu'ils soient, chacun en son parti & obeïssance, seurement, sauvement, & paisiblement de leurs personnes, & de tous leurs biens, y pourront labourer, marchander, faire, & pourvoir à toutes leurs autres besognes, Marchandises, Negociations, & affaires, sans détourbier, ou empêchement quelconque.

Item, prædictum Fratrem noſtrum cariſſimum Regem Franciæ, filium primogenitum natum, aut naſciturum, ſive primum Regni ſui hæredem, tam per Mare, quam per Terram contra quascunque perſonas, quæ poſſent vivere & mori, cujuscunque ſtatus, conditionis, præeminentiæ aut dignitatis exiſtant, etiam ſi perſona fuerit regalis, aut alia quævis, quæ dicto Fratri noſtro cariſſimo Regi Franciæ, filio primogenito nato, aut naſcituro, ſive primo Regi ſui Hæredi, Regno, Terris, Patriis, Dominiis, & Subditis ſuis Guerram, damnum, vituperium, detrimentum, aut dedecus facere, perpetrare voluerit aut inferre, bona fide juvabimus, & juvare tenebimur absque fraude; nosque Guerram dicti Fratris noſtri Cariſſimi Regis Francorum, filii primogeniti nati, aut naſcituri, ſeu primi Regni ſui hæredis in nos, & in perſonam noſtram tanquam propriam noſtram recipiemus, & ut caput Guerræ recipere tenebimur, & in Regnis & Dominiis noſtris, tanquam noſtram propriam, cùm per Litteras patentes ligilloque dicti Regis Franciæ, Fratris noſtri Cariſſimi, aut filii ſui primogeniti nati, aut naſcituri, ſive primi Regni ſui hæredis certificati fuerimus quod Guerra ſucrit aperta, & in Regno Franciæ præconizata inter eundem Regem Franciæ, aut ſuum primogenitum natum, ſeu naſciturum, ſeu primum Regni ſui hæredem ex una parte, & Regem Angliæ, ſeu quemcunque alium ex pane alia, infra decem dies à die prædictæ certificationis nobis factæ, facere præconizari jubere tenebimur, ſic tamen quod ſi dictus Frater noſter Cariſſimus Rex Franciæ, filius ejus primogenitus natus, aut naſciturus, ſeu primus Regni ſui hæres, ſive alter eorundem nos aut primogenitum noſtrum naſciturum, ſeu primum Regnurum noſtrorum hæredem requiſierint, ſive per eos aut eorum alterum fuerimus de juvamine Subditorum noſtrorum, armatorum ſeu galearum, aut aliorum navigiorum ad opus dictæ Guerræ ſubvenire requiſiti, nos primogenitus noſter naſciturus, ſeu primus Regnorum noſtrorum hæres hoc facere, galeasque & alia navigia, & gentes annorum, tam per Terram quam per Mare ad ſervitium & juvamen dicti Fratris noſtri Cariſſimi Regis Franciæ, filii primogeniti nati, aut naſcituri, & primi Regni ſui hæredis prædictorum, cjus tamen vel eorum ſumptibus & expenſis fideliter & efficaciter, omni fraude ceſſante, mittere tenebimur, jurabuntque Capitanei armatorum hujuſmodi tam per Terram, quam per Mare, ſive Admiraldi, vel alii quicunque, facient ſolemne juramentum coram perſona, vel perſonis per Dominum Fratrem noſtrum ad hoc deputatis, vel deputandis, quòd ambatum partium honorem, utilitatem & commodum diligenter obſervabunt, ac totis viribus fideliter procurabunt.

Item, poterunt Vaſſalli & Subditi noſtri liberè & absque offenſa qualibet per eos incurrenda, ad ſervitium & juvamen dicti Fratris noſtri Cariſſimi filii primogeniti nati, aut naſcituri, ſeu primi Regni ſui Hæredis, tam per Terram, quam per Mare, ad opus dictæ Guerræ, noſtrâ tamen, aut Regnorum, & Dominiorum neceſſitate ceſſante, quoties eis placuerit ſe transferre.

Item, Guerrâ nomine Fratris noſtri Cariſſimi Regis Francorum prædicti, filiique primogeniti, nati aut naſcituri, ſive primi ſui Regni hæredis, ſive nomine noſtri, ſive primogeniti noſtri naſcituri, aut primi Regnorum noſtrorum hæredis, contra quemcumque inceptâ, ſive incipiendâ, nos, primogenitus noſter naſciturus, aut Regnorum noſtrorum primus hæres, cum parte adverſâ, Pactum, Tractatum, Accordum, Treugam ſeu Pacem facere, tractare, accordare, absque conſenſu & voluntate expreſſis prædicti Fratris noſtri cariſſimi, ſeu primogeniti nati, aut naſcituri, ſeu primi Regni ſui hæredis, firmare non poterimus, aut quomodolibet inire. Poterit tamen prædictus germanus noſter, primogenitus natus, aut naſcitutus, ſive primus Regni ſui hæres, cauſis exigentibus, Treu-

ANNO 1475. Treugas particulares ad annum, vel ad aliud brevius tempus citra tractare & inire, si & quando sibi videbitur expediens, proviso quod dictas Treugas particulares nobis, aut primogenito nascituro, vel hæredi nostro significare tenestur, & quod in eisdem nos, primogenitus nascturus, vel hæres cum Patriis & Subditis nostris comprehendamur, si nobis placuerit comprehendi; quodque prædictæ Treugæ particulares nuius anni, vel temporis brevioris, neqneant nlterius ad longius tempus sine expresso consensu nostro, primogeniti nascituri, aut primi Regnorum hæredis, prorogari vel extendi, cessantibus in præmissis, & cæteris sequentibus universis, omni fraude ac dolo.

Item, Castra, Civitates, Villæ, Fortalitia, sive Loca, quæ, vel quas primogeuitus, aut hæres, sive gentes nostræ tam in Regno, & Terra Angliæ, & Ducatu Aquitaniæ, quam in aliis Regnis, Terris, & Dominiis, contra quæ, & quas dictus Frater noster, primogenitus natus, aut nasciturus, sive primus Regni sui hæres, Guerram incœptam habuerit, vel incœperit, acquisiverimus, occopaverimus, acquisierit, sive occupaverit per Mare, vel per Terram, dicto Fratri nostro Carissimo Regi Franciæ, ejusque primogenito nato, sive nascituro, aut primo Regni sui hæredi, seu certo Nuncio aut Mandato nos & gentes nostræ prædictæ, & filius noster primogenitus nasciturus, sive primus hæres Regnorum nostrorum, liberè dare, restituere tenebimur, ac etiam tenebuntur, bona tamen mobilia capta vel occupata efficiemur capientis, & eidem concedentur secundum morem & consuetndinem Regnorum Franciæ & Castellæ prædictorum.

Item, volumus quod si Rex Angliæ, aut suus primogenitus, seu quicunque Regni sui heres, & Ducatus Aquitaniæ, aut aliqnis alius de sanguine Angliæ fuerit, captus per nos, primogenitum nascitumm, aut primum Regnorum nostrorum heredem, sive per gentes nostras, tam per Mare, quam per Terram, vel quicumque alius Rex, Dux, sive Comes, contra qnem principaliter dictus Frater noster Rex Franciæ, ejusque primogenitus natus, aut nascituros, sive primus sui Regni heres, Guerram incœptam habnerit vel incœperit, ad arbitrium, voluntatem, & ordinationem dicti Fratris nostri carissimi Regis Franciæ, vel ejus primogeniti, aut nasciturі, seu primi Regni sui heredis, nostrique, vel primogeniti nostri nascituri, aut primi Regnorum nostrornm heredis, teneatur captus & captivus, insimulque poterimus nuà enm dicto Fratre nostro Carissimo super expeditione dicti capti sive captivi ordinare, prout ambarum Partium placuerit voluntati; quicumque vero alius à prædictis captus sive captivus exiterit, consentimus, & volumus, qnod sit efficaciter capicnus, & eidem concedatur. Super quibus, & eorum quodlibet, tam super Guerra, quam personis suprædictis, & omnibus aliis ad hoc necessariis factum, Guerræ utilitatem & commodum dicti Fratris nostri carissimi Regis Franciæ, filii primogeniti nati, aut nasciturі, sive primi Regni sui heredis, Regni, Terrarum, & Subditornm suorum concernentibus, nos autem, primogenitus noster nasciturus, sive primus Regnorum heres relationi simplici, & assertioni per dictum Fratrem nostrum Regem Franciæ, aut primogenitum natum, sive nasciturum, seu primum Regni sui heredem, sive Litteris suis super hoc, aut suo certo Nuncio ad hoc specialem potestatem habenti, Nobis, aut primogenito nostro nascitaro, sen primo Regnorum nostrorum heredi factis, absque alia probatione seu informatione quacunque, prædictum Fratrem nostrum Carissimum Regem Francorum, aut primogenitum natum, seu nasciturum, seu primi Regni sui heredem, faciendi fidem indubiam tenebimur, & tenebuntur adhibere, intimationeque, prout prædicimr, nobis facta, nos & primogenitus nascinrus, ant primus Regnorum nostrorum heres, prædictum Dominum Carissimum Fratrem nostrnm Regem Franciæ, primogenitum suum natum, vel naseiturum, seu primum Regni sui heredem, tam de facto tenebimur, & tenebuntur utiliter adjuvare. Sane à Ligis, Confœderationibus, Pactis, Conventionibus & Tractatibus prædictorum excipimus, & excipi volumus personam Sanctissimi in Christo Patris Romani Pontificis, necnon similiter Regem Aragonum, & filium suum primogenitum, qui nunc sunt; dum tamen idem Rex Aragonum, & filius suus primogenitus, qui nnnc sunt, eorumve alter contra dictum Fratrem nostrum Carissimum Regem Franciæ, primogenitum natum, aut nascitnrum, seu primum Regni sui heredem, Regnum, Terras, Dominia, & Subditos suos, sive nos, primogenitnm nascitumm, aut primum Regnorum nostrorum heredem, Regna, Terras, Dominia, & Subditos nostros, Guerram, damnnm, vituperinm, aut dedecus, sive detrimentum non faciant, inferant, aut procurent, faciat, inferat, aut procnret, sive fieri, inferri, aut procurari faciant per alium quovis modo; quod si, qnod absit, idem Rex Aragonum, aut suus primogenitus, contrarium facerent, cessabit dicta exceptio, & nos, primogenitns nasciturus noster, aut primus Regnorum nostrorum heres, eum dicto carissimo Fratre nostro Rege Franciæ, ejusque primogenito nato, vel naseituro, seu primo Regni sui hercde, erimus pront sumus unanimiter Confœderati contra Regem Aragonum, & suum primogenitum prædictos. ANNO 1475.

Quæ omnia prædicta, & singula nos prædictus Rex Joannes, sana & provisa deliberatione Consilii super hoc habita, pro nobis, primogenito naseituro, & primo Regnomm nostrorum herede, Regnis, Terris, Dominiis, & Subditis nostris promimmus, & juramus in animam nostram, promisemntque & jnraverunt prænominati genitrix & patruus nostro tutelæque nostræ nomine super imaginem & memoriam Domini nostri Jesu Christi crucifixi, Evangeliaqne sua sancta per nos & ipsos corporaliter tactam, & tacta, promittimusque verbo Regio, bona fide, fidemque & homagium eidem, præfato carissimo nostro Carolo Francomm Regi, primogenito nato, aut nascituro, seu primo Regni sui heredi, præstando tenere, facere de puncto ad punctum, fraude & malo ingenio cessantibus quibuscunque, adimplere, & inviolabiliter observare, & hoc sub hipotheca & obligatione omnium bonorum nostrorum, heredum, & successorum nostrorum præsentium, & futurorum, necnon & sub pœna perjurii, quam Rex incurrere potest tali casu, insuper sub pœna centum millium marcharum auri, in quibus obligationibus & pœnis nos dictus Rex Castellæ & Legiouis, interveniente dictorum tutorum nostrorum autoritate & consensu, Regna, & omnia bona nostra, hæredum & successorum nostrurum dicto Fratri nostro carissimo Regi Franciæ, ejusque primogenito nato, vel naseimro, sen primo Regni sui hæredi, applicandi tanquam pro judicato, condemnato, & confessato, & in ipsas pœnas, si contra prædicta nos, aut primogenitns noster nasciturus, seu primus Regnorum nostrorum hæres fecerimus, aut fecerit, confitemur, nos & primogenitum nasciturum, primumque Regnorum nostrorum hæredem, incorrisse, & tam de jure quam de facto adjudicamus totaliter incidisse; & nos ipsi de autoritate & consensu prædictis primogenitus nascitums, Regnorumque nostrorum hæredes & successores, Regna, Dominia, Terras, & bona nostra, hæredum, & successomm nostrorum præsentia & futura pro præmissis firmiter adimplendis supponimus, & suppositimns cohertioni & compulsioni Cameræ Sedis Apostolicæ, volumusque & consentimus, quod ad majorem firmitatem prædictorum omnium, & singulorum, Litteras Apostolicas super ipsis fortiores & meliores dicto sapientum substantiâ non mutatâ, nos, dictus primogenitna nascituros, primusque Regnorum nostrorum hæres, dicto carissimo Fratri nostro Regi Franciæ, ejusque primogenito nato, vel naseituro, primoque hæredi Regni sui, facere & concedere teneamur, ac etiam teneantur, quoties per dictum Regem Franciæ Fratrem nostrum carissimum, seu primogenitum, natum aut nascitnrum, sive primus Regnorum nostrorum hæres suerimus, aut suerint requisiti. Cætera vero omnia alia, & singula inter utrinsque nostrum prædecessores, ipsumque Fratrem nostrum carissimum Francorum Regem, & nostros progenitores, hactenus hinc inde per quemcunqne, Instrumenta, Litteras, & Tractatus publicos & privatos conjunctim, vel divisim qnalitercumque inita, firmata, ratificata, seu declarata, etiam si juramentis & promissionibus sint vallata, quæ his in Tractatibus non sunt inserta, volumus deinceps esse nnlla, irrita, & cassata, & cassamns, irritamns, revocamus, & penitus annullamus.

In quorum omnium fidem, & Testimonium præsentes Litteras sigilli nostri munimine, necnon, ad ampliorem certitudinis firmitatem præfatorum genitricis & patrui nominum suscriptione, sigillisque unà com signo Notarii publici ferimus, & justimus communiri. Datum in Vallecoleti, die septima Decembris, Anno Domini milliesimo quadringentesimo octavo.

Nos vero supra nominati Alvarus Conestabularius, Joannes Archiepiscopus, Rodericus Comes de Benavento, Procuratores præfati Sereniſſimi Principis, & Domini nostri, Domini Joannis Regis Castellæ & Legionis moderni, sperantes prædictas Ligas, Confœderationes,

ANNO 1475. tiones, Amicitias, Compoſitiones, Couventiones, Tractatus, & Prumiſſiones inter dictum Dominum noſtrum Regem Caſtellæ & Legionis modernum, pro ſe, & pro ſuo primogenito, vel Hærede, Regnis, Terris, & Subditis ſuis ex una, & dictum defunctum Dominum Carolum Sextum, tunc Regem Francorum, genitoremque ejusdem Domini Regis Francorum moderni, pro ſe, & pro ſuo primogenito, vel Hærede, ac Regno, Terris, & Subditis ſuis ex altera partibus, ſicut præmittitur, initas, conceptas, & firmuas ſore, & futuras ad Dei laudem, malorumque exterminium, & utriusque prædictorum Regum, ac Regnorum, Reipublicæ proſperum incrementum, præſemibus unà & pariter convenientibus, videlicet ex una parte nobis pro dicto Domino noſtro Rege Caſtellæ & Legionis; & ex alia Reverendiſſimo in Chriſto Patre Domino Dionyſio, Archiepiſcopo Tholoſano, necnon Nobili & Spectabili Domino Joanne de Bonay, Milite, Seneſcallo Tholoſæ, Conſiliariis; ac Herveo de Fresnay Secretario, Ambaſſiatoribus & Nunciis, ac Procuratoribus dicti Domini Francorum Regis moderni pro & ad hoc ſpecialiter conſtitutis & ordinatis, & per Litteras ipſius Domini Regis Francorum moderni. Quarum tenor inferius inſeretur, vice & nomine dicti Domini noſtri Regis Francorum moderni, & pro eo, proque ſuo primogenito nato, vel naſcituro, aut primo Regni ſui Hærede, ac pro Regno, Terris, Dominiis, Subditis & Adhærentibus ſuis, aliisque omnibus & ſingulis quorum intereſt, aut intereſſe poterit quomodolibet in futurum, recipientes, acceptantes, & ſolemniter ſtipulantes virtute poteſtatis nobis, ut prædictum eſt, attributæ & conceſſæ per dictum Dominum noſtrum Regem Caſtellæ & Legionis, vice & nomine ejus, & pro eo Hærede, ac pro Regnis, Terris, Dominiis, Subditis, & Adhærentibus ſuis, cæterisque omnibus & ſingulis quorum intereſt, vel intereſſe poterit quomodolibet in futurum, Conſœderationes, Tractatus, Compoſitiones, Pactiones, Ligas, & Amicitias, & omnia alia & ſingula in prædictis & circa prædicta per dictum Dominum noſtrum Regem Caſtellæ & Legionis moderni, per ejusque ſupradictos tutores ejus nomine & vice, unà cum dicto Domino defuncto Carolo Sexto, tunc Rege Francorum, genitore dicti Domini noſtri Regis Francorum moderni, & cum ſupra nominatis Ambaſſiatoribus & Procuratoribus ſuis ejus vice & nomine, ut præmittitur, acta, geſta, habita & conventa, prout in ſuperius inſertis Litteris ſuis contenta & expreſſa ſunt, laudamus, ratificamus, approbamus, acceptamus, ac etiam validamus, inerumque de novo tractamus, inimus, facimus, & firmamus, ſub pœnis, forma, modis, & obligationibus & qualitatibus ſupra ſcriptis pro dicto Domino noſtro Rege Caſtellæ & Legionis moderno, proque primogenito ſuo nato, vel naſcituro, aut primo Regnorum ſuorum Hærede, Regnis, Terris, Dominiis, Subditis & Adhærentibus ſuis, & omnibus aliis quorum intereſt vel intereſſe poterit in futurum, unà cum dictis Conſiliariis, Ambaſſiatoribus & Procuratoribus dicti Domini Regis Francorum ejus vice & nomine agentibus, ac pro eo, & filio ſuo primogenito nato, vel naſcituro, aut Regnorum ſuorum Hærede, proque Regnis, Terris, Dominiis, Subditis & Adhærentibus ſuis, & aliis omnibus quorum intereſt, aut intereſſe poterit quomodolibet in futurum, ſimiles & conformes Pactiones, Conventiones, Obligationes, & ſubmiſſiones conſentientibus & facientibus, nobis ſtipulantibus & recipientibus pro & vice dicti Domini noſtri Regis Caſtellæ & Legionis, ejusque primogeniti nati, aut naſcituri, aut primi Regnorum ſuorum Hæredis, pro Regnis, Terris, Dominiis, Subditis & Adhærentibus, & aliis ſuprà citatis, prout continetur in eorum Litteris conſimilibus & conformibus iſtis, quas nobis tradiderunt. Verumtamen non intendimus in præmiſſis comprehendi clauſulam contentam in ſuperius inſertis Litteris, facientem mentionem de exemptione incliteæ memoriæ defuncti Domini Martini, tunc Regis Aragonum, & ſui primogeniti, qui tunc erant; ſed binc inde tolli & abjici, & pro nulla haberi, cum etiam ſit ſupervacua, quia ipſe Martinus, & ejus filius, ab hoc ſeculo dudum, ſicut Domino placuit, migraverunt. Promittimus inſuper & juramus in animam dicti Domini noſtri Regis Caſtellæ & Legionis, ſuper imaginem & repræſentationem Crucifixi Domini noſtri Jeſu Chriſti, ac ſua Sancta Evangelia per nos corporaliter tactam & tacta bonâ fide, ceſſantibus fraude & malo ingenio quibuscumque, omnia & ſingula præmiſſa, prout & quemadmodum per nos quibus ſupra nomine & vice firmata, geſta, & facta ſunt, teneri & tenenda, ac de puncto ad punctum adimpleri & adimplenda, ac inviolabiliter obſervari & obſervanda per dictum Dominum noſtrum Regem Caſtellæ & Legionis, pro ſe, & pro ſuo primogenito nato, vel naſcituro, aut primo Regnorum ſuorum hærede, ac Regno, Terris, Dominiis, Subditis, & Adhæreutibus ſuis, ac etiam per eum, & per ejus poteſtatem, Litteras ſuprà & infrà ſcriptas acceptandum, approbandum, & confirmandum, easque Litteras dandum, & tradendum Domino Regi Francorum, quamprimum per ejus Domini Regis Franeorum Litteras, aut Nuncios requiretur, ſimiles, ſeu conformes, ac ejusdem virtutis, & efficaciæ Litteras dicti Regis Francorum recipiendum, & hoc ſub hipotheca, & obligatione omnium bonorum, Hæredumque, & Succeſſorum ſuorum præſentium, & futurorum, necnon ſub pœna perjurii, quam Rex poteſt incurtere tali caſu, ac etiam ſub pœna centum millium marcarum auri; in quibus obligationibus, & pœnis nos, eumdem Dominum noſtrum Caſtellæ & Legionis Regum, ſua Regna, pariter & ſua, ſuurumque Hæredum, & Succeſſorum bona quæcumque eisdem Domino Regi Francorum, ejusque primogenito nato, ſive naſcituro, aut primo Regni ſui Hæredi, & erga eum tanquam pro confeſſato, judicato, & condemnato teneri, & ipſis pœnas, ſi contra prædicta idem Dominus noſter Caſtellæ & Legionis Rex, aut primogenitus ſuus natus, aut naſciturus, ſive primus Regnorum ſuorum Hæres fecerit, aut fecerint, confitemur ipſum Dominum noſtrum Caſtellæ & Legionis Regem, primogenitumque ſuum natum, & naſciturum, ſive primum Regnorum ſuorum Hæredem incurriſſe, & tam de jure, quàm de facto adjudicamus totaliter incidiſſe, & ipſum, primogenitum ſuum natum, vel naſciturum, ſive primum Regnorum ſuorum Hæredem, & Succeſſores ſuos, ejusque Regnum, Dominia, Terras, & bona, ac Hæredum, & Succeſſorum ſuorum præſentia & futura, pro præmiſſis firmiter adimplendis ſuppoſuimus, & ſupponimus cohertioni, & compulſioni Cameræ Sedis Apoſtolicæ, volumusque, & conſentimus, quod ad majorem firmitatem prædictorum omnium, & ſingulorum Litteras Apoſtolicas ſuper ipſis fortiores & meliores, dicto ſapientum, ſubſtantiâ non mutatâ, idem Dominus noſter Caſtellæ & Legionis Rex, ſeu primogenitus ſuus natus, aut naſciturus, ſive primus Regnorum Hæres, dicto Domino noſtro Regi Francorum, ejusque primogenito nato, aut naſcituro, aut primo Regni ſui Hæredi, facere, & concedere teneatur, quoties per ipſum Dominum Regem Francorum, vel ejus primogenitum natum, aut naſciturum, aut primum Regni ſui Hæredem, idem Dominus noſter Caſtellæ & Legionis Res, aut primogenitus ſuus natus, aut naſciturus, ſive primus Regnorum ſuorum Hæres fuerit, aut fuerint requiſiti. In quorum omnium robur, & Teſtimonium præſentibus Litteris nomina noſtra propriis manibus ſubſcripſimus, & ſigilla noſtra fecimus apponi unà cum ſigno & ſubſcriptione Notarii publici infrà ſcripti. Datum, & actum in Oppido de Majorito Toletano, die viceſima nona Januarii, Annu à Nativitate Domini ſecundum morem Eccleſiæ Hiſpaniæ milleſimo quadringenteſimo triceſimo quinto. *To el Condeſtable*, Joannes Archiepiſcopus Hiſpalenſis, Electus Eccleſiæ Toletanæ; *el Conde*, & ego Fernandus Didacus de Toleto, Decretorum Doctor, publicus Apoſtolica autoritate Notarius, ac dicti Sereniſſimi & Chriſtianiſſimi Domini noſtri Caſtellæ & Legionis Regis Audiur Referendarius, ac Secretarius, præmiſſis omnibus, & ſingulis, dum, ſicut præmittitur, agerentur, & fierent unà cum infrà ſcriptis Teſtibus ad hoc vocatis ſpecialiter & rogatis, videlicet Egregiis, & Spectabilibus Viris, Petro Nunio Comite de Buelna, Roderico Diaz de Mendoça, Majordomo, Petro Alvare de Oſorio, Cuſtode Majori, Petro Manuel, præfati Sereniſſimi Domini Regis Conſiliariis, ac Nobilibus, Bartholomeo de Monteſchieu, Milite, Joanne de la Bricorgne, Armigero, Magiſtro Seguino de Courthardo, Magiſtro in Artibus, & Bacalario in Medicina, Petro Normani Presbytero Tholoſano, & aliis, præſens interfui, eaque ſic fieri vidi, & audivi, & de Mandato dictorum Dominorum Conſtabularii, Archiepiſcopi Hiſpalenſis, & Comitis de Benaventu, præfati Sereniſſimi Domini noſtri Caſtellæ & Legionis Regis, Procuratorum, hoc præſens publicum Inſtrumentum, me aliis arduis occupato negotiis, per alium ſcribi feci, & in publicam formam redegi, ſignoque meo unà cum nominibus, & ſigillorum appenſione ipſorum dicti Domini noſtri Regis Procuratorum ſolitis ſignavi, rogatus pariter & requiſitus in fidem, & Teſtimonium omnium, & ſingulorum præmiſſorum,

ANNO 1475.

ANNO 1475. rum, Fernandus Doctor Refetendarius, Notarius Apoſtolicus.

NOTUM facimus, quòd nos Joannes, Rex Caſtellæ & Legionis prætatus, cupientes decenter, aſpirante Deo, contoliare tam ſinceram inter utrumque Regem, utramque Domum, & utraque Regna, Ditiones, & Gentes, conjunctionem, quæ ſua vetuſtate pariter & integritate meruit contervari, ac præſtanti ſedulitate foveri, Contrederationes, Ligas, Amicitias, Compoſitiones, Pacta, Conventiones, Promiſſiones, Obligationes, ac quæcunque alia in ſuperius inſertis Litteris contenta per prædictos noſtros Procuratores acta, geſta, habita, concordata & paſſata, quæ omnia, & ſingula perſpicaciter intuentes, nos ipſi firmiter intelleximus, & comprehendimus de noſtra certa ſcientia, & ex noſtri magni Conſilii Prælatorum, Baronum, Magnatum, Peritorumque, & proborum Regnorum noſtrorum ingenti copia relerti, maturâ & diu digeſtâ deliberatione pro nobis, & primogenito noſtro nato, vel naſcituro, ſive Regnorum noſtrorum Hæredc, Regnis, Terris, Subditis, Ditionibus, Dominiis, Adhærentibus noſtris, ac omnibus aliis quorum intereſt, & intereſſe poterit, prout & quemadmodum ſuperius inſerta ſunt, laudamus, ratificamus, approbamus, acceptamus, & confirmamus, iterumque, ac de novo, quantum opus eſt, facimus, & promittimus per præſentes; quæ quidem omnia & ſingula cum ſuis dependentiis, tangentibus, & connexis, ad hoc præſentibus nominatis Ambaſſiatoribus & Procuratoribus præfati Fratris noſtri Regis Francorum, pro ipſo Fratre noſtro, proque ſuo primogenito nato, vel naſcituro, aut primo Regni ſui Hærede, aut pro Regno, Subditis, Terris, Dinonibus, Dominiis, & Adhærentibus ſuis, ac omnibus aliis quorum intereſt, vel intereſſe poterit, recipientibus, & acceptantibus, præpotitis nobis, tactisque per nos corporaliter Sacroſanctis Evangeliis, præmiſſoque venerabili ſigno Crucis Domini ſuper, in omni tempore cuſtodire, & cuſtodiri, manutenere, & manuteneri, ac inviolabiliter de puncto in punctum obſervare, & obſervari facere; nec unquam per nos vel alium, ſeu alios publice, vel occulte, vel alio quovis modo, aliqua ratione, cauſa, vel occaſione contrafacere, aut venire polliciti ſumus, & pollicemur, promiſimusque, & promittimus, juravimus etiam, & jutamus, ac ſolemniter expromiſimus, & fecimus, expromittimus, & facimus Sacramentum in verbo Regio, & per animam, fidem, & homagium, prætato Fratri noſtro Regi Francorum moderno dicto-ve primogenito, vel Hæredi ſuo præſtando, & ſub pœnâ perjurii, quam Rex poteſt incurrere, & etiam centum millium marcarum auri, & generaliter ſub aliis omnibus, & ſingulis pœnis, obligationibus, & ſubmiſſionibus latius contentis in ſuperius inſertis Litteris; pro quibus omnibus, & eorum ſingulis, firmiter & inviolabiliter tenendi & adimplendis, obligamus, hypothecamus, & ſupponimus Regna, & bona noſtra, ac Hæredum noſtrorum quorumcumque. In quorum omnium Teſtimonium præſentes noſtras Litteras per Secretarium ac Notarium noſtrum inſrà ſcriptum fieri, & publicari mandavimus, ac nominis, ſigillique Regii majoris noſtri plumbei munimine robotari, Conſiliariis noſtris, videlicet nobili, fideli noſtro Alvaro de Luna Conſtabulario Caſtellæ, ac ſancti Stephani Comite, Reve endisque in Chriſto Patribus, Joanne Archiepiscopo Hiſpalenſis Eccleſiæ, Toletanæ Electo confirmato, ac Petro Epiſcopo avunculo, & Nobili Roderico Alfonſi Pimentel, Comite de Benavento, ac Garcia Fernandi Mania, Comite de Caſtaneda, Petro Maurici Præſide Majori Regni noſtri Legionis, Petro Nunio Comite de Buelna, Petro Alvare de Oſorio, cuſtode Majori noſtri corporis, Petro Manuel Avunculo, Roderico Diaz de Mendoça, Majordomo, Fernando Lupi de Saldagna, Majori noſtro Rationale, Doctore, Petro Joannis, & pluribus aliis præſentibus ad hoc ſpecialiter vocatis & rogatis. Datum in Oppido de Majorito, Anno Domini milleſimo quadringenteſimo triceſimo quinto, more Hiſpanico, & Regnorum noſtrorum viceſimo nono, die vetò ultima Januarii.

NOS igitur Ericus & Joannes, Marchiones præfati, Conſiliarii, & Procuratores prædicti, ſufficienti ad hoc facultate, & autoritate ſuffulti, convenientes vice & nomine memorati Sereniſſimi Principis & Domini noſtri, Domini Henrici Caſtellæ & Legionis Regis, pro ipſo, ac primogenito ſuo naſcituro, ſeu primo Regnorum ſuorum Hærede, ac pro Regnis, Terris, Dominiis, Subditis, & Adhærentibus ſuis, aliisque omnibus & ſingulis, quorum intereſt, vel intereſſe poterit quomodolibet in futurum, unà cum Reverendiſſimo in Chriſto Patre, ac Spectabilibus & Nobilibus Viris Dominis, Joanne miteratione divina Archiepiscopo Turonenſi, Geraldo de Burſico Magiſtro Requeſtarum ordinariis Hoſtiis, Guillelmo de Stagno, Milite, Domino Locorum de Vervini, de Valle, & Lugarda, Seneſcallo Ruthenenſi, & Cambellano, Errico de Areeo, Scutifero, Burſario Hiſpaniæ, Conſiliariis Illuſtriſſimi ac Chriſtianiſſimi Principis & Domini Domini Caroli Dei gratia Francorum Regis, & Nicolao de Brolio Notario, & Secretario ejusdem Principis, Ambaſſiatoribus, Oratoribus, & Nuntiis ſuis apud prælatum & Sereniſſimum Principem Regem Caſtellæ & Legionis, ad hoc ſpecialiter, & expreſſè deſtinatis, & plenam poteſtatem habentibus, prout per Litteras utriuſque Regis inferius inſerendis luculenter apparebit, recipientibus, acceptantibus, & ſolemniter ſtipulantibus pro eodem Chriſtianiſſimo Rege Domino Carolo, ac pro ſuo primogenito nato, vel naſcituro, aut primo Regni ſui Hærede, necnon pro Regno, Terris, Dominis, Subditis, & Adhærentibus ſuis aliis omnibus, & ſingulis quorum intereſt, vel intereſſe poterit quomodolibet in futurum, Confœderationes, Tractatus, Compoſitiones, Pactiones, Ligas, Fraternitates, & Amicitias, ac omnia, & ſingula in præmiſſis Litteris contenta, & expreſſata virtute poteſtatis nobis attributæ & conceſſæ, laudamus, ratificamus, approbamus, acceptamus, & validamus, iterumque, & de novo tractamus, inimus, facimus, & firmamus ſub pœnis, forma, modis, obligationibus, qualitatibus, ſubmiſſionibus, & clauſis, ac omnibus aliis ſupe ius præmiſſis. Promittimus inſuper bona fide, ceſſantibus fraude, & malo ingenio quibuscunque, pollicemur, & juramus ſuper imaginem, & repræſentationem Crucifixi Domini noſtri Jeſu Chriſti, ac ſancta Evangelii per nos corporaliter tacta, & in animam dicti Domini noſtri Regis Caſtellæ & Legionis, ſub obligatione omnium bonorum, Hæredumque, & Succeſſorum ſuorum, præſentium, & futurorum, nec non & ſub pœna perjurii, quam Rex incurrere poteſt tali caſu, & centum millium marcarum auri, omnia & ſingula præmiſſa, prout & quemadmodum per nos, quibus ſupra vice & nomine firmata, inita & tractata ſunt, teneri & tenenda, ac de puncto in punctum adimpleri & adimplenda, atque inviolabiliter obſervari & obſervanda per dictum Dominum noſtrum Regem Caſtellæ & Legionis, pro ſe, & primogenito ſuo naſcituro, aut primo Regnorum ſuorum Hærede, ac Regnis, Terris, Dominiis, Subditis, & Adhærentibus ſuis, ac etiam per eum, & per ejus Patentes Litteras acceptanda, approbanda & confirmanda, casque Litteras dandas & tradendas dicto Domino Francorum Regi, quamprimum per ſuæ Sereniatis Litteras, aut Nuntios te juretur, ſimiles, ſeu conformes, ac ejusdem tenoris, virtutis & efficaciæ Litteras ejusdem ſuæ Sereniatis recipiendo, atque omnia adimplenda & obſervanda nos eundem Dominum noſtrum Regem Caſtellæ & Legionis, Regna pariter & ſua, ſuorumque Hæreduni, & Succeſſorum bona quæcumque; eidem Domino Regi Francorum, ejusque primogenito nato, vel naſcituro, aut primo Regni ſui Hæredi, & erga eum tauquam pro judicato, confeſſato, & condemnato teneri, & in ipſas pœnas ipſum Dominum Regem Caſtellæ & Legionis, primogenitumque ſuum naſciturum, vel primum Regnorum ſuorum Hæredem, ſi contra prædicta fecerint, aut fecerit, confitemur incidiſſe, & tam de jure quàm de facto adjudicamus totaliter incurriſſe, & ipſum, primogenitumque ſuum naſciturum, aut primum Regnorum ſuorum Hæredem, & Succeſſores ſuos, ejusque Regna, Dominia, Terras, & bona, ac Hæredum, & Succeſſorum ſuorum præſentia, & futura pro præmiſſis firmiter adimplendis ſuppoſuimus, & ſuppoſuimus cohertioni & compulſioni Cameræ Apoſtolicæ. Volumus etiam & conſentimus, quòd ad majorem firmitatem prædictorum omnium & ſingulorum Litteras Apoſtolicas ſuper ipſis fortiores & meliores dicto ſapientium, ſubſtantiâ non mutatâ, Idem Dominus noſter Rex, ſeu primogenitus ſuus naſciturus, ſive primus Regnorum ſuorum Hæres dicto Domino Regi Francorum, ejusque primogenito nato, vel naſcituro, aut primo Regni ſui Hæredi facere & concedere teneatur, ac etiam teneantur, quoties per ipſum Dominum Regem Francorum, vel ejus primogenitum natum, vel naſciturum, aut primum Regni ſui Hæredem, idem Dominus noſter Rex Caſtellæ & Legionis, aut primogenitus ſuus naſciturus, ſive primus Regnorum ſuorum Hæres, fuerit requiſitus, vel fuerint requiſiti. Tenor autem facultatis per dictum Chriſtianiſſimum Principem

ANNO 1475.

ANNO 1475. pem Regem Francorum Ambaſſiatoribus ſuis ſupradictis conceſſæ ſequitur, & eſt talis.

CAROLUS, Dei gratia Francorum Rex, univerſis præſentes Litteras inſpecturis, ſalutem. Solidius Regibus & Regnis eſſe eompenimus ſtabilimentum, dum veris ſtudiis diutiſſimè comprobaras Amicitias conſovere, & amplitudine cumulata factas adaugere ſtudet accurata utriusque ſollicitudo; nam unica eorum potentia mutuâ viciſſitudine ſolidata fortius reſiſtit, & conſtantius perdurat. Conſideranies igitur longas Amicitias, & intemeratos Confœderationum & Ligarum nexus inter noſtros, & Sereniſſimi Principis Caritimi Fratris, ac Conſanguinei noſtri Henrici, Dei gratia Caſtellæ & Legionis Regis moderni, prædeceſſores, & inter nos & ipſum, ultra ſanguinis affinitatem qua invicem attingimur, & etiam inter utramque Domum, & utrumque Regnum, priscis temporibus hactenus inviolabiliter obſervata, felicem utriusque Domibus, & Regnis valetudinem præbuiſſe, ac in adverſis, ut in proſperis, æquâ utilitate perſeveraſſe, ſincerâ voluntate movemur, ut quod à prædeceſſoribus noſtris tam celebriter initum, & actum extitit, à nobis valida firmitudine corroboretur. Notum igitur facimus, quòd nos confidentes de ſapientia, fidelitate, peritiâ, probitate, & ſolertia dilectorum & fidelium noſtrorum Conſiliariorum Archiepiſcopi Turonenſis, Girardi de Burſico, Magiſtri Requeſtarum ordinarium Hoſpitii noſtri, Guillioti de Stagno, Militis, ac Cambellani noſtri, & Seneſcalli Ruthenſis, Ynigi de Arceo, etiam Conſiliarii noſtri, necnon Magiſtri Nicolai de Brolio, Notarii & Secretarii noſtri, quos deſtinamus ad præfatum Fratrem Conſanguineum, & Confœderatum noſtrum Regem Caſtellæ & Legionis, ex noſtra certa ſcientia, & matura noſtri Conſilii deliberatione, conſtituimus, & ordinamus per præſentes Ambaſſiatores, Oratores, Procuratores, Tractatores, Nunciosque ſpeciales & generales, dantes eisdem, & eorum tribus, quorum dictus Archiepiscopus ſit ſemper alter, plenam, generalem & liberam poteſtatem, facultatem, autoritatem, & mandarum ſpeciale, Amicitias, Confœderationes, & Ligas inter noſtros, & præfati Fratris noſtri Regis Caſtellæ & Legionis prædeceſſores, initas & conſervatas, vice & nomine noſtri pro nobis, hæredibus, & ſucceſſoribus noſtris, ac Regno, Ditionibus, Subditis, Amicis & benevolis noſtris, nobis adhærentibus & adhæſuris, unà eum ipſo Fratre noſtro pro ſe, & ſuis Hæredibus, & Sucecſſoribus, Regnis, Dominiis, & Subditis, ſeu cum Deputatis, aut deputandis ab eo, cum ſufficienti ab ipſo poteſtate confirmandi, continuandi, tractandi, faciendi, & perficiendi, in perpetuum, vel ad certum tempus duraturas ſub antiquarum Conſœderationum, vel ſub alterius tenoris forma, prout ipſis Ambaſſiatoribus, & Procuratoribus videbitur expedire, necnon declarandi, interpretandi, mutandi, adjiciendi, & diminuendi, ſi quæ in dictarum Conſœderationum Litteris aut verbis ambigua, obſcura, imperfecta, aut aliter mutanda videantur, jurandique in animam noſtram, & in verbo Regio pro nobis, promittendi prædicta omnia, & ſingula per eos tractata, concordata, & confirmata, per nos firmiter teneri, & inviolabiliter obſervari, ſimileque juramentum, obligationes, & ſtipulationes à prædicto noſtro Fratre Rege Caſtellæ & Legionis, & à ſuis quorum intererit, requirendi, petendi, exigendi, ac recipiendi, & inſuper omnia alia, & ſingula exercendi, & gerendi, disponendi, faciendi, & expediendi, quæ in præmiſſis, & circa ea fuerint neceſſaria, utilia, ſeu etiam opportuna, & quæ faceremus, & disponeremus, ſeu facere, & disponere poſſemus, ſi præſentes, & perſonaliter intereſſemus, etiam ſi talia eſſent, quæ Mandatum ſpecialius exigerent. Promittimus etiam bona fide, & verbo Regio, ac ſub obligatione bonorum noſtrorum quorumcunque, pro Nobis, Hæredibusque, Succeſſoribus, ac Regno, Subditis, Amicis, & benevolis noſtris, nobis adhærentibus & adhæſuris, nos ratum, gratum, firmum, & ſtabile habere, & perpetnò habituros, quicquid per dictos Ambaſſiatores, & Procuratores noſtros, vel per tres eorum, quorum dictus Archiepiscopus ſemper alter ſit, confirmatum, tractatum, continuatum, declaratum, interpretatum, mutatum, additum, diminutum, obligatum, juratum, promiſſum, actum, dictum, geſtum, eonelusum, diſpoſitum, factumve fuerit in præmiſſis, & eorum quolibet, vel circa ea una vice, aut iteratis, & diverſis, eaque omnia, & ſingula irrefragabiliter obſervaturos, tenturos, expleturos, ac confirmaturos, etiam noſtras Litteras ſuper his, quotiescunque erimus requiſiti, ſæpedicto Fratri noſtro daturos, ab eodem Fratre noſtro conformes recipiendo. In quorum omnium fidem & Teſtimonium præmiſſorum, ſigillum noſtrum Litteris præſentibus duximus apponendum. Datum apud Magdunum ſupra Ebram, viceſima die menſis Januarii, Anno Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo quarto, & Regni noſtri tricesimo tertio. *Per Regem in ſuo Conſilio*, DE LA HERE. Tenor verò faculiaris Procuratoribus noſtris conceſſe, eſt talis. ANNO 1475.

HENRICUS, Dei gratia Rex Caſtellæ & Legionis, &c. Univerſis & ſingulis præſentes Litteras inſpecturis, ſalutem, & gratiam in Domino. Cum mira illustratione repetiamus, longævam Amicitiæ copulationem grandes afferre quietudines hominibus, quorum animi illam appetunt habere conciliationem, quam à principio pacti ſunt præſertim eorum Regum, & Principum, qui mutuo affectu & conſanguinitate laudabilem optant obtinere fœderationem; & quia juſtum judicamus, & animo noſtro admodum deſiderabile eſt, quæ inter progenitores noſtros recolendæ memoriæ, & Sereniſſimum Principem Regem Franciæ, Fratrem noſtrum modernum, ſuosque progenitores ſtabilita comperimus ad perpetuam validamque Amicitiam concernentia in robur firmitatis contrahere, necnon progenitorum noſtrorum veſtigia proſequendo, adverſa pariter & proſpera utrorumque Regnorum, & Subditorum noſtrorum in proprium repurare commodum, & intereſſe. Notum igitur facimus, quòd nos confidentes, de ſufficientia, prudentia, magna fidelitate ac probitate dilectorum noſtrorum, ſtrenuorumque Militum, Errici Lupi de Mendoça, Marchionis de Sanctillana, Comitis del Real, & Joannis Pacheco, Marchionis de Villena, Majordomi noſtri, ex noſtra certa ſcientia, & maturâ noſtri Conſilii deliberatione conſtituimus, facimus, & ordinamus per præſentes Procuratores, Tractatores, Oratores noſtros generales & ſpeciales, dantes eisdem plenam, generalem poteſtatem, facultatem, autoritatem & mandatum ſpeciale, Amicitias, Conſœderationes, & Ligas inter noſtros, & præfati noſtri Regis Franciæ Prædeceſſores, initas & conſervatas vice & nomine noſtri, & pro nobis, Hæredibus, & Succeſſuribus noſtris, ac Regno, Ditionibus, Subditis, Amicis, & benevolis noſtris, nobis adhærentibus & adhæſuris, unà cum ipſo Fratre noſtro pro ſe, & ſuis Hæredibus, Succeſſoribus, Regnis, Dominiis, & Subditis, ſeu cum deputandis, aut Deputatis ab eo, eum ſufficienti ab ipſo poteſtate confirmandi, continuandi, tractandi, faciendi, perficiendi in perpetuum, vel ad certum tempus duraturas ſub antiquarum Conſœderationum, vel ſub alterius tenoris forma, prout ipſis Marchionibus noſtris Procuratoribus videbitur expedire, necnon declarandi, interpretandi, mutandi, adjiciendi, & diminnendi, ſi quæ in dictarum Conſœderationum Litteris, aut verbis ambigua, obſcura, imperfecta, aut aliter mutanda videantur; jurandique in animam noſtram, & verbo Regio pro nobis promittendi prædicta omnia, & ſingula per eos tractata, accordata, & confitmata per nos firmiter teneri, & inviolabiliter obſervari, ſimileque juramentum, obligationes, & ſtipulationes à prædicto Fratre noſtro Rege Franciæ, & à ſuis, quorum intereſt, requirendi, petendi, exigendi, ac recipiendi, & omnia inſuper, & ſingula exercendi, gerendi, & diſponendi, faciendi, & excipiendi, quæ in præmiſſis, & circa ea fuerint neceſſaria, utilia, ſen etiam opportuna, & quæ faceremus, & disponeremus, ſeu facere, & disponere poſſemus, ſi præſentes, & perſonaliter intereſſemus, etiam ſi talia eſſent, quæ Mandatum ſpecialius exigerent. Promittimus etiam bonâ fide & verbo Regio, ac ſub obligatione omnium bonorum noſtrorum quorumcumque, pro nobis, Hæredibusque, Succeſſoribus, ac Regno, Subditis, Amicis, & benevolis noſtris, nobis adhærentibus, & adhæſuris, nos factum, gratum, firmum, & ſtabile habere, & perpetuò habituros quidquid per dictos Ambaſſiatores & Procuratores noſtros ſit confirmatum, tractatum, continuatum, declaratum, interpretatum, mutatum, additum, diminnrum, obligatum, juratum, promiſſum, actum, dictum, geſtum, concluſum, diſpoſitum, factumve fuerit in præmiſſis, & eorum quolibet, vel circa ea una vice, aut iteratis & diverſis, eaque omnia, & ſingula irrefragabiliter obſervaturos, expleturos, ac confirmaturos, etiam noſtras Litteras ſuper his, quotiescumque erimus requiſiti, ſæpedicto Fratri noſtro daturos, ab eodem Fratre noſtro conformes recipiendo. In quorum omnium fidem, & Teſtimonium præmiſſorum ſigillum noſtrum Litteris præſentibus duximus apponendum. Datum in Civitate Cordubenſi, decima die menſis Julii, Anno Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo quinto, & Regni noſtri Anno primo. YOEL REY, *per Regem in ſuo Concilio Relator.* In quorum omnium robur, & Teſtimo-

ANNO 1475. nium præſentibus Litteris nomina noſtra propriis manibus ſubſcripſimus, & ſigillorum noſtrorum fecimus appoſitione roborari, una cum ſigno, & ſubſcriptione venerabilis Notarii publici infrà ſcripti. Datum, & actum Cordubæ in Eccleſiâ majori, die decimâ menſis Julii, Anno Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo quinto. *El Marques de Villena*, & ego Fernandus Didacus de Toleto Decretorum Doctor, Secretarius, ac publicus autoritate Apoſtolica Notarius, & prædicti Sereniſſimi Domini noſtri Caſtellæ & Legionis Regis Conſiliarius, Auditor Referendarius, ac Secretarius, & Regalium Privilegiorum major Notarius, præmiſſis omnibus, dum, ſicut præmittitur, agerentur & fierent unà cum intrà ſcriptis Teſtibus ad hoc vocatis, & ſpecialiter rogatis, videlicet Egregiis & Spectabilibus Viris & Dominis, Domino Frederico Admiraldo Majore, & Fernando Alvare de Toleto, Comite de Alva, & Didaco Fernandez de Corgula, & Pagio de Ribera, Mareſcallis, & Didaco Arias Majori Rationario, & Andrea de Catena in Decretis Licentiato Auditore, & Referendario, omnibus de Conſilio dicti Domini noſtri Regis, & Magiſtro Nicolao de Argongis, Licentiato, & Franciſco Tonares Bacalario in Legibus Canonicis Eccleſiæ Turonenſis, necnon nobilibus Viris, Stephano Bernardi, Domino Escuerleyo, Adeneto Maltabre, Domino de Cormeil, hoc præſens publicum Inſtrumentum, me aliis arduis occupato negotiis, per alium ſcribi feci, & in publicum formam redegi, ſignoque meo unà cum nominibus ipſorum Nobilium, & Spectabilium virorum Marchionum, Procuratorum prædicti Sereniſſimi Domini noſtri Regis Caſtellæ & Legionis, ac ſigillorum appoſitione eorum dictorum Dominorum Procuratorum, ſignavi rogatus pariter & requiſitus in fidem, & Teſtimonium omnium, & ſingulorum præmiſſorum, Fernandus Doctor Referendarius, & Apoſtolicus Notarius.

Nos igitur Henricus Caſtellæ & Legionis Rex ſupradictus, volentes promiſſioni pro nobis & noſtro nomine per præfatos Conſiliarios, & Procuratores, ac Oratores noſtros factæ pro conſolidatione tam ſinceri, tamque præclari fidelis contracti inter utrumque Regem, utramque Domum, ac utraque Regna, Ditiones, & Gentes, quod ſua vetuſtate pariter & integritate conſervari meruit, ac conſtanti ſedulitate foveri, convenienter ſatisfacere, ac præmiſſis omnibus robur, & munimen adhibere noſtræ regalis autoritatis, ad noſtræ notitiam deduximus Confœderationes, Ligas, Amicitias, Compoſitiones, Pacta, Conventiones, Promiſſiones, Obligationes, & quæcunque alia in ſuperius inſertis Litteris contenta, per dictos hinc inde Procuratores acta, geſta, habita, concordata & paſſata; quæ omnia, & ſingula perſpicaciter intuentes nos ipſi firmiter intelleximus, & comprehendimus de noſtra certa ſcientia, & ex noſtri Magni Conſilii, Prælatorum, Baronum, peritorumque, & proborum Regnorum ingenti copia referti, maturâ & diu digeſta deliberatione, pro nobis, ac primogenito noſtro naſcituro, ſive Regnorum noſtrorum hærede, Regnis, Terris, Subditis, Ditionibus, Dominiis, & Adhærentibus noſtris, ac omnibus aliis quorum intereſt, & intereſſe poterit, prout & quemadmodum ſuperius inſerta ſunt, laudamus, ratificamus, approbamus, acceptamus, & confirmamus; iterum, ac de novo, quatenus opus eſt, facimus, & pronitrimus per præſentes. Quæ quidem omnia, & ſingula cum ſuis dependentiis, emergentiis, & connexis ad hoc præſentibus in ſupra ſcripto Litteris, etiam nominatis Reverendo Patre, ac nobilibus Viris, Joanne, Archiepiſcopo Turonenſi, Giraldo le Bourtier, Guillelmo de Stagno, Milite, Errico de Arceo, & Nicolao de Brolio, Conſiliariis, Ambaſſiatoribus, & Procuratoribus præfati noſtri Regis Francorum pro ipſo Fratre noſtro, proque ſuo primogenito nato, vel naſcituro, aut primo Regni ſui Hærede, ac pro Regno, Subditis, Terris, Ditionibus, Dominiis, & Adhærentibus ſuis, ac omnibus aliis quorum intereſt, vel intereſſe poterit, ſtipulantibus, recipientibus, & acceptantibus, antepoſitis nobis, tactisque per nos corporaliter ſacroſanctis Dei Evangeliis, præmiſſoque venerabili ſigno ſanctæ Crucis, ſemper, & omni tempore cuſtodire, & cuſtodiri, manutenere, & manuteneri, ac inviolabiliter de puncto in punctum obſervare, & obſervari facere, nec unquam per nos, vel alium, ſeu alios publicè, vel occultè, vel alio quovis modo, aliqua ratione, cauſa, vel occaſione contrafacere, aut venire polliciti ſumus, & polliceмur; promiſimusque, & promittimus, juravimus etiam, & juramus, ac ſolemniter expromiſimus, & facimus; expromittimusque, & facimus Sacramentum, in verbo Regio, & per animam noſtram, fidem, & homagium, præfato Fratri noſtro Regi Francorum moderno, dictove primogenito, vel hæredi ſuo præſtando, & ſub pœna perjurii, quam Rex poteſt incurrere, & etiam centum millium marcarum auri, & generaliter ſub omnibus aliis, & ſingulis pœnis, obligationibus, & ſubmiſſionibus latiùs contentis in ſuperius inſertis Litteris, pro quibus omnibus eorum, & ſingulis, firmiter & inviolabiliter tenendis & adimplendis obligamus, hypothecamus, & ſupponimus Regna & bona noſtra, ac hæredum noſtrorum quorumcunque. In quorum omnium Teſtimonium præſentes noſtras Litteras per Secretarium ac Notarium noſtrum, ſupra & infrà ſcriptum, fieri, publicari mandavimus, ac nominis, ſigillique noſtri Regi majoris plumbei munimine roborari. Datum, & actum in Civitate noſtra Cordubenſi in Eccletia majori, die decimâ menſis Julii, Anno Domini milleſimo quadringenteſimo-quinto, & Regni noſtri Anno primo. YO EL REY, *per Regem in ſuo Magno Conſilio Relator.* Ego Fernandus Diaz Doctor Conſiliarius, Auditor Referendarius, Secretarius, & publicus autoritate Apoſtolica Notarius, præmiſſis omnibus, dum ſic, ut præmittitur, per præfatum Sereniſſimum & Dominum noſtrum Regem agerentur & fierent in ſuo Magno Conſilio, præſentibus, ſtipulantibus, & recipientibus nomine præfati Sereniſſimi ac Chriſtianiſſimi Domini Regis Francorum, ſupradictis Reverendiſſimo in Chriſto Patre & Domino Archiepiſcopo Turonenſi, ac Spectabilibus Viris Dominis Ambaſſiatoribus & Nunciis Majeſtaris ejusdem ad hoc poteſtatem habentibus, hoc præſens publicum Inſtrumentum, me aliis arduis occupato negotiis, manu propriâ prædicti Sereniſſimi Domini, Domini noſtri Regis roboratum, ejusque majori plumbeo ſigillo munitum, per alium ſcribi feci, & in publicam formam redegi, ſignoque meo ſignavi, requiſitus, & mandatus in fidem, & Teſtimonium omnium, & ſingulorum præmiſſorum. Conſtat autem mihi de raſuris, ſicut & de interlineis tanquam de nun factis vitio, ſed ſcribentis errore, quas approbo. *Sic ſignatum*, FERNANDUS Apoſtolicus Notarius, ac Regius Referendarius & Secretarius.

ANNO 1475.

Tenor verò facultatis, & poteſtatis prædictorum Procuratorum & Ambaſſiatorum ipſius Fratris & Conſanguinei noſtri Alfonſi, Caſtellæ, Legionis & Portugalliæ Regis, ſequitur, & eſt talis.

(1) ALPONSUS, Dei gratiâ Rex Caſtellæ, Legionis, Portugalliæ &c. univerſis præſentibus pariter & futuris has noſtras Litteras inſpecturis, ſalutem & gratiam. Notum facimus, quòd nos confidentes de legalitate, fidelitate, & magna prudentia dilecti Conſanguinei noſtri Domini Alvari de Araide, Conſiliarii noſtri fideliſſimi, nec non Egregii Viri Licentiati Joannis Delnas, Fiſcalis Procuratoris, eos ex noſtra certa ſcientia, maturaque Conſilii noſtri deliberatione conſtituimus, facimus & ordinamus, per præſentes, Procuratores, Tractatores, & Oratores noſtros generales & ſpeciales, dantes eisdem plenam, generalem & liberam poteſtatem, facultatem, autoritatem, & Mandatum ſpeciale. Amicitias, Confœderationes & Ligas inter noſtros, ac Sereniſſimi Conſanguinei & Fratris noſtri Cariſſimi Regis Franciæ, prædeceſſores initas & confirmatas vice & nomine noſtro, & pro nobis, Hæredibus, & Succeſſoribus noſtris, ac Regnis Caſtellæ & Legionis, & Ditionibus, Subditis & Vaſſalis noſtris, & nobis adhærentibus & adhæſuris, unà cum præfato Sereniſſimo Rege Franciæ, Fratre noſtro cariſſimo, pro ſe, & ſuis Hæredibus & Succeſſoribus, Regnis, Dominiis, vel cum ejus Ambaſſiatoribus, Procuratoribus, & Oratoribus ejus nomine confirmandi, tractandi, faciendi, & percipiendi in perpetuum, vel ad certum tempus, ſub antiquarum Confœderationum, vel alterius tenoris formâ, prout iplis videbitur expedire, nec non declarandi, interpretandi, mutandi, addendi, diminuendi, ſi quæ in dictis Confœderationibus, aut verbis ambigua, obſcura, imperfecta, aut aliter mutanda videantur, jurandique in animam noſtram, & in verbo Regio pro nobis promittendi prædicta omnia, & ſingula, per eos tractata, concordata, & confirmata per nos firmiter tenerі, & inviolabiliter obſervari, ſimileque juramentum, obligationes, & ſtipulationes à prædicto Rege, vel ejus Ambaſſiatoribus, & Oratoribus præfati cariſſimi Regis Franciæ Fratris noſtri requirendi, petendi, exigendi ac

(1) *Alfonſe* V. Roi de Portugal, qui prenoit le titre de Roi de Caſtille & de Leon, en vertu du droit de la femme *Doña Juana*, qu'ils appellent en Eſpagne *la Beltraneja*, parce que, ſelon l'opinion commune de ce tems là, elle étoit fille de Don *Beltran de la Cueva*, Comte de Ledesma & non point d'*Henri* IV. Roi de Caſtille, tenu univerſellement pour impuiſſant. *Voi* COMINES *Chap.* 7. *du liv.* 5. *de ſes Memoires*, & MARIANA, *Chap.* 4. & 7. *du liv.* 23. *de ſon Hiſtoire d'Eſpagne.*

QUARTO, diffinitum eſt, quòd, infra biennium antedictum, Mercatores Incolæque *noſtrorum* & dicti *Daciæ Regis* Regnorum prænominatorum, & quilibet ipſorum, pro libito ſuæ voluntatis, ſecurè & liberè, quotiens placuerit, Regna præfata hinciude, de Dacia, videlicet, Suecia & Nurwegia ad Angliam, atque de Anglia ad Daciam, Sueciam, & Norwegiam, poterunt cum Rebus & Mercibus ſuis, tâm per Marc quàm per Tetram, viſitare, in omnibus & per omnia, juxta prædictæ, olim conceptæ, celebratæ, & ſigillatæ, Confœderationis vim, formam, & tenorem, ſub libero atque ſecuro ſalvo conductu; quem Nos *Edwardus Rex* præfatus dicti *Regis Daciæ* Incolis & Subditis, & idem *Daciæ Rex noſtris* Incolis & Subditis, totiens quotiens requiſiti ſeu requiſitus fuerimus ſen fuerit, dabimus & dabit; prout & Nos *Edwardus Rex* prælibatus hujuſmodi ſecurum & ſalvum conductum exnune *Regis Daciæ* Subditis, melioribus modis & formâ quibus ipſis validius & efficacius dare poterimus, per totum Biennium prædictum validè atque plenariè, vigore hujuſmodi noſtrarum Litterarum concedimus & impartimur; hoc ſpecialiter excepto, quòd Incolæ Regni noſtri Angliæ prædicti, ſine ſpeciali licentiâ ſuffragio ſalvo conductu a dicto Sereniſſimo Principe *Cryſtierno Rege Daciæ* ſæpenato ſpecialiter obtinendo, per hujuſmodi Biennium Terram Islandiam nullatenus viſitabunt, aut inibi ſuas Mercantias exercebunt; quos quidem Articulos & Puncta, cauſâ Confœderationis, inter *Nos* & præfatum *Daciæ Regem*, pro noſtrorum atque illius Regnorum eorumdemque Incolarum ſalute, renovandæ, reintegrandæ, reſolidandæ, atque recontinuandæ, Nos *Edwardus*, in vim hujuſmodi noſtrarum Litterarum, acceptamus, approbamus, gratificamus, gratos & ratos habere volumus, ſub fide Regalis noſtræ Majeſtatis, omnia & ſingula, in hujuſmodi noſtris Literis contenta, firma & incoueuſſa, quantum ad Nos ſpectat & pertinet, inviolabiliter obſervare, nec contravenite eisdem per Nos, neque per alium, ſeu per alios, quovis quæſito colore vel ingenio, de Jure vel de facto.

ANNO 1476.

In quorum omnium & ſingulorum præmiſſorum robur atque fidem has noſtras Patentes Literas fieri fecimus ut in manu ipſius Regis Daciæ remancant; aliis, ſimilibus & paris per omnia effectûs, ex parte ſua Nobis & in noſtram manum pariformiter conſignatis.

In cujus &c. Teſte Rege apud *Bukden*, decimo ſexto die Martii.

Per ipſum Regem.

CCCLXII.

Alliance entre l'Empereur FREDERIC III. *&* 17. Avril, *Louis* XI. *Roi de France, contre le Comte Palatin. A Paris le* 17. *d'Avril* 1476. [FREDERIC LEONARD, Tom. I. pag. 204.]

L'EMPEREUR ET LA FRANCE.

LUDOVICUS, Dei gratia Francorum Rex, recognoscimus, & notum facimus per præſentes, quòd per fidem quæ inter Sacrum Romanum Imperium & Inclitum Regnum Franciæ ab antiquo conſtitit, mutuamque benevolentiam, quæ inter Sereniſſimum Principem FREDERICUM Romanorum Regem, Fratrem & Conſanguineum noſtrum Cariſſimum, & Nos eſt, & perpetuò eſſe debet, contra Ducem Frederícum Bavariæ, Palatinum Rheni, ſe afferentem propter rebellationem & contumaciam, quam prædictus Dux Fridericus contra præfatum Fredericum Romanorum Regem, factioſasque infidias, quas contra nos, & Inclitum Regnum noſtrum Franciæ plurimum machinari & moliri conſuevit, nos eum dicto Romanorum Rege, Fratre & Conſanguineo noſtro cariſſimo, amicabiliter & ſincere confœderavimus, univimus, ac Fœdus Amicitiæ fecimus juxta infrà ſcripta; quod quilibet noſtrûm alteri contra eundem Ducem Frederícum, purè, ſincerè & fideliter juvare, auxiliari, & nobis invicem aſſiſtere debemus, & quâcumque dictus Fredericus Romanorum Rex dictum Ducem Frederícum pro hujuſmodi ſuis exceſſibus & rebellione compescere, & nos in hoc ad auxilia ferenda requirere voluerit, hoc prius intimare debebit, tunc pòſt lapſum trium menſium poſthabitâ ulteriori morâ illico unum notabilem ac deputatum Capitaneum cum viginti millibus armatorum, cum armis, bombardis, telis, & aliis machinis, & in[illegible] bellicis ad bellum, & Caſtrorum metationem opportunis, & requiſitis, noſtris propriis ſtipendiis & expenſis ad Terras & Dominia dicti Ducis Frederici pro loco & tempore, in quibus melius videbitur expedire, & magis neceſſarium erit, prout nos tunc mutuò ſuper hoc accordabimus, & deliberabimus, mittemus & deſtinabimus; quæ quidem gentes armatorum unà cum gentibus hoc tempore per dictum Fratrem noſtrum Romanorum Regem ad hoc deputatis & miſſis in uno, aut duobus Locis, debent contra præfatum Ducem Frederícum exercitualiter ac hoſtiliter procedere, & Terras, ac Subditos ſuos expugnare, & de manibus ſuis auferre, & à principio hujuſmodi belli usque ad ejus finem invicem ac ſimul permanere, & bellum ipſum ſecundum omnem opportunitatem ac neceſſitatem ſimul ducere & continuare, nec unus noſtrûm ab altero recedere, niſi alterius, aut Capitaneorum ſuorum, qui ſpecialiter ad hoc deputati erunt, & Mandatum habebunt, liber conſenſus & voluntas acceſſerit; nec dictus Frater noſter Romanorum Rex, neque nos Francorum Rex, neque utriuſqhe noſtrûm Capitanei cum præfato Duce Frederico, neque cum Adhærentibus & auxiliatoribus, ullam Pacem, concordiam, belli ſufferentiam, Treugas, aut Tractatus acceptabimus, neque conſentiemus, niſi liber conſenſus, ac bona voluntas alterius noſtrûm, aut Capitaneorum ſuorum, qui ad hoc ſpecialiter

ANNO 1476. cialiter deputati erunt, ad hoc accesserit, ac ipse, & ejus Auxiliatores, Terræ, Dominia, ac Subditi sint specialiter in hoc comprehensi, ac provisum eis sufficienter pro sua securitate existat; sin autem cum eodem Duce Frederico aliquam Pacem, aut Concordiam iuire volumus, tunc in ea excipere & cavere debemus, quod ea Pace, aut Concordia non obstante, nihilominus astricti esse debemus, & teneamur præfato Fratri nostro carissimo Romanorum Regi, cum per Serenitatem suam super hoc requisiti fuerimus, contra eundem Ducem Fredericum auxilium & assistentiam præstare & præbere, quemadmodum in Fœdetibus inter Serenitatem suam, & Nos initis, est comprehensum. Pari modo præfatus Frater noster carissimus Romanorum Rex in hoc ita observare debebit, ut si ejusdem Fratris nostri carissimi Romanorum Regis, & nostræ gentes præfatæ insimul ac conjunctim, aut una Partium in speciali, cum adjutorio omnipotentis Dei, eidem Duci Frederico, & suis auxiliatoribus, Civitates, Oppida, Castra, Munitiones, Vectigalia, seu teloniæ, aut Villis auferrent, seu auferret, aut expugnarent, seu expugnaret, ad Sacrum Romanum Imperium, aut ad ipsum Palatinatum spectantia, aut quæ ipsi Palatinatui impignorata forent, illa solum Fratri nostro Frederico Romanorum Regi, ac Sacro Romano Imperio acquiri & cedere debeant; & Nos Francorum Rex, neque nostri Capitanei, neque gentes, ullam in his portionem partiri, sortiri, neque habere debeamus: si quæ verò Castra, Civitates, Oppida, Villæ, aut alia non spectantia ad Sacrum Romanum Imperium, neque ad ipsum Palatinatum, ipsi Duci Frederico ablata fuerint, in illis dictus Frater noster carissimus Romanorum Rex æqualem portionem nobiscum sortiri, & habere debebit juxta numerum gentium suarum, quæ hujusmodi expugnationi & acquisitioni interfuerint, pari modo cum machinis, ac ingeniis bellicis, & ipsis Capitaneis, qui acquisiti fuerint, debet observari; & juxta numerum gentium, quem uterque nostrûm in hujusmodi lucris & acquisitionibus habuerit, inter Serenitatem suam, & Nos æqualiter dividi debebit; numerata vero pecunia, ac bona militaria, seu castrensia acquisita debent in divisionem venire, & inter utriusque nostrûm gentes, qui hujusmodi lucro interfuerint, & ad hoc auxiliari sint prout hujusmodi divisionis jus & consuetudo existit, æqualiter dividi, semotis dolo & fraude. In quorum Testimonium præsentes Literas sigilli nostri appensione fecimus communiti. Datum Parisiis die decima-septima mensis Aprilis.

CCCLXIII.

14 Avril. **Vergleich zwischen Heinrich Herzog zu Mecklenburg / und dero Söhnen Albrecht / Magnus, und Balthasar / dann denen Städten Rostock / und Wißmar / wegen Abolirung des Zolles zu Waarenmünde. Geschehen zu Wißmar am Tag St. Georgii 1476. [Pièce, tirée d'une Information de Droit publiée à Rostock sous le titre de Memorial der Mecklenburgischen Ritterschafft an die zu Mecklenburg zur Untersuchungs-Commission verordnete Kayl. Delegatos in Poncto Abolitionis des Zolles zu Warnemünde gerichtet.]**

C'est-à-dire,

Convention entre HENRI *Duc de Mecklenbourg & ses trois Fils* ALBERT, MAGNUS *&* BALTHASAR *d'une part, & les Villes de* ROSTOCK *& de* WISMAR *d'autre, pour l'abolition du Péage de* Waarnemunde. *Faite à Wismar le jour de St. George* 1476.

WY Hinrick von Gades Gnaden Hertoge to Mecklenborg Fürste to Wenden / Greve to Zwerin / Roystogk und Stargarde de Lande Here. Und Wy Albrecht / Magnus und Balchasar / van dersülven Gnaden / Hertogen / Fürsten / Greven / und Heren der Lande datum schreven / unde Heren Hinrichs obgenant Söhns / bekennen openbare betügende vor uns unde unßer Erven / und Nakomelinge alle Mecklenborgische Heren / an dißem unßen Breve / dor alle den jennen / de ene zehen / edder hören lezen / dat alze unse Allergnädigste Here / Her Frederick / Römische Kayßer / uns und unße Erven / mitt welken Waterrollen / to irhevende / und untofcrtende und Toll-Hußer to richtende / tüschen unße Statt Roystok und Waenemunde / und tüschen unsie Statt Wißmar und Pöle / unde uppe so danen Watern / Tollen to hebbende und to hörende / begifftiget / begnadet / und privilegiert, vergunt und verlehent hefft / nach lude und Inholde siner Kayserliken Gnaden Breven unde Privilegii uns darup versegelt / mitt welkern Breven und Privilegien Wy fürder / desülven unse Seeder / Roystet und Wißmar / vorgenomt desülven sodanen Tollen to verstedende / unde den Keyserliken Breven und Privilegieo horsamb to wesende / requirert, gemand und geschet hebben: So hebben uns doch desülven unse Seedder vörbringen laten / so dane Kayserlike Breve / Privilegieo und Tollen / alze so baven bedröret is / uns daranne verlöret / ehren Privilegieo, Rechten / Rechticheiden / Begifftingen / Bewedingen / Brigheiden und lange Besittungen / olden Wahnheiden / Eigendöhmen / dar se van unsen Bor-Oldern / Vorfahren und ok van uns / mede begifftiget / privilegirr, beseten unv bowedemet sint / vorgrepisch / vorsanglich to Vortörringe / Vornichtinge / unde vort to gröterm verderve dersülven unser Stede wesen wolde / so Wy ok / nach erer Underrichtinge / en woll bytahn unv bekennen. Dess hebbe Wy vorch unse Fürstliche Seegfoldigheit / sodane der vorschreven unser beyder Stede verdarff bewagen / und wolden geren alze se de unsen sind / se allewege unser Gunst / Gnade / privilegien, Rechtigheiden / Begifftingen / Bessittungen / Olde Wahnheiden / darmedr se so woll van unßen Bor-Oldern und Vorfahren / alze van uns / mede begifftiget / und priviligeret, beseten und bowedemet sint / sick mothen vröven / bruken und geneten.

Und hebben ver uns / unse Erven / und Nakömelingen / alle Mecklenborgische Heren / so dane Tollen / vorberört / mitt en unde uppe den vorschreven Watern se daranne bedeachtende / gnedliken verlegt / und genzliken affgestellet / unde sodane Kayserlike Brevr und privilegia uns daruppe gegeven / genzlichen nht unsen händen verlaten / und en vort verantwordet / und willen ok to nenen Tyden / unß / unßen Erven und Nakömlingen sodane Breve schölen vömlik edder hüplik wesen; und Wy und unsen Erven schölen und willen ok to nenen Tyden iths wes mehr besser Water-Tollen / und Breve halven / baven berört / by unsem Allergnädigsten Heren dem Kaßere / dat uns hülplik wesen / unden hiran to schaden / esste entzegen kamen / und wesen möchte / bearbeiden edder bearbeiden laten / edder fördern / edder fördern laten / heimlik offte apenbare. Men Wy willen um scholen se hiran / nach Inholde rerer privilegien, damede se uns bewagen / und darmede se undertricheet hebben / dat wy desse velberörte Water-Tollen affgestellet / und affstellig gemaket hebben / beschermen und verbidden / unv laten se quit / leddig und los / also / dat se van uns / unsen Erven und Nakömlingen / dero wegen / offste der Water-Tollen / offte Breve halven / forder nicht angelanget / edder Beswering / Last / edder jennige förderinge lyden: unde wehr et ok / dat unßer Allergnädigste Herr Römische Kayser vorgenant / desser vorgeschreven Water-Tollen halven / edder siner Kayserliken Mayståt Breve wegen / uns darup gegeven / so verschreven is / egener Beweginge / unßen Steden beyden / edder einer beständern / fürder wes upleggen / se anlangen / edder gegen se weß fördern edder fördern laten wolde / denne scholen und willen Wy se nach allen unsern vermögen daranne beschermen / und förder by en daranne dohn / nadem

ANNO 1476. se de unſen ſind / ſo Wy en plichtig ſind / und uns na aller Behörligheit / bildelken thó dohnde thoſtent / unde willen de genomede unſe Stede hirmit ok fürder beholden und laten / by allen ehren olden privelegien, Rechten / Reichtigheiden / Wanheiden und olden Beſittungen / ſo ſe darumde van unſen Vorêldern und Vorfahren begrifftiget und privilegeret ſint / und de dan te vore / und uns nach beſtêdiget / beſeſtet / geconfirmiret und verbreevet und verſegelt / beholden hebben / in Cräfft diſſes unſes Breves: Alle diſſe verſchrevene Stücke und Artikele ſamentliken / und emen iſliken by ſik / laven Wy Heren alle vorbenômt / in goden Treuwen / by unſen Fürſtliken Ehren / ſtede und faſt wol to holdende / ſonder alle arge liſt / eige vôndc / und alle Geſehrde / in Macht deſſes unſes Breves / den Wy deſſ tho Urkunde und mehrer Zekerheit alle mit unſen Ingeſegelen / wittliken hebben verſegelt laten. Geven und geſchehen thot Wiſſimer / na de Bort Chriſti unſes Heren / Duſent / Veerhundert und am ſôſ und ſôventigſten Jahre / am Tage Sünte Georgii deß Halligen Ridders und Mörtelers. Unde Wy Heren alle vorbenômet / laven ok alzo deſſen vorſchreven Breff / mit allen ſinen vorſchreven Artieulen und Stücken / und een iſlik by ſick dor unſen Erven / und Nakomelinge / ſo wol alze dor uns gegenwôrdig in aller Macht und Wyſe alze baden bereet is / in Macht und Gifft deſſes ſülven unſes Breſes wol tho holdende.

Ad Mandatum & ad decretum præfatorum Dominorum omnium contentorum, ad tenorem earum Literarum, cum clauſula appoſita, poſt datum Literæ ejusdem lunt conſcripta & ſigillata. quod ego

THOMAS ROOE conteſtor manu pp.

(L. S.) (L. S.) (L. S.) (L. S.)

CCCLXIV.

9. Août. *Traité de Paix & de Ligue, entre* LOUIS XI *Roi de France, &* GALEAS, *Duc de Milan, du 9 Août* 1476. [FREDERIC LEONARD, Tom. I. pag 189.]

FRANCE ET MILAN.

In nomine Domini, Amen.

NOVERINT univerſi præſens publicum Inſtrumentum inſpecturi, quòd Anno ejusdem milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſexto, Indictione nona, menſis verò Auguſti die nona, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Sixti divinâ providentiâ Papæ quarti Anno quinto, in noſtrûm Notariorum, & Teſtium infra ſcriptorum, ad hæc ſpecialiter vocatorum & rogatorum, præſentiâ perſonaliter conſtitutus Spectabilis, & circumſpectus Vir Dominus Franciscus de Petra Sancta, Secretarius, Procurator, & Mandatarius Illuſtriſſimi ac Excellentiſſimi Principis Domini, GALEAS Mariæ Sfortiæ Vicecomitis, Ducis Mediolani ac Papiæ, Anglerieque Comitis, Januæ ac Cremonæ Domini, dixit & expoſuit, quòd cum aliàs Sereniſſimus ac Chriſtianiſſimus Princeps, & Excellen: illiqus Dominus, Dominus LUDOVICUS Dei gratiâ Francorum Rex, cum Illuſtriſſimo & Excellentiſſimo quondam Principe Domino Francisco Sfortia Vicecomite, Duce Mediolani, quem Majeſtas ſua paternâ caritate, dilectione, & ſingulari amore complectebatur, Fœdus Intelligentiæ & Confœderationis, & Pacta inierit & firmaverit, & poſtea nedum confirmavit, & de novo contraxit ipſe Dominus noſter Rex; verûm quo majore gratia ipſum Dominum Franciscum, Mediolani Ducem, ampleƈteretur, eumdem Dominum Franciscum Ducem Mediolani, ac Illuſtriſſimam Dominam Blancam Mariam, Duciſſam Mediolani, ipſius Domini Ducis Francisci conſortem, pro ipſis jugalibus, eorumque filiis legitimis masculis, natis tunc, & nascituris, invellivit in feudum nobile & gentile ac honorificum de Civitatibus Januæ & Saonæ, cum earum, & cujuslibet earum, Civitatibus, Episcopatibus, Ripariis, Diſtrictionibus, Locis, Terris, Villis, ac Juribus ſuis tam maritimis, quam terreſtribus. Cumque poſtea ſublatis ab humanis prælibatis Illuſtriſſimis quondam Dominis, Francisco Duce, & Blanca Maria Duciſſa, in Ducatu & Dominio Mediolani, & Feudo, ac Dominio Januæ & Saonæ, & in univerſo Dominio ipſorum Illuſtriſſimorum quondam Dominorum jugalium, ſucceſſerit Illuſtriſſimus Princeps ac Excellentiſſimus Dominus Galeas Maria Sfortia Vicecomes, Dux Mediolani &c. eorum primogenitus, & legitimus Hæres & Succeſſor; & ipſe Illuſtriſſimus Dominus Galeas Maria Dux Mediolani, tum ut veſtigia imiretur, tum quòd prælibato Sereniſſimo Domino noſtro Regi, quodam ab ipſa natura innato amore, & reverentiâ, quibus Regiam ipſam Majeſtatem proſecutus eſt, proſequitur, & proſequi in futurum immutabili propoſito omni tempore intendit. Omnia Fœdera, Conventiones, Pacta, & Obligationes omnes, ac Feudum prædictarum Civitatum Januæ & Saonæ, prout inita & firmata, initæ & firmatæ fuerunt inter prælibatum Sereniſſimum Dominum noſtrum Regem, & dictos quondam Dominos parentes ſuos confirmaverit & renovaverit in loco Ambaſiæ de Anno milleſimo quadringenteſimo lexageſimo ſeptimo, die vigeſima quinta Martii, medio Reverendi Domini Stephani de Nardinis, Archiepiſcopi Mediolani; & deinde ea ipſa repetita fuerunt, renovata, & confirmata cum certis adjectionibus de Anno milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo-tertio, decima-ſexta die Januarii, in Civitate Lugdunenſi, inter præfatam Regiam Majeſtatem, & prædictum Illuſtriſſimum Dominum Galeas Mariam, Ducem Mediolani, ſeu eorum Mandatarios, & Procuratores, prout latius in Inſtrumentis, Patentibus Litteris, & Documentis publicis inter prædictas Partes reciprocè & viciſſim celebratis & factis, ad quæ condigna relatio habeatur, cominetur. Cumque poſtremò Partibus prædictis, etſi Fœdera, Conventiones, & mutuæ Obligationes, de quibus ſupra fit mentio, nulla videantur indigere confirmatione, vel renovatione, cum utrinque ſervata & continuata ſint, continuentur que & ſerventur, viſum eſt dignis reſpectibus, & legitimis cauſis, & rationibus, medio & interventu ipſius Spectabilis Francisci de Petra ſanêta, Mandatarii & Procuratoris præfati Illuſtriſſimi Ducis Mediolani, ad infra ſcriptas confirmationes, recognitiones, renovationes, & renunciationes, ut infrà, ſolemniter devenire.

Imprimis prædictus Franciscus de Petra-ſancta, ſuprà ſcripti Domini Galeas Mariæ, Ducis Mediolani &c. & Illuſtriſſimæ Dominæ Bonæ Duciſſæ conſortis ſuæ Secretarius, Procurator, & Mandatarius, ut de ipſius Procuratione & Mandato conſtat, Inſtrumento rogato per Marcum Trottum, Ducalem Cancellarium nominatum, tenoris infrà inſerti ſolemni ſtipulatione intervenientem nomine prædictorum Ducis, & Duciſſæ Mediolani, & cujuslibet eorum, vigore & virtute præſentis Inſtrumenti, omnibus meliori modo, jure, viâ, cauſâ, & formâ, quibus meliùs, validiùs, & efficaciùs potuit & poteſt, cum interventu cujuslibet ſolemnitatis, tam de jure, quàm de conſuetudine in ſimilibus debitæ & requiſitæ, ſeu apponi conſuetæ, autoritate & arbitrio dicti ſui Mandati in manibus noſtrûm Notariorum infrà ſcriptorum, ſtipulantium, & recipientium nomine & vice, & ad partem & utilitatem dicti Domini noſtri Regis, ſolemniter approbavit, ratificavit, & confirmavit, ac approbat, ratificat, & confirmat quæcunque Fœdera, omnes Intelligentias, & quascunque Obligationes inter dictas Partes, ut præmittitur, initas, celebratas, & factas, ac inita, celebrata & facta tam in dictis locis Ambaſiæ & Lugduni, quàm alibi; & ea ipſa omnia, & ſingula, ut contracta fuerunt, de novo contrahit, init, firmat, & facit cum omnibus & ſingulis Capitulis, Conditionibus, Pactis, Punctis, Articulis, Reſervationibus, modis, & formis in ipſis, & qualibet earum, ipſarumque, & cujuslibet earum Inſtrumentis patentibus, Documentis publicis, vel eorum quolibet contentis, ſpecificatis, & quæ hic prædictus Procurator & Mandatarius Ducalis, nominibus, quibus ſuprà, pro expreſſis, ſpecificatis, & inſertis haberi voluit, vultque, & intendit.

Item, prædictus Franciscus de Petra-ſancta, Mandatarius & Procurator dictorum Domini Ducis & Duciſſæ Mediolani, renovavit, & renovat, fecit & facit feudum & homagium dictæ Regiæ Majeſtati ratione dictarum Civitatum Januæ & Saonæ, earumque, & cujuslibet earum jurium, & pertinentiarum, juravitque & jurat in manibus noſtrûm Notariorum infrà ſcriptorum, legitimè ſtipulantium & recipientium pro dicto Domino

ANNO 1476.

ANNO 1476. Domino noſtro Rege, ad ſacra Dei Evangelia corporaliter tactis Scripturis, & præfati Domini Dux & Duciſſa, ſuique filii legitimè deſcendentes ab eis, & ſibi in prædicto Ducatu & univerſo Dominio Mediolani ſuccedentes, ſemper & omni tempore erunt veri & fideliſſimi feudales & feudatarii prætiatæ Sereniſſimæ Regiæ Majeſtatis, & Succeſſorum ſuorum de prædictis Civitatibus Januæ & Saonæ, earumque, & cujuslibet earum Juribus, & pertinentiis, & omnia & ſingula facient & obſervabunt, quæ aliàs promiſſa, conventa, & jurata fuere prætiatæ Sereniſſimæ Regiæ Majeſtati, & ejus Procuratoribus & Ambaſſiatoribus, per Procuratores, Nuncios, & Ambaſſiatores tam prætiatorum defunctorum Dominorum Ducis & Duciſſæ Mediolani, quàm ſupradictorum Dominorum Ducis & Duciſſæ modernorum, quæ in Litteris ſuper his confectis Ambaſiæ & Lugduni continentur.

Item, cum Illuſtriſſimus Dominus Carolus Dux Burgundiæ his proximis diebus poſt conflictum ab Alamanis habitum vi & manu armata conduxit, ſeu conduci fecit Illuſtriſſimum Dominam Yolant, ſororem prætati Sereniſſimi Domini noſtri Regis, & Ducilſam Sabaudiæ ad partes Burgundiæ, & pariter Illuſtriſſimum Dominum Philibertum, prætiatæ Dominæ Duciſſæ filium, Ducem Sabaudiæ, cæterosque ipſius natos conduxere, ſeu conduci facere nixus eſt, in maximam præfati Domini noſtri Regis, & Domûs Sabaudiæ injuriam, ac Status prædicti Domini Ducis Sabaudiæ non parvum detrimentum, contra Fœdera per ipſum Dominum Ducem Burgundiæ, & dictam Dominam Ducilſam Sabaudiæ inita, ut dicitur, contracta, quibus eam, natos, ac Statum detendere, & ab omni violentia & injuria tueri tenebatur, manifeſtè videtur eundem Dominum Ducem Burgundiæ, Ligæ & Intelligentiæ aliàs de Anno millelimo quadringenteſimo ſeptuageſimo-quinto, die 30. Januarii inter ipſum, & prætatum Illuſtriſſimum Dominum Mediolani contractæ detectiſſe, & ab ea, & contentis in ipſa, ſua culpâ & cauſa diſceſſiſſe: eum ejus virtute prælibatam Dominum Ducilſam Sabaudiæ, dictumque Dominum Philibertum generum & Ducem, & Statum, tanquam datos per dictum Dominum Ducem Mediolani pro ejus Colligatis, & ab ipſo Domino Duce Burgundiæ acceptatos, non modò non offendere, & injuriari, ſed defendere tenceretur. Prædictus Franciſcus de Petra ſancta, Procurator & Mandatarius, ut ſuprà, nomine præfati Domini Ducis Mediolani &c. ſolemniter, & ut ſuperius in manibus noſtrûm infrà ſcriptorum Notariorum, & recipientium nomine & vice, & ad partem prædictæ Regiæ Majeſtatis, & ſuorum, ut ſuprà, renunciavit & renunciat, prædictæ Ligæ & Intelligentiæ eum dicto Domino Duce Burgundiæ, ut præmittitur, celebratæ & factæ eum omnibus & ſingulis in ea contentis. Quæ Liga & Intelligentia tum tacta & celebrata fuit, tum per prælibatum Illuſtriſſimum Dominum Ducem Mediolani, ſeu agentes pro eo, animo & intentione, quod nullomodò præjudicaret, ſeu præjudicare poſſet Ligæ & Intelligentiæ, quam habebat, & habet eum præfato Sereniſſimo Domino noſtro Rege Francorum, nec aliquibus in ea contentis & ſpecificatis, prout dictus Franciſcus nominibus, quibus ſuprà, dixit, & proteſtatus eſt, dicitque & proteſtatur in manibus noſtrûm Notariorum infrà ſcriptorum, ſtipulantium & recipientium ut ſuprà. Quæ omnia & ſingula prædictus Franciſcus Ducalis Procurator, Secretarius, & Mandatarius nominibus, quibus ſuprà, ſolemniter, ut præmittitur, promiſit & promittit, ac juravit & jurat in animam Dominorum ſuorum, manibus corporaliter tactis Scripturis in manibus noſtrûm Notariorum infrà ſcriptorum, ſtipulantium & recipientium, nomine & vice, & ad partem & utilitatem præfati Sereniſſimi Domini noſtri Regis, aliorumque omnium, & ſingulorum quorum intereſt, intererit, aut intereſſe poterit in futurum, ſemper, & omni tempore exequi & adimplere, ac obſervare bonâ fide, & ſine fraude, & ſine aliqua ſiniſtrâ interpretatione, cavillatione, vel exceptione, & nullo unquam tempore in aliquo contrafacere, dicere, apponere, vel allegare, directè, nec per indirectum, aliqua ratione, vel cauſa, quæ dici, aut excogitari poſſet, aut aliquo quovis quæſito colore, ſub obligatione ſui, & prædictorum ſuorum principalium, omniumque ſuorum bonorum præſentium & futurorum, mobilium & immobilium, renuntians prædictus Franciſcus Ducalis Secretarius, Procurator, & Mandatarius, quibus ſuprà nominibus ſolemniter, ut ſuprà, renunciavit & renuntiat exceptioni doli mali, metus, in factum, conditionique ſine causâ, vel ex injuſta cauſa, prædictorumque omnium & ſingulorum, non ſicut ſuprà actorum, promiſſorum, aut geſtorum, aut aliter quàm ut ſuprà factorum, omnique alii probationi juris, & Legum auxilio, ac defenſioni in contrarium, ac omnibus, & ſingulis aliis rationibus, & allegationibus, quæ contra præmiſſa dici poſſent, vel objici quomodolibet in futurum; promittens, prout promiſit & promittit præfatus Franciſcus, Secretarius, & Mandatarius, ut ſuprà, quod prætiati Domini ſui Dux & Duciſſa, infra terminum dierum ſexaginta proximè ſecuturorum, omnia & ſinguta in præſenti inſtrumento contracta, promiſſa, & comprehenſa per ſuas Patentes Litteras ſuis ſigillis roboratas, & ipſorum manibus ſignatas ratificabunt, confirmabunt, & approbabunt, &c, & ſuper quibus præmiſſis omnibus & ſingulis præfatus Franciſcus de Petra-ſancta, Secretarius, Procurator & Mandatarius, ut ſuprà, petiit à nobis Notariis infra ſcriptis unum, vel plura, publicum, ſeu publica Inſtrumenta, ad utilitatem dicti Domini noſtri Regis fieri, confici, atque dari. Acta fuerunt hæc Turonibus, in domo Hoſpitii, in qua pendet imago Sancti Joannis, in Parochia Sancti Petri de Vallo, ſub Anno, menſe, die, Indictione, & Pontificatu, quibus ſuprà; præſentibus ad hæc Reverendo Magiſtro Patre & Domino, Domino Urbano Bonviardi, Epiſcopo Vercellenſi, Magnifico Domino Angelo Manetto, Oratore Florentino, & viro circumſpecto Pantaleone, in Artibus, & Medicina Magiſtro, unà cum pluribus aliis ibidem aſſiſtentibus teſtibus ad præmiſſa vocatis, ſpecialiter & rogatis. Tenor verò Mandati Procuratorii ejuſdem Franciſci de Petra-ſancta ſequitur, & eſt talis.

ANNO 1476.

In Nomine Domini, Amen. Anno à Nativitate ejuſdem milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſexto, Indictione nonâ, die Veneris quinto menſis Julii, cum Illuſtriſſimus Princeps & Excellentiſſimus Dominus noſter, Dominus Galeas Sforcia Vicecomes, Dux Mediolani, ac Papiæ, Angleriæque Comes, ac Januæ & Cremonæ Dominus, quippe qui ſuapte naturâ erga Sereniſſimum Chriſtianiſſimum Principem, & Excellentiſſimum Dominum ſuum obſervandiſſimum Dominum Ludovicum Francorum &c. Regem, ſincero cordis affectu, & maximâ, ut decet, reverentiâ affectus fuerit ſemper, & de præſenti afficiatur, præter Fœderis, Ligæ, ac feudalis Conceſſionis mutuas obligationes, ſtatuerit propoſito immutabili, & constanti animo cum eadem Regia Majeſtate perſeverare in eo amoris, charitatis, Fœderis, & affinitatis vinculo, quo continuis præteritis temporibus fuit; etiamque ipſe Illuſtriſſimus Dominus Dux Mediolani Litteris Egregii Viri Antonii Domini de Appiano, Aulici ſui, certioratus ſit Illuſtriſſimum Dominum Philibertum Ducem Sabaudiæ, & generum ſuum, accedente conſenſu Dominorum Patruorum, aliorumque Dominii ſui Dominorum, & Baronum legitimis reſpectibus, & rationabilibus cauſis decreviſſe, pro conſervatione Status ſui, honoriſque ac dignitatis ſuæ, & totius Domûs Sabaudiæ ad nonnullas Conventiones, Pacta, & Intelligentias devenire eum prædicto Sereniſſimo Domino Francorum Rege, & idem Illuſtriſſimus Dominus Dux Sabaudiæ prælibatum Illuſtriſſimum Dominum Ducem Mediolani, ſocerum ſuum atque Patrem adhortari admodum videatur, ut velit cum eo concurrere ad prædicta cum Regia Majeſtate prædictâ contrahenda, vel ad Fœderis & veteris Ligæ renovationem & confirmationem faciendam. Quo ipſe Illuſtriſſimus Dominus Philibertus Dux Sabaudiæ, & gener ſuus, Status conſervationem & aſſecurationem faciliùs, & meliorem conſequi queat; volens & intendens ipſe Illoſtriſſimus Dominus Dux Mediolani &c. prædictis motus de cauſis, & reſpectibus, addito etiam quòd prædictum Dominum Philibertum Sabaudiæ Ducem, & generum ſuum, Statumque, & ejus honorem tueri & defendere, omnemque ipſius injuriam propulſare tenetur, virtute Ligæ aliàs de Anno milleſimo quadringeneſimo ſeptuageſimo-primo, die decimo-tertio Julii, cum Illuſtriſſima & Excellentiſſima Domina Yolant, Duciſſa Sabaudiæ, & ſorore prædictæ Sereniſſimæ Regiæ Majeſtatis, pro ſe ipſa, & dicto Domino Philiberto ejus filio, & Duce Sabaudiæ celebratæ, eidem Domino Philiberto Duci Sabaudiæ morem gerere ad ea ipſa peragenda perſonaliter nequens intereſſe, conſiſus de prudentia, fidei integritate, & in omnibus ſolertiâ & experientiâ prædicti Antonii, Aulici & Oratoris, ac Egregii Viri Franciſci de Petra-ſancta, Secretarii Excellentiæ ſuæ ex certâ ſcientiâ, & aliis omnibus, modo, jure, via, cauſa, & forma, quibus magis, melius, validiùs, & efficaciùs potuit,

ANNO 1476. & poteſt, intervenientibus omnibus ſolemnitatibus in ſimilibus tam de jure, quàm ex conſuetudine debitis & requiſitis ſolemniter conſtituit, creavit, fecit, & ordinavit, ac facit, conſtituit, creat, & ordinat prædictum Antonium, & Franciſcum, abſentes tanquam præſentes, ſuos veros & indubitatos Nuntios, Procuratores & Mandatarios, & utrumque eorum in ſolidum, ita ut occupantis conditio melior non exiſtat, ſed quòd unus inceperit, alter mediare & finire poſſit, & quidquid melius dici & eſſe poſſit, ad, nomine ipſius conſtituentis, ac nomine & vice Illuſtriſſimæ Dominæ Bonæ, Duciſſæ Mediolani conſortis ſuæ præcordialiſſimæ, filiorumque, Hæredum, & Succeſſorum, ac Colligatorum, Adherentium, Recommendatorum, ac Subditorum ſuorum, ſeſe conveniendum & præſentandum tam unà cum prædicto Domino Philiberto Duce Sabaudiæ, vel ab eo legitime ad ſuprà ſcripta, & infrà ſcripta Deputatis, ſeu deputandis, quàm ſine, & tam ſimul, quam diviſim, coram prædicta Regia Majeſtate, ſeu quibuscunque ab eàdem ad ſuprà ſcripta, & infrà ſcripta legitimè Deputatis, vel deputandis, & ad ea ipſam autoritatem & poteſtatem habentibus; ibique etſi Liga, Confœderatio, & mutuæ Obligationes inter prædictam Regiam Majeſtatem, & ipſum Dominum conſtituentem nullâ indigere videantur confirmatione, cùm inter ipſos ea ſit mentis & cordis affectio, caritas, animorum unitas, & bona voluntas, quæ fuerit unquam, & inter quoscunque affinitatis, ac Fœderis, vinculo aſtrictos conveniat, aut eſſe poſſit, ad confirmandum, approbandum, & ratificandum, ac, ubi expedit, imprimis renovandum, & ſeu de novo faciendum, Ligam, Intelligentiam, & Fœdera quæcumque, ac renovationem & recognitionem ſeudi Civitatum Januæ & Saonæ, ejusque, & cujuslibet earum Diſtrictuum, Riperiarum, Terrarum, Villarum, Oppidorum, Locorum, & Jurium tam terreſtrium, quàm maritimorum, aliàs de Anno milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſeptimo, die vigeſimo quinto Martii, inter prædictam Regiam Majeſtatem, & ipſum Dominum conſtituentem, ſeu Reverendum Dominum Stephanum de Nardinis, Archiepiſcopum Mediolani, Procuratorem & Mandatarium tunc ſuum, initas & factas, inita & facta, ſeu renovatas & renovata, ut conſtat publicis Documentis inde confectis in loco Ambaſiæ, ac demum repetitas & repetita, ſeu confirmatas & confirmata, denuòque initas & inita, conteactas & contracta in Civitate Lugdunenſi die decima ſexta menſis Januarii, milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo tertio, inter eumdem Regiam Majeſtatem, & prædictum Dominum Ducem Mediolani, ſeu ipſorum tunc Mandatarios & Procuratores, ut publico Inſtrumento inde confecto cum Clauſulis, Promiſſionibus, Obligationibus, Pactis, & Conditionibus in ipſis Documentis & Inſtrumentis tam Ambaſiæ, quàm Lugduni, ut præmittitur, celebratis, plenius conſtat, ad quæ congrua & plena relatio habeatur.

Item, Quum Illuſtriſſimus Dominus Carolus Dux Burgundiæ &c. his proximis diebus poſt conflictum ab Alamanis habitum, nescitur quâ ratione, vel quo ſpiritu ductus, vi & manu armata conduxit, ſeu conduci fecit prælibatam Illuſtriſſimam Dominam Yolant, ſororem prædicti Domini Regis, & Duciſſam Sabaudiæ, ad partes Burgundiæ, & pariter prædictum Dominum Philibettum ejus Dominæ Yolant filium, & Ducem Sabaudiæ, & prædicti Domini conſtituentis generum, cæterosque natos ſuos eonduceere, ſeu conduci facere nixus eſt in maximam Domini Regis prædicti, & domûs Sabaudiæ injuriam, & Statûs non parvum detrimentum, contra etiam Fœdera per ipſum Dominum Ducem Burgundiæ, & dictam Dominam Duciſſam intimul, ut dicitur, contracta, quibus eam, natos, & Statum defendere, & ab omni violentiâ & injuriâ tutari tenebatur; apertè videtur eumdem Dominum Ducem Burgundiæ, Ligæ & Intelligentiæ aliàs de Anno milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo quinto, die trigeſimo Januarii, inter ipſum, & prædictum Illuſtriſſimum Dominum Ducem Mediolani contractæ, defeciſſe, & ab eâ, & contentis in eâ, ſuâ culpâ & causâ diſceſſiſſe, cum ejus virtute prælibatam Dominam Duciſſam Sabaudiæ, dictumque Dominum Philibertum Ducem, & Statum, tanquam datos per dictum Dominum Ducem Mediolani pro ejus Colligatis, & ab ipſo Domino Duce Burgundiæ, acceptatos, non modò offendere & injuriari, ſed defendere teneretur, ad, eorum Majeſtate prædictâ Regiâ, vel ab ea, ut præmittitur, Deputatis, vel deputandis, renuntiandum prædictæ Ligæ, & omnibus in ea contentis, ut præmittitur, cum dicto Domino Duce Burgundiæ, Anno & die ſuprà ſcriptis celebratæ; quæ tamen facta & celebrata tunc fuit per ipſum Illuſtriſſimum noſtrum Dominum Ducem Mediolani, animo & intentione, quòd nullomodo præjudicaret, ſeſi præjudicari poſſet Ligæ & Intelligentiæ, quam habebat & habet cum prædicto Screniſſimo Domino Rege Francorum, nec aliquibus in ea contentis, vel ſpecificatis, prout ipſe Illuſtriſſimus Dominus Dux Mediolani dixit & proteſtatus eſt, ac dicit & proteſtatur in manibus mei infrà ſcripti Notarii, illipulantis & recipientis, vice & nomine, & ad partem & utilitatem omnium & ſingulorum, quorum intereſt, intererit, vel intereſſe poterit quomodolibet in futurum, & generaliter ad alia omnia & ſingula in prædictis, & circa prædicta, & quolibet prædictorum tantum, & non aliter, faciendum, gerendum, dicendum, & procurandum quæ prædictis Antonio & Franciſco, vel alteri eorum, Procuratoribus & Mandatariis de mente prælibati Domini pleniſſimè inſtructis, neceſſaria & utilia viſa fuerint, tribuens & concedens inſuper prædictus Illuſtriſſimus Dominus Mediolani pro ſe, & ſuis prædictis ex certa ſcientia, modo, & forma ſuperſcriptis, prædictis Antonio & Franciſco, ejus Excellentiæ Procuratoribus & Mandatariis, & cuilibet eorum in ſolidum, ut ſuprà in prædictis, & circa prædicta, & quodlibet prædictorum dumtaxat, & non aliter plenum, largum, & generale mandatum, cum plena, larga & generali adminiſtratione, omnia & ſingula dicendi, faciendi, gerendi, procurandi, firmandi, concludendi, jurandi, obligandi, promittendi, ſtipulandi, & recipiendi, ac cætera omnia faciendi, quæ neceſſaria & utilia erunt; & quæ ipſe Dominus conſtituens facere poſſet, & faceret, ſi perſonaliter intereſſet. Promittentes præterea, promiſerunt & promittunt, ac juraverunt & jurant prædictus Dominus conſtituens, & dicta Illuſtriſſima Domina Bona, Duciſſa Mediolani, ejus Domini conſtituentis conſors, eorum propriis manibus tactis Scripturis in manibus mei Notarii infrà ſcripti illipulantis & recipientis, nomine & vice, & ad partem & utilitatem omnium & ſingulorum, quorum intereſt, intererit, vel intereſſe poterit quomodolibet in futurum, ſemper & omni tempore ſeſe ratum, gratum & firmum, rata, grata & firma habituros quidquid per dictos Antonium & Franciſcum, Procuratores & Mandatarios ſuprà ſcriptos, vel alterum eorum, actum, geſtum, dictum, procuratum, juratum, & concordatum fuerit in prædictis, & circa prædicta tantum, & non aliter, nec alio modo, eaque omni tempore bona fide, & ſine fraude impleturos & obſervaturos, & in nullo contrafacturos, vel venturos directè, nec per indirectum aliqua ratione vel cauſâ, quæ dici aut excogitari poſſit, vel alio quovis quæſito colore, in verbo legalis Principis, & ſub pœna juramenti prædicti, ac ſub obligatione ſui, ac omnium & ſingulorum bonorum ſuorum præſentium & futurorum, & eorum quæ non comprehenduntur in obligatione generali. Renunciantes renunciaverunt & renunciant prælibati Illuſtriſſimi Domini Dux & Duciſſa Mediolani, & quiſlibet eorum exceptioni non facti & celebrati præſentis Mandati, dicti juramenti præſtiti, dictarumque factarum obligationum, & promiſſionum, omniumque prædictorum, ut præmittitur, factorum, aut aliter quam ut ſuprà geſtorum, exceptioni doli mali, ſine cauſa, vel ex injuſta cauſa, & omni alii probationi & defenſioni in contrarium. Et inde de prædictis præfati Domini Dux & Duciſſa Mediolani juſſerunt & jubent, per me Marcum Trottum Notarium & Cancellarium infrà ſcriptum, publicum confici debere Inſtrumentum, menſibus tribus valiturum, unum & plura ejusdem tenoris. Actum in Sala magna Caſtri Papiæ ſolitæ habitationis prælibati Illuſtriſſimi Domini noſtri Ducis Mediolani, prælentibus Illuſtribus, Magnificis, & Egregiis Viris, Domino Sforcia Maria Vicecomite, Duce, Baroue, Comite Valentiæ, Domino Ludovico Maria Sforcia Vicecomite Mortarii, & Brixilli Comite, Frarribus; Domino Joanne Marchione Pallavicino de Scipione, Domino Auguſtino Rubeo, Doctore & Milite, Domino Alexandro Spinula Doctore, Petro de Gallarate, Domino Luca Grimaldo, Doctore; Orpheo de Ricano, Domino Joanne Angelo de Florentia, Doctore, Conſiliariis; Domino Joanne Baptiſta de Quartariis, Salarum Comite, Camerario à Camera; Jacobo Alifero Secretario, & Alexandro Collecta, Cancellario, Ducalibus Teſtibus, teſtibus ad prædicta vocatis, & rogatis. Et ſic ſcribitur in fine: Galeas Maria Sforcia, Vicecomes, manu propria. Sequitur ſubſcriptio manus Notarii. Ego Marcus Trottus filius Dominici, publicus Imperiali ac Ducali autoritatibus Nota-

ANNO 1476.

ANNO 1476. Notarius, & prælibati Illuſtriſſimi Domini noſtri Domini Ducis Mediolani Cancellarius, prædictis omnibus, & ſingulis, dum, ſicut ſuprà, agerentur, interfui, & de eis Inſtrumentum tradidi, illudque in hanc formam manu alterius perſonæ ſcriptum, & manu propria prælibati Illuſtriſſimi Domini Ducis ſubſcriptum cum meis imbreviaturis auſcultavi, & nihil variare inveni. Ideo in fidem & Teſtimonium præmiſſorum me propriâ manu ſubſcripſi, ſignumque mei Tabellionatus appoſui conſuetum. Sequitur alia ſubſcriptio prædicti Domini Ducis Secretarii. Et Ego Cichus Simoneta, Miles, præfati Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani Secretarius, de ejusdem mandato præſens Inſtrumentum ſubſcripſi, ſignumque mei Secretariatus appoſui, ac ſolito Ducali ſigillo muniri feci in fidem omnium præmiſſorum. CICHUS. SFORTIA.

Et ego Petrus du Ban, Clericus Turonenſis Diœceſis orinndus, publicus Apoſtolica & Imperiali autoritatibus, Curiæque Metropolitanæ Turonenſis Notarius juratus, quia præmiſſis omnibus & ſingulis, dum, ſicut præmittitur, dicerentur, agerentur, & fierent, unà cum Notariis infrà ſcriptis & teſtibus prænominatis præſens interfui, eaque ſic exponi, dici, ac fieri vidi & audivi; idcircò huic præſenti publico Inſtrumento manu aliena ſcripto ſignum meum appoſui conſuetum, in fidem, robur, & Teſtimonium veritatis omnium & ſingulorum præmiſſorum, requiſitus & rogatus.

Et quia ego Guillelmus Saintier, Clericus Turonenſis, in Decretis Baccalarius, publicus Apoſtolica & imperiali autoritatibus, Curiæque Metropolitanæ Turonenſis Notarius juratus, præmiſſis omnibus & ſingulis, dum, ſicut ſuperius, referrentur, dicerentur, agerentur, & fierent, præſens unà cum prænominatis teſtibus ac Notariis infrà ſcripris interfui, eaque ſic fieri vidi & audivi, ac in notam ſumpti; ideò huic præſenti publico Inſtrumento manu alterius fideli ſcripto, me circa alia legitimè præpedito, ſignum meum ſolitum & conſuetum hic me ſubſcribendo appoſui requiſitus & rogatus, in fidem & Teſtimonium veritatis præmiſſorum omnium & ſingulorum.

Et ego Jobus, quondam Antonii de Vechiis de Scandiano Regienſis Diœceſis, publicus Apoſtolica autoritate Notarius, Judex ordinarius, quia præmiſſis omnibus & ſingulis, dum ſic dicerentur, agerentur & fierent, unà cum ſuprædictis teſtibus & Notariis interfui, ac præſens fui, & ſic exponi, dici & fieri vidi & audivi: Ideò rogatus & requiſitus huic præſenti Inſtrumento in fidem, robur, ac Teſtimonium præmiſſorum & ſingulorum, ſignum meum appoſui conſuetum, Signatum, JOBUS VECHIUS. P. DU BAN. G. SAINTIER.

CCCLXV.

23. Août. *Ratification du Duc & des Etats de* BRETAGNE, *aſſemblez à Redon le 23. Août, 1476. du Traité de Paix fait à Senlis, entre* LOUIS XI. *Roi de France, &* FRANÇOIS *Duc de Bretagne.* [FREDERIC LEONARD, Tom. I. pag. 197.]

FRANCE ET BRETAGNE.

SACHENT tous preſens & à venir, que aujourdui tres-haut & tres-puiſſant Prince, FRANÇOIS, par la grace de Dieu Duc de BRETAGNE, Comte de Monrfort, de Richemont, d'Etampes, & de Vertus, nôtre Souverain Seigneur, étant & ſeant en cette Ville de Redon, en la Grand' Salle de l'Abbaie d'icelui lieu, pour tenir les Etats de ſon Pais & Duché de Bretagne, preſens, & aſſiſtans Reverends Peres en Dieu, & tres-honorez Seigneurs Meſſeigneurs les Prelats & Barons, & auſſi Bannerets, Bachcliers, Chevaliers, Ecuiers, gens de Chapitres, & de bonnes Villes, à cette fin convoquez, & aſſemblez audit lieu de Redon, faiſans & repreſentans iceux Etats, a fait entre autres choſes dire, declarer, & remontrer, & de fait, par tres-honoré Seigneur Guillaume Chanvin, Seigneur du Bois & du Ponthus, Chancelier de Bretagne, leur a été par commandement de nôtredit Souverain Seigneur, dit, declaré, & remontré, que dés le neuvieme jour d'Octobre dernier, le Roi pour lui, ſon Roiaume, Païs, Terres, Seigneuries, & Sujets d'une part, & le Duc par ſes Commis & Deputez, pour lui, ſes Païs, Seigneuries, & Sujets d'autre part, ſur les differends qui paravant avoient été entr'eux, & plus grands pûſſent enſuivre, avoit fait, pris & accordé, & contracté enſemble Paix perpetuelle, Amitié, Alliance, Confederation, bonne & vraie union, ſelon la forme & Articles d'icelle Paix, bien à plein contenus & declarez par les Lettres ſur ce faites & données, ſavoir, les Lettres du Roi du date deſſusdit, & ſes Lettres du Duc datées du cinquieme jour de Novembre dernier, de laquelle Paix ainſi traitée, accordée, & contractée, le Roi doit, & avoit promis bailler Lettres par les gens d'Egliſe, les Nobles, & autres Etats de ſon Roiaume, & le Duc de ſa part, doit, & avoit promis bailler ſemblables Lettres des gens d'Egliſe, Nobles, & autres Etats de ce Païs & Duché, confirmatoires de ladite Paix & Amitié, & des Lettres d'icelle faites & octroiées. A quoi & à toutes autres choſes de ſa part, promiſes & octroiées par le Traité d'icelle Paix, le Duc veut & deſire de tout ſon cœur fournir, & à cette fin a fait Convocation, & Aſſemblée desdits Etats, demandant avoir d'eux lesdites Lettres confirmatoires, pour les rendre & bailler au Roi, en retirant & recevant de lui les ſemblables, ainſi que bailler le doit.

ANNO 1476.

Surquoi apres que les Lettres, contenant la forme & Articles de ladite Paix, furent vûes & lûes en preſence desdits Etats, iceux par intervalle de tems les virent & viſiterent pour y avoir bonne & meure deliberation, desquelles Lettres du Duc la teneur enſuit.

FRANÇOIS, par la grace de Dieu Duc de Bretagne, Comte de Montfort, de Richemont, d'Etampes, & de Vertus. A tous ceux qui ces preſentes Lettres verront, Salut. Comme depuis le trépas de feu mon tres-redouré Seigneur, Monſeigneur le Roi Charles, que Dieu abſolve, pluſieurs Guerres, diviſions, & differences aient été mûes & ſuſcitées entre Monſeigneur le Roi de preſent, & nous, dont innumerables maux & inconveniens s'en ſont enſuivis, Nous qui toûjours avons deſiré & deſirons de tout nôtre cœur, appaiſer & éteindre lesdites diviſions & differences, auſſi pour relever le pauvre peuple de miſere, le garder d'oppreſſion, & éviter la cruelle effuſion de ſang humain, conſiderant que à l'honneur & loüange des Princes Chrêtiens rien n'eſt plus convenable, que de deſirer & aimer paix, de laquelle le bien & le fruit és choſes terriennes & mortelles eſt ſi grand que plus ne pourroit, en aiant regard ſingulier à la bonne & loiale amour que le tems paſſé Monditſeigneur le Roi, & ſes Predeceſſeurs Rois de France, ont eue & tenuë, à nous & à nos Predeceſſeurs Ducs de Bretagne, aprés pluſieurs ouvertures & pourparlez ſur ce eus entre Monditſeigneur le Roi & nous, & les gens de nôtre Conſeil à ce Commis, par l'avis & deliberation de pluſieurs Prelats, Barons, & autres gens de nôtre Grand Conſeil, avons traité & accordé avec Monditſeigneur le Roi, en la forme & maniere contenuë & declarée és Articles, dont la teneur s'enſuit.

Et ce ſont les Articles accordez entre le Roi & le Duc de Bretagne.

Et premierement, ont fait, pris, & contracté, ſont, prennent, & contractent, &c. *Voiez l'Acte du 9. Octobre 1475. pag. 518.*

Savoir faiſons, que pour conſideration des choſes deſſusdites, & ſingulierement en l'honneur & reverence de Dieu nôtre Createur, & pour le bien, deſir, & grande affection que de tout tems avons eu & avons de vivre, & nous gouverner envers Monditſeigneur le Roi & ſon Roiaume, en toute bonne amour & Union, ladite Paix, Amour, Union, & Alliance d'entre Monditſeigneur le Roi & nous, enſemble toutes & chacunes les choſes deſſusdites, contenues & declarées esdits Articles ci-deſſus inſerez, & chacun d'eux avons jurées, promiſes, & accordées, & par ces preſentes, jurons, promettons, & accordons, promettant en parole de Prince, ſur nôtre honneur, & par la foi & ſerment de nôtre corps, ſur les Saints Evangiles de Dieu, pour ce par nous manuellement touchez, & ſur l'obligation de tous & chacuns nos biens, les tegir, entretenir, garder, obſerver, faire, & accomplir de point en point, ſelon leur forme & teneur, ſans jamais faire, aller, ni venir, ni faire faire, aller, ni venir à l'encontre par nous, ni par autre, en quelque maniere que ce ſoit. En témoin de ce, nous avons ſigné ces preſentes de nôtre main, & à icelles fait mettre nôtre ſcel. Donné en nôtre Ville de Nantes, le cinquieme jour de Novembre, l'an mille quatre cens ſoixante & quinze, ainſi ſigné, FRANÇOIS, écrit de ſa main. Par le Duc de ſon commandement, le Comte de Laval, vous l'Evêque de Saint Malo, les Sires de la Roche, de Rieux, de Quentin, de Guimené, Guingamp, & de Coetmen, l'Admiral, le Grand-Maître d'Hôtel, le Seigneur de Parigni & autres preſens, G. RICHARD, & ſcellé.

Ceux Prelats, Barons, Bannerets, Bacheliers, Chevaliers, Ecuiers, gens de Chapitres, & bonnes Villes;

ANNO 1476. congregez & assemblez, comme dit est, faisant & representant lesdits Etats, parlant & faisant parler par Maistre Etienne Millon, Abbé de Saint Jagu, ont confirmé, loué, ratifié, consenti & approuvé, & par la teneur de cettes, louent, consentent, confirment, & approuvent ladite Paix en la forme traitée, contractée, & contenue par lesdites Lettres, & selon la forme & Articles d'icelle, donnée & baillée tant du Roi comme du Duc, ont voulu, promis, & se sont obligez icelle Paix, Union, Amitié, Alliance & Confederation, tenir, garder, & entretenir inviolablement, sans jamais faire, aller, ni venir à l'encontre, en requerant, & de fait ont requis les Notaires Apostoliques ci-aprés subscrits, de faire, former, & signer Instrument, ou Instrumens, un ou plusieurs, en forme autentique & valable, pour faire foi & remoignage des confirmations, approbations, & autres choses ci-devant dites & contenues; & d'abondant, ont tres-humblement supplié au Duc nôtredit Souverain Seigneur, que son bon plaisir soit y faire apposer & ajoûter le sceau de sa Chancellerie, pour plus grande robeur & fermeté. Ce fut fait à Redon, lesdits Etats tenant en la Grand' Salle de l'Abbaie dudit lieu, le vint-troisieme jour d'Aoust, l'an mille quatre-cens soixante seize.

Et quia ego Michaël Andrée, Thesaurarius Dolensis, necnon Canonicus Nannetensis Ecclesiarum, in Decretis Licentiatus, publicus Apostolica & Imperiali auctoritate Notarius, prædictæ Pacis, Confœderationis, Amicitiæ, & Unionis confirmationi, laudationi, ratificationi, consensui, & approbationi, promissioni, & obligationi, ac cæteris omnibus & singulis, dum, sicut suprà scribuntur, agerentur, dicerentur, & fierent in vulgari Patriæ Lingua Gallicana, una cum infra scripto Notario præsens & personaliter interfui, eaque, & eorum singula sic fieri atque dici vidi & audivi; idcircò huic præsenti publico Instrumento inde confecto alterius manu, me aliis legitime impedito negotiis, de mei jussu fideliter scripto, signum meum una cum Notarii prælibati signi & sigilli prædicti appensione solitum & consuetum apposui, in præmissorum omnium, & singulorum veritatis Testimonium atque fidem, requisitus, & rogatus. *Signé*, M. ANDRÉE.

Et ego Guillelmus de la Houlle, Canonicus Maclovienſis, in Decretis Licentiatus, publicus Imperiali autoritate Notarius. Quia prædictæ Pacis, Confœderationis, Amicitiæ, & Unionis confirmationi, laudationi, ratificationi, consensui, & approbationi, promissioni & obligationi, ac cæteris præmissis omnibus & singulis, dum, sicut præmittitur, in vulgari Patriæ Lingua Gallicana dicerentur, agerentur & fierent, una cum suprà dicto Notario præsens interfui, eaque & singula sic fieri, & dici vidi & audivi; idcireo præsentibus Literis, seu publico Instrumento exinde confecto, manu alterius, me aliis impedito negotiis, fideliter scripto, signum meum una cum signo ipsius Notarii, sigilli & prædicti appensione solitum apposui in fidem & Testimonium veritatis præmissorum, requisitus. *Signé*, DE LA HOULLE.

Et quia ego Guido Richardi, Clericus Nannetensis Diœcesis, Apostolicâ autoritate Notarius, Serenissimique Principis Domini Ducis Britanniæ Secretarius, prædictæ Pacis confirmationi, consensui & approbationi, promissionique, obligationi, ac cæteris præmissis omnibus, & singulis, dum, sicut præmittitur, in vulgari Patriæ Lingua Gallicana dicerentur, agerentur & fierent, unà cum suprà scriptis Notariis præsens interfui, eaque & singula sic fieri & dici vidi & audivi; idcircò præsentibus Literis, seu publico Instrumento exinde confecto, manu alterius, me aliis occupato negotiis, fideliter scriptis, signum meum unà cum sigilli ipsorum Notariorum prædictorum appentione solitum apposui, in fidem, robur, & Testimonium veritatis præmissorum, requisitus & rogatus. *Signé*, G. R.

CCCLXVI.

20. Dec. *Confirmation du Traité de Paix entre* LOUIS XI. *Roi de France, & le Duc de* BRETAGNE, *fait à Senlis le 9. Octobre 1475. avec les éclaircissemens, modifications, & declarations contenues en cet Acte, fait au Plessis-lés-Tours le 20. Decembre 1476.* [FREDERIC LEONARD, Tom. I. pag. 200.]

FRANCE ET BRETAGNE.

ET premierement, pour ce que par le premier Article d'icelui Traité, est entr'autres choses contenu, que le Roi promet secourir & aider le Duc, & le défendre envers tous, & contre tous ceux qui peuvent vivre & mourir sans nul excepter, est eclairci, appointé & accordé, que cette promesse doit être & sera entendue seulement, de secourir & aider le Duc en la defense de lui, & de son Pais & Duché de BRETAGNE, envers tous, & contre tous ceux qui peuvent vivre & mourir, sans nul excepter, tout ainsi & en la forme & maniere, comme par autre subsequente claute d'icelui. Par le premier article, le Duc doit, & est tenu servir & aider le Roi en la défense de lui & de son Roiaume, contre tous ceux qui peuvent vivre & mourir sans nul excepter pareillement, & tout le surplus d'icelui Article demeure en robeur, ainsi qu'il est écrit.

ANNO 1476.

Item, Et pour ce que à l'occasion des diverses questions & differences, qui par ci-devant ont été entre le Roi & le Duc, icelui Duc a été incû & content de faire & traiter par écrit, par sermens, promesses, ou en autre façon quelconque, aucunes Alliances, Fraternitez, Confederations, ou obligations quelconques à l'encontre du Roi, le Duc, par cette presente Paix Amuur, & Alliances, les abolit, & s'en depart du tout, sans jamais en user ores, ni pour le tems à venir à l'encontre du Roi, ni son Roiaume, demeurant éclairci, appointé & accordé, que par icelui article dont être entendu que le Duc a renoncé & renonce ausdites alliances, sans jamais en user à l'encontre du Roi, ni de son Roiaume.

Item, Et sur le quart Article contenant en la fin d'icelui ce qui ensuit, *reservez les droits dûs & accoûtumez au Roi, ainsi qu'en usent les Rois Charles septieme de bonne memoire*, est éclairci & appointé, que par icelle reservation écrite audit article, & ledit Traité de Paix, est reservé & entendu, que le Duc & ses Sujets de Breragne doivent obeir en ressort à la Cour de Parlement à Paris, ainsi & és cas que les feus Ducs François, Pierre, & autres derniers trepassez, & le Duc de present le faisoient au tems dudit feu Roi Charles septieme, que Dieu absolve.

Item, Et sur le cinquieme Article commençant, Item, *Se aucun ou aucuns s'efforcent ou s'avancent de faire aucune entreprise à l'encontre de la personne*, &c. est éclaircí, appointé & accordé, que le Duc est tenu & obligé servir & aider le Roi en la defense de lui & de son Roiaume, à l'encontre de tous ceux qui à lui, ou à son Roiaume, seront ou seront faire Guerre, soit par Mer seulement, ou par Terre seulement, ou par les deux ensemble, aprés que cette Guerre sera declarée & ouverte; & durant icelle Guerre, ne pourra le Duc faire Paix, Treve, Amitié, ni Alliance quelconque, avec ceux qui ainsi la seront, sans l'exprés consentement du Roi.

Et semblablement doit être & sera entendu par ce present Traité, & le contenu audit Article, que le Roi est tenu & obligé aider & secourir le Duc en la defense de lui & de son Duché, à l'encontre de tous ceux qui à lui & à son Duché, seroient ou seroient faire Guerre, soit par Terre seulement, ou par Mer seulement, ou par Mer & par Terre ensemble, aprés que cette Guerre sera declarée & ouverte; & durant icelle ne sera Paix, Treve, Amitié, ni Alliance quelconque, avec ceux qui ladite Guerre seront.

Item, est éclairci & appointé, que le Duc aidera, gardera, & entretiendra ledit Traité de Paix, ensemble le contenu en ces presentes, envers le Roi, son Roiaume, & ses Heritiers & Successeurs Rois de France.

Et le Roi gardera & entretiendra celui Traité de Paix, ensemble le contenu en ces presens Articles, envers le Duc, son Duché de Bretagne, & ses Heritiers & Successeurs.

Item, & au moien de l'appointement, éclaircissement & declaration des choses dessusdites, est appointé & accordé, que le Roi jurera sur le *Corpus Domini* ledit Traité de Paix, & ces presens Articles & éclaircissemens; & outre jurera sur la Croix de Saint Lo, les faits qui serviront & suffiront pour la seureté de la personne du Duc, & du Pais & Duché de Bretagne.

Et le Duc sera semblables sermens sur le *Corpus Domini*, & sera ladite Croix de Saint Lo.....

Nota, *qu'il est marqué dans le Registre, que le reste du feuillet, d'où on a tiré cette Piece, est coupé environ la moitié.*

LE ROI.

JE LOUIS, par la grace de Dieu à present Roi de France, jure à François à present Duc de Bretagne, mon

ANNO 1476. Cousin remué de germain, par la vraie Croix ci-presente, que tant qu'il vive, je ne le preudrai, ni tuerai, ni consentirai qu'on le prenne, ni qu'on le tué, ne le souffrirai ni consentirai de mon pouvoir prendre ni tuer à personne vivant sans nul excepter; & si je sai que personne le veuille faire, l'en avertirai, & l'en garderai à mon pouvoir, comme je ferois ma propre personne.

Item, jure audit François à present Duc de Bretagne, par ladite vraie Croix, que tant qu'il vive, par quelque occasion que ce soit ou puisse être, je ne lui commencerai Guerre, ni à sa Duché de Bretagne, ni soûtiendrai creature vivante sans nul excepter à la lui faire.

Item, jure comme dessus, que si personne vivant, sans nul excepter, lui fait Guerre à sondit Duché de Bretagne, pour quelconque occasion que ce soit, ou puisse être, que le secourerai & aiderai comme mon propre Roiaume, & me declarerai pour lui, & contre ceux qui la lui feront sans quelconque faute, leur ennemi en Guerre ouverte, & ne ferai jamais appointement à ses ennemis ni aux miens, contre lesquels il se sera declaré, si ce n'est de son consentement, mais ferai la Guerre jusques au bout de mon pouvoir, sans jamais l'abandonner, & du serment dessusdit renonce à toute dispense.

Fait au Plessis du Parc-lés-Tours, le vintieme jour de Decembre l'an mille quatre-cens soixante seize. Ainsi signé, J. MESME.

Donné & fait par copie, collation faite à l'Original le dernier jour dudit mois de Decembre l'an susdit 1476.

LE DUC DE BRETAGNE.

JE FRANÇOIS à present Duc de Bretagne &c. jure à LOUIS Roi de France à present regnant, mon Cousin remué de germain, par la vraie Croix ci-presente, que tant qu'il vive je ne le preudrai, ni tuerai, ni consentirai qu'on le prenne, ni qu'on le tué, ni le souffrirai de mon pouvoir prendre, ni tuer à personne vivant sans nul excepter; & si je sai que personne le veuille faire, l'en avertirai, & l'en garderai à mon pouvoir, comme je serois ma propre personne.

Item. Jure audit Louïs Roi de France à present regnant, par ladite vraie Croix, que tant qu'il vive, pour quelque occasion que ce soit, ou puisse être, je ne lui encommencerai Guerre, ni à son Roiaume, ni soutiendrai creature vivante, sans nul excepter, à la lui faire.

Item. Jure comme dessus, que si personne vivant, sans nul excepter, lui fait Guerre en sondit Roiaume, pour quelque occasion que ce soit, on puisse être, que je le servirai & aiderai comme mon propre Duché, & me declarerai pour lui, & contre ceux qui la lui feront, sans quelconque feinte, leur ennemi en Guerre ouverte, & ne ferai jamais apointement à ses ennemis ni aux miens, contre lesquels il se sera declaré, si ce n'est de son consentement, mais ferai la Guerre jusques au bout de tout mon pouvuir, sans jamais l'abandonner.

Item. Et en recompense de ce que le Roi LOUÏS dessusdit, mon Cousin remué de germain, jure de ne me faire Guerre, pour quelconque occasion que ce soit, ou puisse être, & ne reserve point de me la faire pour les droits de sa Couronne, je jure comme dessus, de ne les lui ôter en rien, ni l'empêcher à en joüir, ni les lui souffrir empêcher, ni dénier, ni perdre en mondit Duché; mais jure comme dessus, de lui garder lesdits droits & jouissances, ainsi qu'ils lui apartiennent; & comme le Roi Charles VII. Pere dudit LOUÏS Roi de France à present regnant en jouïssoit devant le trépas du Duc François mon predecesseur, & comme il en a depuis joüi du tems du Duc Pierre son Frere, qui lui a succedé, pareillement comme il en a joui & jouïssoit de mon tems devant son trépas, & ce de tout mon pouvoir, & comme je voudrois garder les miens propres, sans venir au contraire, & du serment dessusdit renonce à toute dispense.

Fait au Plessis du Parc-lés-Tours le vintieme jour de Decembre mille quatre cens soixante-seize. Signé, J. MESME.

Douné & fait par Copie, collation faite à l'Original le dernier jour de Decembre l'an susdit 1476.

Extrait d'un autre Eclaircissement, dont le commencement est pareil à celui ci-devant, jusques à l'Article qui commence, & semblablement doit être & sera entendu, &c. *& qui finit par*, ne alliance quelconque avec ceux qui ladite Guerre feront. ANNO 1476.

POUR mieux éclaircir, & declarer le Traité de la Paix fait entre le Roi & le Duc de Bretagne, & dont le Roi bailla ses Lettres à la Victoire, le 9. jour d'Octobre l'an 1475. & aussi le Duc ses Lettres de ratification à Nantes, le cinquieme jour de Novembre ensuivant, audit an 1475. & afin que ladite Paix, & la bonne amour d'entre le Roi & le Duc, se puisse mieux & plus seurement toûjours entretenir, sans quelconque difference ou alteration, ont été faits, conclus, & accordez entre les gens du Roi & du Duc, pour ajoûter à ladite Paix, & aux Amitiez & Alliances accordées par icelle, & par forme d'éclaircissement & declaration, les Articles qui s'ensuivent; icelle Paix en toutes choses demeurant en sa force & vertu avec lesdits éclaircissement & declaration, & nonobstant quelconques choses depuis avenues.

Premierement, qu'en ensuivant le Traité de ladite Paix, le Roi aura & entretiendra toûjours le Duc en sa bonne grace, & singuliere amour, comme son bon, vrai, & loial parent & Neveu, le portera, soutiendra, servira, & aidera de tout son pouvoir envers & contre tous ceux qui peuvent vivre & mourir, sans personne quelconque excepter, à la défense de sa personne, de son Duché, & à la conservation des droits de sondit Duché. Et aussi le Duc sera & demeurera toûjours bon, vrai, & loial parent & Neveu du Roi, le servira de tout son pouvoir envers & contre tous ceux qui peuvent vivre & mourir, sans personne quelconque excepter à la défeuse de sa personne, & de son Roiaume, & à la défense & conservation des droits du Roiaume, & de la Couronne de France.

Et pour ce que à present y a Treve & Abstinence de Guerre entre le Roi & le Roi d'Angleterre, il a été dit en éclaircissant ladite Paix, que toutes & quanties fois que le Roi & ledit Roi d'Angleterre retourneront & seront en Guerre, le Duc, & ses Sujets du Duché de Bretagne, seront & demeureront en Guerre par Mer & par Terre contre lesdits Roi & Roiaume d'Angleterre, pareillement que le Roi, sans que le Duc puisse faire Paix, Treve, ou Abstinence de Guerre avec lesdits Anglois; & aussi le Roi ne pourra faire Paix, Treve, ni Abstinence de Guerre avec lesdits Anglois, sans expressément comprendre le Duc, son Duché, & ses Sujets.

Item. Ne pourra le Duc faire Paix, Confederation, ni Alliance avec personne, Pays, Nation, ou Seigneurie quelconque, qui seront ennemis du Roi, ni avoir Treve, ou Abstinence de Guerre avec eux, tant qu'il y aura Guerre ouverte & declarée entre le Roi & eux: & pareillement le Roi ne pourra faire Paix, Traité, Treve, ni Abstinence de Guerre avec personne, Pais, Seigneurie, ou Nation quelconque, que le Duc, son Pais, & ses Sujets, n'y soient expressément compris.

Item. Et aussi ne pourra le Duc donner secours, faveur, ni aide contre le Roi à personne, Prince, Pais, Seigneurie, ou Nation quelconque, en quelque, ni pour quelque cause ou occasion que ce soit, ou puisse être; ni pareillement le Roi ne pourra donner secours, faveur, ni aide contre le Duc à personne, Prince, Pais, ou Nation quelconque, en quelque querelle, ni pour cause ou occasion que ce soit, ou puisse être.

Item. Et ont le Roi de sa part, & le Duc de la sienne, & chacun d'eux, renoncé & renoncent expressément à toutes Alliances, Confederations, Traitez, fermens, promesses, ou obligations quelconques, qu'ils ont, ou pourroient avoir faits par ci-devant à quelconques Princes, Pais, Seigneuries, ou Nations quelconques, entant qu'elles seroient contraires, dérogeans ou prejudiciables audit Ttaité fait à la Victoire, & à ces presens Articles.

Item. Et demeureront le Duc & ses Sujets tenus & obeïssans envers le Roi, & sa Cour de Parlement, és cas, ainsi, & par la forme & maniere que les feus Ducs de Bretagne François, Pierre, & Artus derniers trépassez, & le Duc qui à present est, ont été & étoient du vivant du feu Roi Charles VII. dernier trépassé, que Dieu absolve.

FIN DE LA PREMIERE PARTIE DU TOME III.

SUPLEMENT

Pour la I. Partie du III. Tome.

ANNO

I.

1437. 7. Juin. *Conventio inter* HENRICUM VI. *Regem Angliæ, & Magiſtrum Generalem Ordinis Teutonici in Pruſſia* PAULUM RUSDORF, *itemque Civitates* HANSEATICAS, *pro conſervando mutuo Commercio inita. Datum Londini 2. Martii* 1436. *& confirmata apud Weſtmonaſterium die 7. Junii* 1437. [RYMER, Fœdera, Conventiones, &c. Tom. X. pag. 666.]

REx omnibus, ad quos &c. Salutem.

INSPEXIMUS Literas, per Commiſſarios noſtros infraſcriptos, cum Ambaſſiatoribus & Oratoribus, Magnifici Viri, Fratris *Pauli Rusdorf* Magiſtri Pruciæ generalis, ac *Conſulum & Conſulum Communium Civitatum Hanſæ Theutonicæ*, indentantas, in hæc verba,

UNIVERSIS ET SINGULIS CHRISTI FIDELIBUS, harum Indenturarum ſeriem inſpecturis.

Nos, *Willielmus*, permiſſione divinâ, *Epiſcopus Lincolniæ*,

Johannes Dominus de Tiptot,

Willielmus Lyndewode, Cuſtos privati Sigilli Regii,

Henricus Frowick, Aldermannus Civitatis Londoniæ,

Johannes Stokes,

Willielmus Sprewer,

Legum Doctores,

Chriſtianiſſimi & Invictiſſimi Principis *Henrici*, Dei gratiâ, *Angliæ & Franciæ Regis*, & *Domini Hiberniæ*, Commiſſarii ex una,

Henricus Vorrat Civitatis Danzick *Proconſul*, *Magnifici Magiſtri Pruſſiæ*,

Johannes Clyngenbergh,

Vicko Vane Hone,

Civitatum Lubyck & Hamborgh. Proconſules,

Francko Keddeken Decretorum Doctor,

Et *Johannes Hertze*, Civitatis Lubicenſis Prothonotarius,

Communium Civitatum Hanſæ Oratores & Nuncii, nominibus dictorum *Magnifici Magiſtri* & *Communium Civitatum Hanſæ*, partibus ex altera,

Plenis hinc inde ſuffulti Poteſtatibus, NOTUM FACIMUS EVIDENTER quòd,

Quamquam, Anno Domini milleſimo, quadringenteſimo, tricesimo ſexto, ſecundùm computationem Eccleſiæ Anglicanæ, de menſe Martii, varii, diligentes, diverſi, & diffuſi inter nos, ſuper quibusdam Privilegiorum obſervationibus, aliisque cauſis, querelis, & demandis, hinc inde factis, motis, propoſitis, & miniſtratis, habiti ſint & fuerint Tractatus, non paucis, non exiguis, aut levibus dubiis & difficultatibus involuti & implicati,

Ad deciſionem tamen, determinationem, & pacificationem eorumdem, necnon ad robur & ſtabilimentum perpetuum & conſervationem affectûs & amoris reciproci & Amicitiarum, quæ a tempore, cujus contrarii memoria non eſt apud hos quibus nunc vita comes eſt, *inter Reges & Regnum Angliæ*, eorúmque Ligeos & Subditos ex unâ, & Magnificos ac Generoſos Viros *Magiſtros generales Terræ Pruſſiæ* ac *Communium Civitatum Hanza Theutonicæ Proconſules & Conſules*, Gentesque, & Subditos, ac Subjectos, partibus, ex alterâ, vigerant,

Appunctuatum eſt, concordatum, ac concluſum inter nos Commiſſarios & Oratores prædictos, hinc & inde, de ſcitu, voluntate, & Mandato, Illuſtriſſimi & Invictiſſimi Principis, *Henrici Sexti Angliæ & Franciæ Regis*, ſuique Magnifici Concilii, in modum, ſequentibus ac ſubſcriptis Articulis comprehenſum,

IN PRIMIS, concordatum eſt & concluſum quòd omnes & ſinguli Mercatores & alii Ligei & Subditi Domini *Regis Angliæ*, in Terra Pruſſiæ & aliis Locis Hanſæ, omnibus & ſingulis illis Libertatibus & liberis Conſuetudinibus uti plenè debeant & gaudere, quibus unquam aliquo tempore rationabiliter uſi ſunt & gaviſi; nullæque priſæ, exactiones novæ, ſeu præſtationes aliquæ ſuper eorum Perſonas vel Bona imponentur, aliter vel alio modo quàm ante X. XX. XXX. XL. L. ymmò & centum Annos, & ultra, impoſitæ ſunt vel fuerunt. ANNO 1437.

Item, concordatum eſt & concluſum quòd omnes & ſinguli Mercatores, & alii Subditi, cujuscúmque ſtatûs, Domini *Regis Angliæ* poterunt & poſſint, totiens quotiens eis libuerit & placuerit, ſalvò & ſecurè Terram Pruiſſiæ & alia Loca Hanſæ intrare, ibidem morari & converſari, exire & redire, emere & vendere, cum quibuscúmque Perſonis, ita & eodem modo ac adeò liberè ſicut unquam ante hæc tempora emere & vendere, intrare & exire, poterunt & conſueverunt; ſolutis Cuſtumis & Deveriis de Mercandiſis ſuis debitis & conſuetis.

Item, concordatum & concluſum eſt quòd omnes & ſinguli Mercatores Almaniæ de Hanzâ Theutonicæ, omnibus & ſingulis Privilegiis, Libertatibus, Franchesiis, & liberis Conſuetudinibus, eis & eorum Anteceſſoribus a Progenitoribus Illuſtriſſimi Domini *Regis*, *Angliæ* Regibus, conceſſis & indultis, ac per eundem *Dominum Regem* confirmatis, uti plenè debeant & gaudere, prout ante hæc tempora eis rationabiliter uſi ſunt & gaviſi; nullæque priſæ, præſtationes, exactiones novæ, aut aliqua Subſidia ſuper eorum Perſonas vel Bona imponentur, ultra vim & formam Cartæ Privilegiorum, Mercatoribus de Hanſa conceſſorum & indultorum.

Item, concordatum & concluſum eſt quòd omnes & ſinguli Mercatores, & alii Subditi, cujuscúmque ſtatûs, de Hanſa Almaniæ Theutonicæ, poterunt & poſſint, totiens quotiens eis libuerit & placuerit, Terram Angliæ, poteſtatem, & Dominia Illuſtriſſimi Domini Regis intrare, ibidem morari & converſari, exire & redire, ſalvò & ſecurè, emere & vendere, ſecundùm formam & tenorem Cartæ Privilegiorum eis indultorum; ſolutis tamen Cuſtumis & aliis Deveriis inde debitis ſecundùm eorumdem Privilegiorum vim, formam, & effectum.

Item, concordatum & concluſum eſt caſu, quo Civitas, Villa, vel Opidum aliquod, vel Officialis, aut Cuſtumarius, vel alius Subditus quicúmque Illuſtriſſimi *Domini Regis*, Mercatorem vel Nautam de Hanſa in aliquo, contra tenorem & contenta Cartæ Privilegiorum ſuorum, gravare, onerare, areſtare, vel moleſtare præſumpſerit, extunc dictus Cancellarius Angliæ pro tempore oportuna concedet & congrua Mandata ad illum vel illos ſic gravantes, ut a talibus gravaminibus, oneribus, vel moleſtationibus ſub pœna & ſtatim deſiſtant, & ut ſub certa pœna Officiarii & Cuſtumarii in futurum talia non tentabunt, & quòd ab eis deſiſtent jam ceptis ſi qua fuerint.

Item, de Regiâ benignitate & gratiâ ſpeciali conceſſum eſt & concordatum, cum præfatis Oratoribus, quòd in cauſis & querelis, movendis infra Regnum Angliæ adverſus Incolas ſive Subditos Pruciæ vel Hanſæ Teutonicæ ſupradictos, vel ab eis, ubi agetur de Contractu vel quaſi, delicto vel quaſi, qui vel quod prætendetur initus ſeu factus, initum ſive factum, extra Corpus cujuscúmque Communitatis Regni Angliæ committentur & deputabuntur, auctoritate Regiâ, duo vel plures Judices, juxta quod rei qualitas videbitur exigere, coram quibus & per quos hujusmodi cauſæ ſive querelæ, levato velo, & ſine ſtrepitu & figura Judicii, citiùs & compendioſiùs quo fieri poterit audiri debeant & terminari; ſi (videlicet) hoc ipſum petatur & requiratur ab illo vel illis de Prucia vel Hanſa Teutonica, per quem vel quos, ſeu contra quem vel quos, contigerit actionem hujusmodi moveri vel attemptari, & quòd eo caſu nullus Mercator vel Nauta de Hanſa Judicium Admiralitatis ſubire teneatur, nec ad hoc artetur quomodolibet in futurum, & quòd ſient Prohibitiones Regiæ Admirallo & ejus Officiariis, ac alii vel aliis quibuscúmque Judici vel Judicibus, prout opus erit, nè ſe de vel in hujusmodi cauſis ſeu querelis intromittant vel interponant partes ſuas quoquo modo; hoc ſemper acto quòd ſimilis Proviſio concedatur &

ANNO 1437. fiat Subditis ac Incolis Regni Angliæ, & Dominiorum eidem pertinentium, a *Magiſtro generali Pruciæ, & aliis Poteſtatibus & Superioribus Civitatum dictæ Hanzæ Teutonicæ*, ſufficientem & legitimam habentibus ad hoc Poteſtatem.

Item, quantum ad ſummam XIX M. CC. LXX. IV. *Nobilium*, iij *s.* iv *d.* Monetæ Angliæ,

Quam ſummam præfatus egregius Vir *Henricus* aſſerit & prætendit a *Domino noſtro Rege præfato Magiſtro* deberi,

Prætextu (videlicet) & vigore quarumdam Literarum Obligatoriarum, ſuper hoc ab, inclitæ recordationis, *Henrico Quarto Rege Angliæ*, avo dicti Domini noſtri Regis, confectarum,

Et ſe Procuratorem & Nuncium dicti Magiſtri ſpecialiter Deputatum & deſtinatum, ad ſummam hujuſmodi petendum & recipiendum a præfato *Domino noſtro Rege*,

De benignitate favoreque ſpeciali & Mandato præfati *Domini noſtri Regis* appunctuatum eſt & concordatum quòd,

Licet *idem Henricus* nec præfatas Literas Obligatorias, nec Literas in eas parte Procuratorias ſufficientes aut legitimas, exhibuerit vel habuerit ad manus,

Nichilominus præfatus *Dominus noſter Rex* eidem *Henrico* tradi faciet & liberari, nunc in manibus, ſummam *quingentarum Marcarum* Monetæ Angliæ, de qua ejusque traditione *idem Henricus* faciet Domino noſtro Regi Literas Acquietantiæ quas facere poterit, eum Cautione & Fidejuſſione ſufficienti, in Cancellaria Regis, de exhibendo quietantiam ſufficientem, Sigillo Magnifici *Magiſtri Pruſſiæ* munitam, de dictis *quingentis Marcis*, nunc per dictum *Henricum* levatis, infra octo menſes poſt datam præſentium indenturarum, atque de exhibitione præfatarum Literarum Obligatoriarum Principalium, aut eorum veri tranſſumpti ſub manu autentica ſlicujus Notarii, ac Sigillo Reverendiſſimi Patris Domini *Archiepiſcopi Bremenſis*, aut *Epiſcopi Lubicenſis*, fiendi, ſub viſu & præſentia alicujus ad hoc per *Dominum Regem*, ſi hoc decreverit, deputandi, citra Feſtum Paſchæ, quod erit in Feſto Paſchæ jam proximò futuro ad annum, Domino Theſaurario Angliæ facienda.

Item, concordatum eſt & concluſum quòd, inter Feſtum Paſchæ nunc inſtans, & Feſtum Paſchæ immediatè ſubſequens, idem Illuſtriſſimus *Dominus Rex eidem Henrico*, vel alteri, Literas Quietantiæ, legitimas & ſufficientes in ea parte, dicti *Magiſtri Pruſſiæ*, Angliæ Theſaurario liberanti, ſolvet vel ſolvi faciet Summam *quingentarum Marcarum* Monetæ Angliæ,

Et in eodem Feſto Paſchæ vel ejus Octavis præfatus *Dominus noſter Rex*, Hæredes, ſeu Succeſſores ſui ſolvet ſeu ſolvent, aut ſolvi faciet vel facient, præfato *Magiſtro Pruſſiæ*, ejusve Succeſſoribus, vel ſaltem ejus vel eorum Procuratoribus, in ea parte ſufficienter vel legitimè Deputatis, de Cuſtumis a Mercatoribus partium Pruiſſiæ & Hanzæ Theutonicæ, de eorum Mercimoniis in Anglia debendis, levandis & colligendis, de quibus Aldermannus Mercatorum Hanzæ, una eum Cuſtumariis Regis, ſibi retinebit & habebit Regiſtrum de conſenſu Illuſtriſſimi Domini Regis, *quingentas Libras Sterlingorum*,

Et ſic deinceps, ſingulis Feſtivitatibus Paſchæ, de eisdem Cuſtumis ſic levandis, de Anno in Annum, *Illuſtriſſimus Dominus Rex*, Hæredes, ſeu Succeſſores ſui ſolvet & ſolvent, vel ſolvi faciet ſeu facient, *quingentas Libras Sterlingorum*, quousque Summa prædicta, per præfatas Literas Obligatorias ut dicitur debita, ex integro fuerit perſoluta,

Dc & pro quibus ſolutionibus liberabuntur, de tempore in tempus, nedùm Literæ Acquietantiarum dicti *Magiſtri Pruiſſiæ*, in ea parte requiſitæ, verùm etiam Literæ Obligatoriæ ſupradictæ diviſim & ſucceſſivè, juxta quod continget Summas, diviſim in eis contentas, ex integro eſſe perſolutas; hoc ſemper ſalvo, caſu quo ſolutio prædictarum Summarum modo præmiſſo non fiat, quòd Literæ Obligationum prædictarum Summarum remanebunt ſemper in ſuis robore & vigore, quoad Summas reſtantes, & exſolvendas, ſet nondum ſolutas.

Item, quia quædam Literæ Obligatoriæ, factæ per *Magiſtrum generalem Pruiſſiæ Regi Angliæ*, notabiles Pecuniarum Summas continentes, a *Magiſtro Pruſſiæ Regi Angliæ*, ut dicitur, debitas,

De quibus mentionatum extitit in quodam Tractatu, inter Partes habito apud le Hagha in partibus Hollandiæ,

Jam exhiberi non poſſunt propter abſentiam Perſonæ, cujus cuſtodiæ dictæ Obligationes ſunt commiſſæ,

ANNO 1437. Concordatum eſt & concluſum, inter nos Commiſſarios antedictos & præfatum *Henricum*, quòd, quandocúmque & quamcitò, pro parte *Domini noſtri Regis*, fiet exhibitio præfatarum Literarum Obligatoriarum præfato *Magiſtro Pruiſſiæ*, ejusve Procuratori ſeu Deputato, extunc deductio fiet ſeu defalcatio de Summâ quæ dicto *Magiſtro Pruiſſiæ* reſtabit perſolvenda, de tanta (videlicet) quantum ex hujusmodi Literis Obligatoriis, *Regi Angliæ* ut dicitur factis, apparebit eſſe debitum,

Et, ſi contingat Summam hujusmodi, Literis Obligatoriis, Regi ut dicitur factis, comprehenſam, excedere Summam quæ deduci poterit de præfatâ, eo caſu *Magiſter Pruiſſiæ generalis*, pro tempore exiſtens, tenebitur ſolvere *Regi Angliæ*, pro tempore exiſtenti, Summam, quæ ſupererit, non ſoluram per deductionem ſeu defalcationem ſupradictam.

Item, concordatum eſt & concluſum,

Quòd quoad ipſos de Pruiſſia & Hanza, fiat executio cujusdam Statuti ſive Ordinationis Domini *Edwardi*, *nuper Regis Angliæ*, in effectu volentis & ordinantis ut,

Caſu quo Subditi, Illuſtriſſimi Domini *Regis Angliæ*, in cuſtodiam Matis Deputati, aliquem vel aliquos in Mari roberaverint & deprædati fuerint, qui Inimici, diffidati, vel alii Inimici notorii ipſius Illuſtriſſimi *Domini Regis* non fuerint,

Quòd commorantes in Portu vel Villa, unde dicti Subditi, in cuſtodiam Maris Deputati, exitum ceperunt, ad exſolvendum dictam prædam ſeu deroberationem effectualiter erunt obligati; præſtitis Cautione & Fidejuſſione ſufficientibus, ante eorum exitum, nè aliquem, qui ſit de Amicitiâ Illuſtriſſimi *Domini Regis*, roberare, capere, vel deprædari debeant; & quod æquſlis ordinatio & executio fiat, per ſingulas Civitates & Villas Pruiſſiæ & Hanſæ, ergs Subditos Regis Angliæ, imperpetuum obſervanda.

Item, quòd, pro executione & obſervatione omnium & ſingulorum præmiſſorum, pro quibus ſuperius proviſum non exiſtit, tàm dictus *Cancellarius Angliæ* pro tempore exiſtens, quàm etiam *Magiſter aut Cancellarius Pruciæ*, *Poteſtates*, *ac Conſules*, *& Proconſules Hanſeæ Teutonicæ*, dabit & concedet, dabúntque & concedent, hiis, qui penes eum vel eos ea de cauſa proſequi voluerint, totiens quotiens, Brevia Regis Literasque in ea parte utilia, neceſſaria, & quomodolibet oportuna.

Item, concordarum & concluſum eſt quòd, per præmiſſa ſcripta, nullis Tractatibus vel Appunctuamentis, habitis aut tractatis ante tempora data harum Indenturarum, inter Illuſtriſſimum *Dominum Regem Angliæ*, ſuosve Ambaſſiatores, ac *Magiſtrum Pruiſſiæ ſon Proconſules Communum Civitatum Hanſæ*, vel eorum Oratores aut Nuncios, ipſorum vel alterius eorumdem Sigillis munitis, præjudicium aliquod generetur; ſet quòd dicta Appunctuamenta in ſuis permaneant robore & virtute.

In quorum omnium & ſingulorum Teſtimonium atque fidem huic parti Literarum hujusmodi Indenturarum,

Penes, præfatos honorabiles & egregios Viros, *Henricum Vorrat* Civitatis Danſzik *Proconſulem Magnifici Magiſtri Pruiſſiæ*, *Johannem Clyngenbergh*, *Vichonem Van Hone*, Civitatum Lubick & Hamburgh Proconſules, *Franconem Keddeken* Decretorum Doctorem, & *Johannem Hertze* Civitatis Lubicenſis Prothonotarium, *Communium Civitatis Hanzæ* Oratores & Nuncios antedictos, pro parte Pruciæ & Hanzæ remanentl,

Nos, *Willielmus*, permiſſione divinâ, *Lincolnienſis Epiſcopus*, *Johannes Dominus de Tiptot*, *Willielmus Lyndewode* Cuſtos privati Sigilli Regii, *Henricus Frowyk* Aldermannus Civitatis Londoniæ, *Johannes Stokes*, & *Willielmus Sprynger*, Legum Doctores, Chriſtianiſſimi & Invictiſſimi Principis, ac Domini noſtri ſuppremi, *Henrici*, Dei gratiâ, *Regis Angliæ & Franciæ*, *ac Domini Hiberniæ* Commiſſarii antefati, Sigilla noſtra appoſuimus.

Dat. Londoniæ viceſimo ſecundo die menſis Martii, Anno Domini ſupradicto, & Anno ejusdem Domini noſtri Regis quintodecimo.

Nos itaque *Henricus*, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ*, *& Dominus Hiberniæ*,

Habentes certam & indubitatam notitiam de omnibus & ſingulis tractatis, communicatis, appunctuatis, & concluſis inter præfatos Commiſſarios & Deputatos noſtros

ANNO 1437. noſtros ex una parte, &, Nobiles & Egregios Viros, Ambaſſiatores, Commiſſarios, & Nuncios, dicti Magnifici Viri, *Magiſtri Pruciæ*, & *Communum Civitatum Hanzæ Teutonicæ* memoratos, ex altera,

Quorum Tractatûs, communicatorúmque, appunctuatorum, & concluſorum in eodem, Articuli, ſub forma inter ipſos conventa & concordata, de verbo in verbum ſuperiùs ſunt inſerti,

Eaque omnia & ſingula, nomine noſtro facta atque geſta, de certa ſcientia noſtra, nullo Juris ſeu facti errore ducti, gratanter acceptantes, approbamus, ratificamus, & confirmamus, volentes & decernentes eadem per nos, Hæredes, & quoscúmque Succeſſores noſtros Reges Angliæ, quantum in nobis eſt, necnon per Vaſſallos, Ligeos, & Subditos noſtros, perpetuis futuris temporibus, inviolabiliter obſervari debere.

In quorum omnium & ſingulorum fidem & Teſtimonium has Literas noſtras Patentes Sigilli noſtri fecimus appenſione muniri.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium* ſeptimo die Junii.

Per Breve de Privato Sigillo.

II.

1438. 31. Mars. *Treugæ inter* HENRICUM VI. *Regem Angliæ, & JACOBUM II. Regem Scotiæ in novem Annos concluſæ. Dat. Londoniæ ultimo die Martii* 1438. [RYMER, Fœdera, Conventiones, &c. Tom. X. pag. 688.]

HÆC INDENTURA, FACTA inter *Henricum Comitem Northumbriæ, Johannem Dominum de Typtot*, & *Willielmum Lyndwode* Cuſtodem privati Sigilli, Commiſſarios Chriſtianiſſimi Principis *Henrici*, Dei gratiâ, *Regis Angliæ &c.* & *Domini Hiberniæ*, ad infraſcripta ſufficienter & legitimè Deputatos, ex parte una, &, Nobiles Viros, *Alexandrum Dominum de Gordon, Alexandrum Dominum de Montgomorre*, Barones, ac circumſpectos viros, Magiſtrum *Johannem Methven* Præpoſitum Eccleſiæ Collegiatæ de Lynclouden, & *Johannem Vauſſo* Scutiferum, Commiſſarios Illuſtris Principis *Jacobi*, Dei gratiâ, *Regis Scotorum*, ad infraſcripta etiam ſufficienter & legitimè Deputatos, ex parte altera,

Prout ex eorum Commiſſionum Literis,

Quarum tenores ſequuntur & ſunt tales:

HENRICUS, Dei gratiâ, *Rex Angliæ* &c. & *Dominus Hiberniæ*, omnibus, ad quos præſentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd, de aviſamento & aſſenſu Concilii noſtri, aſſignavimus, deputavimus, & conſtituimus cariſſimum Conſanguineum noſtrum *Henricum Comitem Northumbriæ*, ac dilectum & fidelem noſtrum *Johannem Dominum de Typtot*, necnon dilectum Clericum noſtrum Magiſtrum *Willielmum Lyndwode* Cuſtodem Privati Sigilli noſtri, & duos eorum, Commiſſarios noſtros ſpeciales,

Ad conveniendum, nomine noſtro, cum Commiſſariis & Nunciis *Jacobi Regis Scotorum* Conſanguinei noſtri cariſſimi, conſimilem ſeu ſufficientem Poteſtatem habentibus,

Ac de & ſuper Treugis & Guerrarum Abſtinentiis, tàm per Terram, quàm per Mare, *inter nos & præfatum Conſanguineum noſtrum Regem Scotorum*, pro nobis, & Succeſſoribus noſtris, Regnis, Terris, Dominiis, & Subditis noſtris, & utriúsque noſtrûm, ſub modis, formâ, & conditionibus, & ad tempus, de quibus inter dictum Conſanguineum noſtrum *Regem Scotorum*, ejúsve Commiſſarios & Nuncios, ac præfatos noſtros Commiſſarios conveniri ac concordari poterit, communicandum, tractandum, ineundum, concordandum, & finaliter concludendum,

Cæteráque omnia alia & ſingula faciendum, expediendum, & exercendum, quæ in præmiſſis & circa ea neceſſaria fuerint ſeu quomodolibet oportuna, etiam ſi Mandatum exigant magis ſpeciale;

Promittentes, in verbo Regio, nos ratum, gratum, & firmum habituros quicquid per dictos Commiſſarios noſtros, tres, aut duos eorum, nomine noſtro, actum ſive geſtum fuerit in præmiſſis, ſeu aliquo præmiſſorum.

In cujus rei Teſtimonium has Literas noſtras fieri fecimus Patentes.

Teſte meipſo apud *Weſtmonaſterium* viceſimo die Martii, Anno Regni noſtri ſextodecimo. ANNO 1438.

Per Breve de Privato Sigillo.

STURGEON.

JACOBUS, Dei gratia, *Rex Scotorum*, univerſis & ſingulis, ad quorum notitiam præſentes Litteræ pervenerint, Salutem,

Sciatis quòd, de aviſamento & aſſenſu Concilii noſtri, deputavimus & conſtituimus, dilectos Conſanguineos noſtros, *Alexandrum Dominum de Gordon, Alexandrum Dominum de Montgomery*, Barones, dilectum Clericum & Secretarium noſtrum Magiſtrum *Johannem Methven* Præpoſitum Eccleſiæ Collegiatæ de Lynclovden, & *Johannem Vauſſo* Scutiferum, tres, & duos eorumdem, Commiſſarios & Nuncios noſtros ſpeciales,

Ad conveniendum eam Commiſſariis ſeu Deputatis, Sereniſſimi Principis, *Henrici Regis Angliæ* &c. Conſanguinei noſtri cariſſimi, conſimilem ſeu ſufficientem Poteſtatem habentibus, ad quemcúmque Locum, de quo inter eosdem Commiſſarios utriusque Partis convenientiùs poterit concordari,

Ac de & ſuper Treugis, ſeu Guerrarum Abſtinentiis, tàm per Terram, quàm per Mare, *inter nos & præfatum Conſanguineum noſtrum*, pro nobis, & Succeſſoribus noſtris, Regno, Terris, Dominiis, & Subditis noſtris, & utriusque noſtrûm, ſub modis, forma, & conditionibus, & ad tempus, de quibus inter dictum Conſanguineum noſtrum, ejusve Commiſſarios, ac præfatos noſtros Commiſſarios conveniri ac concordari poterit, communicandum, tractandum, ineundum, concordandum, & finaliter concludendum nomine noſtro,

Ac cætera omnia alia & ſingula faciendum, expediendum, & excercendum, quæ in præmiſſis & circa ea neceſſaria fuerint ſeu quomodolibet oportuna, etiam ſi Mandatum exigant magis ſpeciale;

Promittentes, in verbo Regio, nos ratum, gratum, & firmum habituros quicquid per dictos Commiſſarios noſtros, tres, aut duos eorumdem nomine noſtro actum ſive geſtum fuerit in præmiſſis, ſeu aliquo præmiſſorum.

In cujus rei Teſtimonium has Literas noſtras ſub Magno Sigillo noſtro fieri fecimus Patentes, apud *Edynburgh*, ultimo die menſis Novembris, Anno Domini milleſimo, quadringenteſimo, triceſimo ſeptimo, & Regni noſtri primo.

Satis liquet,

TESTATUR quòd prædicti Commiſſarii, in vim Poteſtatum & Commiſſionum eis per prædictos Reges attributarum, inierunt, concordârunt, & concluſerunt, ineunt, concordant, & concludunt bonas, firmas, & indubias, & inviolabiles Treugas, & Guerrarum Abſtinentias, ſeu Sufferentias; videlicet,

Per Terram particulares, occaſione exceptionum, ab utraque Partium, prout inferiùs describitur, factarum,

Et per Mare generales,

Pro dictis Regibus, corúmque Hæredibus, & Succeſſoribus, ac Regnis, Terris, Dominiis, Vaſſallis, Ligeis, & Subditis eorum quibuscúmque,

Duraturas, ab ortu Solis primi diei menſis Maii proximò futuri, per novem Annos extunc plena ìè complendos (videlicet) usque ad ortum Solis primi diei menſis Maii, quod erit Anno Domini milleſimo, quadringenteſimo, quadrageſimo ſeptimo.

Quibus quidem Treugis, Guerrarum Abſtinentiis, Sufferentiisve, durantibus concordatum eſt, hinc & inde, quòd uterque dictorum Regum, & quilibet Succeſſorum ſuorum, ceſſabit & ceſſari faciet per ſe, Vaſſallos, Ligios, & Subditos ſuos quoscúmque, omnes captiones, apprehenſiones, ſive priſas bonorum, Villarum firmatarum, Caſtrorum, Fortalitiorum, & aliorum Locorum quorumcúmque, necnon omnes inveſtiones, depræda tiones, rapinas, pillarias, roberias, incendia, demolitiones domorum & murorum, proſtrationes arborum, tàm portantium fructus quàm aliarum quarumcúmque, per omnia Regna, Terras, Dominia, ſeu Loca quæcumque alteri eorum Regum ſubdita, ſubjecta, ſeu quoquo modo pertinentia, ac omnia alia & ſingula facta Guerræ, tàm per Terram (ſalvis locis inferiùs exceptis) quàm generaliter per Mare;

Excipitur autem a præſentibus Treugis,

De Terris præfati Sereniſſimi Principis *Henrici*, Dei

ANNO 1438. gratiâ, *Regis Angliæ*, &c. tota illa Portio de Regno Angliæ, quæ eſt ex parte Auſtrali Montis Sancti Michaelis, quæ eſt in Cornubia, usque Mare,

De Terris, præfati Sereniſſimi Principis, *Jacobi Regis Scotorum*, tota illa Pars Regni Scotiæ, quæ eſt ex parte Boriali Fluminis de Soty, inter Moraviam & Roſſiam, usque Mare.

Item, quòd nullus prædictorum Regum, aut Succeſſorum ſuorum ſupradictorum, Treugis durantibus, portabit, faciet, infetet, nec a Vaſſallis, Ligeis, & Subditis ſuis quibuscúnque portari, fieri, aut inferri permittet alteri eorumdem Regum, in Regnis, Terris, Dominiis, ſeu Locis quibuscúmque iplorum, alteri Regi ſubditis, & ſubjectis, ſeu quoquomodo pertinentibus, vel aliis, per Terram (ſalvis præexceptis) aut per Mare, Guerram, moleſtiam, nocumentum, invaſionem, dampnum, ſive gravamen.

Item, quòd, ſi, durantibus dictis Treugis, ſeu Guerrarum abſtinentiis, ſive ſuſſerentiis, contingat aliquos cum ſuis dictorum Regum aut Succeſſorum ſuorum Ligeos ſive Subditos (cujuscúmque ſtatûs, gradûs, ſive conditionis, etiam ſi Mercatores, Peregrini, vel Piscatores fuerint) navigando ex cauſâ licita & rationabili quacúmque, & præſertim mercandiſandi, peregrinandi, ſeu piscandi, vi tempeſtatis aut ventorum impellente, applicari in aliquo Portuum vel Loco alio alterius Partis, non licebit alteri Parti, aut ejus Subditis, per ſe, vel alios, ipſos aut eorum Naves vel Bona, capere; ſed licebit eisdem, ſic impulſis, aut ex aliâ juſtâ, neceſſariâ, ſeu rationabili cauſâ ad Terram venientibus, ut præfertur, & debent, unà cum eorum Navibus & Bonis, liberè ab hujusmodi Portu locove alio, quamcitius commodè valeant, recedere absque impedimento quocúmque, per alteram Partem ſibi dando; non obſtantibus Privilegiis, Libertatibus, ſive Immunitatibus quibuscúmque, per quoscúmque prius conceſſis & indultis; &, ſi aliquid factum vel attemptatum fuerit in contrarium præſentium Treugarum, illud legitimè reparabitur, ad priſtinum & debitum ſtatum, per Partem illam, ex quâ ſeu per cujus Subditos ſic attemptatum fuerit, absque contradictione ſeu difficultate quacúmque.

Item, ſi interim contingat aliquem ſeu aliquos Ligeum vel Ligeos unius Partis vel alterius, naufragium paſſos aut notoriè infirmos, aut Victualibus carentes, ad Terram applicare, aut in Terrâ, ſine culpâ eorum, fraude, vel malo ingenio, ſeu aliàs, dimiſſos ſeu relictos, poſt applicationem hujusmodi Nautis recedentibus, licebit eisdem, & eorum cuilibet, cum Literis Teſtimonialibus, ſibi, ſub moderatis expenſis, absque difficultate concedendis, Portus Villæ, vel Communitatis, alteriúsve loci ubi applicuerint, ſine aliis Literis ſalvi conductûs in recenò, cum omni feſtinatione accommoda, ad Partes proprias ſalvò & ſecurè tranſire; proviſo tamen quòd interim Regi, Regno, aut Ligeis præjudicialia non attemptent ſeu procurent.

Item, quòd, ſi, eisdem durantibus Treugis, contingat aliquem vel aliquos, alterutrius dictorum Regum non Subditum ſive non Subditos, Navem vel Naves, Perſonam vel Perſonas, Mercandiſas, Res, ſeu Bona quæcúmque alicujus Subditorum dictorum Regum capere, & eam, eas, vel ea in Terram vel Portum alicujus ipſorum Regum adducere, quòd non licebit alicui Regum ipſorum, nec alicui Subdito vel Ligeo alicujus ipſorum, ſeu alteri, infra Regnum ipſum moranti, Navem vel Naves, Perſonam vel Perſonas, Mercandiſas, Res, ſeu Bona hujusmodi, ſic capta & adducta, emere ſeu quovis modo ad utilitatem ſuam propriam recepture, absque conſenſu ejus vel eorum ad quem vel quos Bona hujusmodi ante ipſorum captionem verè pertinebant;

Quòd, ſi, per aliquem prædictorum, quicquam in contrarium hujus Ordinationis factum vel attemptatum fuerit, tunc Perſonæ Bonáque ipſa, ſic empta vel receptata, illi vel illis, ad quem vel quos, ante captionem hujusmodi Bona verè pertinuerunt (dolo, fraude & malo ingenio quibuscúmque ceſſantibus,) reſtituantur eo modo quo reſtitui deberent ſi a Subdito vel a Subditis alicujus Regum prædictorum caperentur; & nichilominus ſic attemptans, tanquam violator harum Treugarum, per ipſum, ad quem ſpectat, acerimè puniatur.

Item, ſi, præſentibus Treugis durantibus, Navis aliqua alterius Regnorum prædictorum vi tempeſtatis, vel aliâ rationabili de cauſâ, in præſentibus Treugis contentâ, in aliquem Portum vel Locum alium alterius Regnorum hujusmodi impellatur vel accedat, quòd non licebit alicui dictorum Regum, nec alicui Subditorum ſuorum, Navem ipſam, Perſonam, vel Perſonas, Mercandiſas, Res, ſeu Bona, in eadem exiſtentes vel exiſtentia, integraliter vel in parte arreſtare vel detinere ob aliquod debitum ſingulare eujusvis Regum prædictorum, ſeu Subditorum, vel Subditi alterius eorumdem; quòd, ſi in contrarium hujus Ordinationis quicquid a quocúmque attemptatum fuerit, ſic attemptans, etiam tanquam violator Treugarum, puniatur ut ſupra: ANNO 1438.

Et, nè Creditor quivis hujusmodi ſuâ in hac parte Juſtitiâ defraudetur, ſi pro debito ſuo proſequi voluerit, habebit ſine difficultate Literas ſalvi Conductûs a Guardiano vel Guardianis Marchiarum unius Partis vel alterius, ut opus erit, ad finem proſequendi pro Juſtitiâ ſuâ coram Conſervatoribus Treugarum vel Deputatis eorum illius Partis, infra cujus Diſtrictum moratur ipſe Debitor principalis; contra quem ſi Creditor, ſic proſequens, per confeſſionem Partis, per Teſtes, Inſtrumenta, aliave Documenta legitima obtinuerit, & debitum ipſum ſufficienter probaverit, condemnabitur idem ipſe Debitor, non ſolum in ſorte principali, ſed in expenſis legitimis, dampnis, & intereſſe, quæ Creditor hujusmodi fecerit & perpeſſus fuerit occaſione non ſolutionis debiti antedicti.

Item, quòd, ſi, durantibus Treugis ipſis, contingat aliquam Navem alterius Regnorum prædictorum, onuſtam Perſonis, Mercandiſis, Rebus, aut Bonis aliis, in aliquo loco Maris aut in Terra, propè aliquod vel in aliquo Regnorum prædictorum, naufragium pati aut rumpi, & aliqua Perſonarum exiſtentium in Navi, ſic Naufragium paſſâ vel ruptâ, ſuperſtes remanſerit (ceſſantibus in ea parte dolo, fraude, vel malo ingenio quibuscúmque) Mercandiſæ, Res, & Bona quæcúmque, de dicta Navi projecta, ſive ex eadem extracta, vel in Mari collecta, vel ad Terram venientia, ſeu aliis quovis modo recepta & ſalvata, per eos, ad quorum manus Mercandiſæ, Res & Bona hujusmodi primò devenerunt, nullateaus diſſipentur, diminuantur, alienentur, dividantur, nec quovis modo ſubtrahantur, aut concelentur, ſed integra, ſine diminutione principali quacúmque, Gubernatori illius Dominii ſive Loci, in quod vel in quem dicta Bona devenerint, ſeu ejus Deputato, fidelitet & ſine fraude liberentur atque tradantur, ad uſum & utilitatem illius vel illorum, ad quem vel quos Bona ipſa, rei veritate inſpectâ, pertinere noscuntur, conſervanda: cui vel quibus, infra ſpatium unius Anni, a tempore notitiæ Naufragii vel ruptuæ Navis hujusmodi computandum, licebit, pro recuperatione & reſtitutione Rerum, Mercandiſarum, & Bonorum hujusmodi, proſequi coram Judice in ea parte competenti; quæ Bona ſic proſequenti vel proſequentibus tealiter & effectualiter tradi, liberari, & reſtitui debent; ſolutis tamen & refuſis expenſis & ſumptibus rationabilibus, factis circa collectionem, ſalvationem, & conſervationem Bonorum eorumdem; proviſo ſemper quòd Perſona vel Perſonæ, ſuperſtes vel ſuperſtites ex eadem Navi, ad Terram venientes, ad ſtatum, juxta effectum & tenorem præſentium Treugarum, liberè dimittantur.

Item, ſi interim Navis aliqua, unius vel alterius Partis, Perſonis, Rebus, Mercandiſis, aut Bonis onuſta, applicuerit rupta in Portum aliquem vel Locum alium alicujus Regnorum prædictorum, pro qua reficienda Navem ipſam, Perſonas, Metces, Res, & Bona contenta in eadem, oporteat in Terram deponi, quòd in hoc caſu Perſonæ, Merces, Res, & Bona ipſa, ſic depoſita, absque impedimento & ſine ſolutione Cuſtumæ cujuscúmque, in eandem Navim, cùm teſecta fuerit, vel in aliam teponantur, & liberè abducantur; Proviſo tamen quòd pro Mercibus, Rebus, Bonis, & Mercandiſis ibidem venditis Cuſtumæ & cætera Deveria, in ea parte debita, fidelitet exſolvantur.

Item, quòd, durantibus dictis Treugis, non licebit coiquam Subditorum alicujus Regum memoratorum, aut alicui alteri inhabitanti Regnum, Terras, Dominia, ſeu Loca alterius eorumdem, per ſe, vel per alium, quascúmque lanas aut pelles lanutas emere vel alio modo recipere, de uno Regno in aliud ipſorum, per Terram, vel per Mare, vehendas, auferrendas, aut asportandas; ſed lanæ ipſæ & pelles lanutæ, prout aliàs pro eis ordinatum & diſpoſitum eſt, absque fraude malove ingenio quocúmque, diſponantur ſecundum Leges & Conſuetudines alterutrius Regnorum prædictorum.

Item, quòd, ſi eisdem durantibus, contingat aliquam Navem, alterius Regnorum ſeu Dominiorum hujusmodi, Mercandiſis onuſtam, cum Perſonis in ea contentis, per Mare, pro Victualibus habendis, ad aliquem Locum alterius eorumdem declinare, in caſu quo ſic decli-

ANNO 1438. declinans non habeat Pecuniis pro hujusmodi Victualibus promptè solvendas, set per venditionem Mercium & Mercandisarum licitarum pro ipsis Victualibus satisfaceré voluerit, quòd tunc liceat Personis hujusmodi aliquas de Mercandilis suis vendere (videlicet) pro quantitate Victualium Pertonis adtunc existentibus in dicta Navi necessariorum, precio quo inter Partes concordari & convenire poterit; ita tamen quòd Cultumæ & cætera Deveria, alteri ipsorum Regum pro Mercibus & Mercandilis sic vendidis debita, indelibre exolvantur, & quòd cæteræ Mercandisæ, in eadem Navi remanentes, eis, ad quos pertinent, liberè remanent quo voluerint asportandæ.

Item, quòd, si pro tempore præsentium Treugarum contigerit aliquem ex Personis, superius memoratis, unius Partis aut alterius, contra vim, formam, & effectum præsentium Treugarum capi, spoliari, seu deprædari Mercandilis, Bonis, aut Rebus suis per Ligeos, Subditos, seu Subjectos alterius Partis eorumdem, licebit eidem sic capto, spoliato, seu deprædato prosequi & convenire, ad effectum (videlicet) restitutionis seu recuperationis sibi fiendæ, non soluni ipsos principales capientes, spoliantes, seu deprædantes, verum etiam illos, ad quorum manus Mercandilæ, Res sive Bona lua devenerint, necnon illos qui Malefactores, Spoliatores, seu Prædones hujusmodi scientur receptaverint, ac Civitates, Villas & Communitates Portuum & aliorum Locorum, in quibus hujusmodi Mercandisæ, Res, sive Bona, contra præfectos Treugas sic, ut præfertur, capta, recepta, fuerint vendita, sive distributa.

Item, quòd, si, Treugis istis durantibus, contingat aliquid contra vim, formam & effectum earumdem Subditis alicujus dictarum Partium super Mare attemptari, licebit illi vel illis, contra quem aliquid sic fuerit attemptatum, petere & obtinere reparationem seu restitutionem attemptatorum hujusmodi coram Conservatoribus earumdem Treugarum aut Gardianis Marchiarum, prout magis sibi videbitur expedire.

Item, si aliqui de una parte capiant aliquod Fortalitium super aliam Partem, ipse, super & adversus quem hujusmodi Fortalitium captum fuerit, poterit illud recuperare per viam facti vel aliter quoquo modo, prout melius poterit, & etiam poterit punire Malefactores in ea parte secundùm exigentiam casus: & tenebuntur Conservatores Partis illius, cujus Subditus Fortalitium hujusmodi ceperit, succurrere & juvare ipsum, super & adversus quem hujusmodi Fortalitium captum fuerit, ad ipsum recuperandum quamcitiùs & quàm diligentius poterit, sumptibus ipsius Partis offendentis: vel, si magis placuerit, ipse super quem hujusmodi Fortalitium captum fuerit, requirere poterit & summare Regem & Conservatores alterius Partis, seu eorum Deputatos, quòd sibi reddi faciant & restitui dictum suum Fortalitium, & illos, qui Fortalitium hujusmodi ceperint puniendos; quod ipti pro posse facere & perimplere tenebuntur absque fraude, dolo aut malo ingenio.

Item, concordatum est quòd, si aliqui ex Vassallis Ligeis aut Subditis unius Partium prædictarum deliquerint in Territorio alterius Partis, liceat Parti, in cujus Territorio sic deliquerint, ipsos capere & punire secundùm Leges Patriæ in qua deliquerint & exigentiam delicti per ipsos commissi seu perpetrati; si verò illi sic capti non fuerint, ut præmittitur, set se retraxerint in Dominium ipsius Regis cujus sunt Subditi, Conservatores illius Partis requisiti tenebuntur liberare Personas hujusmodi Malefactorum puniendas, ut præfertur, Conservatoribus alterius Partis hoc requirentis, aut eorum Deputatis in Matchia ubi desiquerint; Si verò iidem Malefactores se occultaverint, latitaverint, seu effugerint, ita ut capi non possint, Rex, cujus Subditi exiterint, debet eos mox pro perpetuo forbannire ab omnibus Locis suæ Ditioni subjectis, quos extunc nullo unquam tempore restituet, neque permittet ingredi vel inhabitare Loca, ut præfertur, suæ Ditioni subjecta, nisi Malefactores ipsi prius subierint Justitiam, & plenè satisfecerint alteri Parti, contra quam sic attemptaverint, de attemptatis hujusmodi sive delictis per ipsos, ut præfertur, perpetratis; Et, licet aliquis talis Malefactor sic bannitus fuerit, seu absque bannitione sic, ut præfertur, captus exiterit, nihilominus tenebuntur Conservatores Partis illius, cujus idem Malefactor Subditus extiterit, reparare attemptata de Bonis hujusmodi Malefactoris, quatenus se extendere poterunt; Si verò idem Malefactor, sic captus sive deprehensus, non habeat in Bonis undè satisfacere valeat in hoc casu, & gravius punietur & luet in corpore; Et quicúmque Malefactorem hujusmodi scienter receptaverit, celaverit, aut consilium el dederit, auxilium seu favorem, ad eandem in omnibus satisfactionem & pœnam tenebitur, ad quam faciendam & subeundam teneretur hujusmodi Malefactor si posset apprehendi. ANNO 1438.

Item, quod, si (quod absit) aliquid in contrarium præmissorum seu præsentium Treugarum aut alicujus partis earumdem per Terram (exceptis prius exceptis) sive per Mare fieri vel attemptari contigerit, per hoc tamen præsentes Treugæ non erunt, censebuntur, aut reputabuntur ruptæ, tractæ, vel adnullatæ; set nihilominus in suo robore permanebunt & vigore, nec Guerræ pro eo fieri debent ab una Parte vel ab altera, nec priliæ Personarum, nec destructiones sive captiones bonorum, nec Obtidiones Villarum aut Castrorum aut Fortallitiorum, nec Homicidia, Murthra, aliave quæcúmque in contrarium præmissorum, a quocúmque attemptari sive commissi; sed reparabuntur & reponentur in statum pristinum & debitum maleficia, attemptata, & interpriliæ hujusmodi quæcúmque per Conservatores & Commissarios illius Partis, cujus Subditi sic attemptaverint, offenderint, seu maleficerint, vel aliàs lecundum modum superius recitatum; qui verò contra fecerit (videlicet) movendo Guerram, seu obsidendo, invadendo, aut capiendo Villas vel Fortalitia, aut faciendo homicidia sive murthra, propter aliquod attemptatum ex parte altera, aut præter Auctoritatem & Decretum Conservatorum, faciendo prilias Personarum, aut destructiones seu captiones bonorum, eo ipso cadat a causa sua, & nichilominus punietur juxta delicti sui exigentiam, ac restituet & reparabit alteri Parti omne illud in quo etiam laserit & ceperit ab eadem.

Item, quòd, si aliquis Subditorum unius Regum prædictorum contrahat vel quasi, seu delinquat vel quasi, Insta Regnum, Terram, sive Dominium illius ex Regibus cujus idem contrahens vel delinquens est Subditus, & extunc pro vitanda Justitia se subtrahat & effugiat in Locum quemcúmque subditum sive subjectum alteri ex eisdem Regibus cujus Subjectus non extiterat, & illic deveniat homo ligius illius Regis, nichilominus compelletur ad respondendum, & satisfaciendum, ac subeundum Justitiam de debito seu delicto suo hujusmodi coram Conservatoribus Treugarum utriusque Partis seu eorum Deputatis, æquè ut satisfacturus & subiturus fuisset si permansisset sub fide & ligeantia illius Regis cujus Terram & Dominium effugit; si verò in sola fuga præsteterit, nec tamen devenerit homo ligeus illius Regis in cujus Terram sic confugit, eo casu remittetur & restituetur illi Parti cujus Ligius & Subditus fuerat, pro Justitia de eo prout sibi videbitur faciendа; si verò aliquis Subditorum unius Regum prædictorum se subtrahat in Regnum seu Dominium alterius tanquam Fugitivus, Proditor, aut Rebellis, & ibidem recipiatur sub assecurantia aut salvo conductu, Rex ille, seu ejus Gardianos, vel ejus Deputatus, in cujus Regno hujusmodi Fugitivus seu Malefactor sic receptatur & assecuratur, requisitus super hoc per alium Regem, seu ejus Gardianum, aut Deputatum, tenebitur, infra quadraginta dies post requisitionem hujusmodi sequentes, omnem assecurantiam & salvum conductum hujusmodi fugitivo concessum revocare & adnullare, & ipsum, ut superius est expressum, remittere & destinare; & quamquam talis Proditor aut Rebellis offerat Parti, ad quam taliter subterfugit, Juramentum Ligeantiæ seu Fidelitatis, in hoc casu non recipietur ad Ligeantiam seu Juramentum quousque quadraginta dies lapti fuerint post oblationem hujusmodi Juramenti & Ligeantiæ taliter factam.

Item, quòd, si, præsentibus Treugis durantibus, nichilominus aliqui Subditorum unius dictorum Regum de facto vadant in auxilium Hostium sive adversariorum alterius ipsorum Regum, licebit illi Regi & Subditis suis, adversus quem & in cujus Hostium seu Adversariorum auxilium sic transierint, ipsos cundo, manendo, seu redeundo deprehendere, præsentibus Treugis non obstantibus.

Item, ut Treugæ prædictæ eo firmiùs & meliùs conserventur, quo cuilibet ex Subditis Partium prædictarum conqueri volenti liberior, pateat facultas Justitiam suam prosequendi, concordatum est quòd, si aliquis ex Subditis alicujus Partium prædictarum quicquam deprædatus fuerit seu attemptaverit infra Marchias aut Terram alterius Partis, & post depredationem hujusmodi seu attemptatum fugiendo reverterur in Marchias sive Terram illius Partis cujus est Subjectus, licebit illi, contra quem sic attemptaverit, in recenti (videlicet) infra sex dies computando a tempore delicti sic attemptati sive commissi, auctoritate præsentis Concordiæ, abs-

ANNO 1438. que aliis Literis de ſalvo conductu, proſequi illum Malefactorem, & ipſum ſic proſequendo intrare ſalvò & ſecure Marchiam ſive Terram in quam idem Malefactor ſe retraxerit; vel, ſi ſibi melius videbitur poterit, iuſtra prædictos ſex dies, vel etiam quaudocúmque poſtea, adire unum ex Gardianis Marchiarum alterius Partis vel ejus Deputatum; & ideirco concordatum eſt quòd tàm Gardiani Marchiarum Angliæ verſus Scotiam, quam Gardiani Marchiarum Scotiæ verſus Angliam, dare poterunt bonas & ſufficientes Literas de Salvo conductu (videlicet) quilibet Gardianorum unius Partis hujusmodi Literas de ſalvo conductu Subditis alterius Partis pro veniendo & proſequendo Juſtitiam ſuam penes Regem, ſeu Concilium ſuum, aut Conſervatores illius Partis, per cujus Subditum ſeu Subditos dicit ſe læſum, factâ primitus fide per eum coram ipſo Gardiano quòd (omni dolo, fraude, & malo ingenio ceſſantibus) ad hoc ſolùm petit hujusmodi Literas de ſalvo conductu, ut, juxta quod præfertur, proſequatur cauſam & Juſtitiam ſuam, & quòd eas efficaciter, quantum in ſe eſt, proſequetur & proſequi intendit.

Item, quòd, durantibus præſentibus Treugis, non admitteutur nec recipientur ad Officia, nec ſuper Aſſiſas, nec ad perhibendum Teſtimouium Perſonæ infames, Rebelles, Fugitivi, Proditores unius Partis vel alterius, aut convicti per Aſſiſam; ſed boni, fideles, juſti, fide digni, & inſuſpectæ Perſonæ.

Item, quòd, durantibus Treugis hujusmodi, gentes unius Partis vel alterius non ingrediantur Terras, Boſcos, Nemora, Foreſtas, Warennas, Loca, vel Dominia quæcúmque alicujus Subditi alterius Regum prædictorum, cauſâ venandi, piſcandi, aucupandi, diſportum aut ſolatium aliquod in eisdem exercendi, aliáve quacúmque de cauſa, absque licentiâ ejus vel eorum, ad quem vel quos Locus vel Loca ipſa pertinet aut pertinent, ſeu Deputati ſui, petitâ primitus & obtentâ; &, ſi contingat beſtias ſeu animalia alicujus Subditi alterius Partis ingredi, aut Gramen & Herbam ibi crescentem depascere, alióve modo illi, cujus eſt ſolum, injuriam ſive dampnum inferre, quòd ab hoc neuter Partium hujusmodi dampnum ſive injuriam ſibi factam propriâ auctoritate ulciscatur, ſed id, quod malefactum eſt, ſecundùm Legem & Conſuetudinem, obſervatas in Partibus ubi dampna & injuria talia facta ſunt, efficaciter emendabitur ut eſt juſtum.

Item, ut eo fortius & ſecutius Treugæ præſentes & inviolabilius obſervenţur, quo bonis proviſionibus roboratæ fuerint & vallatæ, proviſum eſt hinc & inde quòd, attentâ ætate tenerâ Illuſtris Principis *Jacobi Regis Scotiæ* moderni, Magnates dicti Regni Scotiæ, necnon Concilia ii quicúmque ipſius Regis, ad Sacroſancta Dei Evangelia, coram eis poſita & tacta, jurabunt quòd præſentes Treugas, cum omnibus & ſingulis Capitulis & Articulis earumdem, bonâ fide, absque dolo, fraude, malove ingenio quocúmque, obſervabunt, & per alios, quantum in eis eſt, obſervari facient, & quòd nullo usquam tempore durationis earumdem Treugarum, per ſe, vel per alios, eàm vel paàm, directè vel indirectè, eas in aliqua ſui parte violabunt, nec violari facient aut permitteut:

Et conſimile juramentum præſtabunt omnes & ſinguli Guardiani Marchiarum unius Partis & alterius præſentes & futuri, ac omnes Viri notabiles prope dictas Marchias, & in eisdem, a Villa de Novo Caſtro in Anglia ex una parte, & a Villa de Edynburgh in Scotia inhabitantes parte ex altera:

Quod quidem juramentum omnium & ſingulorum prædictorum fieri debet, publicè & ſolemniter, citra primum diem menſis Maii proximò futurum,

Dominorum (videlicet) Procerum & Magnatum ac Conciliariorum *Regis Scotiæ*, & Guardianorum Marchiarum ſuarum in manibus ejusdem Regis, vel Commiſſariorum ſuorum ad hoc Deputatorum,

Gardiani autem vel Gardianorum Marchiarum Angliæ in manibus *Regis Angliæ*, vel Commiſſariorum ſuorum ad hoc Deputatorum,

Cæterorum, verò ex una parte vel ex alterâ, prope Marchias, ut præfertur, inhabitantium, in manibus Guardianorum Marchiarum earumdem; Anglicorum (videlicet) in manibus Gardianorum Marchiarum Angliæ, Scottorum in manibus Guardianorum Marchiarum Scotiæ:

Nomina autem eorum, qui ſic juraverint, infra menſem, poſt præſtationem ejusdem Juramenti, certificabuntur alterutrim auctenticè Guardianis ſingulis Marchiarum prædictarum, ut apud ipſorum ſingulos nomina ſic juramtinm maneant de recordo.

Item, concordatum eſt quòd utráque Partium publicari faciet & notificari dictas Treugas Subditis ſuis, citra primum diem menſis Maii proximò futurum;

ANNO 1438.

Et ſunt & erunt Conſervatores Treugarum prædictarum pro dictis Regibus, & eorum Regnis, Terris, Dominiis, Locis, & Perſouis quibuscúmque eis ſubjectis, tàm per Terram (exceptis præexceptis) quàm per Mare; videlicet,

Pro parte dicti *Henrici Regis*,
Avunculus ſuus *Humfridus Glouceſtriæ*,
Et Conſanguineus ſuus *Johannes Norffolciæ*,
Duces:
Ricardus Sarum,
Henricus Northumbriæ,
Et *Radulphus Weſtmerlandiæ*,
Comites:
Johannes de Grayſtoke,
Et *Thomas de Dacre*,
Barones:
Radulphus Gray,
Johannes Bertram,
Robertus Ogle,
Chriſtoferus Corwin,
Chriſtoferus Moresby,
Henricus Fenwyk,
Et *Willielmus Swynbourn*,
Milites:
Omnes Admiralli Maris prædicti *Regis Henrici*,
Et *Cuſtodes Marchiarum Angliæ* verſus Scotiam,
Pro parte verò prædicti *Regis Jacobi*,
Archebaldus Dux Turonæ Comes de Dowglas,
Jacobus Comes de Angusia,
Alexander Comes de Crawfurd,
Jacobus Comes de Auendale,
Alexander Dominus de Gordon,
Walterus Dominus de Drilton,
Thomas Dominus de Somerwyle,
Herbertus Dominus de Carlanerok,
Alexander Dominus de Mountgomorre,
Willielmus Dominus de Crechton,
Adam Dominus de Halis,
Archebaldus de Douglas Vicecomes de Trividale Miles,
Thomas de Kilpatrik Miles,
Et *Walterus Scot* Miles,
Omnes Admiralli Maris prædicti *Regis Jacobi*,
Et *Cuſtodes Marchiarum Scotiæ* verſus Angliam,
Qui quidem *Humfridus* & *Johannes* Duces; *Ricardus*, *Henricus*, & *Radulphus*, Comites; *Johannes* & *Thomas*, Barones; *Radulphus*, *Johannes*, *Robertus*, *Chriſtoferus*, *Henricus* & *Willielmus*, Milites:
Et *Archebaldus* Dux, *Jacobus*, *Alexander* & *Jacobus*, Comites; *Alexander*, *Walterus*, *Thomas*, *Herbertus*, *Alexander*, *Willielmus*, & *Adam*, Barones; *Archebaldus* Vicecomes, *Thomas* & *Walterus*, Milites; hinc & inde habebunt plenum poſſe ſoli & in ſolidum, ac *Cuſtodes* & *Admiralli*, in Locis Cuſtodiæ & Admirallatûs ſuorum, ad reparandum & emendandum omnia dampna, attemptamenta, & exceſſus, facta & perpetrata, facienda & perpetranda, contra tenorem dictarum Treugarum, & puniendum Malefactores ſecundum caſuum exigentiam.

In cujus rei Teſtimonium Nos,

Alexander Dominus de Gordon.
Alexander Dominus de Mountgomorre,
Barones;
Magiſter *Johannes Methven*,
Et *Johannes Vauſſe* Scutifer,
Commiſſarii Illuſtris Principis *Jacobi*, Dei gratiâ, *Regis Scottorum* prædicti,

Huic Parti INDENTURÆ, apud Chriſtianiſſimum Principem *Henricum*, Dei gratiâ, *Regem Angliæ &c.* memoratum REMANSURÆ, Sigilla noſtra appoſuimus Londoniæ, ultimo die Martii, Anno Domini milleſimo, quadringenteſimo, triceſimo octavo; & Anno Regni dicti Illuſtriſſimi Principis *Jacobi Regis Scotorum* primo.

MEMORANDUM, *quòd iſta* PARS INDENTURÆ, *per prædictos Commiſſarios dicti Regis Scotorum* Sigillata, *& in Cancellaria Domini Regis* Irrotulanda *liberata, per* Johannem Franck *Clericum, Cuſtodem Rotulorum ejusdem Cancellariæ, in præſentia Domini Cancellarii Angliæ, liberata fuit* Radulpho Domino de Combewell, *Theſaurario Angliæ, vicesimo die Junii, Anno Regni dicti Domini Regis xvii. ad eandem Partem in Theſauraria ipſius Domini Regis ſalvo cuſtodiendam.*

III.

ANNO 1439.

III.

12. Dec. *Conventio inter* HENRICUM VI. *Regem Angliæ & Henricum Episcopum Monaſterienſem inita, qua dictus Epiſcopus Vaſſallus Homagialis ſit dicti Regis pro annua ſolutione 400. Nobilium Monetæ Anglicanæ. Datum 12. Decembris 1439.* [RYMER, Fœdera, Conventiones, &c. Tom. X. pag. 741.]

ATTESTATUR PRÆSENTE INDENTURA, FACTA Londoniæ, duodecimo die Decembris, Anno Domini milleſimo, quadringenteſimo, triceſimo nono, inter Nos *Johannem Dominum le Scrop* Militem, *Willelmum Lyndewode* utriuſque Juris Doctorem Cuſtodem Privati Sigilli Regii, & *Johannem Stretbwait* in utroque Jure Baccallarium Canonicum & Præcentorem Cathedralis Eccleſiæ Wellenſis, Sereniſſimi & Metuendiſſimi Principis & Domini noſtri, Domini *Henrici*, Dei gratiâ, *Regis Angliæ & Franciæ, & Domini Hiberniæ*, Commiſſarios & Deputatos ex unâ, & Honorabilem Virum Dominum *Iſbrandum de Merwyck* Canonicum Collegiatæ Eccleſiæ Sancti Ludgeri Monaſterienſis, Reverendi in Chriſto Patris Domini *Henrici*, eâdem gratiâ, *Monaſterienſis Eccleſiæ Epiſcopi*, &c. Procuratorem & Nuncium, ad præſentiam Serenitatis Regiæ pro Ligis & Amicitiis inter ipſos Dominos Regem & Epiſcopum tractandis, paciſcendis, & concordandis, & aliis Negotiis factum Amicitiarum hujuſmodi concernentibus, per ipſum Dominum Epiſcopum deſtinatum & transmiſſum ex parte alterâ,

Quorum quidem Commiſſionum & Procuratoriorum Tenores ſequuntur de verbo ad verbum, & ſunt tales,

HENRICUS, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ*, omnibus, ad quos præſentes Litteræ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm nuper Anno Domini milleſimo, quadringenteſimo, triceſimo ſexto, Reverendus in Chriſto Pater Dominus *Henricus*, eâdem gratiâ, *Monaſterienſis Eccleſiæ Epiſcopus* certos ſuos ſolempnes Ambaſſiatores, Procuratores, five Nuncios, videlicet, *Johannem Upingrave* Præpoſitum Eccleſiæ Andreæ Colonienſis, *Arnoldum de Breympt* Armigerum, & *Johannem de Coesfeldia* Decretorum Doctorem, ad Nos & Regnum noſtrum Angliæ, ad conveniendum & tractandum unà nobiſcum, ſeu alio vel aliis per nos deputandis, de & ſuper nonnullis Materiis, Ligas, Amicitias, ſubventiones, & auxilia, necnon Homagii & Fidelitatis Sacramentum concernentibus, transmiſerit,

Super quibus quidem Ligis, Amicitiis, mutuisque ſubventionibus & auxiliis per certos fideles & dilectos noſtros, quorum Nomina præſentibus haberi volumus pro expreſſis, ac Procuratores five Nuncios prædictos ipſius Domini *Henrici Epiſcopi Monaſterienſis*, actum, factum, dictum, procuratum, appunctuatum, & concluſum fuit, prout in Cedulâ quâdam indentatâ deſuper confectâ pleniùs continetur,

Deinde Anno Domini ejuſdem milleſimo, quadringenteſimo, triceſimo octavo prædictus Reverendus Pater Dominus *Henricus Monaſterienſis Epiſcopus* ſuum Procuratorem, five Nuncium ſpecialem, videlicet, diſcretum Virum, *Iſbrandum de Merwyck* Canonicum Eccleſiæ Sancti Ludgeri Monaſterienſis, cum approbatione & ratificatione omniam & ſingulorum per ſupradictos ſuos Procuratores five Nuncios actorum, factorum, dictorum, concordatorum, appunctuatorum, & concluſorum, ex eo quia ſupradicti Ambaſſiatores, Procuratores, five Nuncii ejus plenè ſuper præmiſſis ſe inſtructos non fore aſſerebant, denuò transmiſit ad tractandum, concordandum, & concludendum, finaliter unà nobiſcum, ſeu alio vel aliis per Nos Deputatos vel Deputandos, de & ſuper talibus Materiis, Ligas, Amicitias, mutuaſque ſubventiones & auxilia, necnon Homagii & Fidelitatis Sacramentum ab ipſo *Domino Epiſcopo* nobis facienda & præſtanda, concernentibus,

Ac Nos,

De fidelitate, prudentiâ, circumſpectione, & induſtriâ dilectorum & fidelium noſtrorum *Johannis Domini le Scrop*, Militis, necnon *Willielmi Lyndewode* utriuſque Juris Doctoris, Cuſtodis noſtri Privati Sigilli, & *Johannis Stretbwait* utriuſque Juris Baccalarii, Præcentoris & Canonici Præbendati Cathedralis Eccleſiæ Wellenſis, & eorum cujuſlibet plenariè confidentes,

ANNO 1439.

Ipſos & ipſorum ſingulos ad tractandum, conveniendum & concludendum cum præfato Procuratore five Nuncio de & ſuper quibuſcúnque Ligis, Amicitiis, mutuis ſubventionibus *inter Nos*, Ligeos, Subditos, & Vaſſallos noſtros, Regna, Terras, & Dominia noſtra quæcúmque ex unâ parte, & dictum Reverendum Patrem Dominum *Henricum Epiſcopum Monaſterienſem* Subdims & Vaſſallos ſuos, Terras & Dominia ſua quæcúmque, ex alterâ, ad vitam noſtram & prædicti Epiſcopi ineundis & præſtandis,

Et ſpecialiter ad tractandum, paciſcendum, & finaliter concordandum cum eodem Procuratore five Nuncio de & ſuper Homagio ac Fidelitatis in ea parte Sacramento per *præfatum Dominum Epiſcopum*, alium vel alios ipſius nomine ad hoc ſufficienter & legitimè Deputatum five Deputatos, nobis faciendis & præſtandis,

Ipſaque homagium & fidelitatis in ea parte Sacramentum per *ipſum Dominum Epiſcopum*, ſeu alium vel alios ipſius nomine, ut præmittitur, nobis facienda & præſtanda, vice & nomine noſtris, admittendum, recipiendum, & acceptandum, cum omnibus Capitulis & Clauſulis ad hujuſmodi Sacramentum fidelitatis debitis, & exhiberi ſolitis & conſuetis,

Ac pro Homagio & fidelitate hujuſmodi, nobis faciendis & præſtandis, certam Proviſionem five Penſionem annuam pecuniariam, quæ nobis, aut Procuratoribus, Negotiorum Geſtoribus, Nunciis, Commiſſariis, & Deputatis noſtris ſuprafcriptis rationabilis & congrua videbitur, dicto Domino *Henrico Epiſcopo*, in Feudum & loco Fendi, pro nobis & nomine noſtro, conſtituendum & concedendum, certis loco & terminis per nos aut ipſos Procuratores, Negotiorum noſtrorum Geſtores, Nuncios, Commiſſarios, & Deputatos noſtros hujuſmodi limitandis, durante vitâ noſtrâ & Epiſcopi prædicti ſolvendam,

Necnon ſuper quibuſcúmque Articulis quantumcúnque ſpecialibus, qui Ligas, Amicitias, mutua ſubventiones & auxilia, homagii & fidelitatis Sacramentum, & Proviſionem five Penſionem ſupradictam concernere poterunt quovis modo, cum eorum incidentibus, emergentibus, dependentibus, & connexis.

Ac quæ ſic tractata, conventa, & concordata fuerint cum omni ſecuritate debitâ, requiſitâ, & honeſtâ in hoc caſu nomine noſtro firmandum,

Conſimilemque ſecuritatem a dicto Procuratore, five Nuncio, ſeu Deputato five Deputatis dicti *Domini Epiſcopi ſuprafcripti*, pro nobis & nomine noſtro, petendum, ſtipulandum, & recipiendum,

Et generaliter omnia & ſingula faciendum, gerendum, & exercendum, quæ in præmiſſis vel circa ea ſeu aliquo præmiſſorum neceſſaria fuerint ſeu quomodolibet oportuna, & quæ qualitas & natura hujuſmodi Negotii exigunt & requirunt, & quæ nosmetipſi facere poſſemus, ſi perſonaliter intereſſemus, etiam ſi talia forent quæ Mandatum exigerent quantumlibet ſpeciale,

Noſtros legitimos & indubitatos Procuratores, Negotiorum Geſtores, Commiſſarios, Deputatos, & Nuncios ſpeciales fecimus, creavimus, & conſtituimus, facimus, creamus, & conſtituimus per præſentes,

Promittentes, bonâ fide & in verbo Regio, nos ratum & gratum perpetuò habituros totum & quicquid per dictos Procuratores, Negotiorum Geſtores, Commiſſarios, Deputatos, & Nuncios noſtros, ipſorúmve aliquem, actum, geſtum, ſeu procuratum fuerit in præmiſſis, & ſingulis præmiſſorum.

In cujus rei Teſtimonium has Litteras noſtras fieri fecimus Patentes.

Teſte meipſo apud *Weſtmonaſterium* ſecundo die Decembris, Anno Regni noſtri decimo octavo.

NOS HENRICUS, Dei gratiâ, *Epiſcopus Monaſterienſis*, &c.

Quod iidem, Commiſſarii & Deputati, Procurator & Nuncius,

Inter mentium ſuarum præcordia ſedulis & internis affectibus revolventes, qualitet inter glorioſas Reipublicæ curas & boni communis fructos uberes illud dinoſcitur eſſe præcipuum, Potentum & ſublimium, & non tàm Potentia quàm vicinia invicem ſibi conjunctarum perſonarum, copulare præſidia & individuâ Unione Amicitiarum Fœdera colligare, per quos Principatus indiſſolubilis Amoxis Confœderati nexibus, ex adverſo inſurgentibus reſiſtere, & ab omni oppreſſionis clade coadunatis viribus poterunt ſe tueri,

Horum conſideratione providâ, ac ſingulari intuitu Amicitiæ, quam dictus Dominus *Henricus Epiſcopus* ad

ANNO 1439. ad Coronas & Regna dicti Illuſtriſſimi ac Chriſtianiſſimi *Regis Angliæ & Franciæ* continuis geſſit & gerit in votis,

Ipſius Domini Epiſcopi Procurator & Nuncius ſupradictus cum dicti Domini Regis prætactis Commiſſariis & Deputatis infimul concordârunt, nomiuibus quibus ſupra, ſub modo & formâ ſubſcriptis; videlices,

Quòd prædictus Dominus *Iſdebrandus de Merwyck*, dicti Domini Epiſcopi Procurator & Nuncius, & Procuratorio nomine ejusdem, ad Sacra Dei Evangelia per ſe corporaliter tactu, promittet & jurabit, in animam dicti Domini *Henrici Epiſcopi* Domini ſui, quòd ipſe *Dominus Epiſcopus* memorato Sereniſſimo Principi & Domino, Domino *Henrico Regi Angliæ & Franciæ*, & *Domino Hiberniæ*, durante vitâ ipſorum Dominorum Regis & Epiſcopi, fidelis erit, & ejusdem Domini Regis Vaſſallus Homagialis,

Et quòd honorem & utilitatem, pro poſſe ſuo, conſiliis & auxiliis ac modis omnibus quibus poteſt, eidem *Domino Regi* fideliter cuſtodiet & procurabit,

Dampnum quoque & periculum ipſius *Domini Regis*, & Statûs ſui, pro poſſe ſuo averter, Proditoribus & Rebellibus ejusdem *Domini Regis*, & Statûs ſui, pro poſſe ſuo vvertet, Psoditoribus & Rebellibus ejusdem *Domini Regis* non conſentier, & malum ſuum vitabit, & quantociùs ſibi inde conſtiterit Regiam Majeſtatem ſuper hoc aviſabit & præmuniet,

Secretáque ipſius *Domini Regis* non pandet;

Omniáque & ſingula erga Perſonam ejusdem *Domini Regis* & Coronas ſuas purè facier, attendet, & obſervabit, quæ Vaſſallus Homagialis & fidelis Domino ſuo obſervare debet & teuetur, dolo & fraude quibuscúmque procul motis.

Item, concordârunt Commiſſarii & Deputati Procurator & Nuncius antedicti, vice & nominibus ſupradictis, quòd præfatus *Dominus Epiſcopus* contra dictum *Dominum Regem*, Regna ſua Angliæ & Franciæ, Terras & Dominia ſua quæcúnque per ſe aut ſuos Subditos aut Vaſſallos uullatenus facier aut attemptabit, neque in quantum in ipſo eſt fieri aut attemptati patietur aut permittet: quin ymmò eidem *Domino Regi* coutra quoscúnque injuriatores, inimicos & Rebelles, exceptis inferiùs deſignatis Perſonis, per ſe & ſuos fideliter aſſiſtet, & Adjutor erit (ejusdem tamen *Domini Regis* ſumptibus & expenſis) quotiens & quando idem Dominus *Henricus Epiſcopus* per partem ipſius *Domini Regis* fuerit deſuper congruè ſequiſitus, & extunc etiam diffidare debet ipſos injuriatores, inimicos, & Rebelles, & eis publicè & palàm per ſuas Litteras Patentes & Auctenticas intimare ſe velle eidem *Domino Regi* aſſiſtere, & ipſum pro viribus adjuvare, eorum contrariâ voluntate quomodolibet non obſtante.

CONCORDARUNT inſuper Commiſſarii & Deputati ac Procurator & Nuncius ſæpedicti, nomiuibus quibus ſupra, quòd dictus *Dominus Henricus Epiſcopus* præfato *Domino Regi* ſerviet & ſervitium ac ſubventionem faciet & præſtabit, cum numero centum Virorum Belligerorum Militarium & Armigerorum Lanceatorum, quotiens & quando per partem dicti *Domini Regis* debitè ſuper hoc fuerit requiſitus; quibus more uſitato in Anglia Stipendia diurna miniſtrabuntur, ut ſequitur; videlicet,

Dux pro Perſonâ ſuâ capiet per diem, *duo Nobilia.*
Comes capiet pro Perſonâ ſuâ per diem, *unum Nobile.*
Baro per diem, *dimidium Nobile* & octo Sterlingos.
Miles per diem; *quartam partem Nobilis, & quatuor Sterlingos.*
Armiger per diem *duodecim Sterlingos* pro vadiis, & *ſex Sterlingos* de regardo.
Valettus, Sagittarius, ſeu Baliſtarius capiet per diem *ſex Sterlingos.*

Item, couventum & concordatum eſt inter Deputatos & Commiſſarios uecnon Procuratores & Nuncium antedictos, vice & nominibus quibus ſupra, quòd præfatus Dominus *Henricus Epiſcopus* univerſos & ſingulos prædicti *Domini Regis* Ligeos, Vaſſallos, & Subditos, cujuscúnque dignitatis, præmiuentiæ, ſtatûs, gradûs, Nationis, & conditiouis exiterint, per ipſius *Domini Epiſcopi* Terras, Diſtrictus, & Dominia quæcúmque tranſeuntes, moram ibidem facientes, ſive negotiantes aut mercandiſantes, in euodo, redeundo, moram faciendo, negotiando & mereandiſando, cum armaturis, Mercandiſis, Bonis & Rebus quisbuscúnque fideliter protegere & defendere tenebitur, velut ipſius *Domini Epiſcopi* Subditos proprios, ipſiſque & eorum cuilibet concedere & dare, juxta caſus exigentiam, ſalvos conductus ſive ſalvum conductum, ſi deſuper ſequiſitus fuerit, quotiens opus erit; ſalvo quòd conſueta Pedagia & Theolonia debitè perſolvantur;

Excipiebat tamen Procurator & Nuncius prædictus ipſius Domini *Henrici Epiſcopi* nomine quo ſupra, in præmiſſis Sanctiſſimum *Dominum Papam* quem pro tempore habere contigerit, Sanctam Apoſtolicam Sedem, Sereniſſimos Dominos *Romanorum, Ungariæ, Bohemiæ*, & *Dalmatiæ*, &c. *Reges*, *Romanum Imperium*, *ipſius Imperii Electores & Principes*, Reverendos Dominos, *Theodoricum Archiepiſcopum Colonienſem* &c. *Walramum Confirmatum Trajectenſem*, Fratres ſuos germanos, necnon *Gerardum de Clivis Comitem Marckenſem*, omnesque alios ſibi Subditos & Vaſſallos, quorum pro tempore erit potens in Jure & Juſtitiâ ſi cum illis præfatus *Dominus Rex* agere haberet; in omnibus præmiſſis & ſingulis præmiſſorum dolo & fraude penitùs exclusis.

Et, præmiſſorum intuitu, ac ex eo quòd memoratus Sereniſſimus Princeps & Dominus, *Dominus Rex Angliæ & Franciæ* ac *Dominus Hiberniæ* Perſonam dicti Domini *Henrici Epiſcopi Monaſterienſis* aliquandiu proſecutus eſt & proſequitur favoribus gratioſis, ipſius *Domini Regis* Commiſſarii & Deputati ſupradicti eum ejusdem Domini Epiſcopi Procuratore & Nuncio ſæpedicto, nominibus quibus ſupra, concordârunt, promiſerunt, & conceſſerunt, & præſentium tenore promittunt & concedunt, quòd,

Poſtquam ipſe Dominus *Henricus Epiſcopus*, in Perſonâ ſuâ, aut per ſuos Procuratores, ſeu ſuum Procuratorem, ſufficientem in hac parte poteſtatem habentes, ſe dicto *Domino Regi* ſuum fidelem Homagialem & Vaſſallum, & fidelitatem & homagium fecerit, ac hujusmodi fidelitatis & homagii in formâ ſuperius expreſſatâ præſtiterit juramentum,

Idem Dominus Rex, de gratiâ ſuâ ſpeciali, conceder, dabit, & aſſignabit ipſi *Domino Henrico Epiſcopo* Feudum & loco Feudi Proviſionem ſive Penſionem annuam quadringentorum Nobilium Monetæ Anglicanæ, percipiendam & habendam eidem Domino *Henrico Epiſcopo*, ad receptam Scaccarii Angliæ ipſius *Domini Regis*, ſingulis Annis, durante vitâ ipſorum Dominorum Regis & Epiſcopi, Feſtis & terminis ſubſequentibus; videlicet,

In Feſto Nativitatis Beati Johannis Baptiſtæ proximè futuro, *ducenta Nobilia*,

Et ad Feſtum Paſchæ proximè tunc futurum, alia *ducenta Nobilia*,

Et deinceps, ſingulis Annis, ad Feſtum Paſchæ *quadringenta Nobilia*, durante, ut præmittitur, vitâ eorumdem:

Quam quidem Proviſionem ſive Penſionem annuam *quadringentorum Nobilium* hujusmodi eidem Domino *Henrico Epiſcopo*, ſeu ejus Procuratori, ſufficienter & legitimè conſtituto, ſive ſuo certo Nuncio ſufficientem & plenariam acquietantiam in eâ parte eidem *Domino Regi* præſentanti & daturo, ipſe *Dominus Rex* ſealiter & cum effectu per ſe, aut ſuos Deputatos, ſolvet & liberabit:

Concedetque idem *Dominus Rex* liberam Licentiam exportandi aurum & Monetam hujusmodi de Regno ſuo Angliæ & aliis Dominiis ſuis quibuscúnque:

Et idem *Dominus Rex* contra ipſum Dominum *Henricum Epiſcopum*, Terras, aut Dominia ſua quæcúnque per ſe aut ſuos Subditos aut Vaſſallos, quicquam injurioſum minimè faciet aut attemptabis, uec, quautum in ipſo eſt, fieri aut attemptari faciet aut permittet:

Et debet *idem Dominus Rex* præfatum *Dominum Henricum Epiſcopum* manutenere, prout de Jure bonus Dominus Vaſſallum ſuum defendere debet & tenetur (ipſius tamen Domini *Henrici Epiſcopi* ſumptibus propriis & expenſis) contra quoscúnque, exceptis Perſonis inferiùs deſignatis:

Et dictus *Dominus Rex* univerſos & ſingulos præfati *Domini Epiſcopi* Vaſſallos & Subditos (cujuscúnque Dignitatis, Præeminentiæ, ſtatûs, gradûs, Nationis, & Conditionis exiterint) per ipſius *Domini Regis* Regna, Terras, Diſtrictus, & Dominia quæcúnque transeuntes, moram ibidem facientes, negotiantes aut mercandiſantes, in eundo, redeundo, moram faciendo, negotiando & mercandiſando, cum Mercandiſis, Bonis, & Rebus quibuscúnque fideliter protegere & defendere tenebitur, velut ipſius *Domini Regis* Subditos proprios, ipſiſque & eorum cuilibet concedere & dare, juxta caſus exigentiam, ſalvos conductus ſive ſalvum conductum, ſi deſuper requiſitus fuerit, quotiens opus erit; ſalvo quòd Perſonæ ſuperiùs nominatæ Pedagia, Theolonea, Cuſtumas, Subſidia & Deveria debita & conſueta ſolvere tenebuntur;

Excipiebant tamen Commiſſarii & Deputati ipſius *De-*

ANNO 1439.

ANNO 1439. *Domini Regis*, nomine quo supra, *Sanctissimum Dominum Papam* quem pro tempore habere contigerit, Sanctam Apostolicam Sedem, Serenissimum Principem *Regem Romanorum*, *Romanum Imperium*, & ipsius Imperii *Principes Electores* qui pro tempore fuerint, necnon, Illustrissimos Principes, *Portugaliæ* & *Algarbii*, *Daciæ*, *Sueciæ*, & *Norwegiæ Reges*; dolo & fraude in præmissis omnibus & singulis cessantibus quibuscúnque.

In quorum omnium & singulorum Testimonium atque fidem dictus Procurator & Nuncius, pro parte præfati Reverendi in Christo Patris Domini *Henrici Monasteriensis Ecclesiæ Episcopi*, præsentem INDENTURAM, penes memoratum Serenissimum Principem Dominum *Regem Angliæ & Franciæ & Dominum Hiberniæ* remansuram, sigilli sui appensione roboravit.

Sub Sigillo præfati Isbrandi *cerâ rubeâ viridi expresso, pendente a duplici cauda pergamenæ.*

In Dorso.

Anno Domini millesimo, quadringentesimo trigesimo nono, die verò Martis XXII. mensis Decembris, horâ serè vespertinâ, Illustrissimo & Christianissimo Principe & Domino, Domino *Henrico*, Dei gratiâ, *Angliæ & Franciæ Rege* & *Domino Hiberniæ* in Palatio suo apud Westmonasterium, in quâdam ejus Camerâ, ad pedes cujusdam Loci paramenti sedente, ad hoc præsentibus & audientibus, Magnifico Domino *Wilhelmo Comite Suffolciæ* Senescallo Domûs Regalis, & Venerabili & Egregio Viro Domino & Magistro *Thomâ Bekyngton* Regio Secretario, necnon pluribus Spectabilibus Dominis & Nobilibus Viris,

Ego *Isbrandus de Merwyck*, Canonicus Collegiatæ Ecclesiæ Sancti Ludgeri Monasteriensis, ut Procurator & Nuncius & eo nomine Reverendi in Christo Patris & Domini, Domini *Henrici*, eâdem gratiâ, *Monasteriensis Ecclesiæ Episcopi*, ad Sancta Dei Evangelia, per me corporaliter tacta, præstiti Juramentum in formâ immediatè subscriptâ; videlicet,

Coram vobis Illustrissimo & Christianissimo Principe & Domino, Domino Henrico, *Dei gratiâ*, Angliæ & Franciæ Rege, & Domino Hiberniæ, *ego* Isbrandus de Merwyck, *Canonicus Collegiatæ Ecclesiæ Sancti Ludgeri Monasteriensis, Reverendi in Christo Patris & Domini*, Domini Henrici, *eadem gratiâ* Monasteriensis Ecclesiæ Episcopi, *&c. Procurator & Nuncius, & Procuratorio nomine, ad hæc Sancta Dei Evangelia, in Animam dicti Domini mei* Henrici Episcopi, *Juro & promitto quòd, durante vitâ Majestatis vestræ Regalis & ipsius Domini* Henrici Episcopi, *jam dictus Dominus* Henricus Episcopus *vestræ Regali Celsitudini Fidelis erit, & ejusdem Regalis Celsitudinis Vassallus Homagialis, & quòd honorem & utilitatem, pro posse suo, consilium & auxilium, ac modis omnibus quibus potest, vestræ Regali Celsitudini fidelitèr custodiet & procurabit, dampnum quoque & periculum vestræ Regalis Celsitudinis ac Statûs sui pro posse suo avertet; Proditoribus & Rebellibus Celsitudinis vestræ Regalis non consentiet, & malum vestrum vitabit, & quantocius sibi inde constiterit, Regiam vestram Majestatem super hoc avisabit & præmunet; Secretaque vestræ Majestatis Regalis non pandet; Omniaque & singula ergo Personam vestræ Regalis Majestatis purè faciet, attendet & observabit, quæ Vassallus Homagialis & Fidelis Domino suo observare debet & tenetur, dolo & fraude quibuscunque procul motis.*

ISBRANDUS DE MERWYK.
suprædictus manu propriâ.

Confitat mihi Thomæ Bekynton *Secretario Domini nostri Regis de Homagio in formâ præscriptâ dictis die & loco præstito, & igitur me subscribo.*

T. B.

IV.

1440. 2. Juill. *Conventio inter* HENRICUM VI. *Regem Angliæ & CAROLUM Ducem Aurelianensem facta, pro obtinenda dimissione sua ex captivitate, qua dictus Dux ultra 24. Annos detentus fuerat. Datum apud Westmonasterium die 2. Julii* 1440. [RYMER, Fœdera, Conventiones, &c. Tom. X. pag. 776.]

KAROLUS, *Dux Aurelianensis* & Valesii Blesis & Bellimontis Comes, Astensis & Conciacy Dominus, omnibus, ad quos præsentes Litteræ, inter Serenissimum & Christianissimum Principem *Henricum*, Dei gratiâ, *Regem Angliæ &c. & Dominum Hiberniæ*, & nos *Karolum Ducem prædictum* indentatæ, pervenerint, Salutem. ANNO 1440.

Noveritis quòd,

Cum nos *Karolus Dux prædictus*; novercantis nobis fortunæ amaritudinem multiplicem sentientes, cum lacrimis & crebrorum ingeminatione suspitiorum, eidem Serenissimo Principi *Regi Angliæ*, &c. suggessissemus quòd a tempore, quo in Bello de Agincourt, ab, infelicis recordationis, *Henrico*, dicti Serenissimi Principis Regis Angliæ moderni genitore, feliciter & victoriosè triumphato, jam sunt viginti quatuor & amplius Anni, tradidit nos Dominus in manus suas, nosque continuè citra demorati & detenti, sicut & de præsenti sub Captivitate in Regno Angliæ detinemur,

Humilitet & obedienter subierimus & observaverimus prisonam & custodiam nobis dispositam & deputatam, nichil unquam verbo, scripto, vel facto contra Juramentum, in hujusmodi Captione seu Captivatione nostra vel ejus occasione per nos præstitum, vel adversus honestatem seu Legem Captivitatis aut armorum, aut quod alicujus reprehensionis notâ dignum dici possit, machinando, procurando, vel attemptando,

Sicque detenti & demorati velut infelices, alienî, & elongati ab Amicis & notis nostris, exulésque a solo natali, steriliter & infructuosè quidem, nec nobis nec aliis utiles facti, nec alios habentes nobis utiles, transegimus majora vitæ nostræ tempora, modicum vel nichil quasi comodi vel utilitatis ex Dominiis, Terris, Possessionibus, Rebus, aut Bonis in Regno Franciæ vel alibi nobis spectantibus, percipiendo,

Quo reverâ factum est quòd ad extremum depauperati & velut adnichilati sumus, ita ut vix valeamus attingere modicam vel exiguam partem illius summæ, pro redemptione Personæ nostræ vel Financia dandam, quam in primordiis nostræ Captivationis potuissemus exolvisse,

Serenissimæ itaque Majestati Regiæ humiliter supplicando quateus præmissis, Pietatis & Clementiæ Regiæ respectu, consideratis,

Nè, præter demeritum nostrum, enim reliquis vitæ nostræ diebus, in dicti *Christianissimi Principis* pariter & nostri dispendium, vadamus in perditionem & exterminium nobis perpetuum & finale,

Dignaretur ipsius *Serenissimi Principis Sublimitas*, mediantibus congruis & rationabilibus obligationibus a nobis fiendis, Liberationi nostræ intendere, & finum gratiæ suæ nobis quantociùs aperire,

Cui supplicationi nostræ prædictæ *Regia Sublimitas* inclinata, præmissâque pia & maturâ deliberatione sibrando, &, præter hæc, mente tenendo in quod ab oraculo vocis *nostri præfati Ducis*, etiam eum Jurejurando sæpe protestatum, audiverat,

Quòd (videlicet) cùm pro vitanda lacrimabili Christiani Sanguinis effusione, & aliis innumeris Bellorum & Guerrarum incomodis (quorum amaritudinem & rigorem, tàm in nobismet, quàm in aliis, satis comprobavimus & experti sumus) tùm etiam pro consequendo dulcissimæ Pacis Bono (cujus proculdubio ardentissimo flagramus desiderio & inflammamur affectu) nos exponeremus quibuscúmque laboribus & sumptubus nobis possibilibus, quòdque nihil in rebus humanis excogitari posset, cujus prosecutioni tàm libenter intenderemus & nos totaliter accommodaremus sicuti Pacis finalis & perpetuæ inclitorum Franciæ & Angliæ Regnorum, adeò quod, optione nobis datâ, eam propriæ vitæ præferremus,

Varios, post suggestionem hujusmodi memorato *Christianissimo Principi* factam, habuit *idem Princeps* nobiscum, tàm super liberatione nostrâ prædictâ, quàm super mediis, quibus perveniri posset ad eandem, Tractatus & Communiciones,

Et quanquam ea, quæ, in hujusmodi Tractatibus & Communicationibus, a nobis pro præmissa liberatione nostra, & præambulis aut circumstantiis ejusdem, dicto *Serenissimo Principi* oblata fuere, tàm quoad Pecuniarum Summas, quàm quoad securitates de solutione earumdem; *ipsi Regi* in termino vel terminis de quibus concordari posset ficodâ, quàm quoad reditum & restitutionem Personæ nostræ in manus dicti *Christianissimi Principis* in eventum non solutionis hujusmodi, & aliis a nobis fiendis & perimpendis, exilia idem *Serenissimo Principi* visa fuerint, fragilia quoque, & modicâ existimatione digna, præsertim habito respectu ad præmeditatam, nobilitatem Sanguinis, statum, & alias circumstantias Personæ nostræ,

Idem tamen *Christianissimus Princeps*, præter omnia præmis-

ANNO 1440. præmissa, ac unà cum eis considerans quòd in Principe non minus gloriosum sit & laudabile Hostem vincere, quàm scire victi misereri,

Cujus (videlicet) Principis auctoritas & potestas ita potissimè decori & gloriæ sibi fiunt, si eis utatur ad salutem & gratiam aliorum,

Precibus & instantiis nostris, maximè spe Pacis per nostras sollicitudinem & industriam consequendæ, animum Regium duxit inclinandum, & nobiscum appunctuavit, mutuóque appunctuavimus, concordavimus, & concordamus in eum qui sequitur modum.

In primis, enim appunctuatum, conventum, & concordatum est inter præfatum *Christianissimum Principem* & *Nos* quòd, incontinenti & præ manibus, solvemus sibi Summam *quadraginta milium Nobilium* bonæ & legalis Monetæ Regni Angliæ, seu *centum viginti milia Scuterum*; quorum duo semper valeant unum *Nobile Anglicanum*.

Item, quòd infra sex menses, ab illo die quo primùm egredicmur Regnum Angliæ proximò sequentes & futuros, solvemus seu solvi faciemus eidem *Serenissimo Principi Regi Angliæ*, &c. Summam *sexaginta milium Nobilium* bonæ & legalis Monetæ Regni Angliæ, seu *centum viginti milia Scutorum*; quorum duo semper valeant unum *Nobile Anglicanum*:

Et quòd nos, præter Literas nostras proprias obligatorias, de Summâ prædictâ (videlicet) *sexaginta milium Nobilium*, sive *centum viginti milium Scutorum*, sibi, ut præfertur, exsolvendâ, pro ampliori securitate suâ, quoad soluonem ejusdem Summæ sibi benè & fideliter fiendam, dabimus & trademes, seu dari & tradi sibi faciemus, citra recessum nostrum a Regno Angliæ, Literas Patentes,

Dalphini Viennæ, pro *triginta mille Scutis*,
Ducis Britanniæ, pro *viginti mille Scutis*,
Ducis Alenconii, pro *viginti mille Scutis*,
Comitis Vindon, pro *decem mille Scutis*,
Comitis Marchiæ, pro *decem mille Scutis*,
Archiepiscopi Remensis Cancellarii Franciæ, pro *decem mille Scutis*,
Archiepiscopi Narbonensis, pro *sex mille Scutis*,
Comitis de Harecourt & Tancarvilla, pro *sex mille Scutis*,
Domini de Mailly, pro *quatuor mille Scutis*,
Domini de Lobeat, pro *quatuor mille Scutis*,

divisas, distinctas, & separatas, quoad Summas in eisdem Literis specificandas, concipiendas in formâ inter dictum Christianissimum Principem *Regem Angliæ* &c. & *Nos* concordatâ, sigillandas sigillis eorum publicè notis & consuetis.

Item, quòd, præter & ultra Summas in præcedentibus Articulis specificatas, nos præfatus *Dux Aurelianensis*, infra prædictos sex menses, in proximo Articulo superscripto memoratos, computandos (videlicet) & proximò secuturos ab illo die quo primùm egrediemur Regnum Angliæ, solvemus & solvi faciemus dicto *Regi Angliæ* &c. summam *viginti milium Nobilium* bonæ & legalis Monetæ Regni Angliæ, seu *quadraginta milia Scutorum*; quorum duo semper valeant unum *Nobile Anglicanum*.

Item, concordatum est & conventum, inter præfatum *Christianissimum Principem* & *nos*, quòd pro majori securitate complementi omnium & singulorum, tàm supra quàm infra scriptorum, inter dictum Regem & nos appunctuatorum & concordatorum, quæ præsentibus Literis continentur, quòd nos *præfatus Dux* procurabimus apud Serenissimum Principem *Karolum Regem Franciæ*, quòd dignabitur de gratia sua, & volet facere, faciétque, seu fieri faciet Literas suas Approbatorias & Gratificatorias omnium & singulorum per nos conventorum & concordatorum,

Quibus utique Literis continebitur quòd præfatus Serenissimus Princeps *Rex Francorum* aliquod obstaculum nec impedimentum dabit sive faciet, nec, quantum poterit & in se erit, dari seu fieri permittet, aliqui eorum quæ per nos præfato Serenissimo *Regi Angliæ* præsenti Appunctuamento conventa sunt, concordata, seu promilla, nec executioni seu complemento alicujus eorumdem:

Et præsertim quòd non consentiet, neque, quantum in eo erit, permittet quòd nos, sub quocúnque colore vel prætextu, contraveniemus seu quovismodo contra faciemus alicui eorumdem:

Et quòd, si (quod absit & non speratur) contingeret nos, in toto vel in parte, quicquam hujusmodi Concordatorum seu Conventorum infringere, transgredi, seu violare, & non ad plenum observare præsens Appunctuamentum, extunc deinceps idem Serenissimus Princeps *Rex Franciæ* nobis, in hujusmodi transgressione, non præstabit aliquod nec eccomodabit auxilium vel favorem; set habebit, tenebit, & reputabit nos tanquam Juramenti nostri transgressorem, reprobum, & infamem, ac nudatum, expertum, & indignum omni honore & dignitate, & Personam nostram, si apprehendi poterit, per *dictum Regem Angliæ* rogatus & requisitus, cum omni celeritate possibili remittet eidem in Regnum suum Angliæ, subiciendam Legi & Juri Captivitatis. ANNO 1440.

Quas quidem Literas præfati *Regis Francorum*, præmissa continentes, in debità seu congruà formà conceptas, nos eidem *Regi Angliæ* trademus, seu tradi faciemus, citra recessum nostrum ab Angliâ.

Item, quòd,

Secundùm quod nos præfatus *Dux Aurelianensis* asserimus & affirmamus in fide, quâ tenemur Deo & Religioni Christianæ, quòd nos satis intelligimus, percipimus, & novimus, ex difficultatibus quas experti sumus & invenimus in provisione faciendâ de Summa *quadraginta milium Nobilium*, seu *octoginta milium Scutorum*, præfato *Regi Angliæ* præ manibus solvendorum, quòd non erit nobis facile vel possibile providere de reliquis Summis Pecuniarum, secundùm vim & effectum præsentis Appunctuamenti a nobis dicto *Regi Angliæ* solvendis,

Sed nec exequi vel implere alia nonnulla, in præsenti Appunctuamento contenta, per sollicitudinem & diligentiam scribendi vel mittendi Amicis & notis nostris,

Ymò non aliter, nec alio modo, nisi & quatenus dignetur Regia Celsitudo Angliæ, de gratiâ suâ speciali, & velit elargare Personam nostram propriam, Amicos, notos, & benevolos nostros adire possimus, & solicitare, ac facere & impendere diligentias in ea parte requisitas,

Ymò, quod magis est, assetimus & affirmamus quòd Amici, Cognati, Noti, seu Benevoli nostri non intendissent provisioni prædictæ Summæ *quadraginta milium Nobilium*, seu *octoginta milium Scutorum*, eidem *Regi Angliæ* præ manibus solvendorum, nisi quatenus intellexissent & intelligerent Personam nostram in proximo, saltem ad tempus, elargandam sive laxandam esse a prisonâ quâ tenemur,

Majestas cuim *Regia Angliæ*,

Illorum, quæ in suggestione memoratâ, per nos, ut præmittitur, facta, continentur, & aliorum ipsum *Regem Angliæ* in ea parte moventium, inruin & consideratione,

Et, nè, in finalem nostram perditionem, pietatis seu Clementiæ suæ finam nobis præcludere videatur,

Ac ad effectum quod omnia & singula, inter ipsum & nos appunctuata & concordata, ex integro, quantum ad nos spectat, exequi valeamus & complere,

Nec ex defectu debiti complementi eorum aut alicujus eorumdem destituamur, aut careamus effectu liberationis nostræ peroptato.

Appunctuavit, concessit, convenit, & concordavit, ac appunctuat, concedit, convenit, & concordat nobiscum prout sequitur; videlicet,

Quòd, incontinenti post solutionem prædicto *Regi Angliæ* factam de præfata Summa *quadraginta milium Nobilium*, seu *octoginta milium Scutorum*, eidem *Regi Angliæ*, ut præferter, præ manibus solvendorum, & post traditionem seu liberationem sibi factam de Literis securitatum, de quibus in præcedentibus Articulis hujusmodi Appunctuamenti fit mentio: ac jurata in præmissis & cætera rationabiliter requisita a nobis ipsi *Regi Angliæ* præstita; & alis, quæ, secuodùm tenorem præsentis Appunctuamenti, e nobis, ante elergationem Personæ nostræ, fienda præfato *Regi Angliæ*, sunt expedita & impleta; Elargabit Personam nostram, secundùm vim & effectum Literarum, super elargatione hujusmodi fiendarum, inter præfatum *Angliæ Regem* & *Nos* indentandarum, & Sigillis nostris hinc inde sigillandarum: Quibus continebitur *ipsum Regem Angliæ* elargâsse Personam nostram a Custodia sive Prisona, qua, prætextu Captivitatis nostræ prædictæ, detinebamur & detinemur,

Elargatione hujusmodi duraturâ tantummodo, a die datæ hujusmodi Literarum, esque ad Annum extunc proximò sequentem,

Ad hoc (videlicet) quòd, elargatione hujusmodi durante, possimus & valeamus, absque impedimento ejusdem *Regis Angliæ*, vel alicujus Ligeorum seu Subditorum seorum, salvò & securè nos divertere ed quascúnque Partes Regni Franciæ, & tàm ibi quàm alibi intendere & vacare quibuscúnque viis, modis, & mediis

hones-

ANNO 1440. honestis, necessariis, seu quomodolibet oportunis ad executionem & complementum omnium & singulorum, inter ipsum *Regem Angliæ* & *Nos*, pro & super redemptione seu liberatione nostrâ appunctuatorum,

Quâ tamen elargatione nostrâ durante, ac usque ad liberationem nostram finalem a captivitate nostrâ prædicta, per Literas ipsius *Regis Angliæ* Patentes, nobis tradendas, testificandam, non poterimus nec debebimus nos contra ipsum armare, vel aliquod consilio, auxilio, vel alio modo facere seu procurare quod in dicti *Regis Angliæ* præjudicium vel dampnum redundet vel cedere valeat quoquomodo;

Et quòd, si contingat nos, postquam a dicto *Rege Angliæ* elargationem hujusmodi, de qua præfertur, accepimus, & sic elargati fuimus, in toto vel in parte, deficere in solutione prædictarum summarum, eidem *Regi Angliæ*, ut præfertur, a nobis, infra sex menses, a die quo primùm egrediemur Regnum Angliæ proximò secuturos, solvendarum, eo casu tenebimur & debemus, cum omni celeritate possibili, immediatè post lapsum ipsorum sex mensium, & ad omne tardius infra quadraginta dies a lapsu dictorum sex mensium proximò secuturos, ad dictum *Regem Angliæ* in suum Regnum Angliæ redire, & reddere ac restituere sibi Personam nostram in captivitate sicut prius exstiterum & remansuram.

Item, nè (quod absit) inclitæ semper recordationis & memoriæ, prædicti *Regis Angliæ* Patris & Genitoris (qui, dùm ageret in humanis, circumspectionis & providentiæ florùit & claruit prærogativâ singulari) vestigia declinare, & nè Ordinationis seu dispositionis ejus, in Testamento seu ultima voluntate suâ super liberationem nostri prædicti *Ducis Aurelianensis* descriptæ, dictus *Rex Angliæ* parvi pendere videatur, set eidem, quantum potest, inhærere,

Quâ decrevit & ordinavit, *Liberationem nostram, quandocunque fieret, fore & fieri debere medium Pacificationis Franciæ & Angliæ Regnorum*,

Quod etiam nos, sicut prædictum est, asserimus, desideramus, & affectamus,

Conventum & concordatum est, inter ipsum Christianissimum Principem *Regem Angliæ* & *Nos*, quòd, infra annum elargationis nostræ memoratæ, & extra finem ejusdem anni, faciemus & impendemus omnem solicitudinem & diligentiam, nobis possibiles, ad hoc quòd, infra eundem annum, inter dictum Christianissimum Principem *Regem Angliæ* & Serenissimum Principem *Karolum Regem Francorum* concordetur, concludatur, describatur, & perficiatur *Pax finalis & perpetua*, de & super contentione illâ, quæ est & a diù fuit & viguit, inter dictum *Regem Angliæ* & *Karolum Regem Francorum*, super *Jure* & *Titulo* ad *Coronam & Regnum Franciæ*, necnon super quibuscumque litibus, contentionibus, demandis, querelis, & debatis inter eosdem *Regem Angliæ* & *Karolum Regem Franciæ* qualitercunque pendentibus sive motis, talis (videlicet) Pax, de quâ & ejus modo & formâ præfatus Serenissimus Princeps *Rex Angliæ* contentari vult, & eandem habere gratam & acceptam,

Et quòd, pro hujusmodi Pacis prosecutione, poterimus nos *prælibatus Dux*, unà cum Societate & Familiâ nostrâ, ad numerum centum Personarum & infra, tàm per Terras, Patrias, & Loca, tàm ultra, quàm citra Mare, memorato *Regi Angliæ* subjecta, quàm per alia, nec non per Mare, totiens quotiens nobis videbitur, infra prædictum annum, ad præfatum *Regem Angliæ* in suum Regnum reverti, iterùm ire & redire, tàm per Terram, quàm per Mare, ac morari & perhendinari, liberè, salvò, & securè; ita tamen quòd non ingrediamur aliquod prædicti *Regis Angliæ* Fortalitiorum, neque Villarum suarum firmatarum, absque licentiâ Capitanei ejusdem, seu Deputati vel Locumtenentis sui, &c.

Et, ut omnibus, præsertim hominibus bonæ voluntatis, innotescere valeat & apparere quàm desiderabilis & desiderata a præfato *Rege Angliæ* sit Pax antedicta, concessit & concordavit idem *Rex Angliæ* nobiscum quòd,

In eventum quo, divinâ favente Clementiâ, per nostri Mediationem, Sollicitudinem, & Interventum contingat prædictam FINALEM PACEM & PERPETUAM inter memoratum *Regem Angliæ* & *Karolum Regem Francorum*, infra prædictum annum, sic, ut præfertur, appunctuari, concludi, describi, & hinc inde sigillari,

Idem *Rex Angliæ* resolvet & restituet nobis omnes & singulas Pecuniarum Summas a nobis vel pro nobis interim eidem persolvendas (salvis tamen & reservatis illi atque deductis rationabilibus expensis, circa custodiam & Personam nostram factis pro tempore quo fuerimus in Captivitate prædicta) &, præter hoc, acquietabit nos præfatus *Rex Angliæ* & dimittet liberos ab omni hujusmodi Captivitate & Prisona nostra: ANNO 1440.

Si verò (quod ægrè ferremus) non contingat hujusmodi PACEM FINALEM & PERPETUAM, inter præfatos Serenissimos Principes *Regem Angliæ* & *Karolum Regem Francorum*, infra prædictum annum, per nostri solicitudinem & interventum, sic, ut præfertur, concordati, concludi, describi, & sigillari, eo casu, prædicto Anno finito, tenebimur nos *præfatus Dux* & debemus, immediatè ac cum omni celeritate & festinatione possibili, & ad minus infra quadraginta dies extunc proximò secuturos, absque dolo, fraude, vel malo ingenio, ad *dictum Regem* in suum Regnum Angliæ redire & reverti, & illic reddere & restituere Corpus & Personam nostram sibi & pristinæ Captivitati & in eadem remanere:

Quo casu (utinam! non venturo) resolvet idem *Rex Angliæ*, seu resolvi faciet nobis, aut illi, vel illis, quos ad hoc deputandos consuevimus, infra sex menses, ab hujusmodi reditu nostro in Angliam proximo secuturos, omnes & singulas Pecuniarum Summas a nobis vel pro nobis interim, sicut præfertur, dicto *Regi Angliæ* persolvendas:

Et si nos *præfatus Dux*, aliquo casuum prædictorum contingente, quo ad dictum *Regem Angliæ* in Regnum suum Angliæ revertì debemus, restituturi & reddituri sibi Corpus & Personam nostram, hoc non fecerimus detenti vel de facto impediti a quovis alio, cujuscumque auctoritatis vel conditionis exitat, seu quovis casu facti, nos *præfatus Dux* nichilominus, quamcitius post, aliqua via Mundi, ad *dictum Regem* in Regnum suum Angliæ redire & reverti poterimus, absque fraude, dolo, vel malo ingenio, sic revertemur & redibimus, ac reddemus & restituemus illi Personam nostram apud ipsum in Captivitate sive Prisona mansuram, secundùm quod superius appunctuatum est & expressum,

Quæ omnia & singula, per nos *Karolum Ducem Aurelianensem* supradictum promissa, conventa, & concordata, nos benè & fideliter, absque dolo, fraude, vel malo ingenio, facturos, observaturos, & impleturos promisimus atque promittimus, juravimus atque juramus, in verbo Principis, ac ad Sancta Dei Evangelia per nos corporaliter tacta, necnon sub Ypotheca & obligatione omnium & singulorum bonorum nostrorum, tàm mobilium, quàm immobilium, & quòd nunquam, in Judicio vel extra Judicium, directè vel indirectè, quavis occasione seu quovis exquisito colore, veniemus in contrariam eorum aut alicujus eorumdem,

Et, ut præfatum Serenissimum Principem,

Apud quem non minimam invenimus gratiam, in eo præsertim, inter alia, quòd prætermissis securitatibus, in talibus casibus exigi & præstari solitis & consuetis (videlicet) ratione obsidum aut alterius cautionis realis, dignatus sit dare fidem Promissionibus, Litetis, & Sigillis nostris, & illorum qui pro nobis sponsionem facere curabunt & fidejubere,

Reddamus, quantum sufficimus & valemus, saltim aliunde, securum de præmissis omnibus & singulis, per nos & pro parte nostra benè & fideliter observandis & perimplendis, nos, in eventum quo (quod absit,) contigerit nos deficere in observatione præmissorum aut alicujus eorumdem, submittimus nos & Personam nostram, quoad omne illud in quo nos ita deficere contigerit, unà cum dampnis, sumptibus, & expensis, ac cum omni interesse ipsius *Domini Regis*, ratione hujusmodi defectûs nostri incurrendis, faciendis, sustinendis, secuturis, seu subortiuris, ac omnia Bona nostra mobilia & immobilia Jurisdictioni, Coercioni, Compulsioni, ac Districtioni Curiæ ac Camcræ Appostolicæ & Domini nostri *Eugenii Papæ* moderni, ac cujuslibet Successorum suorum quem pro tempore fore contigerit, ac ipsius Camerarii, Auditoris, Marescalli, ac cujuscumque Imperatoris, Regis, Archiepiscopi, Episcopi, Ducis, Comitis, Civitatis, necnon quorumcumque Præpositorum, Rectorum, Potestatum, sive Majorum Villarum, Oppidorum, & Locorum, ac aliorum quorumcumque Judicum, tàm Ecclesiasticorum, quàm Secularium, quocumque nomine appellentur vel censeantur, & eorum Jurisdictionem, etiam si aliàs nostri Judices non fuerint, tenore præsentium prorogamus, & in eorum quemlibet tanquam in Judicem nostrum consentimus per præsentes, ita quòd contra nos procedere poterint & poterit eorum

ANNO 1440.

rum quilibet, nobis vocatis ſeu non vocatis, ſummariè & de plano, inquiſitâ ſolâ veritate, inſpectione præſentiure pro plenaria probatione contentus ſive contenti, ac nos cogere & compellere ad obſervationem omnium & ſingulorum præmiſſorum etiam ipſi Judices Eccleſiaſtici, per Excommunicationis & Iurerdicti Sententias, in Perſonam noſtram & quæcúmque Terras & Dominia noſtra ferendas.

Inſuper, ad finem quòd præfatus Sereniſſimus Princeps Dominus *Rex Angliæ* nullam patiatur dilationem in proſecutione, ſi opus eſſet, ob defectum noſtrum fienda, pro executione vel complemento alicujos eorum, quæ per nos ſic, ut præfertur & ſuprafcribitur, ſibi per nos p.omiſſa, conventa, ſeu concordata ſunt, renunciamus omnibus tàm Juris quàm Facti remediis, quibus contre præmiſſa aut aliquod eorumdem poſſemus nos juvare, eriam ſi defenſio fuerit Juris naturalis: Et ſpecialiter renunciamus Privilegio Crucis aſſumptæ vel aſſumendæ; omniqne benencio reſtitutionis in integrum, omnibus inſuper Gretiis ac Privilegiis tàm Fori quam aliis, & gratiarum hujusmodi Literis tàm impetratis quàm impetrandis, ſeu qualitercúmque conceſſis ſive concedendis etiam mero motu concedentis: Necnon Statutis tàm generalibus quàm ſpecialibus, & præſertim Regni Franciæ, & eorum Beneficiis, & quas vel quæ præmiſſis Obligationibus, Promiſſionibus, Prorogationibus, ſeu Submiſſionibus derogari ſeu præjudicari poſſet: necnon Protectionibus, ac Literis ſalvi Conductûs, datis ſive dandis, conceſſis ſive concedendis; ac generaliter omni dilationi, necnon quibuscúnque Juribus qnibus deceptis vel decipiendis quomodolibet ſubveniri poteſt: omnique Dispenſationi & Abſolutioni, Apoſtolicâ auctoritate vel alia quacúmque factæ ſeu fiendæ, quam pretendere poſſemus in exonerationem noſtram adverſus Obligationes, Promiſſiones, Submiſſiones, Prorogationes, ſeu Juramenta noſtra ſupraſcripta vel infraſcripta, ſeu adverſus aliquod eorumdem: ac cujuscúmque Provocationis, Appellationis, Supplicationis, Libertatis, Franchefiæ, ſeu Immunitatis Perſonæ ſive Loci, necnon cujuscúmque Conſuetudinis aut Uſûs, auxilio ſive remedio, præmiſſa quomodolibet impedire volente ſive differre: omnique implorationi Judicis, ac Reductioni ad arbitrium boni Viri, necnon Juri dicenti qnod non valet Renunciatio generalis, niſi præcedat ſpecialis: Exceptioni doli mali, & in factum actioni, conditioni indebiti, conditioni ſine cauſâ, omni Privilegio Temporis feriati, beneficio Conſtitutionis tàm fœlicis recordationis *Bonifacii Papæ Octavi, ne quis extra ſuam Civitatem & Diœceſim, niſi in certis caſibus ibi notatis, & in illis non ultra unam Dietam a finibus ejuſdem Diœceſis, ad judicium evocetur*, qnàm de duabus Dietis editis in Concilio generali, Juri revocandi domum, ac generaliter & indiſtinctè omni alii actioni, exceptioni, & defenſioni, per quam executio præmiſſorum, per nos promiſſorum, conventorum, ſeu concordatorum, differri poſſit aut impediri;

Ita quòd nullo ad defenſionem noſtram in hac re nti poterimus auxilio ſive ſuffragio, niſi Literis Acqnietantiæ ſeu Exoncrationis præfati Domini *Regis Angliæ* &c. Nobis in el parte factis, Magno Sigillo *ipſius Domini Regis* figillatis; ſubmittimusque nos infamiæ perpetuæ, necnon jacturæ, amiſſioni, & forifacturæ omnis credentiæ ſeu fiduciæ, qnæ nobis promiſſionibus ſeu Literis noſtris dari poſſet, omnisque Reputationis, Dignitatis, & Statûs ſeu Honoris rerreni, ac omni hujusmodi Credentiâ, Fiduciâ, Reputatione, Dignitate, Statu, & Honore terreno nos nudamus & exuimus per præſentes, ſi contingat nos præmiſſa omnia & ſingula, per nos, ut præfertur, promiſſa, conventa, ſen concordata, non obſervare, ſeu deficere in obſervatione illorum, aut alicujos eorumdem.

In quorum fidem & Teſtimonium hnie PARTI præfatarum INDENTURARUM, ſeu præſenti *Literæ Indentatæ*, penes præfatum Sereniſſimum Prineipem *Regem Angliæ* &c. REMANSURÆ, Nos *Karolus Dux Aurelianenſis* antedictus Sigillum noſtrum apposuimus, nnà eum appoſitione ſigni noſtri manualis.

Dat. apud *Palatium Weſtmonaſterii* ſecnndo die Julii, Anno Domini milleſimo, qnadringenteſimo, quadrageſimo, & Anno Regni præfati Regis Angliæ, &c. decimo octavo.

KAROLUS.

Sub Sigillo, Cerâ rubeâ expreſſo, pendente a Caudâ Pergamenæ.

ANNO 1440.

V.

Traité de Paix & d'Amitié mutuelle, conclu entre HENRI VI. *Roi d'Angleterre & de* JEAN VI. *Duc de Bretagne. Donné à Weſtmunſter le* 11. *Juillet* 1440. [RYMER, Fœdera, Conventiones, &c. Tom. X. pag. 789.] 11. Juill.

HENRY, par la grace de Dieu, *Roy de France & d'Engleterre*, & *Seignur d'Irland*, a tous ceulx, qui ces preſentes Lettres verront, Salutz.

Savoir faiſons que,

Come, en entertenant certaines choſes, purparlees & appointes par entre noſtre Treschere & Tresame Oncle *le Duc de Bretaigne* d'une part, &, noſtre Treschere & Tresame Coufin, *le Conte de Somerſet*, noſtre Lieutenanr General & Governour, depar nous, ſur le fait de la Guerre, en noz Royaume de Freunce & Duchie de Normandie, pour & en nom de nous, d'autre part, noſtre dit Oncle *de Bretaigne*, tant par ſes Lettres Patentes, come par ſes Gens & Notables Meſſages, pur ce envoiez par devers noſtre Roiale Magelte, nons ait fait favoir & promix que, en ſa Ville de Seiut Malo, ne en antre Ville, Fortereſſe, Port, ou Hable de ſon Duchie de Bretaigne, ne d'autres ſes Terres & Seignuries, ne ſerront demourans, recrieillez, ne retraix aueunes genz de Guerre, Navirez, ou Perſonues, pour faire ne porter Guerre on Damage, par Terre, ne par Mer, contre noſtre Seignurie, ne a noz obeiſſans Subgicz qnelconques, ſoit deca ou par dela la Mer,

Et que du dit lieu de Seim Malo, ne d'autres ſes Seignuries & Paiis, ne par les demoraus ou Habitans eu yceulx les Villes, Places, & Fortereſſes de Harefleu, Dieppe, le Mont Seint Michel, ne antres qnelconques Places ou Fortereſſes, tenans la partie de noz Adverſaires, ne ſerront desorenavant advitaillez, fournies, favoriſes, ne aucunement ſupportees,

Et que, pour l'execution de ſes choſes, en tant qne peut toncher la dite Ville de Saint Malo, *icelui noſtre Uncle* a baille la Garde & Governance de icelle Ville a noſtre Treschere & Tresame Couſin *Giles de Bretaigne* ſon Fllz, a fin que nous obeiſſans Subgietz qnelconques, & cenlx de noſtre *dit Oncle*, puiſſent desorenavant franchement & paiſiblement, aler, venir, marchander, & communiqner, les nns ovec les antres, en tourz & cheseuns les Royaumes, Seignuries, & Paiis de nous & de noſtre dit Oncle, tant par Mer, come par Terre, non obſtans quelconques enterpriſes, ou attemptas, faiz de Guerre, Pilleries, Robberies, on autres Injuries, les temps paſſez faictz par noz Subgietz & ceulx de noſtre *dit Oncle*, tant d'un coſt come d'antre, contre la tenure de la Paix final,

Nous, qui de tout noſtre cueur deſirons & volons le Traicte de la dira Paix final eſtre inviolablement garde & obſerve envers tous ceulx qn'il appertient ſanz a icelny Traite prejudicer ne deroguer eu aucune manere, par ceſtes promettons, en bone foy, a noſtre *dit Oncle de Bretaigne*, par ces preſentes (les queles ſerons duement publier en dedens le primer jour du moys d'Octobre procheinement venanr) que, depuis icellui jour, & dela en avant, en aucune Ville, Port, ou Hable de noſtre Obeiſſance, en noz Royaumes de France & d'Engleterre, ne en qnelconques autres noz Paiz ou Seignuries, ne ſerront demoutres, recreilles, ne retreux ancuns gens de Guerre, Nefs, Bateux, Naures, on Perſones, pour faire ne porter Guerre on Domage, par Mere, ne par Terre, contre les Paiis & Seignuries de noſtre *dit Oncle*, ne a ſes obeiſſans Subgettz qnelconques, ſoit par deca ou par dela la Mer.

Aincois volons qne les obeiſſans Subgetz de icelui *noſtre Oncle*, de quelqne eſtat ou condicion qu'ilz ſoyent, qui ne ſerront trouvez faiſans ou avoir fait Guerre a l'encontre de nous ou de noz Paiis & obeiſſans Subgettz apres la dite Proclamation, puiſſant de la en avant, ſeurement & paiſiblement, aler, venir, repairer, converſer, & demourer en & parmi noz Royaumes, Paiis, Terres, & Seignuries, lieux a nous obeiſſans, par Mer, par Eaue, & par Terre, pour marchaunder & aurermenr, toutesfoitz qu'il lour plairra, come noz propres Veſſeaulx & Subgietz;

Et, ſe aucun des noſtres enpeschoit aucun des Subgietz de *noſtre dit Oncle*, contre noſtre preſente voulente

ANNO 1440. lente (que Dieux ne veulle) nous volons que, ſanz delay, il ſoit puuy vigeureſſemeut & ſanz deport, moienaut Juſtice, en tiel manere que autres y doient preudre exemple.

Outre plus,

Ateudu que la greignure parties des inconveniens & attemptaz devantditz ſont, come l'en dit, advenuz ſur Mer a l'encontre de Marchantz & autres frequentans & paſſans la Mer, tant d'un eoſt come d'autre, il eſt plus grant neceſſite de y mettre eſtroites proviſions pour la complitſement & entertenant de ce que dit eſt, a fiu, que ſi aucune choſes eſtoient faites au coutraire, que plus preſtement & plus aiſeement elles puiſſent eſtre repaires & amendes & les delmqaanz puny,

Nous volons & ordonnons, par ces mesmes preſentes, que toutz Maiſtres de Veſſeaulx & Navires, freqaentans ſue Mer, de noſtre obeiſſans, en quelconques uoz Seigneuries & Paiis, avant qa'ilz partiront de leurs Hables & Lieux apres le dit primer jour d'Octobre procheinement venant, illez bailleront bonne & ſoaffiſauut caution a Burgoiſe, en leurs Portes & Hables, & gens notables & ſolvables, qui ſeront uomez, choiſiz, & eſlieuz par les Habitans d'icelx Portes & Hables, a leurs perils & fortunes, & les queles gens ſerront comiz depar nous a recevoir les dites cautions de icenlx Maiſtres de Niefs, qu'ilz ne prendront, pilleront, ne robberont aucons des obeiſſans Subgietz de *noſtre dit Oncle*, ne leurs biens, eſtans en ſes Paiis & Seignouries, ou en Vaſſeulx & Navires d'iceulx Paiis, portans ſouffiſant tesmoignage d'avoir baille ſamble caution per dela de uou porter domage a nous Subgietz, ne a lars biens.

Item, s'il advenoit (qae Deux ne veulle) que aucuns de noux Subgietz feiſſent le contraire, incontinent en ſerra faite reparation ſur les biens des ditz Delinquans & de leurs cautions; mais, ſe leurs biens ne ſouffiſant, ycelui reparation ſe ferra ſar les biens deſuisditz Comia, & des Habitans des Lieux que a ce les auront choſes.

Item, & de noſtre part, pour plus promptement faire ferre la dite reparation, nous committons, es quartiers de Paiis pres de la Mer, en chescon de noz Royaumes, & autres noz Paiis, gens uotables Conſervateurs de ceſte noſtre Ordonuance, les quelles, ſaux garder order de Droit on de Cuſtume, ſomerement & de plein, & ſanz figure de long Proces, feront faire la dite reparation, quant le cas y eſcherra.

Item, pour obvier aux fraudes, que aucuns poroient faire, ou cas qae aucuns Vaſſeulx, Navires, ou Biens, appartenans aux Subgitz de *noſtre dit Oncle*, ſerroient prins par aucuns de noſtre part, nous volons & ordonnons que iceulx Navires & les Biens, non periſſables, ſoient gardes, enſamble & en nature de choſe, ſaus les butiner, departir, vendre, aliener, ne transporter en aucune manere, jusques a deux mois apres la jour de la dite prinſe; &, ſe les ditz Biens ou auenns d'iceulx eſtoyent periſſable, & que en ne les peuſt garder ſi longement, ſanz empirer, tantoſt ils ſerront venduz le plus proufitablement que on pourra bonement, & l'Argent, que en yſtra, ſerra mys & garde en manere de Juſtice, ou en autre main ſoure, par ſamble temps de deux mois, a fiu que, dedens icelui temps, les Subgiez de icelui *noſtre Oncle*, qui preteudront avoir droit a celz Navires & Biens, puiſſent venir remouſtrer & pourſuir lour droit pardevant les ditz Conſervatours.

Item, ſe, ſur la Mer, ou a la Terre, les Mariners ou autres noz obeiſſanz Subgietz ſouut, apres la dite Publication, interrogues, par les Subgietz de noſtre *dit Oncle*, a queles Perſonnes appertendront les Biens & Marchaundiſes, qu'ilz menront & conduirent ou leurs Navires ou autermeut, nos ditz Sabgietz ſerront tenuz d'en dire & respondre pure verite & par leur ſerrement, ſe reqaiz en ſont; &, ſe dedens an & jour, lors proscheinement enſuians, a l'encontre de eulx eſtoit faite pourſaite & aceion, & qui fiuablement il fuſt duement prouve que noz ditz Sabgietz euſſent advoue ou recelle aucune Biens, appartenans aux ennemiz & adverſaires de icelui *noſtre Oncle*, ceulx, que ainſi les auront receles ou advoues, ſerront tenuz & contrains de rendre & reſtituer les diz Biens, ou la valeur d'iceulx, a celluy ou a ceulx, que ainſi les auront interroguez, par ſerement.

Item, ſe, a l'necaſion ou ſoubz umbre de quelque marque, repriſailles, attemptas, ou voies de fait, que poroient eſtre *faites*, *toutes* les choſes devantdites, en quelque manere que ce ſoit, tant d'une coſt come d'autre, la coutenue & l'effect de ceſte preſent Ordonuance demourra toaz jours en ſa force & vertue en autres cas, & des attemptas ſerra fait prompte reparation & Juſtice par les Conſervatours deſſusditz. ANNO 1440.

Et, avecqaes ce, promittons a *noſtre dit Oncle de Bretaigne*, pour lui, & pour tous les ſiens, que, ſe aeuns de ſes obeiſſans Sabgiettz ſout prins par les nostres, ſur Mere, ou Terre, a l'occaſion de marque, Repriſaille, ou auterment, poar quelconques eauſe, ou ſoubs quelconques colour, yeeulx Priſonners demourront eu & ſubz noſtre Seigaorie & Jurisdicciou, ſanz eſtre menez, miz, bailliz, ne transportez en aucuue Ville, Chaſtell, ou Place tenant le party de obeiſſance des adverſaires de icelui *noſtre Oncle*, qui viegne a noſtre ſceu ou eognoiſſauz; en quel cas, ſe requiz en ſomes, uoas contraindrons les preners, par prinſe de corps & de biens, a ramenes tielx Priſoners en noz Paiis & Obeiſſans, a fiu d'en eſtre fait & ordonne au ſarplas ce qae raiſon donra.

Toutes les quelles choſes & chescun d'icelles nous promittons tenir & accomplie, & par noz Juſtices, Officers, Vaſſaulx, & obeiſſans Subgietz faire tenir, executer, enteriner, & accomplir, de poiut eu point; inviolablement, ſanz enfraiudre, par la manere que dit eſt.

Eu teſmoiu de ce nous avons fait mettre noſtre Seel a ces preſentes.

Dou. a *Weſtm.* le xi. jour de Juyll, l'an de noſtre Regne dis oytisme.

Per Breve de Private Sigillo.

VI.

Inſtrumentum publicum continens Juramentum quod CAROLUS *Dux Aurelianenſis pro ſua liberatione præſtitit* HENRICO VI. *Regi Angliæ. Dat. Gravelinis* 12. *Novembris* 1440. [RYMER, Fœdera, Conventiones, &c. Tom. X. pag. 830.] 12. Nov.

IN DEI NOMINE AMEN.

Tenore publici Inſtrumenti cunctis evidenter appareat & ſit notum quòd,

Anno ab Incarnatione Domini, ſecundùm curſum & computationem Eccleſiæ Anglicanæ, milleſimo, quadringenteſimo, quadrageſimo, Indictione quartâ, Pontificatûs Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini *Eugenii*, Divinâ Providentiâ, Papæ Quarti Anno decimo, menſis verò Novembris die duodecimâ, ac ejusdem dici Horâ undecimâ ante meridiem, vel circa, in Eccleſia Parochiali Sancti Willibrordi de Grsvelings Morienſis Diœceſis, ad altare Sancti Nicholai, ad Auſtralem partem ejusdem Eccleſiæ ſituatum,

In noſtrâ Notariorum & Teſtium ſubſcriptorum præſentiâ perſonaliter conſtitutus, Sereniſſimus Princeps & Dominus, *Karolus Dux Aurelianenſis*,

In præſentiâ Venerabilis in Chriſto Patris, *Willielmi Roffenſis Epiſcopi*, Domini *Johannis Cornewaill* Domini de Fanhope, & *Roberti Roos* Militis, necnon Magiſtrorum, *Stephani Wilton*, Decretorum, & *Willielmi Sprever*, Legum Doctorum, Ambaſſiatorum, Oratorum, Commiſſariorum, & Deputatorum Excellentiſſimi & Chriſtianiſſimi Principis, Domini *Henrici*, Dei gratiâ, *Angliæ & Franciæ Regis*, &c. ad recipiendum vice & nomine dicti Chriſtianiſſimi Regis, a præfato *Karolo Duce Aurelianenſi*, Sacramentum infraſcriptum, poteſtatem ſufficientem habentium,

Prour per Commiſſionem præfati Excellentiſſimi Domini Regis, eis ſuper præmiſſis factam, & nobis Notariis ſupra & infraſcriptis realiter exhibitam, ſatis liquet,

Cujus tenor ſequitur, & eſt talis,

Henricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ*, Venerabili in Chriſto Patri, *W.* eâdem gratiâ, *Roffenſi Epiſcopo*, ac dilectis & fidelibus ſuis, *Johanni Cornewale* Domino de Fanhope, *Thomæ Kyriell* Locumtenenti Villæ ſuæ Caleſii, & *Roberto Roos*; Militibus: necnon, dilectis ſibi Magiſtris, *Stephano Wilton*, & *Willielmo Sprever*, Decretorum & Legum Doctoribus, ac *Roberto Whityngham* Armigero Theſaurario dictæ Villæ ſuæ Caleſii, Salutem.

Sciatis quòd,

ANNO 1440. Cùm, cariſſimus Conſanguineus noſter, *Karolus Dux Aurelianenſis*, in Feſto Apoſtolorum Simonis & Judæ ultimò præterito, in Eccleſia ſive Monaſterio Beati Petri Weſtmonaſterienſi, ſub forma quæ ſequitur,

Ego Karolus Dux Aurelianenſis *Juro, ad hæc Sancta Dei Evangelia, per me corporaliter tacta, quòd omnia & ſingula in Literis Appunctuamentorum, inter Sereniſſimum Principem* Henricum, *Dei gratia*, Angliæ Regem, *& me* Karolum prædictum *factorum, conventorum, & concordatorum, necnon in Literis Obligatoriis, per me præfato Regi factis ſive fiendis, Sigilloque meo conſignatis ſive conſignandis, contenta, quatenus me, Partemque meam, aut aliàs, ex Conventione, Pactione, ſeu Promiſſione mea, concernunt, ſecundùm omnem vim, formam, & effectum eorundem, abſque dolo, fraude, cavillatione, aut malo ingenio, benè & fideliter adimplebo, adimpleriique faciam & obſervari,*

Juro inſuper quod gratiis ac Privilegiis Fori vel aliis, & gratiarum hujusmodi Literis impetratis ſeu impetrandis, ſeu qualitercumque conceſſis ſeu concedendis, etiam mero motu concedentur, non utar in præjudicium dicti Domini Regis, *Hæredum, vel Succeſſorum ſuorum, nec in præjudicium contentorum in Appunctuamentis prædictis ſeu in aliquo eorumdem*;

Sic me Deus adjuvet & hæc Sancta:

Alioquin precor altiſſimum ut infractio ſeu violatio Sacramenti hujus (ultra cujuslibet honoris terreni amiſſionem & Infamiæ notam indelebilem) michi ad dampnationem cedat æternam, Diabolo & Angelis ejus imperpetuum ſociando;

Et, in ſignum fideliter obſervandi & adimplendi iſtud Juramentum meum & ſingula in ipſo comprehenſa, nomen meum manu meâ propriâ hic ſubſcribo.

Solempne ac corporale præſtitit juramentum,

Nobisque fideliter & in verbo Principis promiſerit quòd, poſtquam in partes Regni Franciæ, extra obedientiam noſtram exiſteutes, pervenerit, Juramentum hujusmodi renovabit, necnon quòd certas Literas Recognitionis, per ipſum factas, & in Regno noſtro Angliæ per ipſum ſigillatas, ſine procraſtinatione aliqua, ſub Sigillo ſuo conſueto renovaret,

Ad recipiendum, nomine noſtro, *dicti Ducis* Sacramentum ſic præſtandum, ac Literas Recognitionis hujusmodi ab *eodem Duce* petendum, exigendum, & recipiendum, vobis (de quorum fidelitate & circumſpectionis induſtria plenè confidimus) conjunctim, & diviſim, committimus poteſtatem.

In cujos rei Teſtimonium has Litteras noſtras fieri fecimus Patentes.

Teſte meipſo *apud Weſtmonaſterium* tertio die Novembris, Anno Regni noſtri decimo nono.

Tactis corporaliter per *eundem Ducem* Sacroſanctis Evangeliis, non vi, dolo, aut metu, ſive fraude ductus, ſed ſuâ merâ, & ſpontaneâ voluntate, ut aſſeruit tunc ibidem, juxta, & quemadmodum in quadam Cedulâ Pergameni, per eum tunc ibidem publicè lectâ, continebatur, juravit,

Cujus tenor ſequitur, & eſt talis,

Ego, *Karolus Dux Aurelianenſis*, JURO ad hæc Sancta Dei Evangelia, per me corporaliter tacta, quòd omnia & ſingula in Literis Appunctuamentorum, inter Sereniſſimum Principem *Henricum*, Dei gratiâ, *Angliæ Regem*, & me *Karolum* prædictom factorum, conventorum, & concordatorum, necnon Literis Obligatoriis per me præfato Regi factis ſive fiendis, Sigilloque men conſignatis ſive conſignandis, contenta, quatenus me, Partemque meam, aut aliàs ex conventione, pactioue, ſeu promiſſione meâ concernunt, ſecundum omnem vim, formam, & effectum eorundem, abſque dolo, fraude, cavillatione, aut malo ingenio, benè & fideliter adimplebo, adimplerique faciam & obſervari:

JURO, inſuper, quòd gratiis ac Privilegiis Fori, vel aliis, & gratiarom hujusmodi Literis impetratis, ſeu impetrandis, ſeu qualitereúmque conceſſis, ſeu concedendis, etiam mero motu concedentur, non utar in præjudicium dicti Domini Regis, Hæredum, vel Succeſſorum ſuorum, nec in præjudicium contentorum in Appunctuamentis prædictis, ſeu in aliquo eorumdem:

Sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta;

Alioquin precor Altiſſimum, ut infractio, ſeu violatio Sacramenti hujus (ultra cujuslibet honoris terreni amiſſionem, & Infamiæ notam indelebilem) michi ad dampnarionem eedat æternam, Diabolo & Angelis ejus imperpetuùm ſoeiando;

Et in ſignum fideliter obſervandi, & adimplendi iſtud Juramentum meum, & ſingula in ipſo comprehenſa, uomen meum manu meâ propria hic ſubſcribo. ANNO 1440.

Quo quidem Juramento per præfatum *Sereniſſimum Ducem* ut ſupra emiſſo & tacto, idem *Karolus Dux Aurelianenſis* in Cedulâ ſupradictâ, Juramentum præfatum continente, nomen ſuum manu ſuâ propriâ ſubſcripſit, & ſignum ſuum manuale appoſuit,

Inſuper & eandem Cedulam ſuo Sigillo, in cerâ rubeâ pendente, arma ſua, cum tali circumferentiâ ſcripturæ, *Sigillum Karoli Ducis Aurelianenſis & Valeſiæ, Comitisque Bleſis, Bellimontis, ac Aſſenſis, & Conciaci Domini*, continente, conſignari, & præfatis Ambaſſiatoribus dicti Chriſtianiſſimi Regis tradi fecit, & realiter liberari,

Et tunc ſubſequenter, ad idem altare Sancti Nicholai, præfatus *Dux Aurelianenſis* dictis Ambaſſiatoribus præfati Domini *Regis Angliæ & Franciæ*, quasdam Literas Recognitionis, ſuo Sigillo quo ſupra in cera rubea conſignatas, realiter liberavit; ac palàm, publicè, & expreſſe, in præſentia dictorum Ambaſſiatorum, omnia & ſingula in dictis Litteris Recognitionis contenta, fatebatur & recognovit fuiſſe & eſſe vera; quarum quidem Literarom tenor ſequitur in hæc verba,

Nos, *Karolus Dux Aurelianenſis & Valeſiæ*, Comes Bleſis, Bellimontis, ac Aſſenſis, & Conciaci Dominus, univerſis Chriſti Fidelibus, notum facimus quòd, cùm in Litteris Appunctuamenti, inter Excellentiſſimum Principem *Henricum Regem Angliæ*, & nos *Karolum antedictum*, de & ſuper elargatione Perſonæ noſtræ a Priſonâ, ad tempus certum in eisdem Litteris ſpecificatum, ac Liberatione noſtrâ finali, & Præambulis ejusdem factî, inter cætera contineatur, ſaltim in effectu, quòd incontinenti poſt ſolutioueм *præfato Regi* a nobis factam de Summâ *quadraginta milium Nobilium*, ſen *octoginta milium Scutorum*, eidem Regi præmanibus ſolvendâ; & poſtquam eidem Regi tradidiſſemus, & liberâſſemus Literas Securitatum, de quibus in dicto Appunctuamento ſit mentio, & præſtitiſſemus Juramenta pro obſervatione debitâ contentorum in dicto Appunctuamento, & circa ea rationabiliter requiſita, ac expediviſſemus & impleviſſemus alia, quæ ſecundùm tenorem dicti Appunctuamenti, a nobis ante elargationem Perſonæ noſtræ fienda forent, *præfatus Rex* elargaret Perſonam noſtram, ſecundùm vim & effectum Literarum, ſuper elargatione hujosmodi fiendarum, inter *præfatum Regem & Nos* Indentandarum, & Sigillis noſtris hinc inde ſigillandarum,

Nos *Karolus antedictus* fatemur, & recognoscimus *præfatum Regem* præmiſſa omnia & ſingula, quantum ad ſe & Perſonam ſuam ſpectat, tàm quoad elargationem Perſonæ noſtræ, quàm quoad Literas ſuas de & ſuper elargatione hujusmodi fiendas, eum omni benignitate & favore feciſſe, impleviſſe, & obſervâſſe:

Ac inſuper dediſſe nobis, & liberâſſe Literas, tàm ſalvorum Conductuum, in formâ a nobis poſtulatâ, quàm aliàs quascúnque, quas pro Expeditione noſtrâ ſive tranſitûs noſtri a Regno Angliæ, pro obſervatione ſeu execurione dicti Appunctuamenti, ab eo petivimus & requiſivimus,

De, & in quibus omnibus reputamus & fatemur nobis eſſe per pattem dicti Regis plenè ſatisfactum; ſic quòd nichil eſt defectus ex parte *dicti Regis*, quoad obſervationem dicti Appunctuamenti, de quo juſtè conqueri poſſumus vel caufari.

In quorum omnium fidem & Teſtimonium, nos *Karolus* antedictus Sigillum noſtrum fecimus hiis Literis præſentibus apponi.

Datum *Gravelini* duodecimo die menſis Novembris, Anno Domini milleſimo, quadringenteſimo, quadrageſimo.

Super quo Juramento, ſicut præmittitur, per præfatum Sereniſſimum Principem *Karolum Ducem Aurelianenſem* emiſſo, & cæteris ſupradictis, tàm idem *Sereniſſimus Dux*, quàm ſupradicti Ambaſſiatores dicti Chriſtianiſſimi Principis *Angliæ & Francie Regis*, requiſierunt nos Notarios ſupra & infraſcriptos, ad futuram hujus rei memoriam, publica conſieere Inſtrumenta.

Acta igitur ſunt hæc, prout ſupraſcribuntur & recitantur, ſub Anno Domini, Indictione, Pontificatu, menſe, die, & loco quibus ſupra.

Præſentibus Honorabilibus & Discretis Viris,

Magiſtro *Johanne Hornlee* Bacallario in Sacra Pagina, *Ægidio*

ANNO 1440. *Ægidio Seynclowe*,
Thomâ Isaac,
Thomâ Reynes,
Willielmo Dewy,
Roberto Knollet,
Edmundo Blackett,
Thomâ Pympe,
Willielmo Roos,
Et *Willielmo Strikland*,
Et aliis in numero copioso Testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Et ego *Willielmus Midelton* Clericus Eboracensis, publicus Apostolicâ & Imperiali auctoritatibus Notarius, sic præmissis Juramenti præstationi cæterisque suprascriptis,

Dùm sic, ut præmittitur, sub Anno Domini, Indictione, Pontificatu, mense, die, & loco quibus supra, per Serenissimum Principem *Karolum Ducem Aurelianensem* supradictum, non ad hæc coactum, non vi, dolo, metu, aut fraude inductum, sed ex sua mera, propria, & spontanea voluntate, prout michi Notario prædicto apparuit, & idem Serenissimus Princeps etiam asseruit, fierent, & agerentur,

Unà cum Connotario infrascripto, & Testibus supranominatis, præsens personaliter interfui, eaque omnia & singula sic fieri vidi, & audivi, ipsúmque Juramentum in Scriptis, ut præmittitur, redactum, necnon supradictas Litteras Commissionis Excellentissimi & Christianissimi Principis, *Angliæ & Franciæ Regis*, Magno suo Sigillo in Cera alba, ac Recognitionis *dicti Ducis*, suo Sigillo ad arma in Cera rubea ut supra, pendentibus signatas, diligenter inspexi, palpavi, examinavi, & transumpsi, ac tenorem earumdem Commissionis, Juramenti, & Recognitionis Literarum in præsenti publico Instrumento de verbo ad verbum scribi feci:

Ideóque hoc præsens publicum Instrumentum manu alienâ, me aliis occupato Negotiis, fideliter scriptum, in hanc publicam formam redegi, signoque & nomine meis solitis & consuetis signavi rogatus, & requisitus, alm per præfatum Serenissimum Ducem, quàm per Ambassiatores Christianissimi Domini Regis supradicti, in fidem & Testimonium omnium præmissorum.

MIDELTON.

Et ego *Rogerus Wenlok* Clericus, Herfordensis Diœcesis, Publicus auctoritate Apostolicâ & Imperiali Notarius, præmissis Juramenti emissioni cæterisque omnibus & singulis,

Dùm sic, ut præmittitur, sub Anno Domini, Indictione, Pontificatu, mense, die, & loco quibus supra, per Serenissimum Principem *Karolum Ducem Aurelianensem* supradictum, ad hæc non vi coactum, nec dolo, metu, aut fraude inductum, sed ex sua mera, propria, & spontanea voluntate, utpote michi Notario prædicto apparuit, & idem Serenissimus Princeps etiam exposuit, agetentur & fierent,

Unà cum Connotario præfibato, & Testibus supranominatis præsens personalitet interfui, eaque omnia & singula sic fieri vidi, & audivi, idemque Juramentum in Scriptis, ut præfertur, redactum, necnon præfatas Literas Commissionis Excellentissimi & Christianissimi Principis, *Angliæ & Franciæ Regis*, suo Magno Sigillo in Cera alba, ac Recognitionis Literarum in præsenti publico Instrumento, de verbo ad verbum scribi feci, præsensque Instrumentum publicum manu alienâ, me aliis Negotiis ardnis præpedito, fidelitet scriptum, in hanc publicam formam redegi, signoque & nomine meis solitis & consuetis signavi rogatus & requisitus, in fidem & Testimonium omnium præmissorum, tàm per prænominatum Serenissimum Principem, quàm per Christianissimi Domini Regis prædicti Ambassiatores.

WENLOK.

VII.

1444. 27. Junii. *Tractatus Induciarum inter* CAROLUM VII. *Regem Franciæ, &* HENRICUM VI. *Regem Angliæ in biennium conclusarum. Dat. apud Westmonasterium die 27. Junii Anno* 1444. [RYMER, Fœdera, Conventiones, &c. Tom. XI. pag. 59.]

REX omnibus, ad quos &c. Salutem. ANNO 1444.

INSPEXIMUS quædam Appunctuamenta Treugarum, *inter Nos & Avunculum nostrum Franciæ*, ac Regna, Dominia, Subditos, & Alligatos utriusque Partis, tàm per Aquam, quàm per Terram, captarum, facta in hæc verba,

Rex Excelsus, æterni Regis Filius, pîâ miseratione de Summis Cœlorum ad yma descendere voluit, ut, sublato veteri Inimicitiarum & Divisionis pariete, ad Unitatem & Pacem reduceret Homines, *Vera Pax* exemplum terrenis relinquens Principibus quanto affectu & quàm ardenti desiderio studere deberent suorum quieti Subditorum, eosque, sedatis turbationum Guerrarúmque diris amfractibus, in pulcritudine Pacis stabilire.

Quo respectu indubiè permotus, Metuendissimus & Excellentissimus Princeps, *Henricus*, Dei gratiâ, *Angliæ & Franciæ Rex*,

Qui ab incuntis suæ minoris ætatis auspiciis, suorum more Majorum, & singularitet illius, perhennis recordationis, inclitissimæ & divæ memoriæ, Principis *Henrici, sui Progenitoris Nobilissimi*, inhærens vestigiis, semper præcipuum suis gessit in votis Regnorum Angliæ & Franciæ Pacem, juxta Prophetæ exhortationem, nedùm quærere, sed etiam continuè ac jugiter prosequi,

Post multas & solempnes Ambassiatas, in eam rem superiori tempore delectas, noviſſimè in eandem nos, *Willielmum de la Pole Comitem Suffolciæ* Hospitii sui Regii Magnum Magistrum, *Adam Moleyns* Custodem Privati Sigilli sui, Legum Doctorem, Decanum Saresburiensem, *Robertum Roos* Militem, Regios Consiliarios, ac *Thomam Hoo* Militem, *Richardum Andrewe* Secretarium Regium Legum Doctorem, & *Johannem Wenlok* Armigerum, Ambassiatores suos ad præsentiam, Serenissimi & Illustrissimi Principis, *Avunculi sui Franciæ*, suffultos in ea parte auctoritate sufficienti, in præsentiarum demisit.

Quo circa nos, iidem, *Willielmus*, *Adam*, *Robertus*, *Thomas*, *Richardus*, & *Johannes*, Ambassiatores prædicti, univetsis Christi Fidelibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, *notum facimus* quòd *nos*,

In vim potestatis & auctoritatis, pro Pace tractanda, nobis in ea parte attributarum & commissarum,

Cujus quidem Commissionis tenor sequitur in hæc verba,

HENRICUS, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ*, & *Dominus Hiberniæ*, omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Pensitantibus nobis quantus sit fructus Pacis, quantáque maximarum rerum publicarum detrimenta, labefactationes, & excidia proveniunt immoderatis Bellorum procellis, & quòd Pax, veluti quædam Hominibus in Tertis omnipotenti Deo attributa Gloria, in nostri Redemptoris Natali fuit per Angelos nunciata, Domino nostro continuante desolationem prosequentibus discordiam, ad ea nos, sub pœna perpetuæ indignationis divinæ, recensemus astrictos, quibus fragor, in quantum in nobis est, extinguatur Bellorum, & salutiferæ Unitati fidelium efficaciter consulatur,

Districtum igitur divinum præ oculis habentes Judicium, & quæ sunt Jesu Christi quærentes, consideramus præclariſſima olim Franciæ & Angliæ Regna, necnon urgentia in eisdem ex Bellis in alterutrum mala, quorum extinctionem toto nostro cupimus conatu, ea quæ Pacis sunt in hac parte prolequi cum effectu,

Undè confidentes de approbata fidelitate, circumspectione & industriâ, ac præcipuè Conscientiarum puritate, cariſſimi Consanguinei nostri *Willielmi Comitis Suffolciæ* Magni Senescalli Hospitii nostri, dilecti Clerici nostri Magistri *Ade Moleyns* Legum Doctoris Decani Ecclesiæ Cathedralis Sarisburiensis ac Custodis Privati Sigilli nostri, dilecti & fidelis nostri *Roberti Roos* Militis Consiliarii nostri, dilecti & fidelis nostri *Thomæ Hoo* Militis dilecti Clerici nostri, Magistri *Richardi Andrewe* Legum Doctoris Secretarii nostri, & dilecti nobis *Johannis Wenlok* Armigeri Domicelli nostri,

Ad laudem & honorem omnipotentis Dei, & pro vitanda humani Sanguinis effusione, ac ad removendum suprædicta mala, necnon ut quietî Subditorum nostrorum, per bonum Pacis, auxiliante Domino, utiliter sit provisum,

Ipsos, *Comitem*, *Decanum*, *Robertum*, *Thomam*, *Richardum*, & *Johannem*, nostros Ambassiatores, Oratores, Procurator es Deputatos, & Nuncios speciales

ANNO 1444. cisles facimus, ordinamus, & conſtituimus per præſentes;

Damus itaque &, de conſenſu ac deliberatione Conciliî noſtri, tenore præſentium, concedimus eisdem Ambaſſiatoribus, Oratoribus, Procuratoribus, Deputatis, & Nunciis noſtris prædictis, quinque, quatuor, tribus, & duobus eorum (quorum præfatum *Comitem* unum eſſe volumus) poteſtatem plenariam, ac Mandatum generale & ſpeciale, pro nobis, & nomine noſtro, ac utriuſque noſtrorum Angliæ & Franciæ Regnorum, Dominiiſque, Subditis, ac Amicis noſtris, ac aliis nobis Alligatis, Conſœderatis, & Adhærentibus quibuscúmque, cum Sereniſſimo Principe *Karolo Avunculo noſtro* in Regno Franciæ, ſive ſuis Ambaſſiatoribus, Oratoribus, Procuratoribus, Deputatis, & Nunciis, poteſtatem ſufficientem ab eodem Avunculo noſtro in hac parte habentibus, conveniendi, comunicandi, tractandi, necnon componendi, paciscendi, & tranſigendi, appunctuandi, ac plenè & finaliter concludendi & concordandi de *Pace perpetua*, necnon de & ſuper omnibus Contentionibus, Quæſtionibus, Guerris, Cauſis, & Querelis, Litibus, Demandis, & Debatis, unà cum omnibus ſuis circumſtantiis, emergentibus, incidentibus, dependentibus, ac connexis,

Quæ *inter nos*, & Regua, Dominiáque noſtra, Subditosque noſtros, necnon Alligatos, Conſœderatos, & alios nobis Adhærentes quoscúmque, & dictum *Avunculum noſtrum*, atque Loca & Dominia quæ habet vel prætendit habere, pendere noscuntur,

Univerſáque & ſingula, quæ inter eos appunctuata, conventa, concluſa, & concordata contigerit, roborandum & aſſecurandum per fidei interpoſitionem, & Juramentum, ad Sancta Dei Euvangelia, in animam noſtram præſtandum,

Ac de & ſuper omnibus & ſingulis præmiſſis ac Dependentiis ab eisdem omnes & omnimodas Securitates, Cautiones, Promiſſa, Obligationes, ac Literas ſigillatas concedendum, faciendum, & expediendum, prout eisdem Ambaſſiatoribus noſtris, quinque, quatuor, tribus, aut duobus eorum (quorum præfatum *Comitem* unum eſſe volumus) melius videbitur expedire,

Quæ talem tantámque vim, auctoritatem, & effectum volumus realiter optinere, ac ſi ea in propria Perſona feciſſemus,

Cateráque omnia & ſingula, in præmiſſis concluſa, concordata, & firmata, expediendum, perficiendum, & pro parte noſtra perimplendum, ac debitè exequendum, etiam ſi majora ſint expreſſatis, & Mandatum de fui natura magis exigant ſpeciale, & quæ nosmetipſi facere poſſemus ſi perſonaliter præſentes eſſemus in explicatione & concluſione præmiſſorum,

Promittentéſque, bonâ fide & verbo Regio, in hiis Scriptis, quòd omnia & ſingula, quæ in præmiſſis vel circa per Ambaſſiatores noſtros prædictos, quinque, quatuor, tres, vel duos eorum (quorum præfatum *Comitem* unum eſſe volumus) appunctuata, conventa, concluſa, & concordata fuerint, rata, grata, firma, & ſtabilia pro perpetuo habebimus, & faciemus inviolabiliter obſervari.

In cujus rei Teſtimonium has Literas noſtras fieri fecimus Patentes.

Dat. apud *Manerium noſtrum de Shene* undecimo die menſis Februarii, Anno Regni noſtri viceſimo ſecundo.

Cum, Illuſtri & Magnifico Principe, *Karolo, Duce Aurelianenſi & Valeſii* Comite Bleſenſi Bellimontis & Aſtenſi ac Domino de Couceyo, *Ludovico Comite Vendocinenſi* & *Carnoti* Suppremo Magiſtro Domûs Franciæ, *Petro de Breſe* Domino de Varenna, & *Bertrando de Bellavalle* Domino de Precigneio, Militibus, Commiſſariis præfati Sereniſſimi Principis & ab eo in hac parte poteſtatem & auctoritatem ſimilem habentibus,

Prout in Literis, Magno Sigillo *ejusdem Avunculi* ſigillatis (quarum tenor ſequitur) plenè liquet,

CHARLES, par la grace de Dieu, *Roy de France*, a toutz ceulx, qui ces preſentes Lettres verront, Salut.

Comme puis n'aguieres, Tresnoble Prince, noſtre *Nepveu d'Angleterre*, euſt envoye par devers nous le *Conte de Suffolk*, & autres ſez Ambaſſadeurs, pour la fait du Tratie de la Paix d'entre nous, noz Roialme, & Subgietz, d'un part, & lui, & les Royaume, & Subgietz d'Angleterre, d'autre,

Sur la quelle matiere de Paix euſſent eſte faitz pluſieurs overtures, entre aucuns des Seigneurs de noſtre Sang & autres de noſtre grant Conſeil, par nous a ce commis, d'un part, & lez ditz Ambaſſadeurs de noſtre *dit Nepveu*, d'autre,

ANNO 1444.

Et pour ceo que, de preſent, la matiere, n'a peu prendre concluſion de *Paix final*, nous aiont les dita Ambaſſadeurs de noſtre dit *Nepveu* requis Treve jusques a aſcon brief temps en eſperance de Paix en aiant,

A la quelle Requeſt nous,

Qui, pur Honoure & Reverence de Dieu noſtre Creature, qui a commaunde Paix, Amour, & Charite entre les Hommes, & pour eſchever l'effuſion de Sang humain, & faire ceſſer les orribles & execrables maulx, pechiez, & inconveniens & les treſonres & inſupportables oppreſſions, afflictions, & tourmens du povre Peuple Chriſtien avenuz, & qui vraiſemblement purroient encores plus avenir a l'occaſion des aspres & cruelles Guerres, qui longuement ont dure en ce Royalme, & auxi en favear & contemplacion de la prozimite de Sang & Lignaige qui eſt *entre nous & noſtre dit Nepveu*, avons tousjours eſte & ſoumes enclins, de tous noſtre cueut, a tout bone Paix raiſinnable, Amour, & Union entre nous & luy, voloua tousjoura a ce nous emploier & exiber tellement que chascon apparconie clerement de bon voulour, deſir, & entention que avons a la matier deſſusdit, & le monſtrer par effect,

Soyons condescenduz d'entendre, ou faire entendre par noz gens a ce commis, avecques les dites Ambaſſadeurs de noſtre dit Nepveo, a tractier & appointer ſur la fait de la dit Treve, pur parvenir au bien de *Paix final*,

Savoir faiſons que nous,

Confians a plain & entiermeut des Perſonnes, de la loialte, & preudounme auſſy des grans ſens, prudence, diſrecciou, & bone experience de noſtre Treſchier & Tresame Frere & Couſin *le Duc d'Orleans*, & de noſtre Treschier & Tresame Couſin *le Comte de Vendoſme*, & de, noz amez & feaulx Conſeillers & Chamberlains, *Pierre de Breze* Sire de la Varenne, & *Bertran de Beauvau* Sire de Precigny, Chivalers,

Avons colx quatre, & les trois, & dieux d'iceulx faiz, ordonnez, commis, & depputez, faiſons, ordonnons, commettons, & depputons, par ces preſentes, noz Commiſſaires, Procurers, & Meſſages eſpeciaulx, pour entendre, beſongner, & conclure, en la matiere deſſusdite, avec les ditz Ambaſſadeurs de noſtre dit *Nepveu*,

Et avons donne & ottroie, donnous & ottroions, par ces preſentes, a noz ditz Commiſſaires, & aux trois, & deux d'iceulx, plein povoire, auctorite, & Mandement especiall de prendre, faire, promettre, conſenter, fermer, & conclure, pour & ou nom du nous, avec noſtre *dit Nepveu*, ou les ditz Ambaſſadeurs, aiaut puiſſance ſufficiant de luy co ceſt partie, Treves generalles ou particulieres, tant par Terre, que par Eaue, & auſſy par Mer, depuis tel temps, & durables jusques a tel temps, & co toutes meilleures manieres, voies, & formes que noz ditz Commiſſaires, ou lez trois, ou les dieux d'iceulx adviſeront eſtre plus expedient de faire, pour nous, noz Roialme, Terres, Seignuries, Paiix, Subgetz, Vaſſaulx, Amis, Alies, & Confederez quelzconques,

Et de faire publier & proclamer ycelles Treves, qui ainſy ſerront prinſes & accordees, entre noz ditz Commiſſaires, ou les troys, ou dieux d'iceulx, & noſtre *dit Nepveu*, ou lez ditz Ambaſſadeurs, par touts noz Roiaume, Terres, & Seignuries quelzconques, tout par tout on boſoing ſera,

De jurer, en noſtre Ame, que lez ditz Treves, ainſi comme dit eſt prinſes & accordes, nous garderons, & en tant que en nous appartient les ferons garder par noz Subgietz,

Et a faire, ordonner, & depputer Conſervateurs & Juges des ditz Treves generalles & ſpecialles, telz & in tel nombre & ainſi qu'il leur ſemblera mieulx eſtre expedient,

Les quelz Conſervateurs aient puiſſance ſouffiſant de corriger & refourmer tout ce que ſera attempte ou mal faite contre les diz Treves,

Et faire, excereer, & expedier tontes & chascuna les autres choſes, qui es choſes deſſusditz & chascun d'icelle ſeroient neceſſaites, ou aucunment covenables,

Et promettons, en bon foy, & en parolle de Roy, de tenir & faire tenir ferme & eſtable tout ce que par noz ditz Commiſſaires, ou les troſs, ou les dieux d'iceulx,

ANNO 1444. d'iceulx, aura eſte fait es choſes deſſusditz, ou en chascun d'icelles,

Et que nous ottroierons & ferons, ou ſerons faire, Lettres Confirmatores, ſoubs noſtre Grant Seel, de & ſur touts & chasceuns les Articles & Appointemens, des quelx entre eulx aura eſte appointie & accorde, & de les executer, a deue diligence, ſoloue lour forme & tenur, en tant que en nous eſt & a nous appartient,

Et ces choſes nous promettrons auſſy ſoubz hypotheque & obligacion de touts noz biens, meubles & immeubles, preſens & a venir, tellement que jamais par nous, ou en noſtre nome, ne dirons, ferons, ou propoſerons, en jugement, ou dehors, quelque choſe ou contraire,

Mandons a touts noz Juſticiers & Subgetz, que a noz ditz Commiſſaires, & aux trois, ou dieux d'iceulx, & a leurz Lettres & Mandemens obeiſſent & entendent diligemment.

En teſmoign de ce nous avons fait mettre noſtre Seel a ces preſentes.

Donne aux *Moutz les Tours*, le xx. jour de May, l'An de grace mille, quatrecens, quarante & quatre, & de noſtre Regne xxii.

Tractatus de Pace plurimos habuimus,

Tandemque (firmâ ſpe concepta de Pace perpetuâ concludendâ) *Treugas* quasdam generales, tanquam medium aptiſſimum per quod, divinâ cooperante gratiâ, ad Pacem hujusmodi perpetuam firmius ac ſtabiliùs roborandum matnrius poſſit perveniri, auctoritate nobis etiam deſuper commiſſa,

Cujus tenor ſequitur,

HENRICUS, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ*, omnibus, ad quos præſentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd,

De prudentiâ, circumſpectione, fidelitate, & induſtriâ cariſſimi Conſanguinei noſtri *Willielmi Comitis Suffolciæ* Magni Senescalli Hospitii noſtri, dilecti Clerici noſtri Magiſtri *Adæ Moleyns* Legum Doctoris Decani Eccleſiæ Cathedralis Sarisburienſis ac Cuſtodis Privati Sigilli noſtri, dilecti & fidelis noſtri *Roberti Roos* Militis Conſiliarii noſtri, dilecti & fidelis noſtri *Thomæ Hoo* Militis, dilecti Clerici noſtri Magiſtri *Richardi Andrewe* Legum Doctoris Secretarii noſtri, & dilecti nobis *Johannis Wenlok* Domicelli noſtri, plenariè confidentes,

Ipſos, quinque, quatuor, tres, & duos eorum fecimus, ordinavimus, & deputavimus, ac per præſentes facimus, ordinamus, & deputamus noſtros certos & indubios Ambaſſiatores, Commiſſarios, & Nuncios ſpeciales,

Dantes & concedentes ipſis, quinque, quatuor, tribus, & duobus eorum plenam poteſtatem, & auctoritatem, ac Mandatum ſpeciale, pro nobis & nomine noſtro, cum Sereniſſimo Principe *Karolo Franciæ Avunculo noſtro* nobis adverſante, ſive ſuis Ambaſſiatoribus, Oratoribus, Procuratoribus, Deputatis, & Nunciis, poteſtatem ſufficientem ab eo in hac parte habentibus, bonas, firmas, & ſtabiles Treugas, generales vel particulares, tàm per Terram, quàm per Mare, & Aquas, tamdiu ac tanto tempore duraturas omnibus melioribus modis, viis, & formâ, quibus ipſis Ambaſſiatoribus, Commiſſariis, & Nunciis noſtris prædicſis, quinque, quatuor, tribus, & duobus eorum melius in eventum videbitur expedire, capiendi, ineundi, firmandi, & finaliter concludendi, pro nobis, Regnis, Terris, Dominiis, Patriis, Subditis, Vaſſallis, Amicis, Alligatis, & Confœderatis noſtris quibuscúmque,

Et ipſas Treugas, inter ipſos Ambaſſiatores, Commiſſarios, & Nuncios noſtros, quinque, quatuor, tres, aut duos eorum, ac dictum *Adverſarium noſtrum*, ſeu Ambaſſiatores, Oratores, Procuratores, Deputatos, & Nuncios ſuos prædictos, capiendas, & concordandas, per omnia Regna, Terras, & Dominia noſtra quæcúmque publicari & proclamari faciendi, ubicúmque opus fuerit,

Necnon jurandi, in animam noſtram, quòd dictas Treugas, ſic ut præmittitur captas & concordatas, obſervabimus, & quantum ad nos pertinet per Subditos noſtros obſervari faciemus,

Ac etiam ut prædictæ Treugæ, ſic captæ, initæ, & concordatæ, firmiùs atque inviolabiliùs obſerventur & conſerventur tàm per Terram, Aquas, quàm per Mare, ad faciendum, ordinandum, & deputandum tot & tales Conſervatores & Judices dictarum Treugarum generales & ſpeciales & in tanto numero, prout & ſicut eis melius videbitur expedire, ANNO 1444.

Qui quidem Conſervatores habeant poteſtatem ſufficientem corrigendi & reformandi totum & quicquid contra dictas Treugas attemptatum ſeu malefactum fuerit,

Necnon cætera omnia & ſingula faciendum, excercendum, & expediendum quæ in præmiſſis & quolibet præmiſſorum neceſſaria fuerint ſeu quomodolibet oportuna,

Et promittimus, bonâ fide & in verbo Regio, ad tenendum & teneri faciendum firmum, ratum, & ſtabile totum & quicquid per dictos Ambaſſiatores noſtros, quinque, quatuor, tres, aut duos eorum actum, factum, ſeu geſtum fuerit in præmiſſis, ſeu quolibet præmiſſorum,

Et quod nos concedemus & faciemus, ſeu fieri faciemus, Literas Confirmatorias, ſub Magno Sigillo noſtro, de & ſuper omnibus & ſingulis Articulis & Appunctuamentis, de quibus inter eosdem fuerit appunctuatum & concordatum, & de exequendo eadem, cum debita diligentia, ſecundum formam & tenorem eorumdem, quantum in nobis eſt & ad nos pertinet,

Et hæc promittimus etiam ſub ypothecâ & obligatione omnium bonorum noſtrorum, mobilium & immobilium, præſentium & futurorum, ita quòd nunquam per nos vel nomine noſtro dicemus, faciemus, aut proponemus, in Judicio, vel extra, quicquam in contrarium, Mandantes omnibus Juſticiariis & Subditis noſtris, quatinus dictis Ambaſſiatoribus noſtris, quinque, quatuor, tribus, & duobus eorum, ac eorum Literis & Mandatis obedient & intendant diligenter.

In cujus rei Teſtimonium has Literas noſtras Patentes fieri, & Magni Sigilli noſtri munimine ſecimus roborari.

Dat. apud *Maurimm noſtrum de Sheene* undecimo die Februarii, Anno Regni noſtri vicéſimo ſecundo.

Appunctuavimus, concordavimus, inivimus, ac concluſimus pro dicto Domino noſtro Rege, Regnis, Terris, Dominiis, & Subditis, necnon pro univerſis & ſingulis Majeſtati ſuæ Colligatis & Confœderatis, Amicis, Auxiliantibus, Fautoribus, & Adhærentibus,

Ac ſpecialiter pro *Rege Romanorum*, & *Electoribus Imperii, Daciæ, Sueciæ, Norwegiæ*, & *Portugaliæ*, Regibus, *Gloucestriæ, Eborum, Exoniæ, Somerſetiæ*, & *Norffolciæ*, Ducibus, ac *Comite Staffordiæ*, & *Thoma Stanley* pro Dominio de Man, eorúmque & cujuslibet eorumdem Vaſſallis, Terris, Dominiis, & Subditis quibuscúmque,

Per Terram, per Mare, & per Aquas, ac citra & ultra Mare, & per præſentes facimus, inimus, appunctuamus, concordamus, & concludimus unà cum præfatis Commiſſariis ſæpedicti Sereniſſimi Principis, ad hoc poteſtatem ab eo ſufficientem, ut ſupra patet, habentibus,

Qui etiam nobiscum, in vim poteſtatis ſuæ prædictæ, pro dicto Sereniſſimo Principe *Avunculo Franciæ*, Terris, Dominiis, & Subditis, ac Alligatis ſuis; videlicet,

Pro *Caſtellæ & Legionis* ac *Ciciliæ & Jeruſalem* ac *Scotiæ* Regibus, *Viennenſi Delphino*, necnon *Aurelianenſi, Burgundiæ, Britanniæ, Burbonie, Alencenii*, Ducibus; ac *Comite Cinomanſi*, ac dictorum Subditorum & Alligatorum Regnis, Terris, Dominiis, & Subditis,

Per Terram, per Mare, & per Aquas, ac citra & ultra Mare, & tàm infra quàm extra hoc Franciæ Regnum, inierunt, fecerunt, concordârunt, promiſerunt, firmaverunt, & concluſerunt bonas, firmas, indubias, & inviolabiles Treugas,

Quæ incipient per totum Regnum Franciæ, tàm per Terram, quàm per Aquam dulcem, comprehenſis & infra intellectis Portubus Maris; videlicet,

In Ducatu Aquitanniæ, & Patria Vasconiæ, & in Portubus Maris & Inſulis inibi exiſtentibus, ab ortu Solis decimo quinto die menſis Junii jam immediatè ſequenti,

Et in aliis Patriis & partibus dicti Regni Franciæ, & Portubus Maris & Inſulis inibi exiſtentibus, in prima die dicti menſis Junii, & a Solis ortu in eodem die,

Reſpectu verò Maris, primo die menſis Julii, dictam menſem Junii immediatè ſequentis, & ab ortu Solis in eodem,

Per totum verò Regnum Angliæ, & Dominium Hiberniæ, ac Terras Walliæ, & omnium aliorum Dominiorum

ANNO 1444. miniorum & Insularum dicti metuendissimi Domini nostri Regis, & Subditorum suorum quorumcúmque, ab Ortu Solis dictæ primæ diei mensis Junii,

Respectu verò Maris, a primo die Julii, dictum mensem Junii immediatè sequente, Horâ quâ supra (videlicet) ab Ortu Solis.

Quantum verò ad Alligatos & Conforderatos, Auxiliantes, Adhærentes, & Fautores, non Subditos utriasque Partis, attinet, hujusmodi Treugæ initium accipient immediatè post lapsum duorum mensium a die significationis factæ deliberationis voluntatis eorumdem de acceptando has præsentes Treugas, & Juramenti præstationis per eosdem & eorum quemlibet de servando easdem juxta omnem vim, formam, & effectum earumdem,

Quam quidem Declarationem sufficiet Excellentissimo ac Metuendissimo *Domino nostro Regi* facere in Civitate Parisius apud Curiam Parliamenti in eadem,

Et, pari formâ, sufficiet Serenissimo Principi, *Avunculo prædicto*, significare Locumtenenti Metuendissimi Domini nostri Regis, in Ducatu suo Nurmanniæ.

Durabunt autem prælibatæ Treugæ uniformiter per dicta Regna, Ducatus, Comitatus, Terras, & Dominia, tàm per Terram & Mare, quam per Aquam, usque ad Ortum Solis in primo die mensis Aprilis, quod erit, secundùm Computationem Anglicanam, Anno Domini milletimo, quadringentesimo, quadragesimo sexto.

INSUPER, concordatum est quòd, durantibus Treugis prædictis, cessare faciet Metuendissimus *Dominus noster Rex*, cum effectu, inter Majestatem suam Regiam, Regna, Patrias, Dominia, Subditos, & Colligatos suos, qui præsentes Treugas acceptaverint, præfatumque Serenissimum Principem *Avunculum suum Franciæ*, & suos Subditos, Vassallos, & Alligatos prædictos, qui præsentes Treugas acceptaverint, omnem Guerræ & facti viam; neque alicui vel aliquibus ex Subditis dicti Serenissimi Principis *Avunculi sui*, aut alteri Personæ cuicúmque, adversus eundem Avunculum suum, seu in ejus dampnum aut præjudicium, idem Metuendissimus *Dominus noster Rex*, durantibus dictis Treugis, dabit, impertietur, aut præstabit, quovis quæsito colore, Auxilium, Subsidium, aut Favorem; idemque per omnia servabit dictus Avunculus, in Persona sua, erga dictum Metuendissimum Dominum nostrum Regem.

Item, concordatum est quòd, durantibus istis Treugis, nulli Partium prædictarum, aut alicui ex suis gentibus, licebit, in obedientia alterius Partis, quæ nunc est, Fortalitia, Civitates, Villas, Terras, Castra, seu Loca quæcúmque capere, aut oblata recipere, per vim, furtum, insealationem, five sealamentum, de nocte vel die, aut per venditionem, configuationem, seductionem, donationem, traditionem, aut aliis medio, modo, vel colore quocúmque.

Item, concordatum est quòd, exceptis Personis quæ ante hujusmodi Treugas captæ fuerint, cessabunt, & cessari faciet idem Metuendissimus *Dominus noster Rex*, omnes & singulas captiones & redemptiones Personarum quarumcúmque, quovis statu & conditione fungentium, prædationesque & disrobationes, incendia & omnem facti Actum & Guerræ viam; set neque gentes unius Partis in Ditionibus aut Dominiis alterius Partis, hinc aut lude, Armigeros seu eorum gentes tenere poterunt, aut dampoum uni vel alteri Parti quomodolibet inferre.

Item, si contingat quòd unius Partium prædictarum gentes, in Dominio alterius Partis, aut aliàs, contra ea quæ prædicta sunt, aliquod Castrum, Fortalitium, Civitatem, Villam, aut Terram quocúmque modo capiant, illa Pars, cujus gentes ad captionem talem processerint, restituere teneatur & restitui facere capta hujusmodi quæcúmque, in manus ac sub Dominio & obedientia alterius Partis, eo modo quo fuerant ante captionem præscriptam: &, in casu quo captionem facientes ad restitutionem & reparationem hujusmodi forent renitentes, & tunc manu armatâ contra tales procedendum fore opus esset, tunc Pars altera, cujus fuerint gentes, ante dictam factam captionem, vel tempore illius obedire renitentes, gentes ipsas suis sumptibus & expensis obedire facere teneatur, & captionem hujusmodi reparari: cui quidem Parti Pars altera, ubi & postquam ad hoc eam requiri contingeret, dictam Partem auxiliari teneatur: &, licet reparatio jam dicta, dictarum Treugarum pendente tempore, fieri non posset, nichilominus Pars ea, a cujus gentibus, tunc vel ante dictam captionem, aut tempore dictæ captionis, captio processerit, capta quæcúmque restituere teneatur & integraliter reparare.

ANNO 1444. INSUPER, concordatum est quòd, durantibus istis Treugis, nullum Fortalitium aut Castrum reparatum, ædificarum, vel de novo factum erit, in Marchiis Fronteriarum, per unam vel aliam Partem, nec per suos Subditos vel Alligatos supradictos, qui præsentes Treugas acceptaverint; &, si aliquid in contrarium actum aut attemptatum fuerit, illud statim, sumptibus illius Partis, sub qua erunt aut aliquando fuerunt reparantes seu ædificantes hujusmodi, demolietur, & ad statum pristinum reducetur.

Item, pendente dictarum Treugarum tempore, omnibus Subditis utriusque Partium prædictarum inermibus ire, venire, stare, morari, mercari de omnium Mercantiarum genere (rebus tamen ad Guerram aptis seclusis penitus & reservatis) omniaque alia Opera & Negotia licita & honesta excercere utrinque pacificè & securè licitum sit, absque metu impedimenti, arresti; molestiæ cujusvis, tàm prætextu Marchiæ, Reprisaliæ, Contrapriſæ, Debiti, Obligationis, aut alterius cujuscúmque rei factæ ante Treugas præscriptas; solvendo tamen omnia Pedagia, Custumas, & alia Jura & Deveria, in Patriis, Dominiis, & Locis cujuslibet Partium ordinata, solita, & consueta solvi, in Patriis & Locis per quos ipsi transibunt; hoc quidem subjuncto, quòd Subditis Nobilibus, aut Armorum gentibus, alterutrius Partis Castra, Villas, & Loca clausa, & alia fortia Loca obedientiæ Partis alterius intrare non licebit sine licentia a Dominis aut Capitaneis Locorum, Villarum, & Fortalitiorum, aut Locatenentium suorum: hoc etiam expressè declarato quòd tales intrare volentes in pauco sint numero & inermes; quantum autem veri fuerint peregrini, liceat eis in magna, mediocri, aut modica Societate, modo & formâ quibus Peregrini facere consueverunt, Sanctorum limina antiqua & consueta visitare, quibus Peregrinis, necnon Mercatoribus, & aliis plebeis & pauperibus viris, ad intrandum Villas, Castra, & Loca a Janitoribus seu Porteriis licentiam petere & optinere debeant, atque petant, sufficere debeat atque sufficiat.

CIRCA Debita & Obligationes infra dictarum Treugarum tempus illisque durantibus fienda & contrahenda inter Subditos Partium prædictarum, omnis cognitio & Jurisdictio fiat & fieri debeat in Judicio obedientiæ Loci, Villæ, Civitatis, Castri, aut Territorii ubi dictarum Obligationum & debitorum Contractus fuerint celebrati, citra tamen remissionem in Loco domicilii Partis obligatæ fiendam; quo casu licitum sit ad Personæ & bonorum arestationem, ubi casus exigerit, procedere: altera verò Pars, in obedientia sua, Sententiarum & Appunctuatorum Literis Requisitatoriis Judicum, qui eas & ea fecerint, Executiones fieri facere teneatur.

Item, circa delicta & crimina, perpetrata per Subditos unius Partis in obedientia alterius Partis, dictis durantibus Treugis, siquid tale perpetrati contingat, Cognitio, Jurisdictio, & Punitio sit & pertineat Justitiæ & Judicio ubi casus contigerit, & delicta seu crimina commissa extiterint, teneaturque altera Pars delinquentium Personas, ubi casus Personalem detentionem & cohertionem exigerit, tradere & remittere ad Loca delicti ad opus ministrandæ Justitiæ; tamen ubi, pro interesse Justitiæ, confiscationi aut emendæ bonorum locus esset, altera Pars circa confiscanda vel emendanda quæ sunt extra obedientiam suam nullam Jus prætendere valeat seu auctorem prosequi: &, quantum partis interesse verteretur, fiat fierique debeat Executio Sententiarum, sicut de aliis Obligationibus & Debitis civilibus superiùs est expressum.

Item, concordatum est quòd, in casu quo hujusmodi Treugarum tempus labi contingeret ante factam reparationem aliquarum rerum prædictarum, fiat & fieri debeat, prout supradictum est, lapsu temporis nuu obstante.

Item, casu quo aliqui Mercatores aut alii Subditi alterius Partis, post inceptas hujusmodi Treugas, aliquas res, Bona, & Mercantias haberent in Villis, Terris, Castris, Civitatibus, & Locis in Dominio seu obedientia alterius Partis, quas & quæ remanere contingeret expirato tempore dictarum Treugarum, dictæ Res, Bona, & Mercantiæ securè & salvè illis quibus spectabunt tradentur & restituentur integrè, & illorum ac illarum occasione debitum eis fiet ac si dictæ Treugæ expiratæ non forent, & pro illarum conductione quo voluerint, pretio rationabili & moderato, debitus salvus Conductus sibi expedietur per alteram Partem.

Item,

ANNO 1444. Item, quum multi ex Subditis dicti Serenissimi Principis *Avunculi Francie*, in obedientia Excellentissimi & Metuendissimi *Domini nostri Regis*, quorumdam Dominiorum & Terrarum fructus quosdam, per manus Fitmariorum, in eisdem recipere consueverant, concordatum est quòd, durantibus illis Treugis, hujusmodi fructus recipiant sicut hactenus, ut prædicitur, receperunt.

Item, ubi aliqua contra dictarum formam (quod absit) attemptari contingeret, propterea Treugæ hujusmodi in aliquo ruptæ non censeantur, nec hujusmodi prætextu Guerra per Partes ipsas seu ipsarum aliquam moveri possit; set, ipsis Treugis in suo robore & firmitate permanentibus ac si nil in contrarium attemptatum extitisset, omnia attemptata reparari debeant, & Attemptatores ac Malefactores, per Conservatores aut Commissarios, per dictum Metuendissimum & Supremum *Dominum nostrum Regem* pro parte sua, & per dictum Serenissimum *Principem Avunculum* suum pro ejus parte, ordinandos & deputandos, puniri & debitè reformari.

Item, advisatum & conclusum est, hinc inde, inter nos Ambassiatores & Commissarios suprascriptos, utriusque Partis Subditos per præsentes Treugas alleviari debere in parte & modo solvendi Appaticiamenta ab eisdem Subditis exigi consueta: ac etiam, ut præsentium Treugarum Conservatores hincinde constitui & deputari debeant: Etque visum est hoc fieri posse commodiùs industriâ & consilio expertorum virorum, qui in armorum Agibilibus conversantur, & Appaticiamenta prædicta disponere consueverunt; concluſum est quòd *Serenissimus Princeps* Metuendissimi & Supremi *Domini nostri Regis Avunculus prædictus* Commissarios suos ad Civitatem Rothomagensem, sufficientem ad præmissa tractanda & concludenda habentes potestatem, transmitteret.

Item, durantibus jam dictis Treugis, ubi aliquam quæstionem sive controversiam moveri contingeret per alteram Partium contra aliquem alium, altera Pars se de novo colligare illi tali, contra quem quæstio moveretur, juvare sibique favere, durante dictarum Treugarum tempore, minimè valeat atque possit.

Omnia enim & singula suprædicta nos, *Willielmus de la Pole Comes Suffolciæ* Hospitii dicti Metuendissimi & Supremi *Domini nostri Regis* Magnus Magister, *Adam Moleyns* Legum Doctor Decanus Ecclesiæ Cathedralis Sarisburiensis Custos Privati Sigilli Regii, *Robertus Roos* Miles, Consiliarii dicti Metuendissimi ac Supremi *Domini nostri Regis*, ac *Thomas Hoo* Miles, *Richardus Andrewe* Legum Doctor Secretarius Regius, & *Johannes Wenlok* Armiger, Ambassiatores dicti Domini nostri Regis, promittimus, juravimus, promittimus, & juramus in animam dicti Metuendissimi *Domini nostri Regis*, per præsentes, rata & grata haberi facere per eundem, & per Literas suas Patentes, quales decebit & secundùm casûs exigentiam, laudari & approbari, ratificari, & has præsentes confirmari, suasque expeditas Literas tradi, & in Villa Parisius apud Curiam Parliamenti in eadem facere expediri, infra quintumdecimum diem mensis Julii proximò jam futurum; ita tamen quòd, pari modo, fiat, pro parte Serenissimi Principis *Avunculi Domini nostri Regis prædicti*, ac dictorum Commissariorum suorum, qui tradent, aut tradi facient, cum effectu, Literas dicti Serenissimi Principis *Avunculi Francie*, per omnia similes, illi, qui pro Metuendissimo *Domino nostro Rege* præfuerit in Villa Rothomagensi, citra diem quintumdecimum prædictum.

In cujus rei Testimonium nos & quilibet nostrûm præsentes nostris manibus consignavimus, ac ad easdem Sigilla nostra apponi fecimus.

Dat. *Turon.* vicesimo octavo die mensis Maii, Anno Domini, secundùm Computationem Anglicanam, millesimo, quadringentesimo, quadragesimo quarto.

Nos autem, Appunctuamenta Treugarum prædictarum ac omnia alia & singula suprædicta rata habentes & grata, ea pro nobis laudamus, approbamus, ratificamus, & confirmamus, prout Appunctuamenta illa & cætera præmissa testantur; promittentes, bonâ fide & in verbo Regio, quòd nos Appunctuamenta ac cætera omnia & singula suprædicta observabimus, & per Subditos nostros firmiter observari faciemus.

In cujus &c. Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo septimo die Junii.

Per Breve de Privato Sigillo.

VIII.

ANNO 1446.

Prorogatio Inductarum inter HENRICUM VI. *Regem Angliæ, & ISABELLAM Ducissam Burgundiæ die 31. Maii Anno 1443. conclusarum. Dat. Bruxellæ die 12. Julii 1446.* [RYMER, Fœdera, Conventiones, &c. Tom. XI. pag. 132.] 12. Juill.

YSABEL, Filia Regis Portugaliæ, Dei gratiâ, *Ducissa Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, & Limburgiæ*, Comitissa Flandriæ, Arthesii, Burgundiæ, Palatina Hanoniæ, Hollandiæ, Zeellandiæ, & Namurci, Marchionissa Sacri Imperii, & Domina Frisiæ, Salinarum, & Mechliniæ, universis, præsentes Litteras nostras inspecturis, Salutem.

Cùm jam nuper (videlicet) ultimâ die mensis Maii, de Anno Domini millesimo, quadringentesimo tertio, ultimò præteritâ, nos, virtute potestatis in hac parte nobis commissæ per Metuendissimum *Dominum & Maritum meum*, auctoritate & de speciali Mandato dicti Domini mei ac pro eo & nomine suo, ceperimus & accordaverimus securum statum & Abstinentias Guerræ cum Illustri & Potenti Principe carissimo Consanguineo nostro *Duce Eboracensi*, pro tunc Locumtenente & Gubernatore generali in Regno Franciæ & Patria Normanniæ, pro Illustrissimo ac Præpotenti Principe præcarissimo Domino & Consanguineo nostro *Rege Angliæ*, & per eundem Regem in hac parte specialiter auctorisato, deputato, & commisso, inter omnes Patrias, Loca, Terras, & Dominia ejusdem Domini & *Mariti mei*, & illa quæ pro tunc in suis habebat manibus & Gubernamento, extra Patriam Normanniæ, & pro Villis, Terris, ac Dominiis de Perona, Monte Desiderii, & Roya, Sancto Walerico, Cayen, atque aliis Locis, Terris, & Dominiis quæ obtinet ultra & citra Rivum seu Flumen Somme, parte ex unâ, & Regnum Angliæ, Patriam Hiberniæ, Ducatûs Normanniæ, Acquitanniæ, & Andegavensis, Comitatum du Mayne, Villam Calesii; & Marcam seu Contractum de dicto Calesio, le Crotoy, & alias Patrias, Loca, Terras, & Dominia quæcunque, citra & ultra Marc, & supra Marc, dicto Domino *Regi Angliæ* pertinentia & in sua obedientia constituta, parte ex altera, ad tres menses revocabiles, ac allis modo & formâ, & sub conditionibus in Litteris Patentibus, de & super confectis & traditis, per dictum *Ducem Eboracensem* pro parte ipsius Regis, & per nos pro parte *Domini & Mariti mei* suprædicti, latiùs contentis & declaratis,

Mediantibus quibus Abstinentiis Guerræ & securo statu commoda quamplurima provenerunt, & fuit pauper Populus utriusque Partis, per eosdem post illos currentes, valdè & plurimè confortatus, relevatus, & alleviatus de maximis, horribilibus, & detestabilibus malis, inconvenientis, afflictionibus, gravaminibus, oppressionibus, & tormentis, quæ peratèa, durantibus Guerris, pati & sufferri habuit, & magis adhuc relevari, alleviari, & restaurari poterit per longam continuationem & ampliationem Abstinentiarum & securi statûs prædictorum, prout nobis satis innotuit,

Notum facimus quòd Nos,

Ad hoc specialiter & sufficienter auctorizata per præfatum *Dominum & Maritum nostrum*, per Litteras suas Patentes, Magno Sigillo suo, cum duplici caudâ, in cerâ rubeâ appendente, sigillatas, ac de scitu & Mandato expresso ejusdem Domini mei,

Cupientis, ob honorem & reverentiam Benedictissimi Creatoris nostri, Paci, tranquillitati, & quieti Christi Populi, jamdiu pestiferis Guerris a Deo miserabiliter afflicti, etiam propriâ commoditate relictâ, opportuna consulere,

Ac tot tantisque malis & nephandis, præsertim effusioni Sanguinis humani, quæ ex continuatione Guerrarum verisimiliter provenirent, piè obviare, sicuti pro parte nostra, ipsi Christi Populo piè compassa, vices etiam propitias ad hoc cordis zelo libenter exhiberemus,

Et pro quibusdam aliis causis & considerationibus rationabilibus, *ipsum Dominum meum* & *nos* ad hoc movcntibus,

Gratificando, approbando, & confirmando ex certâ scientiâ, virtute & vigore Potestatis & Auctoritatis suprædictæ, per eundem Dominum nostrum in hac parte nobis concessæ & commissæ, Abstinentias Guerræ & secu-

ANNO 1446. ſecurum ſtatum ſuperiùs declaratos, tales & ſub eisdem modo & formâ quibus per prædictum Conſanguineum noſtrum *Ducem Eboracenſem* nobiſcum, nominibus quibus ſupra, capti ſunt & accordati, in omnibus & ſingulis Punctis & Articulis eorumdem, atque illos ampliando,

Præhabitis deſuper conſilio & deliberatione maturis, ex ſcientiâ & auctoritate ſupradictis, fecimus, conceſſimus, accordavimus, & conſentimus, ac de novo recepimus, ac, tenore præſentium, facimus, conecedimus, accordamus, conſentimus, & capimus de novo eosdem Abſtinentias Guerræ & ſecurum ſtatum cum præfato Illuſtriſſimo & Potenti Principe *Regè Angliæ*, pro omnibus & ſingulis Hominibus, Vaſſallis, Feodalibus, Subditis, & Servitoribus, Patriis, Terris, & Dominiis quibuscúque, prædicto *Domino & Marito meo* pertinentibus, & pro illis quæ habet in ſuis Protectione & Gubernamento; videlicet,

Pro Patriis & Ducatibus ſuis Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, & Limburgiæ, Comitatibus Flandriæ, Arteſii, Burgundiæ, Hannoniæ, Hollandiæ, Zeellandiæ, & Namurci, Marchionatu Sacri Imperii, & Dominiis Friſiæ, Salinarum, & Mechliniæ, Comitatibus Kadraleſenſi, Antiſiodotenſi, & Matiſconenſi, Comitatibus Bolonie ſupra Mare & de Pontuvo, Villis, Civitatibus, Terris, Dominiis, Caſtellaniis, ac Præpoſituris Morinenſi, Ambianenſi, Sancti Quintini, Abbatisville, Rue, Sancti Wallerici, Sancti Riguarii, Peronn, Montis Deſiderii, & de Roya, Cayen, & aliis ſibi pertinentibus, tàm ultra quàm citra Fluvium Somme, necnon pro Ducatu Luczemburgiæ, & Comitatu de Chimi, in Protectione & Gubernamento ejusdem Domini mei exiſtentibus, necnon etiam, generaliter & ſpecialiter, pro omnibus & ſingulis Hominibus, Vaſſallis, Feodalibus, Subditis, Servitoribus, Patriis, Locis, Terris, & Dominiis quibuscunque prædicti Domini mei, & quæ habet in ſuis Protectione & Gubernamento, Pertinentiis & Appendentiis eorumdem, & cujuslibet ipſorum, ſtuatis & conſtitutis tàm in Regno Franciæ quàm extra dictum Regnum, & tàm ultra quàm citra Mare, in & ſupra Mare vel ſuper Flumine, & per Terram, in quibuscúnque Confinibus aut Contractibus exiſtat, parte ex una,

Et pro omnibus & ſingulis Hominibus, Vaſſallis, Feodalibus, Servitoribus, & Subditis, Patriis, Terris, & Dominiis quibuscúnque ipſius *Regis Angliæ*, pro Regno ſuo Angliæ, & Patria Hiberniæ, Ducatibus Normanniæ, Acquitaniæ, & Andegavenſis, & Comitatibus du Mayne, le Crotoy, Villa Calleſii, Marqua & Contractu de dicto Caleſio, ac omnibus aliis quibuscúnqne ſibi pertinentibus & de ſua obedientia, necnon, generaliter & ſpecialiter, pro omnibus & ſingulis Hominibus, Vaſſallis, Feodalibus, Subditis, Servitoribus, Patriis, Locis, Terris, & Dominiis quibuscúnque, tàm ultra, quàm citra Mare, & ſuper Mare, vel ſuper Flumine, & per Terram, ſibi ſpectantibus & de ſua obedientia, ubicunque ſituentur & conſiſtant, parte ex altera,

In hunc qui ſequitur modum,

Scilicet, quòd, durantibus præſentibus Abſtinentiis, dictus Illuſtriſſimus & Potens Princeps *Rex Angliæ* non faciet nec fieri faciet, neque tollerabit aut permittet facere, Guerram nec inferre dampnum aut gravamen, per Mare nec per Terram, modo quocunque, per ſe, nec per ſuos Homines, Vaſſallos, Feodales, Servitores, aut Subditos, nec per eos qui ſunt de ſuâ obedientiâ, nec per aliquem ipſorum, *prædicto Domino meo*, nec ſuis Hominibus, Subditis, Servitoribus, Patriis, Locis, Terris, ſeu Dominiis quibuscúnque ſibi pertinentibus, vel exiſtentibus in ſuâ Protectione & Gubernamento:

Etiam non ſuſtentabit, tollerabit, patietur, neque permittet ſuſtentari aliquem vel aliquos (cujuscúnque ſtatûs aut conditionis exiſtant) in quibuscúnque ſuis Portubus, Locis, Villis, nec Fortalitiis prædicti Regni ſui Angliæ, vel aliarum Patriarum, Terrarum, neque Dominiorum ſuorum, aut de ſuâ obedientiâ exiſtentium; neque etiam tradet ſeu miniſtrabit de ſuis Gentibus Perſonæ cuicúnque ſit, ad ſuam querelam vel ad querelam alterius cujuscúmque, pro facienda Guerrâ neque pro inferendo gravamine ſive dampno *eidem Domino meo*, vel prædictis ſuis Hominibus, Vaſſallis, Feodalibus, Servitoribus, aut Subditis, Patriis, Terris, ſeu Dominiis quibuscúmque ſibi pertinentibus, vel exiſtentibus in prædictis ſuis Protectione & Gubernamento, nec alicui eorumdem:

Neque patietur, tollerabit, aut permittet quòd aliquis ex ſuis Capitaneis, Feodalibus, Vaſſallis, Subditis, aut Servitoribus quibuscúmque, ad ſuam vel alterius cujuscúmque querelam, Guerram faciat ſeu dampnum aut gravamen inferat prædicto *Domino & Marito meo*, nec ſuis Hominibus, Vaſſallis, Feodalibus, Subditis, Servitoribus, Patriis, Locis, Terris, ſeu Dominiis quibuscúmque ſibi pertinentibus, vel exiſtentibus in ſua Protectione & Gubernamento, nec alicui eorumdem:

ANNO 1446.

Et conſimiliter, durante & pendente tempore Abſtinentiæ hujusmodi, ipſe *Dominus & Maritus meus* non faciet, nec fieri faciet, neque tollerabit, aut permittet facere, Guerram nec inferre gravamen ſive dampnum, per Mare nec per Terram, modo quocúnque, per ſe, nec per ſuos Homines, Vaſſallos, Feodales, Servitores, aut Subditos, nec per eos quos habet ſub regimine & protectione ſuis, nec per aliquem ipſorum, præfato Domino *Regi Angliæ*, nec ſuis Hominibus, Subditis, Servitoribus, Patriis, Locis, Terris, nec Dominiis quibuscúmque, ſeu de ſua obedientia:

Etiam non ſuſtentabit, tollerabit, patietur, neque permittet ſuſtentari aliquem vel aliquos (cujuscúmque ſtatûs aut conditionis exiſtant) in quibuscúnque ſuis Portubus, Locis, Villis, neque Fortalitiis prædictarum Patriarum, ſeu Dominiorum ſibi pertinentium, vel exiſtentium in ſuis Protectione & Gubernamento prædictis; neque etiam de Gentibus ſuis tradet ſeu miniſtrabit Perſonæ cuicunque ſit, ad ſuam querelam vel alterius cujuscúmque, ad faciendam Guerram nec ad inferendum gravamen ſive dampnum ipſi Domino *Regi Angliæ*, nec prædictis Hominibus ſuis, Vaſſallis, Feodalibus, Subditis, Servitoribus, Patriis, Terris, ſeu Dominiis quibuscúmque ſibi pertinentibus, vel in ſua obedientia, ut præfertur, conſtitutis, nec alicui eorumdem:

Neque patietur, tollerabit, aut permittet quòd aliquis ex ſuis Capitaneis, Feodalibus, Vaſſallis, Subditis, aut Servitoribus quibuscúnque, ad ſuam vel alterius cujuscúmque querelam, Guerram faciat ſeu dampnum aut gravamen inferat prædicto *Domino & Marito meo*, nec ſuis Hominibus, Vaſſallis, Feodalibus, Subditis, Servitoribus, Patriis, Locis, Terris, ſeu Dominiis quibuscúmque ſibi pertinentibus, vel exiſtentibus in ſua Protectione & Gubernamento, nec alicui eorumdem:

Item, quòd, durante tempore Abſtinentiarum hujusmodi, prædictæ Partes non poterunt, nec altera eorum poterit, capere, nec capi facere, nec conquirere, una ſuper alteram, per vim, per inſidias, per ſcalam, per obſidionem, per inſultum ſen invaſionem, per deceptionem, neque aliàs, quæcumque Loca, Villas, Caſtra, ſen Fortalitia; & ſi Capitanei, Manentes, & Inhabitantes alicujus Civitatis, Opidi, Villæ, Loci, Caſtri, ſeu Fortalitii alterius Partium prædictarum, ſe reddere vellent, & dicta Loca dare ſen tradere, ac de propria voluntate ſua reverti de parte una ad alteram partem, ad hoc non recipietur; quinymò erunt & permanebunt in eisdem puncto & ſtatu, in quibus ſunt de præſenti.

Item, quòd omnesmodi Gentium, tàm Eccleſiaſtici & Nobiles, quàm Bourgenſes & Mercatores, Mecanici, Laboratores, & alii quicnnque comprehenſi in præſentibus Abſtinentiis, eſſe poterunt ac permanere & ſuos facere Labores & Mercantias & alia agenda, ac ire & venire in ſingulis aliis gerendis, in omnibus Locis Partis ſuæ, in præſentibus Abſtinentiis Guerræ comprehenſis, tutè & ſecurè, absque hoc quòd illi de parte unâ impediantur, turbentur, vexentur, nec moleſtentur per illos de altera parte, in ſuis Perſonis, Beſtiis, Mercimoniis, vel aliis Rebus & Bonis ſuis quibuscúmqne, per Captivitates, Appatiſſamenta *Gallicè dicta Appatis*, Curſus, Fouragia, neque aliàs qualitercúnque ſit aut eſſe poſſit; reſervato quòd; ſi aliquid adhne reſtat debitum, occaſione prædictorum Appatiſſamentorum, ab ante ultimam diem menſis Septembris Anni prædicti quadrageſimi tertii, illud perſolvetur & exigi poterit viâ Juris, prout continetur in Litteris Abſtinentiarum ſupradictarum; ſed, de poſt prædictam ultimam diem menſis Septembris Anni quadrageſimi tertii citra usque nunc, & de cætero pendente & durante tempore præſentium Abſtinentiarum, omnia prædicta Appatiſſamenta ceſſant & ceſſabunt, ſunt, erunt, & permanebunt abolita & omninò depoſita ex utraque parte: nec, poterunt illi de una parte quioquam exigere modo quomodolibet ab illis de parte altera, ratione nec occaſione ipſorum Appatiſſamentorum, pro tempore præterito & effluxo, a prædicta ultima die menſis Septembris Anni quadrageſimi tertii, citra usque nunc, nec etiam impoſterùm pro tempore futuro,

ANNO 1446. futuro, quo hujusmodi præsentes Abſtinentiæ durabunt & curſum habebunt; fit occaſione vel medio Treugarum & Abſtinentiarum generalium, captarum inter *Dominum meum* & præfatum *Regem Angliæ*, ſeu Declarationis expoſt deſuper factæ, vel aliàs qualitercúmque fuerit; & ceſſante omni fraude & malo ingenio; tamen Appatiſſamentorum Acquitaniæ Andegaven. & du Mayno nulla fiet mutatio, ſed illa curſum ſuum habebunt plenariè uti conſueverunt.

Item, ſi contingerit quòd per aliquem vel per aliquos Subditos Patriarum prædictarum committeretur vel attemptaretur res quæcúmque contraria ſeu præjudiciabilis Abſtinentiis hujusmodi, effet per viam facti, Guerræ, vel aliàs, Abſtinentiæ ipſæ non propter hoc corruptæ erunt nec infractæ; ſed Attemptatores, Infractores, & facientes quicquam, per viam facti, Guerræ, vel aliàs, in contrarium earumdem Abſtinentiarum, compellentur ad reparandum attemptata & malefacta quæ in hoc commiſerint, & punientur tanquam Infractores Treugarum: Et, caſu quo apprehendi non poſſent, exulabunt & ponentur extra Leges (videlicet) Homines Subditi & Servitores *prædicti Domini Maritι mei*, in præſentibus Abſtinentiis comprehenſi, per *ipſum Dominum meum*, vel per ab eo poteſtatem habentes; & Homines Subditi & Servitores præfati Domini *Regis Angliæ*, etiam in eisdem Abſtinentiis comprehenſi, per *ipſum Regem*, vel per poteſtatem ab ipſo habentes.

Qui quidem Abſtinentiæ Guerræ & ſecurus ſtatus erunt & permanebunt in ſuis robore, virtute, & valore donec prædictus *Dominus & Maritus meus* & *Dominus Rex Angliæ*, vel alter ipſorum, ab eisdem recedere voluerint, vel voluerit,

Hoc quod facere poterunt & poterit quilibet eorum, ſi ipſis placuerit, vel alteri ipſorum,

In quem caſum Pars illa, quæ ab iſtis Abſtinentiis recedere voluerit, tenebitur ſignificare alteri Parti quòd ab eisdem recedere velit, & dictum receſſum ſibi debitè intimabit & notificabit per unum Annum integrum antequam Pars recedens Guerram movere poterit, nec pati facere vel inferre gravamen ſive dampnum alteri Parti; ſcilicet,

Prædictus *Dominus & Maritus meus*; pro parte ſua, parti *Regis Angliæ* Rothomagi, Baillivo Rothomagenſi, qui pro tempore fuerit, vel ejus Locumtenenti ibidem, vel in Caleſio, Capitaneo Caleſii, ſive ſuo Locumtenenti ibidem;

Et præfatus *Dominus Rex Angliæ*, pro parte ſua, Parti ejusdem *Domini & Mariti mei* Ambianis, Baillivo Ambianenſi qui pro tempore fuerit, vel ejus Locumtenenti ibidem, vel in Sancto Andomaro, Baillivo de Sancto Audomaro, vel ſuo Locumtenenti ibidem.

Et ſic faciendo quælibet prædictarum Partium erit & permanebit quieta, libera, & abſoluta ab eisdem præſentibus Abſtinentiis Guerræ & ſecuro ſtatu.

Et quia aliàs captæ ſunt certæ Abſtinentiæ prædictis Villa & Contractu de Caleſio, nichilominus, ad tollendam omnem ambiguitatem & obſcuritatem, nolumus intelligi, per præſentes, quòd aliqua derogatio neque præjudicium aliquod detur ipſis Abſtinentiis captis in dictis Villa & Contractu Caleſii; ſed intelligimus quòd, ſi præſentes Abſtinentiæ revocarentur, adhuc, non obſtante illâ revocatione, dictæ aliæ Abſtinentiæ captæ pro Caleſio & pro Contractu Caleſii, ut præfertur, ſint & permaneant ſemper de poſt, in omnibus ſuis Punctis, in ſuis robore & virtute, donec per unam vel alteram Partem fuerint revocatæ, juxta formam & tenorem Literarum Patentium deſuper confectarum & traditarum ex unâ parte & alterâ.

Et, pro conſervandis, manutenendis, & obſervandis, ex parte *Domini & Mariti mei* ſupradicti, præſentibus Abſtinentiis Guerræ & ſecuro ſtatu, in modum ſuperiùs declaratum, ac toto tenore præſentium in quantum ipſum Dominum meum & nos contingere poteſt, nos, virtute poteſtatis & auctoritatis ſupradictarum, per eundem *Dominum meum* nobis, ut præfertur, attributarum in hac parte, ac proc& nomine ipſius *Domini mei*, ordinavimus, deputavimus, & commiſimus, ordinamus, committimus, & deputamus, per præſentes, Conſervatores earumdem Abſtinentiarum, pro parte ipſius *Domini mei*, Perſonas ſubſequentes; videlicet,

In Ducatu & Comitatu Burgundiæ, in Comitatibus Kadruleſen. Matiſconen. & Antiſſiodoren. & in eorum Appenditiis, cariſſimum Conſanguineum noſtrum, *Theobaldum de novo Caſtro* Dominum de Albo Monte Mareſcallum Burgundiæ,

ANNO 1446. In Ducatibus Lotharingiæ, Brabantiæ, & Limburgiæ, Marchionatu Sacri Imperii, & eorum Appendentiis, prædilectum Conſanguineum noſtrum, *Johannem Comitem de Naſſoube* & *de Vyanden* Seneſcallum Brabantiæ,

In Comitatibus & Patriis Flandriæ & Namurcen. & in Dominio Mechliniæ, & eorum Appendentiis, cariſſimum noſtrum, *Cornelium Baſtardum Burgundiæ*, Gubernatorem Patriarum Lucemburgiæ & de Chiny, & Admiraldum Flandriæ, item, Dominum *Simonem de Lalaing* Militem Baillivum Ambianenſem, item, *Philibertum de Vandreyo* Scutiferum Capitaneum de Grevelingnes,

In Patriis & Comitatibus Hollandiæ, Zellandiæ, ac in Dominio Friſiæ, & eorum Appendentiis, Dominum *Franconem de Berſſalia* Militem *Comitem de Coſtrevant*, etiam Conſanguineum noſtrum,

In Comitatibus Artheſii, Bolonіæ, & Pontivii, & in Patria Picardiæ, ceterisque Terris, Locis, Præpoſituris, Caſtellaniis, & Dominiis ipſius Domini mei citra & ultra rivum Sommæ, *Dominum de Anxi* Seneſchallum Pontivii Militem,

Item, in prædictis Patriis & Comitatibus Artheſii, Hollandiæ, Zellandiæ, Bolonіæ, & Pontivii, in Dominio Friſiæ, in Patria Picardiæ, atque aliis Præpoſituris, Caſtellaniis, Terris, & Dominiis ejusdem Domini mei, citra ultra prædictum Rivum Sommæ, Dominum *Johannem Baſtardum Sancti Pauli* Militem, Dominum de Habourdin, Admiraldum ibidem,

In Patria & Comitatu Hanoniæ & in ſuis Appendentiis Dominum *Johannem de Croy* Militem, *Dominum de Chimay*, Capitaneum & Magiſtrum Baillivum Hanoniæ, noſtros ſincerè dilectos,

In prædictis verò Ducatu Lucxembnrgen. & Comitatu de Chiny, & in eorum Appenditiis, prænominatum *Cornelium Baſtardum Burgundiæ* Gubernatorem eorumdem, & eum, vel eos, qui pro tempore fuerit, ſen fuerint in Officiis prædictis, vel eorum Locatenentes,

Quibus & cuilibet eorum, ex parte ejusdem *Domini mei*, dedimus, ac damus, & concedimus plenam & omnimodam poteſtatem, auctoritatem, & Mandatum ſpeciale faciendi reparare & emendare, mediantibus terminis Juſtitiæ & Jure armorum, omne illud quod factum, attemptatum, commiſſúmve fuerit, de parte *ejusdem Domini mei*, in contrarium præſentium Abſtinentiarum & ſecuri ſtatûs, ac corrigendi & corrigere ac puniri faciendi delinquentes, in eisdem Abſtinentiis comprehenſos, & contra tenorem præſentium venientes,

Et conſequentes tradendi Litteras ſuas Certificatorias conquerentibus & complangentibus, quæ quidem Litteræ valebunt ſalvum Conductum ad veniendum verſus Conſervatores uniuſcúmque Partis proſequutum & requiſitum repparationem de attemptatis, quæ facta fuiſſent per Homines, Servitores, aut Subditos unius Partis Hominibus, Servitoribus, aut Subditis alterius Partis, & ad ibidem agendum, & abinde revertendum in Loca ſua ſecurè & pacificè, totiens quotiens ipſis expediet, donec reparatio attemptatorum fuerit ſubſequuta,

In quibus quidem Litteris Certificatoriis exprimentur Perſonæ conquerentium & complangentium, earum habitationes, ac dampnum quod ipſis illatum fuerit, & per quem,

Et pro Sigillo Conſervatoris, qui dictas Litteras Certificatorias fecerit, ſolventur quinque ſolidi Turonenſes, & pro Scriptura duo ſolidi ſex denarii Turonenſes,

Et generaliter & ſpecialiter faciendi & exercendi omnia alia & ſingula, cum ſuis circumſtantiis & dependentiis, quæ boni & legales Conſervatores facere debent & poſſunt in tali caſu, &, ſi neceſſe fuerit, procedendi manu forti & armatâ prout caſus exiget,

Quocirca, ex parte dicti *Domini & Mariti mei*, & virtute Poteſtatis & Facultatis ſupradictæ per ipſum nobis attributæ, damus in Mandatis, per easdem præſentes, omnibus Locatenentibus, Mareſchallis, Admiraldis, Vice-Admiraldis, Capitaneis, & aliis Gentibus Guerræ, Baillivis, Vicecomitibus, Gubernatoribus, Juſticiariis, Officiariis, & Subditis ejusdem Domini mei, atque aliis in & ſub ſuis Protectione & Gubernamento conſtitutis, aut eorum Locatenentibus, & cuilibet ipſorum, prout ſibi pertinebit, quatenus Abſtinentias Guerræ & ſecurum ſtatum ſuperiùs declaratos conſervent, manuteneant, adimpleant, & obſervent, ac faciant benè & debitè conſervare, manutenere, adimplere, & obſervare, de puncto in punctum,

ANNO 1446. juxta illorum formam & tenorem, absque infringendo:

Et, quia forsan expediet ostensionem facere de præsentibus diversis in Locis, in quibus difficile esset *præsens Originale* deferri, volumus, ordinamus, & concedimus quòd *Vidimus ipsarum*, sive *Transsumpto*, facto sub Sigillo regali, vel sub alio Sigillo autentiqao, fides adhibeatur tanquam ipsi *præsenti Originali*.

In cujus rei Testimonium Sigillum nostrum præsentibus apponi fecimus.

Datum *Bruxelle* duodecimâ die mensis Julii, Anno Domini millesimo, quadringentesimo, quadragesimo sexto.

Per Dominam Ducissam.

DE LA MANDRE.

Sub Sigillo, Cerâ rubeâ expressâ, & pendente a cauda Pergameni.

IX.

4. Août. *Traité de Commerce conclu entre les Anglois & quelques Villes de Flandres & de Brabant, pour l'espace de douze ans. Donné le 4. Août* 1446. [RYMER, Fœdera, Conventiones, &c. Tom. XI. pag. 140.]

NOUS *Henry Utenhove* Conseillier & Maistre des Requestes de l'Ostel, *Parent Fave* aussi Conseillier, & *Loys Dommessens* Secretaire de Treshault & Trespuissant Prince, & nostre Tres redoubte Seigneur, Monseigneur *le Duc de Bourgoigne & de Brabant*, Commissaires & aians povoir en ceste partie depar Treshaulte & Trespuissant Princesse, & nostre, Tresredoubtee Dame *Madam la Duchesse de Bourgoingne & de Brabant*, souffisaument auctorisee de mon dit Seigneur *le Duc*,

Du quel nostre Povoir & Commission la teneur de mot a mot s'ensuit,

YSABEL, Fille du Roy de Portugal, *&c. comme dans la Commission donne a Bruges le xx. jour de Mars, l'an de grace mille, quatrecent, quarante cinq.*

Savoir faisons a tous que,

Comme piecs entre Madame Dame *la Duchesse* de l'auctorite que dessus d'une part, & Tresexcellent & Trespuissant Prince *le Roy d'Angleterre*, par ses Gens & Ambaxeurs d'autre part, sur le fait de l'entrecours & communication de la Marchandise, de la Pescherie de Mer, & d'autres choses necessaires, touchans l'utilite commune des Duchie, Conte, & Paiis de Brabant, Flandres, Seignourie & Ville de Malines, d'une part, & les Royaume d'Engleterre, Seignourie d'Irlande, & Ville de Calais, d'autre patt, eussent este traictiez, appointiez, & concluz, pour le terme trois ans, qui finerent & expirerent le premier jour de Novembre, l'an mille, quatrecens, quarante & deux, les Poins & Articles qui s'ensuivent,

PREMIEREMENT, que tous Marchans, tant du Royaume d'Engleterre, d'Irlande, & de Calais, comme les Marchans des Duchie, Conte, & Paiis de Brabant, Flandres, Ville & Seignourie de Malines, soient Marchans de laines, de coirs, de vitailles, ou de quelxconques autres Marchandises, & leurs Facteurs, & Familliers puissent seurement aler par Terre, a pie, a cheval, ou autrement, & en passant en & oultre l'Eaue de Gravelinghes, de Calais, en Brabant, de Flandres, & de Malines, a Calais ensamble leurs Biens & Marchandises, en tenant leur chemin entre la Mer & les Chasteaulx de Marck & d'Oye, & marchander les ungs avec les autres, de toutes manieres de Marchandites, Vivres & autres, & mener, & ramener de Calais en Brabant, en Flandres, & a Malines, & de Brabant, de Flandres, & de Malines a Calais leurs dittes Marchandises, Vivres & autres, excepte Armeures, Artillerie, Canons, Pouldres, & autres choses semblables & invasibles; & que les diz Marchans, leurs Facteurs, & Familliers puissent chascun d'eulx, a qui il sera necessaire, acheter, & avoir franchement de ceulx de l'autre coste des Vivres, & les mener par Terre en & oultre l'Eaue dessusditte, les ungs aux autres, c'est assavoir, ceulx d'Engleterre, & autres de la Partie d'Engleterre, ou nous entendons Yrlande & Calais, en Brabant, en Flandres, & a Malines, & ceulx de Brabant, de Flandres, & de Malines a Calais en passant par le chemin dessusdit, sans empeschement, destourbier, ou d'offense quelconque, ne pour ce encourir en aucune peine, & sans en estre reprins en aucune maniere des Seigneurs d'un costé & d'autre, ne de leurs Justiciers, Officiers, & Subgez. ANNO 1446.

Item, que tous Marchans d'Engleterre, d'Irlande, & de Calais, soient Marchans de Laines, de Cuirs, de Vitailles, ou de quelxconques autres Marchandises; leurs Facteurs & Familliers, Maistres de Nefs, & Mariniers, puissent aler par Mer, passer, repasser, converser, venir, estre & demourer seurement es dites Duchie, Conte, & Paiis de Brabant, Flandres, Seignourie & Ville de Malines, & dedens les Ports & Havres d'iceulx a tout leurs Biens, Marchandises & Nefs, & marchander avec tous Marchans de Brabant, de Flandres, & de Malines, & autres Marchans quelxconques & leurs Facteurs & Familliers, de toutes manieres de Marchandises, tant Vivres, comme autres, excepte Armeures, Artilleries, Canons, Pouldres, & autres choses semblables & invasibles, & en partir avec leurs dites Nefs, Biens, Marchandises, Vivres, & autres, qu'ilz pourront, tamener & retourner seurement,

Et que pareillement tous Marchans des dites Paiis & Subgez de Brabant, de Flandres, & de Malines, soient Marchans de Laines, de Cuirs, de Vitailles, ou de quelxconques autres Marchandises, leurs Facteurs, Familliers, Maistres de Nefs, & Mariners puissent aler, passer, rspasser par Mer, converser, estre & demourer seurement ou Royaume d'Augleterre, en Yrlande, & a Calais, & dedens les Ports & Havres d'iceulx Royaume, Paiis, & Ville, auctorisiez par *le Roy*, c'est assavoir, es Ports & Havres ou Coustumiers & autres Officiers sont ordonnez pour vacquer & entendre sur l'entree & yssue des Nefs & Marchandises, & marchander avecques tous Marchans Anglois de toutes manieres de Marchandises, tant Vivres, comme autres, excepte les dites Armeures, Artilleries, Canons, Pouldres, & autres choses semblables & invasibles, & mener es Ports dessusdites en Augleterre, en Yrlande, & a Calais leurs Biens propres, Vivres & autres, & les Biens d'autres des dites Paiis & Seigoouries de Brabant, de Flandres, & de Malines, & en partir & retournir seurement a tous leurs dites Biens, Marchandises, & Nefs;

Et aussi que les diz Marchans, leurs Facteurs & Familliers puissent chacun d'eulx, a qui il sera necessaire, acheter & avoir franchement de ceulx de l'autre partie des Vivres & les amener par Mer les ungs aux autres, c'est assavoir, les dites d'Engleterre, d'Irlande, & de Calais, en Brabant, en Flandres, & a Malines, & ceulx de Brabant, de Flandres, & de Malines, en Engleterre, en Yrlande, & a Calais, sans estre reprins de ce qu'elz auront ainsi fait des Seignurs de l'une partie ne de l'autre, ne de leurs Officiers, ne que par ceulx de la partie d'Engleterre aux Marchans de Brabant, de Flandres, & de Malines, dommaige, empeschement, ne destourbier soit fait, ne aussi par ceulx des dites Paiis de Brabant, de Flandres, & de Malines aux Marchans de la partie d'Engleterre par voie de fait, pour cause de Guerre, pillerie, roberie, faite ou a faire, ne autrement, en aucune maniere pour quelconque cause,

En gardant & paiant au regart des Marchans d'Engleterre, d'Irlande, & de Calais, es Paiis de Brabant, Flandres, & Malines des Marchandises qu'ils y amenrout & remenrout; & semblablement au regart des Marchans de Brabant, de Flandres, & de Malines es dites Royaume & Paiis d'Engleterre, d'Irlande, & de Calais des Marchandises qu'ilz y amenront & remenront, toulieux & devoirs deuz & acoustumez, quans Marchandise a eu cours le temps passe entre les Royaumes & Paiis d'Engleterre, d'Irlande, & de Calais, Brabant, Flandres, & Malines, sans estre contrains a autres;

Et au regart des Marchans d'un coste & d'autre, touchant les Marchandises qu'ilz menrout & conduiront, chacun en son parti, ilz en paieront les toulieux & devoirs a l'Ordonnance de leur Prince & Seigneur, & selon qu'ilz auront cours en leurs Paiis:

Et par ce n'est poiut entendu prejudicier au Prince ou Seigneur d'une partie & d'autre, de mettre en ses Paiis & Seigouries telz toulieux & devoirs au regart de ses Subgez que bon lui semblera; parmi ce que les diz Marchans d'un coste & d'autre, leurs Facteurs & Familliers, Maistres de Nefs & Mariniers, aus quelz sera bien loisible d'avoir avec eulx en leurs Nefs Armurez & Artillerie pour la garde & fauvement de leurs corps & biens en alant par Mer, & iceilles amenez

ANNO 1446. ner avec eulx, en quelxconques Havres qu'ilz arrivent; les quelles Armeures, a lisser de leurs Nefs, ilz laisseront en lours dites Nefs, ou Vaisseaulx; escepte coutel, dague, ou espee, qu'ilz pourront porter, se bon leur semblera, jusques a leurs Hostels ou ilz seront tenuz de laisser leurs dites espees:

Toutes voies pourra le Prince ou Seigneur d'une coste ou d'autre, pour cause raisonnable, comme pour necessite, ou cherte de Vivres, faire deffense au regart de tell maniere de Vivres, que il lui semblera estre a faire pour le bien de lui & de ses Subgez, non obstant ce present Accort:

Et se il avenoit que aucunes Nefs par fortune de Mer, ou par chasse d'ennemis, fussent contraius de preudre aucuns Ports ou Havres en Engleterre, qui ne seroient auctoriliez comme dit est; en ce cas elles pourront entrer seurement, & estre es dites Ports & Havres sans ce que l'en puisse en icelles estans aus dites Havres & Ports chargier, mettre ne deschargier quelxconques Denrees, Vivres, Marchandises, ne autres choses.

Item, que les diz Marchans d'Engleterre, leurs Facteurs & Familliers, Maistres de Nefs, & Mariniers peuissent estre, converser & demourer seurement es Paiis de Brabaut, Flandres, & Malines, & es Ports & Havres d'iceulx Paiis, avec leurs Nefs, Biens, & Marchandises quelxcouques Vivres & autres; & semblablement les Marchans de Brabant, Flandres, & de Malines, & leurs Facteurs & Familliers, Maistres de Nefs & Mariniers peuissent estre, converser & demourer seurement ou Royaume d'Engleterre, en Yrlande, & a Calais, & es Ports & Havres d'Engleterre, d'Irlande, & de Calais dessus dites; sans ce que par ceulx de Brabant, Flandres, ou Malines, ne par autres quelxcouques, de quelque Nation ou Contree qu'ilz soient, soit meffait ou donne empeschement ne destourbier aux Marchans de la partie d'Engleterre; ne par ceulx d'icelle partie d'Engleterre, ou autres quelxconques, aux Marchans de Brabant, Flandres, & Malines, ne a leurs Facteurs & Familliers, Maistres de Nefs, & Mariniers, d'un coste & d'autre, par voie de fait, pour cause de Guerre, Pillerie, Roberie faitte ou a faire, ne autrement en aucune maniere; pourveu que les Marchans d'autres Paiis quelxconques, soient aussi seurement a tout leurs Nefs & Biens es dites Paiis de Brabant, Flandres, & Malines, & ces Ports & Havres du dites Paiis de Flandres; sans ce que par ceulx de la partie d'Engleterre leur soit illec meffait ou donne empeschement ne destourbier; ne par quelennque des dites autres Paiis soit fait dommaige ou donne empeschement, en corps ne en biens, en quelque maniere que ce soit, a ceulx de la partie d'Engleterre, leurs Facteurs, Familliers, & Biens quelxconques, estans es dites Paiis de Brabant, Flandres, Seiguourie & Ville de Malines, & es Ports & Havres d'iceulx:

Ipſique *Andreas*, *Andreas*; *Johannes*; & *Thomas*, auctoritate eis in hac parte a dicto Sereniſſimo Principe *Scotorum Rege* per ſuas Literas Patentes (quarum tenor inferiùs annotatur) conceſſâ, unà nobiscum, eadem fecerunt, ceperunt, inierunt, concordârunt, & concluſerunt,

Pro *dicto eorum Rege*, ejusque Regno, Tetris; Dominiis, Subditis, & Vaſſallis ſuis,

Bonas, inviolabiles, firmas, & ſtabiles Treugas, Guerrarúmque Abſtinentias generales, tàm per Terram, quàm per Mare, & omnes Aquas dulces, a die Datæ præſentium quatenus ad Terram pertinet, & a Feſto Natalis Domini proximò jam futuro quatenus ad Mare pertinet, incepturas, & duraturas quàm diu placebit dicto Excellentiſſimo & Chriſtianiſſimo Principi *Henrico Angliæ & Franciæ Regi* pro ſuâ parte, ac Illuſtriſſimo Principi *Jacobo Scotorum Regi* ejus Conſanguineo pro ſua parte,

Sic tamen quòd, ſi aliquo caſu, aliquando impoſterùm, dictus Excellentiſſimus Princeps *Angliæ & Franciæ Rex* noluerit dictas Trengas diutiùs tenere, aut ulteriùs obſervare, ſed velit ab eisdem pro ſuâ parte recedere, hoc benè ſibi licebit, præſentibus Treugis non obſtantibus; dùmtamen *dictum Regem Scotorum*, per ſuas Literas Patentes, ſuo Magno Sigillo ſigillandas, ac eidem Regi Scotorum, ubicúnque infra Regnum Scotiæ fuerit, liberandas, faciat de hujusmodi ſuâ voluntate recedendi a dictis Treugis certiorem:

Simílique modo *Rex Scotorum*, ſi ab hujusmodi Treugis aliquando pro ſuâ parte recedere voluerit, præfatum Excellentiſſimum Principem *Franciæ & Angliæ Regem*, per ſuas Literas Pareutes, ſuo Magno Sigillo ſigillandas, eidemque Metuendiſſimo Principi *Angliæ & Franciæ Regi*, ubicúnque infra aliquod Regnorum, Ducatuum, ſeu Dominiorum ſuorum fuerit, realiter liberandas, etiam de ſuâ voluntate recedendi ab eisdem Treugis reddet certiorem.

Hoc tamen ſemper obſervato quòd, in omni caſu diſceſſionis hujusmodi a prædictis Treugis, ſive per præfatum Excellentiſſimum Principem *Franciæ & Angliæ Regem*, ſive per dictum Illuſtriſſimum Principem *Scotorum Regem* ejus Conſanguineum, ſic, ut prædicitur, faciendæ, tàm Metuendiſſimus Princeps *Rex Angliæ*, quàm Sereniſſimus Princeps *Scotorum Rex* maneat, ſit, & ſtet, vigore præſentium, firmiter aſtrictus ad easdem Treugas, per centum & octoginta dies inclaſivè, poſt diem liberationis & traditionis Literarum Patentium prædictarum proximò ſequentes & plenariè completos, juxta vim, formam, & effectum earundem, effectualiter obſervandas, easdémque faciant, & quilibet eorum per ſe & ſuos faciat, per eosdem centum & octoginta dies, efficaciter obſervari.

Item, appunctuavimus, concordavimus, & concluſimus com dictis Ambaſſiatoribus, ipſique Ambaſſiatores unà nobiscum ſic appunctuârunt, concordârunt, & concluſerunt, quòd, dictis Treugis durantibus, neque præfatus Excellentiſſimus & Chriſtianiſſimus Princeps *Angliæ & Franciæ Rex* adverſus dictum Illuſtriſſimum Principem *Scotorum Regem*, ſuum Conſanguineum, ejúsve Subditos, vel Ligeos; neque adverſus Chriſtianiſſimum & Excellentiſſimum Principem *Angliæ & Franciæ Regem* ejus Ligeos aut Subditos anteíatus Sereniſſimus Princeps *Rex Scotorum*, ſuus Conſanguineus, faciet, movebit, aut manutenebit per ſe, nec procurabit aut permitter fieri per aliquos ſeu aliquem Subditorum ſeu Ligeorum ſuorum, aliquam Guerram, ſeu aliquod genus vel factum Guerræ in aliquo Regno, Terrâ, vel Dominio, citra vel ultra Mare, aut in Mari ſituato, neque per ipſum Mare, aut aliquam aliam Aquam dulcem ſive ſalſam; &, generaliter loquendo, non erit conſilio, auxilio, vel favore, quòd in aliquo loco Mundi hujusmodi Guerra fiat aut moveatur, fierive aut moveri aliqualiter procuretur ſeu permittatur, Treugis durantibus ſupradictis. ANNO 1449.

Item; Inter nos & prædictos Ambaſſiatores, concordatum & concluſum eſt quòd, ſi, durantibus Treugis ſeu Guerrarum Abſtinentiis prædictis, contingat aliquos Subditos ſive Ligeos dicti Excellentiſſimi Principis *Angliæ & Franciæ Regis* per Mare, ex quacúnque juſtâ, rationabili, vel licitâ cauſâ Navigantes, ſive Mercatores fuerint, ſive Peregrini, Piſcatores, aut alii cujuscúnque conditionis Homines vi Tempeſtatis aut Ventorum, ſen aliâ juſtâ, rationabili, & neceſſariâ, urgenteque cauſâ, ad hoc eos omninò impellente (cùm ipſi hoc non affectaverint, & id, tempore receſſûs eorum a Patria ſua, non propoſuerint) applicare in aliquo Portu, ſive alio Loco quocúnque Regni Scotiæ, vel in aliquo loco juxta idem Regnum Naufragium pati (dummodo aliqua Perſona in Navi ſic Naufragium paſſa ſuperſtes exiſtat) non licebit Illuſtriſſimo Principi *Regi Scotorum* Conſanguineo ſuo, aut alicui vel aliquibus Subditorum ſeu Ligeorum ſuorum, per ſe, vel alios, ipſos, ſic appulſos, ſeu Naufragium paſſos, eorum Naves, Bona, Mercandiſas, ſive res alias quascúmque, in hujusmodi Navibus adducta, capere, rapere, vel ab eisdem, ſic appulſis, aut Naufragium paſſis; vel paſſo, auferre quovis modo, vel etiam detinere, aut, ratione debeti alicujus Perſonæ; eadem res, Bona, vel Mercandiſas, Integraliter vel in parte, areſtare vel areſtari facere; ſet licebit ipſis, ſic appulſis, aut Naufragium paſſis, cum Navibus, Mercandiſis, Bonis, & Rebus ſuis, cauſâ hujusmodi ceſſante, prout ſic appulſi, & Naufragia paſſi, eorum Navi refectâ, tenebuntur, quamcitiùs commodè valeant recedere, absque quibuscúmque impetitione, impedimento, moleſtatione, areſto, ſive alia occaſione quacúmque, ſibi per dictum Illuſtriſſimum Principem *Scotorum Regem*, aliquémve ſeu aliquos ejus Subditum ſive Subditos, obiciendis ſive etiam faciendis:

Et, ſimili modo, ſi contingat (eisdem Treugis vel Guetrarum Abſtinentiis durantibus) aliquos Subditos ſive Ligeos dicti Illuſtriſſimi Principis *Scotorum Regis*, ſimili modo Navigantes, vi Tempeſtatis ſen Ventorum, vel aliâ juſtâ, rationabili, & neceſſariâ, urgenteque cauſâ, eos omninò ad hoc impellente (cùm ipſi hoc non affectaverint, & id, tempore receſſûs eorum a Patria ſua, non propoſuerint) appliçare in aliquo Portu, ſive alio Loco quocúmque dicto Domino noſtro *Regi Angliæ & Franciæ* ſubdito & ſubjecto; vel in aliquo loco juxta Portus vel Loca prædicta Naufragium pati (dummodò aliqua Perſona in Navi, ſic Naufragium paſſâ, ſuperſtes exiſtat) non licebit dicto Excellentiſſimo Principi *Angliæ & Franciæ Regi*, aut alicui vel aliquibus Subditorum vel Ligeorum ſuorum, per ſe, vel alios; ipſos, ſic appulſos, ſeu Naufragium paſſos, eorum Naves, Bona, Mercandiſas, ſive res alias quascúmque, in hujusmodi Navibus adducta, capere, rapere, vel ab eisdem, ſic appulſis, aut Naufragium paſſis vel paſſo, auferre quovis modo, vel etiam detinere, aut, ratione debeti alicujus Perſonæ, eadem Res, Bona, vel Mercandiſas, integraliter vel in parte, areſtare vel areſtari facere; ſet licebit ipſis; ſic appulſis, aut Naufragium paſſis, cum Navibus, Mercandiſis, Bonis, Rebus, & Herneſiis ſuis, cauſâ hujusmodi ceſſante, prout ſic appulſi, & Naufragium paſſi; eorum Navi refectâ, tenebuntur, quamcitiùs commodè valeant recedere, absque quibuscúmque impetitione, impedimento, moleſtatione, areſto, ſive aliâ occaſione quacúmque, ſibi per dictum Illuſtriſſimum Principem *Regem Angliæ & Franciæ*, aliquémve ſeu aliquos ejus Subditos ſive Subditum, obiciendis ſive etiam faciendis.

Item, concordatum & concluſum eſt, inter nos præfatos utriusque Partis Commiſſarios, quòd, ſi aliquis vel aliqui Subditorum vel Ligeorum Metuendiſſimi Principis *Angliæ & Francie Regis*, ſic, ut prædicitur, appulſus ſen appulſi, aut Naufragium paſſus vel paſſi, ſive in Regnum Scotiæ ſub ſalvo Conductu veniens vel

ANNO 1449. venientes, ante diem expirationis salvi Conductûs sui, adversâ valitudine adeò vexetur & vexentur, quòd sic appulsus vel appulsi, seu Naufragium passûs vel passi, aut sub salvo Conductu veniens vel venientes, cum Navi vel Navibus, quâ vel quibus applicuit vel applicuerunt, vel ante diem expirationis sui salvi Conductûs sic veniens vel venientes nequeat vel nequeant commodè recedere & in proprias Partes se recipere, tunc benè licebit sic appulso & appulsis, Naufragium passi & passis, ac venienti & venientibus, infirmo vel infirmis, cuicúmque vel quibuscúmque, salvò & securè in Loco, quo sic appulsus vel appulsi, Naufragium passus vel passi, applicuerit vel applicuerint, infirmari contigerit, expectare quousque reconvaluerit vel reconvaluerint; & tunc, eum Literis Testimonialibus Majoris, Ballivi, Constabularii, aut alicujus alterius Officiarii Domini Regis, in loco quo sic eum vel eos infirmari contigerit, eidem vel eisdem sub moderatis expensis concedendis & tradendis, causâ infirmitatis hujusmodi cessante, in partes proprias recedere licebit: Idemque infirmus seu infirmi hujusmodi sic recedere debebit vel debebunt absque impedimento vel obstaculo quocúmque, sibi per aliquem Subditorum vel Ligeorum Domini *Regis Scotiæ* quomodolibet faciendis; ita tamen quòd interim nichil præjudiciale contra Regem, Regnum, seu Ligeos ejusdem attemptet vel attemptent, fierive procuret seu procurent:

Quæ omnia, simili modo & formâ, fideliter, æqualiter, & efficaciter observabuntur ex parte Metuendissimi Domini *Regis Angliæ &c.* Subditorum & Ligeorum suorum quorumcúmque, in casu quo aliquem, Regni Scotiæ Subditum, in aliquem Locum, Angliæ subditum & subjectum, sic appulsum, Naufragium passum, vel venientem contigerit infirmari, juxta formam & modum in proximo præcedenti Articulo comprehensos.

PRÆTEREA, inter nos, Commissarios utriúsque Partis prædictos, appunctuatum, concordatum, ordinatum, & conclusum est quòd, si contingat, eisdem Treugis durantibus, aliquem non Subditum, vel aliquos non Subditos, dicti Illustrissimi Principis *Scotorum Regis*, Navem vel Naves, Personam vel Personas, Res, Mercandisas, aut Bona quæcúmqna alicujus vel aliquorum Subditi sive Subditorum Excellentissimi & Christianissimi Principis *Angliæ & Franciæ Regis* capere, & eas vel ea in aliquem Locum vel Portum eidem Illustrissimo *Scotorum Regi* subjectum adducere, non licebit Illustrissimo *Scotorum Regi* aut alicui Subdito sive Ligeo suo eas vel ea seu aliquam partem eorumdem emere, seu quovismodo ad utilitatem suam receptare, absque consensu ejus vel eorum ad quem vel quos Bona seu Res hujusmodi ante eorum captionem verè pertinebant: quòd, si per aliquem eorum quicquam in contrarium hujus ordinationis factum vel attemptatum fuerit, tunc Personæ, Bona, Res, & Mercandisæ quæcúmque hujusmodi, sic empta sive recepta, illi vel illis, ad quem vel ad quos Bona hujusmodi verè pertinebant (dolo, fraude, malove ingenio cessantibus quibuscúmque) integraliter restituentur, per sic ementes sive recipientes, eo modo quo restitui deberent si a Subditis dicti Illustrissimi Principis *Scotorum Regis* capta fuissent: & nichilominus sic attemptans, tanquam violator harum Treugarum, graviter, pro modo & qualitate criminis, punietur:

Quæ omnia & singula, modo & formâ prædictis, Excellentissimus & Christianissimus *Angliæ & Franciæ Rex* observabit, & per suos Subditos & Ligeos similiter, æqualiter & efficaciter observari faciat, in casu quo aliqua Persona, Naves, Mercandisæ, Res, vel Bona quæcúmque dicti Illustrissimi Principis *Scotorum Regis*, aut alicujus seu aliquorum Subditi vel Subditorum ejus, capta fuerint per aliquem vel aliquos non Subditum vel non Subditos Excellentissimo & Christianissimo Principi *Regi Angliæ & Franciæ* supradicto.

Item, simili modo concordatum est quòd, si, durantibus Treugis supradictis, contingat aliquam Navem alterius Partium prædictarum Naufragium pati & rumpi, & aliqua Personarum existentium in Navi sic Naufragium passa vel rupta superstes remanserit (cessantibus in ea parte dolo, fraude, & malo ingenio quibuscúmque) Mercandisæ, Bona, & Res quæcúmque, quæ de dicta Navi projecta sint, ex eadem extracta, vel in Mari collecta, vel ad Terram venientia, seu aliàs quovis modo salva & salvata, per eos, ad quorum manus, Res, Mercandisæ, & Bona hujusmodi devenerint, nullatenus dissipentur, diminuantur, alienentur, dividantur, nec quovis modo subtrahantur, aut concelentur; sèt integra, sine diminutione quacúmque, Gubernatori illius Dominii sive Loci, in quod vel quem dicta Bona devenerunt, seu ejus Deputato, fideliter & sine fraude, deliberentur atque tradantur, ad usum vel utilitatem illius vel illorum, ad quem vel ad quos Bona ipsa, rei veritate inspectâ, pertinere noscuntur, conservanda; eui vel quibus, infra spatium unius Anni, a tempore notitiæ Naufragii vel rupturæ Navis hujusmodi computandi, licebit, pro recuperatione & restitutione rerum, Mercandisarum, & bonorum hujusmodi, prosequi coram Judice in ea parte competente; cui sic prosequenti vel prosequentibus realiter & effectualiter tradi, liberari, & restitui debent (solutis tamen & refusis expensis & sumptibus rationabilibus, factis circa collectionem & salvationem bonorum eorumdem) proviso semper quòd Persona & Personæ superstes vel superstites ex eadem Navi, ad Terram venientes, ad statim, juxta effectum & tenorem præsentium Treugarum, liberè dimittentur. ANNO 1449.

Item, simili modo, concordatum est quòd, si, dictis Treugis durantibus, aliqua Navis, unius Partis vel alterius, Personis, Rebus, Mercandisis, aut Bonis onusta, sive rupta, sive pro Victualibus, & Necessitatibus, eis in Mari supervenientibus, emendis, applicuerit in aliquem Portum vel Locum alium alicujus Partium prædictarum, pro qua reficienda Navem ipsam, Personas, Merces, Res, & Bona contenta in eadem, oporteat ad Terram deponi; quòd, in hoc casu, Personæ, Merces, Res, & Bona ipsa, sic depositа, absque impedimento & sine solutione Custumæ, in eadem Navem, cum refecta fuerit, vel in aliam reponantur & liberè abducantur; proviso tamen quòd, pro Mercibus, Rebus, Bonis, & Mercandisis, ibidem pro emendis Victualibus, eis necessariis pro numero Personarum vendiris, Custumæ & cætera Deveria, in ea parte debita, fideliter persolvantur.

Item, simili modo, concordatum est quòd, si quis de una parte Partium prædictarum capiat, dictis Treugis durantibus, aliquod Fortalitium super aliam Partem, ipse, super & adversus quem hujusmodi Fortalitium captum fuerit, poterit illud recuperare per viam facti vel aliter prout meliùs poterit: & etiam poterit punire Malefactores, in ea parte, secundum exigentiam casûs; & tenebuntur Conservatores Partis illius, cujus Subditus Fortalitium hujusmodi cepit, succurrere & juvare ipsum, super & adversus quem hujusmodi Fortalitium captum fuerit, ad ipsum recuperandum quamcitiùs & quam diligentiùs sumptibus illius Partis offendentis; vel, si magis placuerit, ipsa, super quem hujusmodi Fortalitium captum fuerit, requirere poterit & summare Regem & Conservatores alterius Partis, seu eorum Deputatos, quòd reddi faciant & restitui dictum suum Fortalitium, & Malefactores qui hujusmodi Fortalitium cepetunt; quod ipsi, pro posse, facere & perimplere tenebuntur; absque dolo, fraude, & malo ingenio.

Item, simili modo, concordatum est quòd, si, Treugis durantibus, aliquis vel aliqui de Vassallis, Ligeis, vel Subditis unius Partium prædictarum deliquerit seu deliquerint in Territorio alterius Partis, liceat Parti, in cujus Territorio sic deliquerit vel deliquerint, ipsum delinquentem vel ipsos delinquentes, secundùm exigentiam delicti, per ipsum val ipsos commissi vel perpetrati, punire; si verò sic delinquens vel delinquentes captus vel capti non fuerit aut fuerint, ut præmittitur, sed se retraxerit vel retraxerint in Dominium ipsius Regis cujus Subditi fuerint, Conservatores illius Partis requisiti tenebuntur liberare Personam vel Personas hujusmodi Malefactorum, puniendas ut præfertur, Conservatoribus alterius Partis hoc requirentibus, aut eorum Deputatis, in Marchia ubi deliquerit vel deliquerint; si verò iidem Malefactores se occultaverint, latitaverint, seu effugerint, ita ut capi non possint, Rex, cujus Subditi exiterint, debet eos mox perpetuò forbannire ab omnibus Locis suæ Ditioni subjectis, quos extunc nullo unquam tempore restituet, nec permittet ingredi vel inhabitare Loca, ut præfertur, suæ Ditioni subjecti, nisi Malefactores ipsi prius subierint Justitiam, & plenè satisfecerint alteri Parti, contra quam sic attemptaverint, de attemptatis hujusmodi sivè delictis, per ipsos, ut præfertur, perpetratis: Et licet aliquis talis Malefactor sic bannitus fuerit, seu, absque banniione, sic, ut præfertur, captus exiterit, nichilominus tenebuntur Conservatores Partis illius, cujus idem Malefactor Subditus exiterit, reparare attemptata de Bonis hujusmodi Malefactoris quatenus sufficere poterint; si verò idem Malefactor, sic captus sive deprehensus, non habeat in Bonis unde satisfacere poterit, in hoc casu eo gravius punietur & luet in corpore:

ANNO 1449. pore : Et insuper qui Malefactorem hujusmodi scienter receptaverit, aut consilium ei dederit seu favorem, ad eandem in omnibus satisfactionem & pœnam tenebitur, ad quam faciendam & subeundam teneretur hujusmodi Malefactor si posset apprehendi.

Item, simili modo, concordatum est quòd, si, eisdem Treugis durantibus, aliquid contra easdem vel aliquam partem earumdem, per Terram sive per Mare, fieri vel attemptari contigerit, per hoc tamen præsentes Treugæ non eruut, nec censebuntur, aut reputabuntur ruptæ, infirmatæ, vel annullatæ, set nichilominus in suo robore permanebunt & vigore ; nec Guerræ, nisi observatâ formâ in primo Articulo superius inter Principes declaratâ, pro eo fieri debent ab una Parte vel altera; neç prisæ Personarum, nec Districtiones aut Captiones bonorum, nec Obsidiones Villarum aut Castrorum sive Fortalitiorum, nec Homicidia Murdrave quæcúmque, in contrarium præmissorum, a quocúmque attemptari sive committi ; set reparabuntur & reponentur in statum pristinum & debitum Maleficia & attemptata hujusmodi, necnon interprisæ quæcúmque, per Conservatores & Commissarios illius Partis, cujus Subditi sic attemptaverint, offenderint, seu malefecerint: Qui verò contra fecerit (videlicet) movendo Guerram pollquam superius recitata, sive obsidendo, invadendo, aut capiendo Villas vel Fortalitia, aut faciendo Homicidia sive Murdra, propter aliquod attemptatum ex parte altera, aut præter auctoritatem & Decretum Conservatorum, faciendo prisas Personarum, vel Districtiones seu Captiones bonorum, eo ipso cadat in causa sua, & nichilominus punietur juxta delicti sui exigentiam, aut restituet & reparabit alteri Parti omne illud in quo eam læsit & cepit ab eadem.

Item, concordatum est, simili modo, quòd, si, Treugis prædictis durantibus, aliquis Subditorum unius Partium vel alterius contrahat vel quasi, seu delinquat infra Regnum, Terram, sive Dominium illius Partis, cujus contrahens vel delinquens est Subditus, & extunc, causâ vitandi Justitiam, se subtraxerit & effugiat in Locum quemcúmque subditum sive subjectum alteri ex eisdem Partibus, cujus Subditus non extiterat, & illue deveniat Homo ligeus illius Partis ; nichilominus compelletur ad respondendum & satisfaciendum ac subeundum Justitiam, de debito sive delicto suo hujusmodi, coram Conservatoribus Treugarum utriusque Partis sive eorum Deputatis, æquè ut satisfacturus & subiturus fuisset si permansisset sub fide & ligeantia ipsius Partis cujus Terram & Dominium effugit: Si verò in sola fuga perstiterit, nec devenerit Homo Ligeus illius Partis in cujus Terram effugit, eo casu remittetur & restituetur illi Parti cujus ligeus & subjectus fuerat, pro Justitiâ de eo, prout sibi videbitur, faciendâ: Si verò aliquis Subditorum unius Partium prædictarum se subtrahat in Regnum seu Dominium alterius, tanquam Fugitivus, Proditor, & Rebellis, & ibidem reperiatur sub Assecurantia aut salvo Conductu, Pars illa seu Gardianus vel Deputatus ejusdem, in cujus Regno seu Dominio hujusmodi Fugitivus seu Malefactor receptatur & assecuratur, requisitus super hoc per aliam Partem, Gardianum, seu Deputatum ejusdem, tenebitur, infra quadraginta dies post requisitionem sequentes, omnem Assecurantiam & salvum Conductum, hujusmodi Fugitivo concessum, annullare, & ipsum, ut superius est expressum, remittere & destinare: Et, quamquam talis Proditor aut Rebellis offerat ei, ad quem raliter subterfugit, juramentum ligeantiæ seu fidelitatis, in hoc casu non recipietur ad Ligeantiam seu Juramentum, quousque quadraginta dies lapsi fuerint post oblationem hujusmodi Juramenti & Ligeantiæ taliter factam.

Item, simili modo, concordatum est quòd, durantibus præsentibus Treugis, non admittentur nec recipientur ad Officia, nec super Assisam, nec ad perhibendum Testimonium Personæ infames, Rebelles, Fugitivi, Proditores unius Partis vel alterius, aut convicti per Assisam, set Boni, Fideles, & Justi, fide digni, & non suspectæ Personæ.

Item, simili modo, concordatum est quòd, durantibus Treugis hujusmodi, nullus unius Partis vel alterius ingrediatur Terras, Boscos, Nemora, Foresta, Warennas, Loca, Dominia quæcúmque alicujus Subditi alterius Partis, causâ venandi, piscandi, aucupandi, disportum aut solatium in eisdem exercendi, aliave quacúmque de causâ, absque licentiâ ejus vel eorum, ad quem seu quos Locus vel Loca ipsa pertinet seu pertinent, aut Deputati sui, petitâ primitùs & obtentâ : Et, si contingat Bestias seu Animalia alicujus Subditi alterius Partium prædictarum fundum, agrum, solúmve Subditi alterius Partis ingredi, & granum aut herbam ibidem crescentem depascere, aliove modo illi, cujus est solum, injuriam live dampnum inferre, quòd ob hoc neutra Partium hujusmodi dampnum sive injuriam sibi facta propriâ auctoritate ulciscatur ; sed illud Malefactum, secundùm Legem & Consuetudinem observatas in Partibus ubi dampnum & injuria talia facta sunt, effectualiter emendabitur ut est justum. ANNO 1449.

Item, ut Treugæ supradictæ eo firmiùs & melius observentur, quo cullibet ex Subditis Partium prædictarum conquerenti liberior patear facultas Justitiam prosequendi, ordinatum & concordatum est quòd, si quis ex Subditis alterius Partium prædictarum depræda-tus fuerit seu attemptaverit infra Marchias aut Terram alterius Partis, post deprædationem hujusmodi seu attemptatum fugiendo revertatur ad Marchias aut Terram illius Partis cujus est Subditus, licebit illi, contra quem sic attemptaverit, in recenti, vel infra sex dies computandos a tempore delicti sic attemptati sive commissi, auctoritate præsentis Ordinationis, absque alia Literis de salvo Conductu, prosequi illum Malefactorem, &, ipsum sic prosequendo, intrare salvò & securè Marchias sive Terram in quam idem Malefactor se retraxerit, vel, si sibi melius videbitur, poterit infra prædictos sex dies adire unum ex Gardianis alterius Partis vel ejus Deputatum pro sua Justitia prosequenda.

ET, INSUPER, consimili modo, appunctuatum, concordatum & conclusum est quòd semper & continuè, eisdem durantibus Treugis, sient & erunt duæ Literæ Patentes salvi Conductûs, in bona & sufficienti forma conceptæ,

UNA (videlicet) ex parte dicti Excellentissimi Principis *Angliæ & Franciæ Regis*, suo Magno Sigillo sigillata, continuè manens in aliquo Loco ad hoc congruo infra Marchias Regni Scotiæ, quem Serenissimus Princeps *Rex Scotorum* elegerit; virtute cujus valeant quandocúmque, eisdem Treugis durantibus, Subditi *Regis Scotorum* quicúmque, contra easdem gravati, liberè ingredi Regnum Angliæ, & prosequi causam suam ubicúmque & coram quocumque competenti Judice infra idem Regnum,

ET ALIA ex parte Serenissimi Principis *Scotorum Regis*, ejusdem Magno Sigillo sigillata, manens continuè in aliquo Loco congruo infra Marchias Angliæ, quem Christianissimus *Angliæ & Franciæ Rex* elegerit; virtute cujus valeant quandocúmque, dictis Treugis durantibus, Subditi ejusdem *Angliæ & Franciæ Regis* ingredi liberè Regnum Scotiæ, & prosequi causam suam, ubicúmque & coram quocumque competenti Judice infra idem Regnum Scotiæ,

Proviso semper quòd, virtute alicujus Literarum salvi Conductûs hujusmodi, non plures quam tres vel quatuor Personæ, hujusmodi causas prosequi volentes, ex una parte vel altera, Regnum alterius, simul & unâ vice, ingredi valeant quovis modo.

Item, quia tàm Excellentissimus & Christianissimus Princeps *Angliæ & Franciæ Rex*, quàm Serenissimus Princeps *Rex Scotorum* ejus Consanguineus, considerant & perpendunt quòd, nisi supradicta omnia benè conserventur efficaciter & votivè, juxta eorum desideria, per magnam & debitam diligentiam Officianorum in puniendo Transgressores quoslibet pro qualitate delictorum, contingere poterit, infra breve, propter insolentiam & ineffrænatam malitiam deliuquentium, prædictas Treugas multipliciter violari, quod absit; idcirco appunctuatum, concordatum, & concluſum est quòd quicumque Regum prædictorum senserit se aut suos, contra formam Treugarum dictarum, aggravatum vel aggravatos, in decretu Executionis Justitiæ ab altera Parte non factæ, Princeps, taliter se aut suos sentiens læsum vel læsos, per unum Heraldum aut alium Nuncium avisabit & informabit alium Regem, quòd per Officiarios suos nullum aut non debitum poterit de suis conquerentibus habere Justitiæ complementum ; in quo casu Rex, sic informatus & cui talis conquestio facta sit, quamcitò commodè poterit, bis vel ad minus semel in Anno, mittet tres aut duos de suo Concilio, Justitiæ & Pacis Amatores, ad aliquem Locum convenientem prope Marchias, obviaturos totidem consimilibus de Concilio Regis conquirentis, cum potestate sufficienti oneratas non tantùm ad puniendum delinquentes super quibus conqueritur juxta delicti qualitatem, verùm etiam ad inquirendum, examinandum, & ad investigandum si Conservatores dictarum Treugarum, Gardiani Marchiarum, vel co-

ANNO 1449. rum Locatenentes, aut Deputati, negligentes fuerint aut remiſſi in Executione Juſtitiæ Partibus conqueréntibus; quos etiam punire, corrigere, & emendare habeant, ſi per talem inquiſitionem, examinationem, & inveſtigationem culpabiles inventi fuerint aut remiſſi,

PRÆTEREA, ut eo ſortiùs & inviolabiliùs præſentes Treugæ obſervéntur, quo bonis proviſionibus fuerint roboratæ, ſimili modò, ordinatum & concluſum eſt quòd omnes & ſinguli Gardiani Marchiarum, unius Partis & alterius, præſentes & futuri, ac omnes Viri Notabiles prope dictas Marchias, a Villis de Novo Caſtro & Penteth in Angliam verſus Scotiam, ex una parte, & a Villis de Edynbourgh & Dunfrice in Scotia verſus Angliam inhabitantes, parte ab altera, ad Sacroſanctæ Dei Evangelia, coram eis poſita & corporaliter per eosdem & eorum quemlibet tacta, jurabunt quòd præſentes Treugas, in omnibus & ſingulis Capitulis & Articulis earumdem, bonâ fide, abſque dolo, fraude, malóve ingenio quibuscúmque obſervabunt, & per alios, quantum in eis eſt, obſervari facient, & quòd nullo unquam tempore durationis earumdem Treugarum per ſe, vel per alios, etàm vel palàm, directè vel indirectè, eas in aliqua ſui parte violabunt, nec violari facient aut permittent quatenus poterunt quovis modo:

Quod quidem Juramentum, omnium & ſingulorum prædictorum, fieri debet, publicè & ſolemniter, citra triginta dies proximò ſequentes poſt Datam præſentium cootinuè numerandos, Gardianorum Marchiarum Angliæ in manibus Excellentiſſimi Principis *Angliæ & Franciæ Regis* & Commiſſariorum ſuorum ad hoc ſpecialiter deputandorum, & Gardianorum Marchiarum Scotiæ in manibus Illuſtriſſimi Principis *Scotorum Regis* & Commiſſariorum ſuorum ad hoc ſpecialiter deputandorum; notabilium verò Virorum, utriusque Patris prædictæ Anglorum in manibus Gardianorum Marchiarum in Anglia, Scotorum in manibus Gardianorum Marchiarum Scotiæ; nomina autem eorum qui ſic juraverint, infra menſem poſt præſtationem ejusdem Juramenti, certificabuntur alterutrinque autenticè Gardianis ſingulis Marchiarum prædictarum, ut apud ipſos ſingulorum nomina, ſic jurantium, habere valeant de recordo.

Item, ſimili modo, concordatum & concluſum eſt quòd utraque Partium publicari & notificari faciet dictas Treugas Subditis ſuis, infra triginta dies proximò futuros, poſt Datum præſentium ſimiliter cootinuè numerandos.

Conſervatores verò Treugarum pro dicto Excellentiſſimo & Chriſtianiſſimo Principe *Angliæ & Franciæ Rege*, ejusque Regnis, Terris, Dominiis, Locis, ac Perſonis quibuscúnque ei ſubjectis, tàm per Terram, quàm per Mare, erunt,

Humfridus Dux Bukinghamiæ.
Johannes Dux Norffolciæ.
Willielmus Dux Suffolciæ.
Ricardus Comes Sarûm.
Henricus Comes Northumbriæ.
Johannes Comes Oxoniæ.
Johannes Vicecomes de Beaumont.
Henricus Vicecomes de Bourghsher.
Thomas Dominus de Clifford.
Radulphus Dominus de Grayſtok.
Thomas Dominus Fitzhew.
Thomas Dominus de Daker.
Thomas Nevill.
Thomas Stanley.
Jacobus Strangways.
Henricus Fenwyck.
Robertus Ogull.
Thomas Haryngton.
Thomas Lumley.
Ricardus Musgrave.
Johannes de Skelton.
Thomas de la More.
Johannes Heron.
Robertus Mauers.

Et *omnes Admiralli Maris & Cuſtodes Marchiarum* Angliæ verſus Scotiam,

Pro Illuſtriſſimo Principe *Scotorum Rege* erunt, *Willielmus, Georgius, Johannes, Archibaldus, Alexandrus de Douglas* Angouſſ. Roſſ. Moraviæ, & Craufurdiæ Comites.

Willielmus Dominus Creyhton.
Willielmus Dominus de Sancto Clauro.
Dominus *Willielmus Somervill.*
Herbertus Dominus Maxwell.
Alexander Dominus Montgomery.
Andreas Dominus le Gray.
Patricius Hepburne de Halez,
Jacobus de Creyhton.
Barones.
Alexander Vicecomes de Angouſſ.
Andreas Vicecomes de Fyfe.
Simon de Glendurvyn.
Archibaldus de Douglas.
Willielmus de Crauſton.
Walterus Scott.
Robertus Creyhton.
Alexander Home.
David Home.
Alexander Ramſey.
Milites.
Jacobus Rothirforth.
Nicholaus Rotherforth.
Thomas de Crauſton.
Willielmus de Karlebill.
Willielmus de Douglas.
Adam de Johnſon.
Willielmus Labethir.

Et *omnes Admiralli Maris & Cuſtodes Marchiarum* de Scotia verſus Angliam.

ANNO 1449.

Qui quidem omnes & ſinguli, ex utraque parte ſupranominati, hinc & inde, habebunt plenam Poteſtatem, ſoli & in ſolidum, ac Gardiani & Admiralli in Locis Cuſtodiæ & Admirallitatis ſuarum, ad reparandum, reformandum, & emendandum, reparari, reformari, & emendari faciendum omnia dampna & attemptata exceſſusque facta & perpetrata contra tenorem dictarum Treugarum, & ad puniendum Malefactores omnes & ſingulos ſecundum caſum & exigentiam delictorum.

Tenor verò Literarum Patentium dicti Excellentiſſimi & Chriſtianiſſimi Principis *Angliæ & Franciæ Regis*, de quibus ſupra fit mentio, ſequitur, & eſt talis,

HENRICUS, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ*, omnibus ad quos præſentes Litteræ pervenerint Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fide, Sinceritate, & Diſcretionis Induſtriâ, Venerabilium in Chriſto Patrum, *Roberti Dunolmenſis*, & *Adæ Ciceſtrenſis* Cuſtodis Sigilli noſtri, *Epiſcoporum*, ac cariſſimi Conſanguinei noſtri *Johannis Vicecomitis de Beaumont* Conſtabularii Regni noſtri Angliæ, ac, Dilectorum & fidelium noſtrorum, *Thomæ Stanley* Militis Contrarotularoris Hoſpitii noſtri, Magiſtri *Ricardi Andrewe* Legum Doctoris Secretarii noſtri, *Jacobi Strangways* Militis, & Magiſtri *Roberti Dobbes* Decretorum Doctoris, plenè confidentes,

Ipſos conſtituimus & ordinavimus noſtros veros & indubitatos Commiſſarios & Deputatos;

Dantes & concedentes eisdem Commiſſariis, & Deputatis noſtris, ſex, quinque, quatuor, tribus, & duobus eorum, Poteſtatem, ac Mandatum generale & ſpeciale, nomine noſtro, pro Nobis, Regnis, Terris, Dominiis, Subditis, Amicis, Alligatis, Confœderatis, Faventibus, & Adhærentibus noſtris quibuscúmque, tractandi, communicandi, appunctuandi, & concordandi cum *Illuſtriſſimo Principe Jacobo Rege Scotorum* cariſſimo Conſanguineo noſtro, aut ſuis Oratoribus, Commiſſariis, & Nunciis, poteſtatem & auctoritatem in hac parte ſufficientem habentibus, de & ſuper Guerrarum Abſtinentiâ, ſeu Treugis, ſub modis & formâ, & ad tale ſive tantum tempus duraturis, uti præfatis Commiſſariis noſtris ſex, quinque, quatuor, tribus & duobus eorum ſaniùs & ſalubriùs videbitur expedire,

Ipſásque Guerrarum Abſtinentias ſeu Treugas capiendi, ineundi, firmandi & concludendi,

Treugas ſive Guerrarum Abſtinentias, nuper initas, concluſas, & publicatas, ac publicandas, & adhuc pendentes, prorogandi,

Prout eisdem Commiſſariis noſtris meliùs videbitur, ac prout inter ipſos Commiſſarios & Deputatos noſtros, ſex, quinque, quatuor, tres, vel duos eorum, & *præfati Conſanguinei noſtri* Oratores, Commiſſarios, & Nuncios, commodiùs & fructuoſiùs eenſebitur expedire,

Cæteraque omnia & ſingula faciendi, expediendi, & exercendi quæ in præmiſſis & circa ea neceſſaria fuerint, ſeu quomodolibet oportuna, etiam ſi Mandatum exigant magis ſpeciale,

Promit-

ANNO 1449. Promittentes, bonâ fide & verbo Regio, nos, gratum, & firmum habituros quicquam per dictos Commissarios, & Deputatos, vel duos eorum, nomine nostro actum, sive gestum fuerit in præmissis, seu aliquo præmissorum.

In cujus rei Testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

Teste meipso apud *Westmonasterium* vicesimo tertio die Octobris, Anno Regni nostri vicesimo octavo.

Per ipsum Regem & Concilium.

KIRKEBT.

Tenor etiam Literarum Patentium præfati Serenissimi Principis *Scotorum Regis*, de quibus supra fit mentio, sequitur sub hac formâ,

JACOBUS, Dei gratiâ, *Rex Scotorum*, universis & singulis, ad quorum notitias præsentes Litteræ pervenerint, Salutem in omnium Salvatore.

Sciatis Nos,

De fide, legalitate, circumspectione & industriâ dilectorum & fidelium nostrorum Reverendorum & Venerabilium in Christo Patrum, *Johannis Episcopi Brethmen.* & *Andreæ Abbatis de Melrose* nostri Confessoris & Thesaurarii, *Alexandri Domini Montgomery*, *Andreæ Domini le Gray*, Baronum Consanguineorum nostrorum, Domini *Johannis Methven* Decretorum Doctoris ac Magistri nostrorum Rotulorum & Registri, & *Thomæ de Cranstonne* Præpositi Burgi de Edynburgh Armigeri, quamplurimum confisos,

Ipsos, *Johannem*, *Andream*, *Alexandrum*, *Andream*, *Johannem*, & *Thomam* nostros Commissarios & Ambaxatores speciales constituisse, deputasse, & ordinasse, ac tenore præsentium constituimus, deputamus, & ordinamus,

Dantes & concedentes prædictis *Johanni*, *Andreæ*, *Alexandro*, *Andreæ*, *Johanni*, & *Thomæ*, Commissariis nostris, ac eorum quinque, quatuor, tribus aut duobus eorumdem plenam Potestatem & Mandatum speciale ad conveniendum nomine nostro in Civitate Dunelmensi seu alio Loco de quo expediri videbitur, ibidemque cum Commissariis Serenissimum Principis *Henrici* Dei gratiâ *Regis Angliæ* Consanguinei nostri amantissimi, consimilem seu sufficientem Potestatem habentibus, super Treugis seu Guerrarum Abstinentiis, ad certa tempora, tàm per Terram, quàm per Mare, capiendis inter nos & præfatum Serenissimum Principem Consanguineum nostrum *Regem Angliæ*, pro nobis & Successoribus nostris, Regnis, Terris, Dominiis, Subditis & Confœderatis nostris, sub modis, formâ, & conditionibus, de quibus inter dictum Consanguineum nostrum *Regem Angliæ*, ejusve Commissarios aut Deputatos præfatos, ac dictos Commissarios nostros & Nuncios conveniri ac concordari poterit, communicandi, tractandi, appunctuandi, concordandi, & concludendi,

Cæteraque faciendi & agendi quæ in præmissis, & circa ea necessaria fuerint seu etiam oportuna.

Promittentes, in verbo Regio, pro Nobis, Hæredibus, & Successoribus nostris, nos ratum, gratum, firmum & stabile habituros totum & quicquid in præmissis & circa ea per dictos *Johannem*, *Andream*, *Alexandrum*, *Andream*, *Johannem* & *Thomam* Commissarios nostros, ipsorum quinque, quatuor, tres aut duos eorundem communicatum, tractatum, appunctuatum, concordatum & conclusum, aliásve actum seu gestum fuerit quoquomodo.

Datum sub Magno Sigillo nostro, apud *Edinburgh*, tertio die mensis Novembris, Anno Domini millesimo, quadringentesimo, quadragesimo nono, & Regni nostri decimo tertio.

In quorum omnium & singulorum præmissorum Testimonium atque fidem, huic parti INDENTURÆ, penes præfatum Excellentissimum & Christianissimum Principem *Angliæ & Franciæ Regem* remansuræ, nos præfati, *Andreas Abbas de Melrose*, *Andreas Dominus le Gray*, *Johannes Methven* Decretorum Doctor, & *Thomas Cranstonne*, dicti Serenissimi Principis *Scotorum Regis* Commissarii memorati, Sigilla nostra apposuimus.

Dat. *in Ecclesiâ Cathedrali Dunelmensi* prædictâ, quinto decimo die mensis Novembris, Anno Domini millesimo, quadringentesimo, quadragesimo, & Annis Regum prædictorum supradictis.

ANDREAS ABBAS DE MELROS, ANDREW LORDE THE GRAY. JOH. METHFEN. THOMAS CRANTON. ANNO 1449.

Sub quatuor Sigillis rubri coloris.

XII.

Conventio inter HENRICUM VI. *Regem Angliæ, &* CHRISTIERNUM I. *Regem Daniæ, pro tollendis mutuis gravaminibus & concedenda Commerciorum libertate inita. Dat. apud Westmonasterium die 9. Aprilis Anno* 1450. [RYMER, Fœdera, Conventiones, &c. Tom. XI. pag. 264.] 1450. 9. Aprilis.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

INSPEXIMUS quædam Appunctuamenta,

Pro & in nomine nostro, per *Ricardum Caunton* utriusque Juris Doctorem, & *Johannem Beek* Militem, Ambassiatores & Commissarios nostros, iurer nos, nostrique Successores, Hæredes, Regna, Dominia, Homines, Vassallos, Ligeos, & Subditos quoscúmque, posteros & modernos, ex una parte,

Et Serenissimum Principem *Cristiernum Daciæ, Norwagiæ, Sclavorum, Gothorumque Regem, Comitem de Eldenbourgh & Delmanhorst*, ejusque Successores, Hæredes, Regna, Dominia, Homines, Vassallos; Ligeos, & Subditos quoscúmque posteros & modernos, pro & in nomine ipsius Serenissimi Principis, per *Kanutum Michael* utriusque Juris Doctorem Decanum Haffnensem Roskildensis Diœcesis, *Eckardum Fryll*, & *Nicolaum Erici*, Milites, Ambassiatores & Commissarios suos, ex alterâ parte,

De & super amoris vinculis, caritatis consortiis & Concordiis, Pacisque augmentis & prorogationibus appunctuata & concordata,

Facta in hæc verba,

IN NOMINE SANCTÆ ET INDIVIDUÆ TRINITATIS PATRIS ET FILII ET SPIRITUS SANCTI, AMEN.

Quoniam, ut ait *Augustinus in Libro de verbo Domini*, Pax est securitas mentis, tranquillitas cordis, vinculum amoris, & consortium caritatis, ita quòd Bella compescit, iras componit, superbos caleat, humiles amat, discordes fœdat, inimicos concórdat, &, secundùm *Venerabilem Lincolniensem*, in Creaturis singulis Unitatis & Pacis est appetitus, ut, quamquam Elementa Mundi sint contraria & repugnantia, indissolubili tamen Concordiâ, ex appetitu Unitatis, Mundum constituunt,

Idcirco, ut inter duo præclara Luminaria Mundi, Serenissimos Principes & Dominos, *Cristiernum Daciæ*, *Norwagiæ*, *Sclavorum*, *Gothorumque Regem*, *Comitem de Eldenbourgh & Delmanhorst*, ex unâ, & *Henricum Angliæ & Franciæ Regem*, ac *Dominum Hiberniæ*, partibus ex alterâ, eorum Successores, Hæredes, Regna, Dominia, Homines, Vassallos, Ligeos, & Subditos quoscúmque posteros & modernos, Amoris vincula, caritatis consortia, & Concordiarum Pacisque augmenta; adjuvante Altissimo, firmentur & continuentur,

Nos, *Kanutus Michael* utriúsque Juris Doctor Decanus Haffnensis Roskildensis Diœcesis, *Eckardus Fryll*, & *Nicolaus Erici*, Milites, præfati Serenissimi *Regis Daciæ*, *Norwegiæ*, *Sclavorum*, *Gothorumque*, *Comitis de Eldenbourgh & Delmanhorst*, ex unâ; & nos, *Ricardus Caunton* utriusque Juris Doctor, & *Johannes Beek* Miles, ad hoc specialiter per præfatum Serenissimum *Regem Angliæ & Franciæ*, & *Dominum Hiberniæ*, partibus ex alterâ, Ambassiatores & Procuratores speciales deputati,

Auctoritate & vigore Commissionum, Procuratoriorum, & Potestatum nobis a præfatis Regalibus Sedibus hinc inde commissorum (quorum Copiæ, ad majorem evidentiam, præsentibus inferuntur) convenientes sub Anno Domini millesimo, quadringentesimo, quadragesimo nono, decimo septimo die mensis Julii, Copenhaven Regni Daciæ, in Domo Capitulari Ecclesiæ majoris,

Ad tractandum & concordandum pro bono Concordiæ & Pacis inter Regna prænominata, dictosque Principes & eorum Subditos, necnon ad faciendum alia,

ANNO 1450. juxta tenores Procuratoriorum ſeu Commiſſionum hinc inde exhibitorum,

Diverſis magnis reſtitutionibus dampnorum, injuriarum, expenſarum, & intereſſe, hinc inde factorum, perpetratorum, paſſorum, & habitorum, ab utraque parte, in diverſis Annis plurimis retroactis, propoſitis, enumeratis, & petitis,

Prætatorum Negotiorum & cauſarum gravitatibus & arduitatibus, temporisque brevitate, & aliis cauſis impedientibus, diligenter penſatis, attentis, & maſticatis,

Nè labores Conventionis faceremus ſine fructu,

Per Nos unanimiter,

Quodam æquitatis medio invento & concluſo (videlicet) ſuper novo termino ſub longioris temporis ſeu Annorum ſpatio præfigendo & acceptando, novâque Dictâ infra dicti ternini curſum indicendâ,

Infraſcriptos Articulos concorditer appunctuavimus,

Submittentes tamen ipſos humiliter Regum & Dominorum noſtrorum prædictorum Ratihabitioni, Approbationi, & conſenſui, ut ipſis & eorum Regalibus Sedibus debitus Honor & reverentia meritò deferantur,

Tenores verò dictorum Procuratoriorum ſeu Commiſſionum ſequuntur, & ſunt tales,

CRISTIERNUS, Dei gratiâ, *Daciæ*, *Norwegiæ*, *Sclavorum*, *Gothorumque Rex*, *Comes de Oldenbourgh & Delmanhorſt*, omnibus, ad quos præſentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm aliàs, ad Honorem Dei, noſtri Sacri Progenitores & Prædeceſſores, Reges Daciæ & Norwegiæ &c. quasdam inierunt, fecerunt, & appunctuârunt, & conclusèrunt, pro ſe & Succeſſoribus ſuis, Alligantias & Confœderationes, ſub certis modis & formâ, cum Sereniſſimo Principe *Angliæ & Franciæ*, & *Domino Hiberniæ*, prout ex eorum tenoribus clarius liquere poterit,

Nos, ipſa Alligantiarum Fœdera ab omnibus Ligeis & Subditis noſtris, quantum in nobis eſt, inviolata & illibata obſervari, & quicquid in contrarium eorumdem actum fuerit aut ſit ultrò citròque debita cum celeritate reformari cupientes,

De fidelitate, circumſpectione, & induſtria, fidelium & dilectorum nobis Dominorum, *Kanuti Michaelis* utriusque Juris Doctoris Decani Haffnenſis, ac *Eskardi Fryll*, & *Nicholai Erici*, Militum, plenius confidentes,

Ipſos noſtros legitimos, veros, & indubitatos deputavimus Ambaſſiatores, Commiſſarios, Procuratores, & Nuncios ſpeciales,

Dantes & concedentes eis Poteſtatem, & Mandatum tàm generale quàm ſpeciale, nomine noſtro, cum Ambaſſiatoribus, Commiſſariis, ſeu Procuratoribus, Deputatis, ſive Nunciis præfati Sereniſſimi *Regis Angliæ* (videlicet) Dominis, *Ricardo Caunton* utriusque Juris Doctore *Archidiacono Sarum*, & *Johanne Beck* Milite, conveniendi,

Necnon Ambaſſiatorum, Commiſſariorum, Procuratorum, ſive Nunciorum eorumdem petitiones, voluntates, & deſideria, de & ſuper omnibus & ſingulis prædictarum Alligantiarum debitam & fidelem obſervantiam concernentibus, audiendi,

Tractandi inſuper & communicandi cum eisdem de & ſuper omnibus & ſingulis dampnis, injuriis, depræda-tionibus, Interfectionibus Mercatorum ac Subditorum alicujus Partium prædictarum, ac reparationem attemptatorum contra præfatas Alligantias & Confœderationes qualitercúmque concernentibus,

Et hujuſmodi correctionem & reformationem faciendi & eas fieri peteudi, requirendi, & cum effectu optinendi,

Ac utriusque Partium hujusmodi querelas, ultrò citròque propoſitas, & proponendas, cum ſuis emergentibus, incidentibus, dependentibus, & connexis, audiendi & examinandi, & fine debito terminandi, & ſuper eisdem componendi & ſimpliciter, ſummariè, & de plano, ſine ſtrepitu & figura Judicii, legalibus terminis, ſi eis expedire videbitur, non ſervatis, aut aliàs, de conſenſu Partium, reſciſſis aut abbreviatis, inſpectâ ſolâ facti veritate,

Necnon antiquas Ligas & Amicitias, Confœderationes & Alligantias, confirmandi, & ſi neceſſe fuerit, de novo capiendi, promittendi, & ineundi, ac cum Juramento in animam noſtram præſtando, & nomine noſtro ſigillandi,

Cæteraque omnia & ſingula faciendi & excercendi quæ in præmiſſis vel ipſorum aliquo neceſſaria fuerint vel quomodolibet oportuna,

ANNO 1450. Promittentes, in verbo Regio, nos, perpetuis futuris temporibus, ratum, gratum, firmum, & ſtabile habituros & fideliter impleturos totum & quicquid per dictos Commiſſarios noſtros actum, geſtum, aut procuratum fuerit in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum.

In cujus rei Teſtimonium has Literas noſtras fieri fecimus Patentes, & ſecreti noſtri Sigilli appenſione roborari.

Datum *Caſtro noſtro Haffnenſi*, Feriâ quintâ proximâ ante Feſtum Beatæ Margaretæ Virginis, Anno Domini milleſimo, quadringenteſimo, quadrageſimo nono.

HENRICUS, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ & Dominus Hiberniæ* omnibus, ad quos præſentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd,

Cum aliàs, ad Honorem Dei, noſtri Sacri Progenitores & Prædeceſſores, Reges Regni Angliæ quasdam inierint, fecerint, & appunctuaverint, & concluſerint, pro ſe & Succeſſoribus ſuis, Alligantias & Confœderationes, ſub certis modis & formâ, cum Sereniſſimo Principe *Rege Daciæ*, *Norwegiæ*, *Sueciæ &c.* prout ex eorum tenoribus clariùs liquere poterit in evenrum,

Nos, ipſa Alligantiarum Fœdera ab omnibus Ligeis & Subditis noſtris, quantum in nobis eſt, inviolata & illibata obſervari, ac quicquid in contrarium eorumdem actum fuerit aut ſit ultrò citròque debita cum celeritate reformari cupientes,

De fidelitate, circumſpectione, & induſtria, fidelium & dilectorum nobis, *Roberti Shottsbroke* Militis, Magiſtri *Ricardi Caunton* utriusque Juris Doctoris Archidiacoui Sarum, & *Johannis Beck* Militis, pleniùs confidentes,

Ipſos veros, legitimos, & indubitatos deputavimus Ambaſſiatores, Commiſſarios, Procuratores, & Nuncios ſpeciales,

Dantes & concedentes eis & duobus eorum (quorum præfatum *Ricardum* unum eſſe volumus) Poteſtatem, & Mandatum tàm generale quàm ſpeciale, nomine noſtro, eum Ambaſſiatoribus, Commiſſariis, Deputatis, Procuratoribus, ſive Nunciis *præfati Regis*, ſive habentium Regimen & Gubernamentum Regnorum prædictorum, ſufficientem in hac parte Poteſtatem exhibentibus, in quocúmque Loco congruo & ad hoc apto conveniendi,

Necnon Ambaſſiatorum, Commiſſariorum, Procuratorum, ſeu Nunciorum eorumdem petitiones, voluntates, & deſideria, de & ſuper omnibus & ſingulis, prædictarum Alligantiarum debitam & fidelem obſervantiam concernentibus, audiendi,

Tractandi, inſuper, & communicandi cum eisdem de & ſuper omnibus & ſingulis dampnis, injuriis, depræda-tionibus, interfectionibus Mercatorum & Subditorum alicujus Partium prædictarum, ac reparationem attemptatorum contra præfatas Alligantias & Confœderationes qualitercúmque concernentibus,

Et hujusmodi correctionem, punitionem, reparationem, & reformationem faciendi, & eas fieri petendi, requirendi, & cum effectu optinendi,

Ac utriusque Partium hujusmodi querelas, ultrò citróque propoſitas & proponendas, cum ſuis emergentibus, incidentibus, dependentibus, & connexis, audiendi & examinandi, & fine debito terminandi, & ſuper eisdem componendi, etiam ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu & figura Judicii, legalibus terminis, ſi eis expedire videbitur, non ſervatis, aut aliàs, de conſenſu Partium, reſciſſis aut abbreviatis, inſpectâ ſolâ facti veritate,

Necnon antiquas Ligas, Amicitias, Confœderationes, & Alligantias confirmandi &, ſi neceſſe fuerit, de novo capiendi, promittendi, ac ineundi, ac cum Juramento in animam noſtram præſtando, & nomine noſtro ſigillandi,

Cæteraque omnia & ſingula faciendi & excercendi quæ in præmiſſis vel ipſorum aliquo neceſſaria fuerint & quomodolibet oportuna,

Promittentes, in verbo Regio, nos, perpetuis futuris temporibus, ratum, gratum, firmum, & ſtabile habituros & fideliter impleturos totum & quicquid per dictos Commiſſarios noſtros actum, geſtum, aut procuratum fuerit in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum.

In cujus rei Teſtimonium has Literas noſtras fieri fecimus Patentes.

Teſte

Anno 1450.

Teſte meipſo apud *Weſtmonaſterium* viceſimo quarto die Julii, Anno *Regis H. Sexti* viceſimo ſexto.

Tenores verò prædictorum Articulorum ſequuntur in hæc verba,

Primo, per nos, præfatos Commiſſarios, unanimiter concordatum eſt quòd terminus Pacis ſit prorogatus, atque duret usque Feſtum Sancti Michaelis Anno Domini milleſimo, quadringenteſimo, quinquageſimo primo, propter diverſas Inſtructiones, Probationes, Aviſamenta, & ſimilia, ad præfatas cauſas ſervientia, colligenda & conſcribenda.

Item, medio tempore, ſtante illo termino, in Feſto Pentecoſtes præfati Anni quinquageſimi primi, ad Locum dictorum amborum Principum arbitrio eligendum, per Ambaſſiatores & Procuratores præfatorum Sereniſſimorum Regum, celebretur Dieta, ad quam dictorum Principum Ambaſſiatores & Partium læſarum Procuratores comparebunt, cum plena Poteſtate ſufficienter inſtructi, ad proponendum, ſpecificandum & declarandum injurias, delicta, & offenſas, hinc inde, inter dictorum Regnorum Subditos, quocúmque tempore, commiſſa & perpetrata, prius inter Partes prædictas non ſopita ſeu determinata: necnon ad ſpecificandum & probandum ibidem eadem, pront de Jure requiritur; ita quòd præfata Dieta non tranſeat ſine fructu defectu Poteſtatis, ſpecificationis, aut probationis.

Item, quòd, medio tempore, ſtante dicto termino, Mercatores dictorum Regnorum Daciæ, Norwegiæ, & Angliæ, atque alii Subditi quicúmque, dictorum Sereniſſimorum Principum, per & ad Terras, Mare, Navigia & Dominia eorumdem Principum liberè valeant hinc inde transfretare, exire, redire, morari & ſtare, emere & venderę, & quòd Mercatores Anglicani utantur Libertatibus & Privilegiis ſuis antiquis, & ſolvatur antiquum conſuetum Theolonium; quo facto absque impedimento tecedant.

Item, quòd Anglici, in Orſond ante bienniom capti, & adhuc in Captivitate per Regem & extra conſtituti, ſeu ad tempus licentiati, Inducias, ad eundum quo volunt, usque ad præfatum terminum habeant, ad fuem & effectum ut, ſi ſuper ſingulis dampnis, injuriis, & intereſſe, Regnis præfatis & eorum Subditis hinc inde factis, in dicta Dieta plena concordia fuerit facta, ambabus Partibus conſentientibna, dicti Captivi a Captivitate ſua ſimpliciter ſint liberi & liberati pru forefactis præteritis & perpetratis; ſin autem, tunc dicti Captivi ad Captivitatem priſtinam, dicto termino elapſo, redeant cum effectu.

Item, omnium aliarum terum, bonorum, Mercantiarum, quocúmque nomine nominatorum, hinc inde ablatorum, reſtitutiones, medio tempore, ſtante dicto termino, dormiant, conquiescant, & ceſſent ab ambabus Partibus hinc inde.

Item, Mereatores Anglieani, ſtante illo termino, non debeant verſus Iſlandiam, Halgalandiam, & Finnemarchiam (unde præſentes discordiæ pro maxima parte ſurrexerunt) navigare, ſeu, quovis qnæſito colore, illnc declinare, ſine Sereniſſimi *Regis Norwegiæ*, aut ejus Officialis, ſeu Officialium, ad hoc ſpecialiter Deputati, ſeu Deputatorum, licentia ſpeciali; ſi quis illorum oppoſitum fecerit comprehenſus luat delictum ſnum, ſecundùm Juſtitiam, absque violatione prænarratorum Articulorum.

Item, omnia & ſingula, per nos in præſenti appunctuata & concluſa, nnà cum Commiſſionibus & aliis ſubſequtis, vigorem & robur habeant usque ad proximam *Dictam* præfatam, & non ultra, juxta præmiſſa, niſi pro tunc de novo fuerint renovata & confirmata; tamen per iſta antiqpis Compoſitionibus, inter Regna prædicta priùs habitis, derogare non intendimus, immò proteſtamur de contrario; quia volumus & ordinamus eas obſervari inter Partes ptædictas & eas confirmamus.

Item, Sereniſſimi *Regis Angliæ & Franciæ &c.* Litera, majori Sigillo ſigillata, eum primis Navibus & Mercatoribus Anglicanis, poſt intimationem præſenti Regi Angliæ factam, navigaturis verſus Daciam ad Caſtrum Helſinghute, illæſa apportetur, & Capitaneo dicti Caſtri vel ejus Deputato tradatur; dictusque Caſtrenſis, mox & incontinenti, præfatis Mercatoribus, hujuſmodi Literam apportantibus & tradentibus, Sereniſſimi *Regis Daciæ*, *Norwegiæ &c.* Literam, ejus ſub majori Sigillo ſigillatam, tetradat & reſtituat; in quibus quidem Literis, ſeu per illas, præfati Reges Sereniſſimi hujusmodi appunctnata, tractata, concepta, & ſigillata per nos dictos Commiſſarios, ut præmiſſum eſt, ratificent in pleniori ſiotma, & confirment, pro inviolabili obſervantia præmiſſorum, juxta prænarrata.

Anno 1450.

Acta ſunt hæc in *dicto Opido Haffuenſi*, Anno, menſe, & die, de quibus ſupra,

Et, in majorem evidentiam, confectæ ſunt deſuper duæ Scripturæ ejusdem tenoris & ſenſus, niſi quòd in una earum anteponitur *nomen & ſtilus Regis Daciæ &c.* & ejus Procuratorium ſeu Commiſſio cum nominibus Procuratorum ſen Commiſſariorum ipſius, ipſorum Commiſſariorum Sigillis ſigillata, & in altera vice verſa *nomen & ſtilus Regis Angliæ &c.* & ſuorum Ambaſſiatorum præponuntur, eum dictorum Commiſſariorum Sigillis, alternarim hinc inde.

Nos autem, Appunctuamenta prædicta, ac omnia & ſingula in eisdem contenta, rata habentes & grata, ea acceptamus, approbamus, ratificamus, & confirmamus per præſentes; promittentes bonâ fide & in verbo Regio quòd nos omnia & ſingula præmiſſa, per præfatos Commiſſarios noſtros, pro parte noſtra, modo & formâ, ut præmittitur, appunctuata, facta, & concordata, tenere volumus & firmiter obſervare.

In cujus &c. Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium* nono die Aprilis.

XIII.

Tractatus Induciarum Triennalium, inter Henricum VI. *Regem Angliæ, & Jacobum II. Regem Scotiæ concluſis. Dat. in Villa Novi Caſtri die 14. Auguſti Anno* 1451. [Rymer, Fœdera; Conventiones, &c. Tom. XI. pag. 293.] 1451. 14. Aug.

Hæc Indentura,

Facta inter Nos, *Robertum Dunelmenſem*, *Nicholaum Karliolenſem*, Epiſcopos, *Ricardum Sarum Comitem*, *Henricum Percy Dominum de Ponyngis*, *Willielmum Lucy* Militem, *Ricardum Andrew* Legum Doctorem, *Jacobum Strangways* Militem, & *Robertum Dobbys* Decretorum Doctorem, Excellentiſſimi & Chriſtianiſſimi Principis *Henrici Sexti*, Dei gratiâ, *Angliæ & Franciæ Regis*, ac *Domini Hiberniæ &c.* Commiſſarios ex una; & Venerabiles in Chriſto Patres, *Thomam Candidæ Caſæ Epiſcopum*, *Andream Abbatem de Melros*, Confeſſorem Regium, & Theſaurarium Regni Scotiæ, *Andream Dominum le Gray*, *Johannem de Meffen* Decretorum Doctorem, *Alexandrum Hume* Militem, & *Alexandrum Napar* Scutiferum, Illuſtriſſimi Principis *Jacobi*, eâdem gratiâ, *Scottorum Regis*, ſimiliter Commiſſarios, & Ambaſſiatores, ad infraſcripta ſufficienter & legitimè deputatos, partibus ex alterâ,

Testatur quòd nos, *Robertus*, *Nicholaus*, *Ricardus*, *Henricus*, *Willielmus*, *Ricardus*, *Jacobus*, & *Robertus*, Commiſſarii prædicti, auctoritate nobis in hâc parte a dicto Chriſtianiſſimo Principe *Henrico* per ſuas Regias Literas Patentes (quarum tenor inferiùs annotatur) conceſſâ, fecimus, cepimus, inivimus, concordavimus, & conclusimus, facimnsque, capimus, inimus, concordamus, & concludimus per præſentes, pro dicto Excellentiſſimo & Chriſtianiſſimo Principe, *Angliæ & Franciæ Rege*, ejusve Succeſſoribus, Regnis, Terris, Dominiis, Subditis, Amicis, Alligatis, Confœderatis, Faventibus, & Adhærentibus ſuis quibuscúnque, cum præfatis *Thomâ*, *Andreâ*, *Andreâ*, *Johanne*, *Alexandro*, & *Alexandro*, Illuſtriſſimi Principis *Jacobi Scottorum Regis* prædicti Commiſſariis & Ambaſſiatoribus, ipſique *Thomas*, *Andreas*, *Andreas*, *Johannes*, *Alexander*, & *Alexander*, auctoritate eis in hâc parte a dicto Sereniſſimo Principe Scotorum per ſuas Litteras Patentes (quarum tenor inferiùs ſimiliter annotatur) conceſſâ, unà nobiscum eadem fecerunt, ceperunt, inierunt, concordârunt, & concluſerunt pro dicto Illuſtriſſimo Principe *Jacobo Scottorum Rege*, ejusque Succeſſoribus, Regno, Terris, Dominiis, Subditis, & Confœderatis, bonas, inviolabiles, firmas, & ſtabiles Treugas, Guerrarumque Abſtinentias generales, tàm per Mare, quàm per Terram, & omnes Aquas dulces, incepturas ab ortu Solis decimæ quintæ diei menſis Auguſti, Anno Domini milleſimo, quadringenteſimo, quinquageſimo primo, & duraturas usque ad occaſum Solis decimæ quintæ diei ejusdem menſis Auguſti, qui erit Anno Domini milleſimo, quadringenteſimo, quinquageſimo quarto, & exinde ſimiliter duraturas quamdiu placebit dicto Excellentiſſimo ac Chriſtianiſſimo Principi *Hen-*

ANNO 1451. *rico Angliæ & Franciæ Regi* pro suâ Parte, ac Illustrissimo Principi *Jacobo Scottorum Regi*, ejus Consanguineo, pro suâ Parte,

Sic tamen quòd si extunc post dictum occasum Solis aliquo casu imposterùm dictus Excellentissimus ac Christianissimus Princeps *Angliæ & Franciæ Rex* noluerit dictas Treugas diutiùs tenere aut ulteriùs observare, set velit ab eisdem pro Parte suâ recedere, hoc benè sibi licebit, præsentibus Treugis non obstantibus; dum tamen dictum *Regem Scottorum*, per suas Litteras Patentes, suo Magno Sigillo sigillandas, ac eidem *Regi Scottorum*, ubicúmque infra Regnum Scotiæ fuerit, liberandas, faciat de hujusmodi suâ voluntate recedendi a dictis Treugis certiorem,

Similique modo *Rex Scottorum*, si ab hujusmodi Treugis eriam extunc post dictum occasum Solis pro suâ Parte recedere voluerit, præfatum Excellentissimum Principem *Franciæ & Angliæ Regem* per suas Litteras Patentes, suo Magno Sigillo sigillandas, eidemque Metuendissimo Principi, *Angliæ & Franciæ Regi*, ubicúmque infra aliquod Regnorum, Ducatuum, seu Dominiorum suorum fuerit, realiter liberandas, etiam de suâ voluntate recedendi ab eisdem Treugis reddet certiorem,

Hoc tamen semper observato quòd in omnia casu discessionis hujusmodi a prædictis Treugis, sive per præfatum Excellentissimum Principem *Angliæ & Franciæ Regem*, sive per dictum Illustrissimum Principem *Scottorum Regem*, ejus Consanguineum, sicut prædicitur, faciendæ, tàm Metuendissimus Princeps *Rex Angliæ*, quàm Serenissimus Princeps *Scottorum Rex* maneat, sit, & ster vigore præscutium firmùter astrictus, quòd easdem Treugas per centum & octoginta dies inclusivè post diem liberationis & traditionis Literarum Patentium prædictarum proximò sequentes & plenariè compleros, juxta omnem vim, formam & effectum earundem effectualiter observandas, easdemque faciant, & quilibet eorum per se & suos faciat per eosdem centum & octoginta dies efficaciter observari.

Item, appunctuavimus, concordavimus, & conclusimus cum dictis Ambassiatoribus, ipsique Ambassiatores unà nobiscum sic appunctuârunt, concordârunt, & concluserunt, quòd, dictis Treugis durantibus, neque præfatus Excellentissimus & Christianissimus Princeps *Angliæ & Franciæ Rex* adversus prædictum Illustrissimum Principem *Scottorum Regem*, suum Consanguineum, ejusve Subditos, vel Ligeos; neque adversus Christianissimum & Excellentissimum Principem *Angliæ & Franciæ Regem*, ejusve Ligeos, aut Subditos antefatus Serenissimus *Rex Scottorum* suus Consanguineus faciet, movebit, aut manutenebit per se, nec procurabit aut permittet fieri per aliquos, seu aliquem Subditorum, seu Ligeorum suorum, aliquam Guerram seu aliquod genus vel factum Guerræ, in aliquo Regno, Terrâ, vel Dominio citra vel ultra Mare aut in Mari situato, neque per ipsum Mare, aut aliquam aliam Aquam dulcem, sive salsam: Et generaliter loquendo non erit in consilio, auxilio, vel favore, quod in aliquo Loco Mundi hujusmodi Guerra fiat aut moveatur, fieri vel moveri aliqualiter procuretut seu permittatur, Treugis durantibus antedictis.

Item, inter nos & præfatos Ambassiatores concordatum & conclusum est, quòd si, durantibus Treugis, seu Guerrarum Abstinentiis prædictis, contingat aliquos Subditos, sive Ligeos dicti Excellentissimi Principis *Angliæ & Franciæ Regis*, per Mare ex quâcunque justâ, rationabili, vel licitâ causâ navigantes, sive Mercatores fuerint, sive Peregrini, Piscatores, aut alii cujuscúnque conditionis Homines, vi Tempestatis, aut Ventorum, seu aliâ justâ, rationabili, & necessariâ, urgenteque causâ ad hoc eos omninò impellente (cùm ipsi hoc non affectaverint, & id tempore recessûs eorum a Patriâ suâ non proposuerint) applicare in aliquo Portu, sive alio Loco quocúmque Regni Scotiæ, vel in aliquo Loco juxta idem Regnum Naufragium passi, dummodò aliqua Persona in Navi sic Naufragium passâ superstes existat; non licebit Illustrissimo Principi *Regi Scottorum*, Consanguineo suo, aut alicui, vel aliquibus Subditorum, seu Ligeorum suorum, per se, vel alios, ipsos sic appulsos, seu Naufragium passos, eorum Naves, Bona, Marchandisas sive Res alias quascúmque in hujusmodi Navibus adducta capere, rapere, vel ab eisdem sic appulsis, aut Naufragium passis, vel passo auferre quovis modo, vel etiam detinere, aut ratione debiti alicujus Personæ eadem Res, Bona, vel Marchandisas integraliter, vel in parte arrestare, vel arrestari facere; set licebit ipsis sic appulsis, aut Naufragium passis, cum Navibus, Marchandisis, Bonis, & Rebus suis, causâ hujusmodi cessante, prout sic appulsi, & Naufragium passi, eorum Navi refectâ, tenebuntur, quamcitiùs commodè valeant, recedere absque quibuscúmque impetitione, impedimento, molestatione, arresto, sive aliâ occasione quacúmque sibi per dictum Illustrissimum Principem *Scottorum Regem*, aliquemve seu aliquos ejus Subditum sive Subditos, obiciendis sive etiam faciendis; & simili modo si contingat, eisdem Treugis vel Guerrarum Abstinentiis durantibus, aliquos Subditos sive Ligeos dicti Illustrissimi Principis *Scottorum Regis*, simili modo navigantes, vi Tempestatis aut Ventorum, vel aliâ justâ, rationabili, & necessariâ urgente causâ eos omninò ad hoc impellente (cùm ipsi hoc non affectaverint, & id tempore recessûs eorum a Patriâ suâ non proposuerint) applicare in aliquo Portu, sive alio Loco quocúmque dicto Domino nostro *Regi Angliæ & Franciæ* subdito sive subjecto, vel in aliquo Loco juxta Portus vel Loca prædicta Naufragium pati, dummodò aliqua Persona in Navi sic Naufragium passâ superstes existat; non licebit dicto Excellentissimo Principi *Angliæ & Franciæ Regi*, aut alicui vel aliquibus Subditorum vel Ligeorum suorum per se vel alios, ipsos sic appulsos, seu Naufragium passos, eorum Naves, Bona, Marchandisas, sive Res alias quascúmque in hujusmodi Navibus adducta capere, rapere, vel ab eis sic appulsis, vel Naufragium passis vel passo auferre quovis modo, vel etiam detinere, aut ratione debiti alicujus Personæ easdem Res, Bona, vel Marchandisas integraliter vel in parte arrestare, vel arrestari facere; set licebit ipsis sic appulsis vel Naufragium passis, cum Navibus, Marchandisis, Bonis, & Rebus suis, causâ hujusmodi cessante, prout sic appulsi & Naufragium passi, eorum Naves, Bona, Marchandisas integraliter vel in parte arrestare, vel arrestari facere; set licebit ipsis sic appulsis, aut Naufragium passis, cum Navibus, Marchandisis, Bonis, & Rebus suis, causâ hujusmodi cessante, prout sic appulsi & Naufragium passi, eorum Navi refectâ, tenebuntur, quamcitiùs commodè valeant, recedere, absque quibuscúmque impetitione, impedimento, molestatione, arresto, sive aliâ occasione quacúmque sibi per dictum Illustrissimum Principem *Angliæ & Franciæ Regem*, aliquemve seu aliquos ejus Subditum sive Subditos, obiciendis sive etiam faciendis.

ANNO 1451.

Item, concordatum & conclusum est inter nos præfatos utriusque Partis Commissarios, quòd si aliquis vel aliqui Subditorum vel Ligeorum Metuendissimi Principis *Angliæ & Franciæ Regis*, sicut prædicitur, appulsus seu appulsi, aut Naufragium passus vel passi, sive in Regnum Scotiæ sub salvo Conductu veniens vel venientes ante diem expirationis salvi Conductûs sui advectâ valetudine adcò vexetur vel vexentur, quòd sic appulsus vel appulsi, seu Naufragium passus vel passi, aut sub salvo Conductu veniens vel venientes, cum Navi vel Navibus, qua vel quibus applicuit vel applicuerunt, vel ante diem expirationis sui salvi Conductûs sic veniens vel venientes, nequeat vel nequeant commodè recedere, & in proprias Partes se recipere, tunc benè licebit sic appulso & appulsis, Naufragium passo & passis, ac venienti & venientibus, infirmo vel infirmis, cuicúnque & quibuscúnque salvò & securè, in loco quo sic appulsus vel appulli, Naufragium passus vel passi, applicuerit vel applicuerint, infirmari contigent, expectare quousque recouvaluerit vel recouvaluerint, & extunc Litteris Testimonialibus Majoris, Ballivi, Constabularii, aut alicujus alterius Officiarii Domini Regis, in loco quo sic cum vel eos infirmari contigerit, eidem vel eisdem sub moderatis expensis concedendis & tradendis, causâ hujusmodi infirmitatis cessante, in partes proprias recedere licebit: idemque infirmus seu infirmi hujusmodi sic recedere debebit & debebunt absque impedimento vel obstaculo quocúmque sibi per aliquem Subditorum vel Ligeorum Domini Regis Scotiæ quomodolibet faciendis; ita tamen quòd interim nichil præjudiciale contra Regem, Regnum, seu Ligeos ejusdem attemptet vel attemptent, fierive procuret vel procurent: quæ omnia simili modo & formâ, fideliter, æqualiter & efficaciter observabuntur ex parte Metuendissimi *Regis Angliæ &c.* Subditorum & Ligeorum suorum quorumcúmque, in casu quo aliquem Regni Scotiæ Subditum, in aliquem Locum Regi Angliæ subditum & subjectum sic appulsum, aut Naufragium passum, vel venientem, contigerit infirmari, juxta formam & modum in proximo præcedente Articulo comprehensos.

PRÆTEREA inter nos Commissarios utriusque Partis prædictos appunctuatum, conenrdatum, ordinatum, & conclusum est, quòd si contingat, eisdem Treugis durantibus, aliquem non Subditum, vel aliquos non Subditos dicti Illustrissimi Principis *Scotto-*

rum

ANNO 1451. *rum Regis*, Navem vel Naves, Perſonam vel Perſonas, Res, Marchandiſas, aut Bona quæcúnque alicujus vel aliquorum, Subditi ſeu Subditorum Excellentiſſimi & Chriſtianiſſimi Principis *Angliæ & Franciæ Regis* capere, & eas vel ea in aliquem Locum vel Portum eidem Illuſtriſſimo *Scottorum Regi* ſubjectum adducere, non licebit Illuſtriſſimo Scottorum Regi, aut alicui Subdito ſive Ligeo ſuo eas vel ea, ſive aliquam partem earundem emere, ſeu quovismodo ad utilitatem ſuam recepture, absque conſenſu ejus vel eorum, ad quem vel ad quos Bona ſeu res hujusmodi ante eorum captionem verè pertinebant: quod ſi per aliquem eorum quicquam in contrarium hujusmodi Ordinationis factum vel attemptatum fuerit, tunc Perſonæ, Res, & Marchandiſæ quæcúnque hujusmodi ſic empta ſeu recepta, illi vel illis, ad quem vel ad quos Bona hujusmodi verè pertinebant, dolo, fraude, malove ingenio ceſſantibus quibuscúmque, integraliter reſtituentur per ſic ementes ſive recipientes, eo modo quo reſtitui deberent, ſi a Subditis dicti Illuſtriſſimi Principis *Scottorum Regis* capta fuiſſent, & nichilominus ſic attemptans, ramquam violator harum Treugarum, graviter & pro modo & qualitate criminis punietur: quæ omnia & ſingula modo & formâ præmiſſis Excellentiſſimus & Chriſtianiſſimus Princeps *Angliæ & Franciæ Rex* obſervabit, & per ſuos Subditos & Ligeos ſimiliter, æqualiter, & efficaciter obſervari faciet, in caſu quo aliqua Perſona, Navis, Marchandiſæ, Res, vel Bona quæcúmque dicti Illuſtriſſimi Principis *Scottorum Regis*, aut alicujus ſeu aliquorum Subditi vel Subditorum ejus capta fuerint per aliquem vel aliquos, non Subditum vel non Subditos Excellentiſſimo & Chriſtianiſſimo Principi *Regi Angliæ & Franciæ* ſupradicto.

Item, ſimili modo concordatum eſt, quòd ſi, durantibus Treugis ſupradictis, contingat aliquam Navem alterius Partium prædictarum Naufragium pati, aut rumpi, & aliqua Perſonarum exiſtentium in Navi ſic Naufragium paſſâ vel ruptâ ſuperſtes remanſerit, ceſſantibus in eâ parte dolo, fraude, & malo ingenio quibuscúmque, Marchandiſæ, Bona, & res quæcúmque, quæ de dictâ Navi projecta ſint, ex eâdem extracta, vel in Mare collecta, vel ad Terram venientia, ſeu alio quovis modo ſalva & ſalvata, per eos ad quorum manus res, Marchandiſæ, & Bona hujusmodi devenerint, nullatenus diſſipentur, diminuantur, alienentur, dividantur, nec quovis modo ſubtrahantur, aut concelentur; ſed integra ſine diminutione quæcúmque Gubernatori illius Dominii ſive Loci, in quod vel quem dicta Bona devenerunt, ſeu ejus Deputato, fideliter & ſine fraude deliberentur atque tradantur, ad uſum vel utilitatem illius vel illorum, ad quem vel quos Bona ipſa, rei veritate inſpectâ, pertinere noscuntur, conſervanda; cui vel quibus, infra ſpatium unius anni, a ſempore notitiæ Naufragii vel Rupturæ Navis hujusmodi computandi, licebit pro recuperatione & reſtitutione rerum, Marcandiſarum, & Bonorum hujusmodi proſequi coram Judice in eâ parte competente: cui ſic proſequemi, vel proſequentibus realiter & effectualiter tradi, liberari, & reſtitui debent, ſolutis tamen & refuſis, expenſis & ſumptibus rationabilibus, factis circa collectionem & ſalvationem Bonorum eorumdem; proviſo ſemper quòd Perſona & Perſonæ ſuperſtes & vel ſuperſtites ex eâdem Navi ad Terram venientes, ad ſtatim juxta effectum & tenorem præſentium Treugarum liberè dimittentur.

Item, ſimili modo concordatum eſt, quòd ſi, dictis Treugis durantibus, aliqua Navis unius Partis, vel alterius, Perſonis, Rebus, Marchandiſis, aut Bonis onuſta, ſive rupta, ſive pro Victualibus de neceſſitate eis in Mari ſuperveniente emendis applicuerit in aliquem Portum vel Locum alium alicujus Partium prædictarum, pro quâ reficiendâ Navem ipſam, Perſonas, Merces, Res, & Bona contenta in eâdem oporteat ad Terram deponi, quòd in hoc caſu Perſonæ, Merces, Res, & Bona ipſa ſic depoſita, absque Impedimento, & ſine ſolutione Cuſtumæ, in eâdem Navi, cum refecta fuerit, vel in aliam reponantur, & liberè abducantur; proviſo tamen quòd pro Mercibus, Rebus, Bonis, & Marchandiſis, ibidem pro emendis Victualibus eis neceſſariis pro numero Perſonarum venditis, Cuſtumæ & cætera Deveria in eâ parte debitè & fideliter perſolvantur.

Item, ſimili modo concordatum eſt, quòd ſi quis de unâ parte Partium prædictarum capiat, dictis Treugis durantibus, aliquod Fortalitium ſuper aliam Partem, ipſe, ſuper & adverſus quem hujusmodi Fortalitium captum fuerit, poterit illud recuperare per viam facti vel aliter, prout melius poterit, & etiam poterit punire Malefactores in eâ parte ſecundùm exigentiam caſûs, & tenebuntur Conſervatores Partis illius, cujus Subditus Fortalitium hujusmodi ceperit, ſuccurrere & juvare ipſum, ſuper & adverſus quem hujusmodi Fortalitium captum fuerit, ad ipſum recuperandum, quàm citius, & quàm diligentius, ſumptibus illius Partis offendentis, vel, ſi magis placuerit, ipſe ſuper quem hujusmodi Fortalitium captum fuerit, requirere poterit & ſummare Regem & Conſervatores alterius Partis ſeu eorum Deputatos, quòd ſibi reddi faciant & reſtitui dictum ſuum Fortalitium, & Malefactores qui hujusmodi Fortalitium ceperint, quod ipſi pro poſſe facere & perimplere tenebuntur, absque dulo, fraude, & malo ingenio.

Item, ſimili modo concordatum eſt, quòd ſi, Treugis durantibus, aliquis vel aliqui ex Vaſſallis, Ligeis, vel Subditis unius Partium prædictarum deliquerit ſeu deliquerint in Territorio alterius Partis, liceat Parti, in cujus Territorio ſic deliquerit vel deliquerint, ipſum & ipſos capere & punire ſecundùm Leges Patriæ in qua ſic deliquerit vel deliquerint ſecundum exigentiam delicti per ipſos vel ipſum commiſſi vel perpetrati; ſi verò ſic delinquens vel delinquentes captus vel capti non fuerit aut fuerint, ut præmittitur, ſet ſe retraxerit vel retraxerint in Dominium ipſius Regis cujus Subditi fuerint, Conſervatores illius Partis requiſiti tenebuntur liberare Perſonam vel Perſonas hujusmodi Malefactorum puniendas, ut præfertur, Conſervatoribus alterius Partis hoc requirentibus, aut eorum Deputatis in Marchiâ ubi deliquerit vel deliquerint; ſi verò iidem Malefactores ſe occultaverint, latitaverint, ſeu effugerint, ita ut capi non poſſint, Rex, cujus Subditi extiterint, debet eos mox perpetuò forisbannire ab omnibus Locis ſuæ Ditioni ſubjectis, quos extunc nullo unquam tempore reſtituet nec permittet ingredi vel inhabitare Loca, ut præfertur, ſuæ Ditioni ſubjecta, niſi Malefactores ipſi prius plenè ſubierint Juſtitiam, & plenè ſatisfecerint alteri Parti, contra quam ſic attemptaverint, de attemptatis hujusmodi & delictis, per ipſos, ut præfertur, perpetratis; & licet aliquis talis Malefactor ſic bannitus fuerit, ſeu absque Bannitione, ſicut præfertur, captus extiterit; nichilominus tenebuntur Conſervatores Partis illius, cujus idem Malefactor Subditus extiterit, reparare attemptata de Bonis hujusmodi Malefactorum, quatenus ſufficere poterint; ſi verò idem Malefactor, ſic captus ſive deprehenſus, non habeat in Bonis undè ſatisfacere poterit, in hoc caſu eo gravius punietur & luet in corpore; & inſuper qui Malefactorem hujusmodi ſcienter receptaverit, aut conſilium ei dederit ſeu favorem, ad eandem in omnibus ſatisfactionem & pœnam tenebitur, ad quam faciendam & ſubeundam teneretur hujusmodi Malefactor, ſi poſſet apprehendi.

ANNO 1451.

Item, ſimili modo concordatum eſt quòd, ſi, eisdem Treugis durantibus, aliquid contra easdem, vel aliquam partem earumdem per Terram ſive per Mare, fieri vel attemptari contigerit, per hoc tamen præſentes Treugæ nun erunt, nec cenſebuntur aut reputabuntur ruptæ, infirmatæ, vel annullatæ, ſet nichilominus in ſuo robore permanebunt & vigore, nec Guerræ, niſi obſervatâ formâ in primo Articulo ſuperius inter Principes declaratâ, pro eo fieri debent ab uná Parte vel altera, nec priſæ Perſonarum, nec diſtrictiones aut captiones Bonorum, nec Obſidiones Villarum, Caſtrorum, ſeu Fortalitiorum, nec Homicidia, Murthræ quæcúnque in contrarium præmiſſorum a quocúmque attemptari ſive committi, ſet reparabuntur & reponentur in ſtatum priſtinum & debitam maleficia & attemptata hujusmodi, necnun interpriſæ quæcúmque per Conſervatores & Commiſſarios illius Partis, cujus Subditi ſic attemptaverint, offenderint, vel malefecerint; qui verò contrafecerit, videlicet, movendo Guerram, præterquam in formâ ſuperiùs recitatâ, ſive obſidiendo, invadendo, aut capiendo Villas vel Fortalitia, aut faciendo Homicidia ſive Murthra, propter aliquod attemptatum ex Parte alterâ, aut præter auctoritatem & Decretum Conſervaturis faciendo priſas Perſonarum vel diſtrictiones ſeu captiones Bonorum, eo ipſo cader a cauſa ſua, & nichilominus punietur juxta delicti ſui exigentiam, aut reſtituet & reparabit alteri Parti omne illud in quo eam læſit, & cepit ab eadem.

Item, concordatum eſt ſimili modo quòd, ſi, prædictis Treugis durantibus, aliquis Subditorum unius Partis vel alterius contrahat vel quaſi ſeu delinquat infra Regnum, Terram, ſive Dominium illius Partis cujus eſt contraheus vel delinquens eſt Subditus, &

ANNO 1451. extunc causâ vitandi Justitiam se subtraxerit & effugiat in Locum quemcúmque subditum sive subjectum alterî ex eisdem Partibus cujus Subditus non extiterat, & illuc deveniat Homo Ligeus illius Partis, nichilominus compelletur ad respondendum, & satisfaciendum, ac subeundum Justitiam de debito, sive delicto suo hujusmodi coram Conservatoribus Treugarum utriúsque Partis, sive eorum Deputatis, æquè ut satisfacturus & subiturus fuisset si permansisset sub fide & Ligeantiâ ipsius Partis cujus Terram & Dominium effugit; si verò in solâ fugâ perstiterit, nec devenerit Homo Ligeus illius Partis, in cujus Terram effugit, eo casu remittetur & restituetur illi Parti, cujus Ligeus & Subditus fuerat, pro Justitiâ de eo prout sibi videbitur faciendâ; si verò aliquis Subditorum unius Partium prædictarum se subtrahat in Regnum seu Dominium alterius tanquam Fugitivus, Proditor, & Rebellis, & ibidem reperiatur sub assecurantia aut salvo Conductu, Pars illa, seu Gardianus, vel Deputatus ejusdem, in cujus Regno seu Dominio hujusmodi fugitivus seu Malefactor receptatur & assecurator requisitus super hoc per aliam Partem, Gardianum, seu Deputatum ejusdem, tenebitur infra quadraginta dies, post requisitionem sequentes, omnem assecurantiam & salvum Conductum hujusmodi fugitivo concessas annullare, & ipsum, ut superius est expressum, remittere & destinare; & quamquam talis Proditor aut Rebellis offerat ei, ad quem taliter subterfugit, Juramentum Ligeantiæ seu Fidelitatis, in hoc casu non recipietur ad Ligeantiam seu Juramentum, quousque quadraginta dies lapsi fuerint post oblationem hujusmodi Juramenti & Ligeantiæ taliter factam.

Item, simili modo, concordatum est quòd, durantibus præsentibus Treugis, non admittentur nec recipientur ad Officia, nec super Assisam, nec ad perhibendum Testimonium Personæ infames, Rebelles, Fugitivi, Proditores unius Partis vel alterius, aut convicti per Assisam, set boni, fideles, & justi, fide digni, & non suspectæ Personæ.

Item, simili modo, concordatum est quòd, durantibus Treugis hujusmodi, nullus unius Partis vel alterius ingrediatur Terras, Boscas, Nemora, Forestas, Warennas, Loca, Dominia quæcúnque alicujus Subditi alterius Partis causâ venandi, piscandi, aucupandi, disportum aut solatium in eisdem exercendi, aliáve quacúmque de causâ, absque licentia ejus vel eorum, ad quem vel quos Locus vel Loca ipsa pertinet seu pertinent, aut Deputati sui, petitâ primitùs & optentâ; & si enntingat bestias, seu animalia alicujus Subditi alterius Partium prædictarum, fundum, agrum, solúmve alterius Partis ingredi, & gramen aut herbam ibidem crescentem depascere, aliôve modo illi cujus est solum injuriam sive dampnum inferre, quòd ob hoc neutra Partium hujusmodi dampnum seu injuriam sibi factas propriâ auctoritate ulciscatur, set illud malefactum secundùm Legem & Consuetudinem observatas in partibus ubi dampnum & injuria taliter facta sunt, effectualiter emendabitur, ut est justum.

Item, ut Treugæ suptadictæ eo firmiùs & meliùs observentur, quo cuilibet ex Subditis Partium prædictarum conquerenti liberior pateat facultas Justitiam prosequendi, ordinatum & concordatum est quòd, si quis ex Subditis alterius Partium prædictarum quicquam deprædatus fuerit seu attemptaverit infra Marchias aut Terram altetius Partis, & post deprædationem hujusmodi seu attemptatum fugiendo revertatur ad Marchias aut Terram illius Partis cujus est Subditus, licebit illi, contra quem sic attemptaverit, in recenti, vel infra sex dies enmputandos a tempore delicti sic attemptati sive commissi, auctoritate præsentium Ordinationum, absque allis Litteris de salvo Conductu, prosequi illum Malefactorem, & ipsum sic prosequendo intrare salvò & securè Marchias seu Terram in quam idem Malefactor se retraxit; dummodo, quam citò hujusmodi Marchiam hac de causâ intraverit, adeat aliquem Virum bonæ famæ & oppinionis illæsæ habitantem infra Marchiam quam sic intrat, & eidem declaret causam introitûs sui, videlicet, causâ prosequendi deprædationem suam, describatque eidem & specificet quibus Bonis, Catallis, vel rebus fuerit deprædatus, ac insuper requirat eundem quòd quamdiu hujusmodi prosecutionem suam fecerit secum eat, ut sic super factis suis tempore dictæ prosecutionis possit, cùm requisitus super hoc fuerit, perhibere Testimonium veritati; vel, si sibi meliùs videbitur, poterit infra prædictos sex dies adire unum ex Gardianis alterius Partis, vel ejus Deputatum, pro sua Justitia prosequenda.

ET INSUPER, continúli modo appunctuatum, concordatum, & enncluſum est quòd semper & continuè, eisdem Treugis durantibus, fiant & erunt duæ Literæ Patentes salvi Conductûs in bona & sufficienti forma enneceptæ, una, videlicet, ex parte dicti Excellentissimi Principis *Angliæ & Franciæ Regis*, suo Magno Sigillo sigillata, continuè manens in aliquo Loco ad hoc congruo infra Marchias Regni Scotiæ, quem Serenissimus Princeps *Rex Scottorum* elegerit, virtute cujus valeant quandocúmque, eisdem Treugis durantibus, Subditi *Regis Scottorum* quicúmque contra easdem gravati liberè ingredi Regnum Angliæ & prosequi causam suam, ubicúmque & coram quocúmque competenti Judice infra idem Regnum Angliæ, quem Christianissimus Princeps *Angliæ & Franciæ Rex* elegerit, virtute cujus valeant quicúmque, dictis Treugis durantibus, Subditi ejusdem *Angliæ & Franciæ Regis* ingredi liberè Regnum Scotiæ, & prosequi causam suam, ubicúmque & coram quocúmque competenti Judice infra idem Regnum Scotiæ; Judicem verò competentem in utroque casu prædicto reputamus nos prædicti Commissarii Gardianum illius Marchiæ ubi delinquens fovet larem; & si is super quem conquestio facta est infra limites alicujus Marchiarum larem non foveat, aut infra aliquam earumdem ubi moratur seu morari solebat reperiri nequeat, tunc licebit Parti conquerenti Billam sive Cedulam suæ querimoniæ Gardiano Marchiæ cui conqueritur tradere; qui Gardianus, quàm citò commodè poterit, Cedulam hujus querelæ, similiter cum conquerente si hoc velit ipse conquerens, transmittet seu transmitti faciet cum Litteris suis Testimonialibus salvi Conductûs, quas sibi trader liberè & absque alicujus Pecuniæ exactione Cancellario Regni illius cujus is de quo Conquestio facta est Subditus extiterit; qui quidem Cancellarius citabit Partem de quâ querela sic facta fuerit, & cum omni celeritate possibili Parti conquerenti in eo casu Justitiam ministrabit; proviso semper quòd, virtute alicujus Litterarum salvi Conductûs hujusmodi, non plures quàm tres vel quatuor Personæ, hujusmodi casum prosequi volentes, ex unâ parte vel ex alterâ, Regnum alterius simul & unâ vice ingredi valeant quovismodo.

Item, quia tàm Excellentissimus & Christianissimus Princeps *Angliæ & Franciæ Rex*, quàm Serenissimus Princeps *Scottorum Rex*, ejus Consanguineus, benè considerant & perpendunt, quòd, nisi supradicta omnia benè conserventur efficaciter & votivè juxta eorum desideria per magnam & debitam diligentiam Officiariorum in puniendo transgressores quoslibet pro qualitate delictorum, eontingere poterit infra breve, propter insolentiam & ineffrænatam multitudinem delinquentium, prædictas Treugas multipliciter violari, quod absit; idcirco appunctuatum, concordatum & conclusum est quòd, quandocúmque aliquis Regum prædictorum senserit se aut suos contra formam dictarum Treugarum aggravatum vel aggravatos in defectu Executionis Justitiæ ab alterâ Parte non factæ, Princeps, se taliter aut suos sentiens læsum aut læsos, per unum Heraldum, aut alium Nuncium avisabit & informabit alium Regem, quòd per Officiarios suos nullum aut non debitum poterit de suis conquerentibus habere Justitiæ complementum; in quo casu Rex, sic informatus & cui talis Conquestio facta sit, quamcitò commodè poterit, bis vel ad minus semel in Anno, mittet tres aut duos de suo Concilio, Justitiæ & Pacis amatores, ad aliquem locum convenientiorem prope Marchias, obviaturos totidem consimilibus de Concilio Regis conquerentis, cum sufficienti Potestate oneratos, non tantùm ad puniendum delinquentes super quibus conqueritur juxta qualitatem delicti, verùm etiam ad inquirendum, examinandum, & ad investigandum si Conservatores dictarum Treugarum, Gardiani, eorum Loca tenentes, aut Deputati, negligentes fuerint, aut remissi in Executione Justitiæ Partibus enquerentibus; quos etiam punire, corrigere, & emendare habeant, si per talem inquisitionem, examinationem, & investigationem culpabiles inventi fuerint aut remissi.

PRÆTEREA, ut eo fortiùs & inviolabiliùs præsentes Treugæ observentur, quo bonis provisionibus fuerint roboratæ, simili modo, ordinatum & concluſum est quòd omnes & singuli Gardiani Marchiarum, annis Partis & alterius, præsentes & futuri, ac omnes Viri Notabiles prope dictas Marchias, a Villâ de Novo Castro & Penreth in Anglià versùs Scotiam, ex unâ parte, & a Villis de Edynburgh & Drumfres in Scotia versus

ANNO 1451.

ANNO 1451. versus Angliam inhabitantes, parte ab alterâ, ad Sacrosanctæ Dei Ewangelia, coram eis posita & corporaliter per eosdem & eorum quemlibet tacta, jurabunt quòd præsentes Treugas, in omnibus & singulis Capitulis & Articulis earumdem, bonâ fide, absque dolo, fraude, malóve ingenio quibuscúmque observabant, & per alios quantum in eis est, observari facient, & quòd nullo unquam tempore durationis earumdem Treugarum per se, vel alios, clàm vel palàm, directè vel indirectè, eas in aliqua sui parte violabunt, nec violari facirnt aut permirtent quatenus poterant quoquo modo:

Quod quidem Juramentum, omnium & singulorum prædictorum, fieri debet, publicè & solemniter, citra triginta dies proximò sequentes post Datam præsentium continuè numerandos, Gardianorum verò Marchiarum Angliæ in manibus Excellentissimi Principis *Angliæ & Franciæ Regis* vel Commissariorum suorum ad hoc specialiter deputandorum, & Gardianorum Marchiarum Scotiæ in manibus Illustrissimi Principis *Scotorum Regis* aut Commissariorum suorum ad hoc specialiter deputandorum; Notabilium verò Virorum, utriusque Partis prædictæ in manibus Gardianorum Marchiarum earumdem, Anglicorum, videlicet, in manibus Gardianorum Marchiarum Angliæ, Scotorum in manibus Gardianorum Marchiarum Scotiæ; nomina autem eorum qui sic juraverint, infra mensem post præstationem ejusdem Juramenti, certificabuntur alterutrum auctenticè Gardianis singulis Marchiarum prædictarum, ut apud ipsorum singula nomina sic jurantium habere valeant de recordo.

Item, simill modo, concordatum & concluſum est quòd utraque Partium publicari & notificari faciet dictas Treugas Subditis suis, infra triginta dies proximò futuros, post Datam præsentium similiter continuè numerandos.

Conservatores verò Treugarum pro dicto Excellentissimo & Christianissimo Principe *Angliæ & Franciæ Rege*, ejusque Regnis, Terris, Dominiis, Locis, ac Personis quibuscúmque ei subjectis, tàm per Terram, quàm per Mare, erunt,

Humfridus Dux Bukyngbamiæ.
Johannes Dux Northfolciæ.
Ricardus Comes Sarum.
Henricus Comes Northumbriæ.
Johannes Comes Oxoniæ.
Johannes Vicecomes Beaumont.
Henricus Vicecomes de Beaurchier.
Thomas Dominus de Clifford.
Radulphus Dominus de Graystak.
Thomas Dominus Fizhen.
Thomas Dominus de Dakyr.
Thomas Nevill.
Thomas Stanley.
Jacobus Strangways.
Henricus Fenwyck.
Robertus Ogill.
Thomas Haryngton.
Thomas Lumley.
Ricardus Musgrave.
Johannes de Skelton.
Thomas de la More.
Johannes Heron.
Robertus Maners.
Et *omnes Admiralli Maris & Custodes Marchiarum* Angliæ versus Scotiam,

Pro Illustrissimo Principe *Scotorum Rege* erunt,

Willielmus, *Georgius*, *Johannes*, *Archibaldus*, *Alexandrus*,
De Douglas,
Angus,
Rosi,
Moraviæ,
Et *Crawfurde*,
Comites.
Willielmus Dominus Creighton.
Willielmus Dominus de Sancto Clara.
Dominus *Willielmus Somervill.*
Herbertus Dominus Maxwell.
Alexander Dominus Montgomerry.
Andreas Dominus le Gray.
Patricius Hepburne de Haylia,
Jacobus de Creichton.
Barones:
Alexander Vicecomes de Angus.
Andreas Vicecomes de Fyfe.
Simon de Glendynwyn.
Archibaldus de Dowglas.
Willielmus de Cranston.
Walterus Scott.
Robertus de Creichton.
Alexander Hume.
David Hume.
Alexander Rumesay.
Milites.
Jacobus Rathyrfurde.
Nicholaus Rathyrfurde.
Thomas de Cranston.
Willielmus de Carlile.
Willielmus de Douglas.
Adam de Johnston.
Willielmus Lawedre.
Et *omnes Admiralli Maris & Custodes Marchiarum* de Scotia versus Angliam.

ANNO 1451.

Qui quidem omnes & singuli, ex utraque parte supranominati, binc & inde, habebunt plenam Potestatem, soli & in solidum, ac Gardiani & Admiralli in Locis Custodiæ & Admirallitatis suarum, ad reparandum, reformandum, & emendandum, reparari, reformari, & emendari faciendum omnia damna & attemptata excessusque facta & perpetrata, facienda & perpetranda, contra tenorem dictarum Treugarum, & ad puniendum omnes Malefactores & singulos secundùm casum & exigentiam delictorum.

SIMILITER, concordatum, concluſum, & provisum est inter nos præfatos utriusque Partis Commissarios, quòd licebit cuicúmque spoliato, depræda to, aut injuriato contra formam Treugarum, nuper apud Civitatem Dunelmensem inter præfatos Reges initarum, suum spolium, rapinam, seu injuriam prosequi, coram quibuscúmque Judicibus in aliquo Regnorum prædictorum in ea parte competentibus quandocúmque sibi videbitur expediri, & Justitiæ complementum optinere, præsentium dictarum Treugarum captione, aliquâ consuetudine, & abusu aliquo, in contrarium habitis, non obstantibus quibuscúmque.

Tenor verò Litterarum Patentium dicti Excellentissimi Principis *Angliæ & Franciæ Regis*, de quibus supra fit mentio, sequitur & est talis,

HENRICUS, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ*, omnibus, ad quos præsentes Litteræ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De fide, sinceritate, & discretionis industriâ, Venerabilium in Christo Patrum, *Roberti Episcopi Dunelmensis*, & *Richardi Episcopi Carleolensis*, ac, carissimorum Consanguineorum nostrorum, *Ricardi Comitis Sarum*, *Johannis Vicecomitis de Beaumont*, *Henrici Percy Domini de Powngs* Militis, necnon, dilectorum & fidelium nostrorum, *Thomæ Domini de Clifford* Militis, *Wilhelmi Lucy* Militis, *Ricardi Andrewe* Legum Doctoris Secretarii nostri, *Jacobi Strangwayes* Militis, & Magistri *Roberti Dobbes* Decretorum Doctoris, plenè confidentes,

Ipsos *Episcopos*, *Comitem*, *Johannem*, *Henricum*, *Thomam*, *Wilhelmum*, *Ricardum*, *Jacobum*, & *Robertum* constituimus, deputavimus, & ordinavimus, ac tenore præsentium constituimus, deputamus, & ordinamus nostros Commissarios, Deputatos, & Nuncios speciales;

Dantes & concedentes eisdem, novem, octo, septem, sex, quinque, & quatnor eorum plenam Potestatem, ac Mandatum generale & speciale, pro Nobis & Successoribus nostris, Regnis, Terris, Dominiis, Subditis, Amicis, Alligatis, Confœderatis, Faventibus & Adhærentibus nostris quibuscúmque, conveniendi in Villâ nostrâ Novi Castri super Tynam, seu in aliquo alio Loco de quo eis expediri videbitur, cum Ambaxiatoribus seu Commissariis Serenissimi Principis & Consanguinei nostri carissimi *Jacobi Regis Scotorum*,

Necnon tractandi, communicandi, & concordandi cum eisdem Ambassiatoribus seu Commissariis, consimilem seu sufficientem Potestatem ad hoc habentibus, super Treugis *inter nos* & dictum Consanguineum nostrum carissimum *Scottorum Regem* capiendis, seu de novo ineundis, ac hujusmodi Treugas inter nos de novo pro certo annorum numero ineundi, appunctuandi, & concludendi sub modis, formâ, & conditionibus, de quibus inter dictos nostros & præfati Consanguinei nostri carissimi *Regis Scottorum* Ambassiatores

ANNO 1451.

tores seu Commissarios meliùs poterit concordari.

Cæteraque omnia & singula faciendi, expediendi, & exercendi quæ in præmissis, & circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna, etiamsi Mandatum exigant magis speciale;

Promittentes, bonâ fide & verbo Regio, nos ratum, gratum, & firmum habituros totum & quicquid per dictos Commissarios nostros, novem, octo, septem, sex, quinque, seu quatuor eorum, actum sive gestum fuerit in præmissis, seu aliquo præmissorum.

In cujus rei Testimoniam has Litteras nostras fieri fecimus Patentes.

Teste meipso apud *Westmonasterium* vicesimo secundo die Julii, Anno Regni nostri vicesimo nono.

Tenor etiam Litterarum Patentium præfati Serenissimi Principis *Scottorum Regis*, de quibus supra fit mentio, sequitur sub hac forma,

JACOBUS, Dei gratiâ, *Rex Scotorum*, universis & singulis, ad quorum notitias præsentes Litteræ pervenerint, Salutem in omnium Salvatore.

Sciatis Nos,

De fide, legalitate, circumspectione, & industria, dilectorum & fidelium nostrorum, Reverendi ac Venerabilis in Christo Patrum *Thomæ Episcopi Candidæ Casæ*, *Andreæ Abbatis de Melros* nostri Confessoris & Thesaurarii, *Andreæ Domini le Gray*, *Johannis Domini le Lindesay* de Biris, Consanguineorum nostrorum, Domini *Johannis Methven* Decretorum Doctoris Magistri nostrorum Rotulorum & Registri, & *Alexandri de Hume* de eodem Militis, quamplurimùm confisi,

Ipsos, *Thomam*, *Andream*, *Andream*, *Johannem*, *Johannem*, & *Alexandrum* nostros Ambaxatores & Commissarios speciales constituisse, deputâsse, & ordinâsse, ac, tenore præsentium, constituimus, deputamus, & ordinamus;

Dantes & concedentes prædictis nostris Commissariis, ac ipsorum quinque, quatuor, aut tribus eorumdem plenam Potestatem & Mandatum speciale ad conveniendum, nomine nostro, in *Villa Novi Castri*, seu alio Loco de quo expediri videbitur,

Ibidemque cum Commissariis, Serenissimi Principis, *Henrici*, Dei gratiâ, *Regis Angliæ*, Consanguinei nostri amantissimi, consimilem seu sufficientem Potestatem habentibus, super Treugis seu Guerrarum Abstinentiis, ad certa tempora, tàm per Terram, quàm per Mare capiendis, *inter nos* & præfatum Serenissimum Principem Consanguineum nostrum *Regem Angliæ*, pro Nobis, & Successoribus nostris, Regno, Terris, Dominiis, Subditis, & Confœderatis nostris, sub modis, formâ, & conditionibus de quibus inter dictum Consanguineum nostrum Regem Angliæ, ejusve Commissarios aut Deputatos præfatos, ac dictos Commissarios nostros & Nuncios conveniri aut concordari poterit, communicandum, tractandum, appunctuandum, concordandum, & concludendum,

Cæteraque faciendum quæ in præmissis & circa ea necessaria fuerint seu etiam oportuna:

Promittentes, bonâ fide ac verbo Regio, pro Nobis, Hæredibus, & Successoribus nostris, nos ratum, gratum, firmum, & stabile habituros totum & quicquid in præmissis, & circa ea per dictos nostros Commissarios, aut ipsorum quinque, quatuor, aut tres eorumdem, communicatum, tractatum, appunctuatum, concordatum, seu conclusum, aliásve actum seu gestum fuerit quoquo modo.

Dat. sub Magno Sigillo nostro apud *Edinburgh* vicesimo septimo die mensis Julii, Anno Domini millesimo, quadringentesimo, quinquagesimo primo, & Regni nostri decimo quinto.

Sub Magno Sigillo Scotiæ albi coloris, & pendente a Cauda Pergamenæ.

ITEM, quia nonnunquam Subditi unius Partis, per Mare navigantes, a Navigatione sua plurimùm impediuntur, & alia dampna patiuntur per hoc quod per Subditos alterius Partis, sufficientem habentes notitiam per Koketam seu alia evidentia Documenta quòd sic alterius Partis Subditi sint, vela sua cogantur subtrahere, seu in parte vel in toto deponere, inter nos Commissarios & Ambassiatores prædictos appunctuatum & conclusum est, quòd nulli Subditorum unius vel alterius Partis liceat de cætero aliquos alterius Partis Subditos navigantes, dummodò per hujusmodi Koketam sive Documenta evidenter constet eisdem quòd alterius Partis Subditi, Navis, & Bona sint, cogere vela seu velum suum deponere, seu aliquo modo a licita Navigatione impedire; & si eorum aliquis vel aliqui contrafecerit vel contrafecerint, tanquam effractores & violatores Treugarum præsentium arguantur & etiam puniantur.

ANNO 1451.

In quorum omnium & singulorum præmissorum Testimonium atque fidem, huic parti INDENTURÆ, penes præfatum Excellentissimum ac Christianissimum Principem Angliæ & Franciæ Regem remansuræ, nos præfati *Thomas Episcopus Candidæ Casæ*, *Andreas Abbas de Melros*, *Andreas Dominus le Gray*, *Johannes Meffen* Decretorum Doctor, *Alexander Hume* Miles, & *Alexander Napar*, dicti Serenissimi Principis *Scottorum Regis* Commissarii memorati, Sigilla nostra apposuimus.

Datum in Ecclesia Sancti Nicholai in Villa Novi Castri Dunelmensis Diœcesis, decimo quarto die prædicti mensis Augusti, Anno Domini millesimo, quadringentesimo, quinquagesimo primo.

T. EPISCOPUS CANDIDÆ CASÆ.
ANDREAS ABBAS DE MELROS.
ANDREAS DOMINUS LE GRAY.
JOHANNES DE METHFEN *Doctor &c.*
ALEX. HOM *Miles.*
ALEX. NAPAR *Armiger.*

Sub Sigillis Commissariorum prædictorum de Cera Munatula, pendentibus a Candis Pergamenæ.

XIV.

Don du Duché de Lorraine à JEAN *Duc de Calabre, par son Pere* RENÉ', *Roi de Jerusalem & de Sicile. A Angers, l'an* 1452. *le* 26. *de Mars.* [Traité Hist. & Crit. sur l'Orig. & la Genéal. de la Maison de Lorraine, &c. Aux Preuves, pag. clxxxv.]

1452. 26. Mars.

RENÉ par la grace de Dieu Roy de Jerusalem, de Sicile, Duc d'Anjou, de Calabre, de Bar & de Lorraine, Comte de Provence, de Fourcalquier & de Piedmont. A tous ceux qui ces presentes Lettres verront, ou orront, SALUT. Comme ja piçça feüe de loüable Memoire notre tres chier & tres amée Sueur & compagne Isabelle, que Dieu absoille, Ducheſſe & Dame Heritiere en son vivant des Duchez, Marchisié, Pays & Seigneuries de Lorraine, accauſe de ſen de noble Memoire notre tres chier Seigneur Charles jadis Duc de Lorraine & Marquis, ſon Pere, dont Dieu ait l'ame; & nous ayons été long-temps enſemble, & par long temps conjoints par Mariage; durant lequel temps, pour pluſieurs conſiderations à ce nous mouvans, & de nos pures volontez, nous eutreſoyons ſait donation mutuelle au ſurvivant de nous, & entre autres choſes nous & notreditte compagne, par icelle donation, fait don desdits Duchié, Princerie, Marchisié, Pays, & Seigneurie de Lorraine, & depuis n'aguerres, par la volonté & ordonnance de Notre Seigneur Jeſus-Chriſt; ait icelle notre ditte compagne ſiut ſes jours, & ſoy allée de vie à trépaſſement, & delaiſſé entre autre notre tres cher & tres amé premier & ſeul fils d'elle & de nous, Jean Duc de Calabre; & moyen de ladite donation, lesdits Duchié, Princerie, Marchisié, Pays & Seigneurie de Lorraine, avec toutes les appartenances, nous doivent competer & appartenir, & nous ſoit loiſible en faire & diſpoſer en notre volontée. SÇAVOIR FAISONS que nous conſiderans les bonnes meurs & grandes vertus, que par experience & en maintes manieres ſçavons & connoiſſons être en la Perſonne de notredit Fils le Duc de Calabre, enſemble les grands ſervices, & bonnes & vrayes obeiſſances qu'il nous a toujours en temps paſſé faites & rendües, & fait chacun jour de bien en mieux, comme enfans tres naturel; deſirant par ce, & par amour & affection paternelle que nous avons aux accroiſſemens en bien de ſes vertus, honneur & état, & afin que mieux puiſſions connoître & voir le bon gouvernement que au plaiſir Notre Seigneur entendons & eſperons qu'il ait aprés notre decé en & ſur nos Royaumes, Duchez & Comtez, Pays & Seigneuries, & nos Subjets d'iceux. Pour ces cauſes, & autres à ce nous monvans, & par especial, & pour ce de droit de Succeſſion maternelle, icelles Duchié, Princerie, Marchisié, Pays & Seigneurie de Lorraine devront

ANNO 1452. devront naturellement competer & appartenir à notre dit fils aprés le trespassement de notre ditte compagne sa Mere, selon la coutume observée de toute Ancienneté on dit Pays de Lorraine, si ce ne fut ladite donation mutuelle faite entre nous & elle, comme dit est, à icelluy notredit Fils Jean Duc de Calabre presents, avons donné, cedé, transporté & delaissé realement & de fait, & par ces presentes Lettres donnons, cedons, transportons & délaissons pour loy & pour ses hoirs à toujoursmais heriditablement les dessusdites Duchié, Princerie, Marchifié, Pays & Seigneurie de Lorraine, avec toutes & chacunes leurs appartenances & dépendances, tant en Souveraineté & de hauts Hommages, comme de touts autres Fiefs, Hommages, & Domaines, gardes temporelles & de l'Eglise, & en tous autres Droits & Seigneuries & revenus quelconques, & nous en sommes du tout dénuez & dessaisis, & en avons envestis & saisis, & mis en possession notredit fils, & sesdits hoirs à toujours; ensemble de tout le droit, raison & action que nous y avons & pouvons avoir, tant par le moyen de ladite donation, comme autrement, en quelconque maniere que ce soit, sans rien retenir ne reserver pour nous, nos Successeurs & ayans cause, soit d'aucun droit commun ou especial, pour joir & faire doresnavant par notre dit fils, ses hoirs ou ayans cause, desdits Duchié, Princerie, Marchifié, Pays & Seigneuries de Lorraine, & de toutes ses appartenances, en Chef, & en Membres, & de touts les Droits, Hauteurs, & Souverainetez, & Noblesses, Prérogatives, profits & émoluments d'iceux à leurs plaisirs & volontée, comme de leur propre Heritage à toujoursmais, & avons voulu & consenti, voulons & consentons par cesdites presentes, que doresnavant notredit fils, ses hoirs ou ayans cause, puissent prendre & apprehender la saisine & possession desdits Duchiez, Princerie, Marchifié, Pays & Seigneurie de Lorraine, toutesfois que leur plaira & que bon leur semblera, commettre & ordonner gens au Gouvernement d'iceux, donner, conserver, & conferer les Benefices & Offices, desquels la presentation & collation luy appartiennent & competent à cause dudit Duchié, recevoir les Foys & Hommages de Vassaux & Subjets d'iceux Pays; convoquer & assembler les Etats desdits Pays & Seigneuries; retraire, racheter, & recouvrer tous les Membres, Terres & Seigneuries qui sont en gages, appartenans à ladite Duchié & Marchifié de Lorraine, tant d'heritages comme de Censives, & Gagives, par quelque maniere que ce soit, & faire toutes autres choses que vray Duc & Marchis de Lorraine Heritier proprietaire en peut & doit faire: voulans & consentans que cette presente donation vaille, tienne & sortisse son plain effet irrevocablement & solemnellement faite entre les vifs, sans ce que jamais la puissions revoquer, casser, annoller ny mettre empéchement, par raison d'ingratitude, Ordonnance de Testament, ne autrement en maniere que ce soit, & avons promis pour nous & nos hoirs à notredit fils & ses hoirs, de bonne foy & en parole de Roy, que contre ladite donation, renonciation & cession dessusdites, ne viendrons par nous ne par d'autre, mais la tiendrons, & ferons tenir à toujours ferme & stable, sans contrevenir en maniera que ce soit ou puisse être: En outre mandons par ces mêmes presentes, à tous les Prelats & Gens d'Eglise, Hauts Hommes, Vassaux, Feaux, Bourgeois, Communaultez & Subjets desdits Duchié, Princerie, Marchifié, Seigneurie & Pays de Lorraine, & de leurs appartenances & chacun d'iceux, comme à luy appartiendra presens & advenir, que doresnavant veüillent avoir, tenir & recevoir notredit fils Jean Duc de Calabre, vray Duc & Marquis naturel & heritier dudit Duchié & Marchifié de Lorraine, & à luy & à ses hoirs & ayans cause faite la foy & homage, & serment de fidelité & obeissance qui y appartient, ainsi & par la maniere que étoient tenus de faire à nous à vivant de feüe notredite compagne sa Mere; desquels Serment, Hommage, Fidelité & Obeissance que étolent tenus de faire, comme dit est, accause dudit Duchié de Lorraine & ses appartenances, tenons iceux Prelats & Gens d'Eglise, Haux Hommes, Vassaux, Feaux, Bourgeois, Communaultez & Subjets dudit Duchié & de ses appartenances, quittes & déchargées par la teneur de ces presentes Lettres. Et afin que ce soit chose ferme & stable à toujoursmais, nous avons signé ces presentes de notre main, & à icelles fait mettre & apposer notre grand Seel. DONNÉ en notre Chastel d'Angers le 26. jours de Mars l'an de grace 1452. *Signé le reply*, RENÉ, *& sur ledit reply*: Par le Roy, en son grand Conseil, auquel le Comte de Vaudemont, Ferry Monseigneur de Lorraine, Bernard Monseigneur de Bade, & le Sire de Beauvau Senechal d'Anjou, les Sires de Precigné, de Loué & du Couldray, les Juges & Tresoriers d'Anjou, Me. Jean Geffroy, &c. . . . . avec plusieurs autres étoient, *Signé* TOURNEVILLE, & seelé du Seel dudit Roy René en cire verte pendant en un cordon de soye rouge, verta & bleüe. ANNO 1452.

XV.

Tractatus Induciarum inter HENRICUM VI. *Regem Angliæ, & JACOBUM II. Regem Scotiæ in biennium prorogatarum. Dat. apud Monasterium de Coventre die* 11. *Junii, Anno* 1457. [RYMER, Fœdera, Conventiones, &c. Tom. XI. pag. 389.] 1457. 11. Juin.

HÆC INDENTURA,
FACTA inter Nos,

Johannem Priorem Ecclesiæ Beatæ Mariæ de Coventre, Magistrum *Laurentium Both* Custodem Privati Sigilli Serenissimi Domini nostri Regis & Archidiaconum Richemundiæ, Magistrum *Johannem Arundell* Capellanum Regium, ac *Philippum Wentworth* Militem, Excellentissimi & Christianissimi Principis *Henrici Sexti*, Dei gratiâ, *Angliæ & Franciæ Regis, & Domini Hiberniæ* Commissarios ex una,

Et, Claros, Nobiles, & Circumspectos Viros, *Andream Abbatem Monasterii de Melros*, *Patricium Dominum le Grahame*, *Thomam Vause* Decanum Glasgoensem Secretarium Regium, & *Georgium de Faulu* Mercatorem, Illustrissimi Principis, *Jacobi*, Dei gratiâ, *Scotorum Regis* similiter Commissarios & Ambassiatores, ad infrascripta sufficienter & legitimè Deputatos partibus ex altera,

TESTATUR quòd nos, *Johannes*, *Laurentius*, *Johannes*, & *Philippus*, auctoritate, nobis in hac parte a dicto Christianissimo Principe *Henrico* per suas Literas Regias Patentes (quarum tenor inferiùs annotatur) concessâ, fecimus, cepimus, inivimus, concordavimus, & concluſimus, facimus, capimus, inimus, concordamus, & concludimus per præsentes,

Pro dicto Excellentissimo & Christianissimo Principe *Angliæ & Franciæ Rege*, ejúsque Successoribus, Regnis, Terris, Dominiis, Subditis, Amicis, Alligatis, Confœderatis, Favenibus, & Adhætentibus suis quibuscúmque,

Cum præfatis, Claris, Nobilibus, & Circumspectis Viris, *Andrea Abbate Monasterii de Melros*, *Patricio Domino le Grahame*, *Thomas Vans*, & *Georgio Faulu*, prædicti Illustrissimi Principis *Scotorum Regis* Commissariis & Ambassiatoribus,

Ipsique, *Andreas*, *Patricius*, *Thomas*, & *Georgius*, auctoritate, eis commissâ in hac parte a dicto Serenissimo Principe *Scotorum Rege*, per suas Patentes Literas (quarum tenor similiter inferiùs annotatur) concessâ, unà nobiscum fecerunt, ceperunt, inierunt, concluserunt, & concordârunt, faciunt, capiunt, ineunt, concludont, & concordant per præsentes,

Pro dicto Illustrissimo Principe *Jacobo Scotorum Rege*, ejúsque Successoribus, Regno, Terris, Dominiis, Subditis, & Confœderatis,

Novas, bonas & inviolabiles, firmas & stabiles, Treugas, Guerrarúmque Abstinentias generales, tàm per Terram, quàm per Mare & omnes Aquas dulces,

Incepturas per Terram ab ortu Solis sexti diei mensis Julii proximò ventori Anno Domini millesimo, quadringentesimo, quinquagesimo septimo, & duraturas usque ad occasum Solis sexti dici mensis Julii, quòd erit Anno Domini millesimo, quadringentesimo, quinquagesimo nono,

Et per Mare inceptaras ab ortu Solis vicesimi octavi diei Julii Anno Domini millesimo, quadringentesimo, quinquagesimo septimo, & duraturas usque ad occasum Solis vicesimi octavi dici mensis Julii, quod erit Anno Domini millesimo, quadringentesimo, quinquagesimo nono,

Et extindè similiter duratutas, tàm per Terram, quàm per Mare, quamdiu placebit Excellentissimo & Christianissimo Principi *Henrico Angliæ & Franciæ Regi* pro sua parte, ac Illustrissimo Principi *Jacobo Scotorum Regi* ejus Consanguineo pro sua parte,

Sic tamen quòd, si extunc, post dictum Occasum

ANNO 1457. Solis ſexti dici, aliquo caſu aliquando impoſterùm, dictus Excellentiſſimus & Chriſtianiſſimus Princeps, *Angliæ & Franciæ Rex*, aut Hæredes & Succeſſores ſui, noluerit dictas Treugas diutius tenere aut ulteriùs obſervare, ſet velit pro parte ſua ab eisdem recedere, hoc bene licebit præſentibus Treugis non obſtantibus; dùm tamen dictum *Regem Scotorum*, per ſuas Literas Patentes, ſuo Magno Sigillo ſigillandas, ac eidem *Regi Scotorum*, ubicúmque infra Regnum Scotiæ fuerit, liberandas, faciet de hujusmodi ſua voluntate recedendi a dictis Treugis certiorem:

Similique modo *Rex Scotorum*, Hæredes vel Succeſſores ſui, ſi ab hujusmodi Treugis etiam, extunc poſt dictum Occaſum Solis ſexti dici, pro ſua parte recedere voluerit, præfatum Excellentiſſimum Principem *Angliæ & Franciæ Regem*, per ſuas Literas Patentes, ſuo Magno Sigillo ſigillandas, eidémque Metuendiſſimo Principi *Angliæ & Franciæ Regi*, ubicúmque infra aliquod Regnorum, Ducatuum, ſeu Dominiorum ſuorum fuerit, realiter liberandas, etiam de voluntate ſua recedendi ab eisdem Treugis reddet certiorem:

Hoc tamen ſemper obſervato quòd, in omni caſu diſceſſionis hujusmodi a prædictis Treugis, ſive per præfatum Excellentiſſimum Principem *Angliæ & Franciæ Regem*, ſive per dictum Illuſtriſſimum Principem *Scotorum Regem*, ejusque Conſanguineum, ut prædicitur, faciendæ, tàm Metuendiſſimus Princeps *Rex Angliæ & Franciæ*, quàm Sereniſſimus Princeps, *Scotorum Rex*, maneat, ſit, & ſtet, vigore præſentium, ſimiliter aſtrictus ad easdem Treugas, per ſex menſes integros Kalendares, poſt diem liberationis & traditionis Literarum Patentium prædictarum proximò ſequentes & plenariè completos, juxta omnem vim, formam, & effectum earumdem, effectualiter obſervandum, easdémque faciant, & quilibet eorum per ſe & ſuos faciat, per eosdem ſex menſes Kalendares efficaciter obſervari.

Item, appunctuavimus, eoocordavimus, & concinnimus, cum dictis Ambaſſiatoribus & Commiſſariis, iptique unà nobiscum ſic appunctuaverunt, concordàrunt, & concluſeruut, quòd, dictis Treugis durantibus, neque præfatus Excelleutiſſimus & Chriſtianiſſimus Princeps *Angliæ & Franciæ Rex* adverſus dictum Illuſtriſſimum Principem *Scotorum Regem* ſuum Conſanguineum, ejúsve Subditos vel Ligeos; neque adverſus Chriſtianiſſimum & Excellentiſſimum Principem *Angliæ & Franciæ Regem*, ejus Ligeos aut Subditos, ameſatus Sereniſſimus Princeps *Scotorum Rex* ſuus Conſanguineus faciet, movebit, aut manutenebit per ſe, nec procurabit aut permittet fieri, per aliquos ſen aliquem Subditorum ſeu Ligeorum, aliquam Guerram, ſeu aliquod genus Guerrarum, vel factum Guerræ, in aliquo Regno, Terra, vel Dominio, citra vel ultra Mare aut in Mari ſituato, neque per ipſum Mare, aut aliquam aliam Aquam dulcem ſive ſalſam, &, generaliter loquendo, non erit concilio, auxilio, vel favore quòd in aliquo Loco Mundi hujusmodi Guerra fiat aut moveatur, fierive aut moveri aliqualiter procuretur ſeu permittatur, Treugis durantibus ſupradictis.

Item, inter nos & prædictos Ambaſſiatores concordatum & concluſum eſt quòd, ſi, durantibus Treugis ſeu Guerrarum Abſtinentiis prædictis, contingat aliquos Subditos ſive Ligeos dicti Excellentiſſimi Principis *Angliæ & Franciæ Regis*, per Mare, ex quacúmque juſta, rationabili, vel licita cauſa, Navigantes, ſive Mercatores fuerint, ſive Peregrini, Piscatores, aut alii cujuscúmque conditionis Homines, vi Tempeſtatis aut Ventorum, ſeu aliâ juſtâ, rationabili, & neceſſariâ, urgentéque cauſâ ad hoc eos omnino impellente (cùm ipſi hoc noo affectaverint, & id tempore receſſûs eorum a Patria ſua noo propoſuerint) applicare in aliquo Portu ſive alio Loco quocúmque Regni Scotiæ, vel in aliquo Loco juxta idem Regnum Naufragium pati (dummodò aliqua Perſona Navi ſic Naufragium paſſâ ſuperſtes exiſtat) non licebit Illuſtriſſimo Principi *Regi Scotorum* Conſanguineo ſuo aut alicui vel aliquibus Subditorum ſeu Ligeorum ſuorum, per ſe, vel alios, ipſos ſic appulſos ſeu Naufragium paſſos, eorum Naves, Bona, Mercandiſas, ſive Res alias quascúmque, in hujusmodi Navibus adducta, capere, rapere, vel ab eisdem ſic appulſis aut Naufragium paſſis vel paſſo auferre quovismodo vel detincre, aut ratione debiti alicujus Perſonæ eadem Res, Bona, vel Mercandiſas integraliter vel in parte arreſtare vel arreſtari facere, ſet licebit ipſis ſic appulſis aut Naufragium paſſis, cum Navibus, Mercandiſis, Bonis, & Rebus ſuis (cauſâ hujusmodi ceſſante) prout ſic appulſi & Naufragium paſſi, eorum Navi refectâ, renebuntur quamcitius commodè valeant, recedere absque quibuscúmque impetitione, impedimento, moleſtatione, arreſto, live aliâ occaſione quacúmque, ſibi per dictum Illuſtriſſimum Principem *Scotorum Regem*, aliquem ſeu aliquos ejus Subditum ſen Subditos, obiciendis ſeu etiam faciendis:

ANNO 1457.

Et, ſimili modo, ſi contingat, eisdem Treugis vel Guerrarum Abſtinentiis durantibus, aliquos Subditos live Ligeos dicti Illuſtriſſimi Principis *Scotorum Regis*, ſimili modo navigantes, vi Tempeſtatis ſeu Ventorum, vel aliâ juſtâ, rationabili, & neceſſariâ, urgentéque cauſâ eos omninò ad hoc impelleute (cùm ipſi hoc non affectaverint, & id tempore recellûs eorum a Patria ſua non propoſuerint) applicare in aliquo Porto ſive alio Loco quocúmque dicto Domino noſtro *Regi Angliæ & Franciæ* ſubdito ſive ſubjecto, vel in aliquo Loco juxta Portus vel Loca prædicta Naufragium pati (dummodò aliqua Perſona in Navi, ſic Naufragium paſſâ, ſuperſtes exiſtat) non licebit dicto Excellentiſſimo Principi *Angliæ & Franciæ Regi*, aut alicui vel aliquibus Subditorum vel Ligeorum ſuorum, per ſe, vel alios, ipſos ſic appulſos ſeu Naufragium paſſos, eorum Naves, Bona, Mercandiſas, ſive Res alias quascúmque, in hujusmodi Navibus adducta, capere, rapere, vel ab eisdem ſic appulſis aut Naufragium paſſis vel paſſo auferre quovis modo vel etiam detinere, aut ratione debiti alicujus Perſonæ easdem Res, Bona, vel Mercandiſas integraliter vel in parte arreſtare vel arreſtari facere; ſet licebit ipſis ſic appulſis aut Naufragium paſſis, cum Navibus, Mercandiſis, Bonis, & Rebus ſuis (cauſâ hujusmodi ceſſante) prout ſic appulſi aut Naufragium paſſi, eorum Navi refectâ, tenebuntur, quamcitiùs commodè valeant, recedere, absque quibuscúmque impetitione, impedimento, moleſtatione, arreſto, live aliâ occaſione quacúmque, libi per dictum Illuſtriſſimum Principem *Angliæ & Franciæ Regem*, aliquem ſeu aliquos ejus Subditum ſive Subditos, obiciendis ſive etiam faciendis.

Item, concordatum eſt & concluſum, inter oos prælatos utriusque Partis Commiſſatios, quòd, ſi aliquis ſeu aliqui Subditorum vel Ligeorum Metuendiſſimi Principis *Angliæ & Franciæ Regis*, ſic ut præmittitur, appulſus ſen appulſi, aut Naufragium paſſus vel paſſi, ſive in Regnum Scotiæ ſub ſalvo Conductu veniens vel venientes, ante dieni expirationis ſalvi Conductûs ſui, adverſâ valitudine adeò vexetur vel vexentur, quòd ſic appulſus vel appulſi, aut Naufragium paſſus vel paſſi, aut ſub ſalvo Conductu veniens vel venientes, cum Navi vel Navibus, quâ vel quibus applicuit vel applicuerunt., vel ante diem expirationis lui ſalvi Conductûs ſic veniens vel venientes, nequeat vel oeqneant commodè recedere, & in proprias partes ſe recipere, tunc benè licebit ſic appulſo & appulſis, Naufragium paſſo vel paſſis, ac veuienti & venientibus, infirmo vel infirmis cuicúmque vel quibuscúmque, ſalvò & ſecurè, in loco, quo ſic appulſus vel appulſi Naufragium paſſus vel paſſi applicuerit vel applicuerint infirmari contigerit, expectare quousque reconvaluerit vel reconvaluerint: & extunc, cum Literis Teſtimonialibus Majorum, Ballivis, & Conſtabularii, aut alicujus alterius Officiarii Domini Regis, in loco quo ſic eum vel eos infirmari contigerit, eidem vel eisdem ſub moderatis expenſis concedendis & tradendis, cauſâ infirmitatis hujusmodi ceſſante, in partes proprias recedere licebit; idemque infirmus ſeu iutimi hujusmodi ſic recedere debebit & debebunt absque impedimento vel obſtaculo quocúmque, ſibi per aliquem Subditorum vel Ligeorum Domini *Regis Scotiæ* quomodolibet faciendis; ita tamen quòd interim nichil præjudiciale contra Regem, Regnum, ſeu Ligeos ejusdem attemptet vel attemptent fierive procuret ſeu procurent;

Quæ omnia, ſimili modo & formâ, fideliter, æqualiter, & efficaciter obſervabuntur ex parte Metuendiſſimi Domini *Regis Angliæ*, & etiam Subditorum & Ligeorum ſuorum quorumcúmque, in caſu quo aliquem, Regni Scotiæ Subditum, in aliquem Locum, *Regi Angliæ* ſubditum & ſubjectum, ſic appulſum, aut Naufragium paſſum, vel venientem, contigerit infirmari, juxta formam & modum, io proximo præcedenti Articulo comprehenſos.

PRÆTEREA, inter nos Commiſſarios utriúsque Partis prædictos, appunctuatum, concordatum, ordinatum, & concluſum eſt quòd, ſi contingat, eisdem Treugis durantibus, aliquem non Subditum, vel aliquos oon Subditos, dicti Illuſtriſſimi Principis *Scotorum*

ANNO 1457. *rum Regis*, Navem vel Naves, Perſonam vel Perſonas, Res, Mercandiſas, aut Bona quæcúmque alicujus vel aliquorum Subditi vel Subditorum Excellentiſſimi & Chriſtianiſſimi Principis *Angliæ & Franciæ Regis* rapere, & eas vel ea in aliquem Locum vel Portum, eidem *Scotorum Regi* Illuſtriſſimo ſubjectum, adducere; non licebit Illuſtriſſimo *Scotorum Regi*, aut alicui Subdito ſive Ligeo ſuo, eas vel ea, ſeu aliquam partem earumdem, emere ſeu quovismodo ad utilitatem ſuam recepture, absque conſenſu ejus vel eorum ad quem vel ad quos Bona ſeu Res hujusmodi ante eorum captionem verè pertinebant; quod ſi per aliquem eorum quicquam in contrarium hujusmodi Ordinationis factum vel attemptatum fuerit, tunc Perſonæ, Bona, Mercanditæ, & Res quæcúmque hujusmodi, ſic empta ſive recepta, illi vel illis, ad quem vel ad quos Bona hujusmodi verè pertinebant (dolo, fraude, malove ingenio ceſſantibus quibuscúmque) integralitet reſtituentur per ſic ementes ſive recipientes, eo modo quo reſtitui debent ſi a Subditis dicti Illuſtriſſimi Principis *Scotorum Regis* capta fuiſſent: & nichilominus ſic attemptans, tanquam violator harum Treugarum, graviter & pro modo & qualitate criminis punietur;

Quæ omnia & ſingula, modo & formâ præmiſſis, Excellentiſſimus & Chriſtianiſſimus Princeps *Angliæ & Franciæ Rex* obſervabit, & per ſuos Subditos & Ligeos ſimilitet, æqualiter, & efficaciter obſervari faciet, in caſu quo aliqua Perſona, Navis, Mercandiſæ, Res, vel Bona quæcúmque dicti Illuſtriſſimi Principis *Scotorum Regis*, aut alicujus ſeu aliquorum Subditi vel Subditorum ejus, capta fuerint per aliquem vel aliquos, non Subditum vel non Subditos Excellentiſſimo & Chriſtianiſſimo Principi *Regi Angliæ & Franciæ* ſupradicto.

Item, ſimili modo concordatum eſt, quòd ſi, durantibus Treugis ſupradictis, contingat aliquem Navem alterius Partium prædictarum Naufragium pati aut rumpi, & aliqua Perſonarum exiſtentium in Navi ſic Naufragium paſſâ vel ruptâ ſuperſtes remanſerit (ceſſantibus in ea parte dolo, fraude, & malo ingenio quibuscúmque) Mercandiſæ, Bona, & Res quæcúmque, quæ de dictâ Navi projecta ſunt, ex eadem extracta, vel in Mari collecta, vel ad Terram venientia, ſeu aliàs quovismodo ſalva & ſalvata, per eos, ad quorum manus Res & Mercandiſæ & Bona hujusmodi devenerunt, nullatenus diſſipentur, diminuantur, alienentur, dividantur, nec quovis modo ſubtrahantur aut concelentur; ſed integra ſine diminutione quacúmque, Gubernatori illius Dominii ſeu Loci, in quod vel in quem dicta Bona devenerunt, ſeu ejus Deputato, fideliter & ſine fraude, deliberentur atque tradantur, ad uſum vel utilitatem illius vel illorum, ad quem vel ad quos Bona ipſa, rei veritate inſpectâ, pertinere noſcuntur, conſervanda: cui vel quibus, infra ſpatium unius anni, a tempore notitiæ Naufragii vel Rupturæ Navis hujusmodi computandi, licebit, pro recuperatione & reſtitutione Rerum, Mercandiſarum, & Bonorum hujusmodi proſequi coram Judice in ea parte competente; eoi vel quibus, ſic proſequenti & proſequendibus, realiter & effectualiter tradi, liberari, reſtitui debent, ſolutis tamen & refuſis expenſis & ſumptibus rationabilibus factis circa collectionem & ſalvationem Bonorum eorumdem:

Proviſo ſemper quòd Perſona vel Perſonæ ſuperſtes vel ſuperſtites, ex eâdem Navi ad Terram venienter, ad ſtatum, juxta effectum & tenorem præſentium Treugarum, liberè dimitteatur.

Item, ſimili modo, concordatum eſt quòd, ſi, dictis Treugis durantibus, aliqua Navis, unius Partis vel alterius, Perſonis, Rebus, Mercandiſis, aut Bonis onuſta, ſive rupta, ſive pro Victualibus de neceſſitate eis in Mari ſupervenieute emendis, applicuerit in aliquem Portum vel Locum alium alicujus Partium prædictarum, pro qua reficienda Navem ipſam, Perſonas, Merces, Res, & Bona contenta in eadem oporteat ad Terram deponi; quòd in hoc caſu Perſonæ, Merces, Res, & Bona ipſa ſic depoſita, absque impedimento & ſine ſolutione Cuſtumæ, in eadem Navi (cùm reſecta fuerit) vel in aliam reponantur, & liberè abducantur; proviſo tamen quòd pro Mercibus, Rebus, Bonis, & Mercandiſis, ibidem pro emendis Victualibus eis neceſſariis pro numero Perſonarum venditis, Cuſtumæ & cætera Deveria, in ea parte debita, fideliter perſolvantur.

Item, ſimili modo, concordatum eſt quòd, ſi quis de una parte Partium prædictarum capiat, dictis Treugis durantibus, aliquod Furtalitium ſuper aliquam Partem, ipſe, ſuper & adverſus quem hujusmodi Furtalitium captum fuerit, poterit illud recuperare per viam factî, vel aliter prout melius poterit, & etiam poterit punire Malefactores in ea parte ſecundum exigentiam caſûs; & tenebuntur Conſervatores illius Partis, cujus Subditus Fortalitium hujusmodi ceperit, ſuccurrere & juvare ipſum, ſuper & adverſus quem hujusmodi Fortalitium captum fuerit, ad ipſum recuperandum, quàm citius & quàm diligentiùs, ſumptibus illius Partis offendentis: vel, ſi magis placuerit, ipſe, ſuper quem hujusmodi Fortalitium captum fuerit, requirere poterit & ſummare Regem & Conſervatores alterius Partis, ſeu eorum Deputatos, quòd ſibi reddi faciant & teſtitui dictum ſuum Fortalitium, & Malefactores, qui hujusmodi Fortalitium ceperunt; quod ipſi, pro poſſe, facere & perimplere tenebuntur, absque dolo, fraude, & malo ingenio.

ANNO 1457.

Item, ſimili modo, concordatum eſt quòd, ſi, Treugis durantibus, aliquis vel aliqui, ex Vaſſallis, Ligeis vel Subditis unius Partium prædictarum, deliquerit ſeu deliquerint in Territorio alterius Partis, liceat Parti, in cujus Territorio ſic deliquerit ſeu deliquerint, ipſum & ipſos capere & punire ſecundum Leges Patriæ, in qua ſic deliquerit ſeu deliquerint, ſecundùm exigentiam delicti per ipſum vel ipſos commiſſi vel perpetrati: ſi verò ſic delinquens vel delinquentes, captus vel capti non fuerit aut fuerint ut præmittitur, ſet ſe retraxerit vel retraxerint in Dominium ipſius Regis cujus Subditi fuerint, Conſervatores illius Partis requiſiti tenebuntur liberare Perſonam vel Perſonas hujusmodi Malefactorum, paniendas, ut præfertur, Conſervatoribus alterius Partis hoc requirentibus, aut eorum Deputatis in Merchia ubi deliquerit vel deliquerint:

Si verò iidem Malefactores ſe occultaverint, latitaverint, ſeu effugerint, ita ut capi non poſſint, *Rex*, cujus Subditi exiterint, debet eos mox perpetuò forbannire ab omnibus Locis ſuæ Ditioni ſubjectis, quos extunc nullo unquam tempore teſtituet, nec permittet ingredi vel inhabitare Loca, ut præfertur, ſuæ Ditioni ſubjecta, *niſi Malefactores ipſi prius ſubierint Juſtitiam, & plenè ſatisfecerint alteri Parti, contra quam ſic attemptaverint, de attemptatis hujusmodi, ſive delictis per ipſos, ut præfertur, perpetratis:

Et, licet aliquis talis Malefactor, ſic bannitus ſnerit, ſeu, absque Bannitione, ſic, ut præfertur, captus exiterit, nichilominus tenebuntur Conſervatores Partis illius, cujus idem Malefactor Subditus exiterit, reparare attemptata de Bonis hujusmodi Malefactorum quatinus ſufficere potetiut; ſi verò idem Malefactor, ſic captus ſive deprehenſus, non habeat in Bonis unde ſatisfacere poterit, in hoc caſu eo gravius punietur & luet in corpore:

Et, inſuper, qui Malefactorem hujusmodi ſcienter ~~receptaverit, aut con~~ſilium ei dederit ſeu favorem, ad eandem in omnibus ſatisfactionem & pœnam tenebitur, ad quam faciendam & ſubeundam teneretur hujusmodi Malefactor, ſi poſſet apprehendi.

Item, ſimili modo, concordatum eſt quòd, ſi, eisdem Treugis durantibus, aliquid contra easdem, vel aliquam partem earumdem, per Terram ſive per Mare, ſicn vel attemptari contigerit, per hoc tamen præfatæ Treugæ non erunt, nec cenſebuntur aut reputabuntur ruptæ, infirmatæ, vel annullatæ, ſed nichilominus in ſuo robore permanebunt & vigore, nec Guerræ (niſi obſervatâ formâ in primo Articulo ſuperiùs inter Principes declaratâ) pro eo fieri debent ab una Parte vel altera, nec priſæ Perſonarum, nec diſtrictiones aut captiones bonorum, nec obſidiones Villarum aut Caſtrorum ſive Fortalitiorum, nec Homicidia, Murdrave quæcúmque, in contrarium præmiſſorum, a quocúmque attemptari ſive committi; ſet reparabuntur & reponentur in ſtatum priſtinum & debitum malefieia & attemptata hujusmodi, necnon interpriſæ quæcúmque, per Conſervatores & Commiſſarios illius Partis cujus Subditi ſic attemptaverint, offenderint, ſen malefecerint; qui verò contrafecerit (videlicet, movendo Guerram, præterquam in formâ ſuperiùs recitatâ) ſive obſedendo, invadendo, aut capiendo Villas vel Fortalitia, aut faciendo Homicidia ſive Murdra, propter aliquod attemptatum ex Parte altera, aut propter Auctoritatem & Decretum Conſervatorii, faciendo priſas Perſonarum vel deſtrictiones ſeu captiones bonorum, eo ipſo cadat a cauſa ſua, & nichilominus punietur ſecundùm delicti ſui exigentiam, aut reſtituet & reparabit alteri Parti omne illud in quo eam læſit & cepit ab eadem.

Item, concordatum eſt, ſimili modo, quòd, ſi, Treugis prædictis durantibus, aliquis Subditorum unius

ANNO 1457. Partium vel alterius contrahat vel quaſi, ſeu delinquat vel quaſi, infra Regnum, Terram, ſive Dominium illius Partis cujus contrahens vel delinquens eſt Subditus, & extunc, cauſâ vitandi Juſtuiam, ſe ſubtraxerit & effugiat in Locum quemcúmque ſubditum ſive ſubjectum alteri ex eisdem Partibus cujus Subditus non extiterat, & illuc deveniat Homo Ligeus illius Partis; nichilominus compelletur ad respondendum, & ſatisfaciendum, ac ſubeundum Juſtitiam, de debito ſive delicto ſuo hujusmodi, coram Conſervatoribus Treugarum utriúsque Partis, ſive eorum Deputatis, æquè ut ſatisfactorus & ſubiturus fuiſſet ſi permanſiſſet ſub fide & ligeantiâ ipſius Partis cujus Terram & Dominium effugit:

Si verò in ſola fuga perſiſteret, nec deveneret Homo Ligeus illius Partis in cujus Terram effugit, eo caſu remitteretur & reſtitueretur illi Parti cujus Ligeus & ſubjectus fuerat, pro Juſtitiâ de eo, prout ſibi videbitur, faciendâ:

Si verò aliquis Subditorum unius Partium prædictarum ſe ſubtrahat in Regnum ſeu Dominium alterius, tanquam Fugitivus, Proditor, & Rebellis, & ibidem reperiatur ſub aſſecuramia aut ſalvo Conductu, Pars illa, Gardianus ſeu Deputatus ejusdem, in cujus Regno ſeu Dominio hujusmodi Fugitivus ſeu Malefactor receptatur & aſſecuratur, requiſitus ſuper hoc per aliam Partem, Gardianum, ſeu Deputatum ejusdem, tenebitur, infra quadraginta dies poſt requiſitionem ſequentes, omnem aſſecuramtiam & ſalvum Conductum hujusmodi Fugitivo conceſſos annullare, & ipſum, ut ſuperius eſt expreſſum, remittere & deliuare: & quamquam talis Prodinor aut Rebellis offerat ei, ad quem talites ſubterfugit, Juramentum Ligeantiæ ſeu Fidelitatis, in hoc caſu non recipietur ad Ligeantiam ſeu Juramentum, quousque quadraginta dies lapſi fuerint poſt oblationem hujusmodi Juramenti & Ligeantiæ taliter factam.

Item, ſimili modo, concordatum eſt quòd, durantibus præſcutibus Treugis, non admittentur nec recipientur ad Officia, nec ſuper Aſſiſam, nec ad perhibendum Teſtimonium, Peſſonæ infames, rebelles, fugitivi, proditores, unius Partis vel alterius, aut conviſti per Aſſiſam; ſet boni, fideles, & juſti, fidedigni, & non ſuſpectæ Perſonæ.

Item, ſimili modo, concordatum eſt quòd, durantibus Treugis hujusmodi, nullus unius Partis vel alterius ingrediatur Terras, Boscos, Nemora, Foreſtas, Waennas, Loca, Dominia quæcúmque alicujus Subditi alterius Partis, cauſâ venandi, piscandi, aucupandi, disportum aut ſolatium in eisdem excercendi, aliáve quæcúmque de cauſa, absque licentia ejus vel eorum ad quem ſeu quos Locum vel Loca ipſa pertinet ſeu pertinent, aut Deputati ſui petitâ primàùs & optentâ; &, ſi contingat beſtias ſeu animalia alicujus Subditi alterius Partium prædictarum ſundum, agrum, ſolúmve Subditi alterius Partis ingredi, & Granum aut Herbam ibidem crescentem depascere, alióve modo illi, cujus eſt ſolum, injuriam ſive dampnum inferre, quòd ab hoc neutra Partium hujusmodi dampnum ſive injuriam, ſibi facta, propriâ auctoritate ulciscatur; ſet illud malefactum, ſecundùm Legem & Conſuetudinem, obſervatas in Partibus ubi dampnum & injuria talia facta ſuut, effectualiter emendabitur ut eſt juſtum:

Item, ut Treugæ ſupradictæ eo firmiùs & meliùs obſerventur, quo cuíliber ex Subditis Partium prædictarum conquerenti liberior pateat facultas Juſtitiam proſequendi, ordinatum & concordatum eſt quòd, ſi quis ex Subditis alterius Partium prædictarum quicquam deprædatus fuerit ſeu attemptaverit ſuſta Marchias aut Terram alterius Partis, & poſt deprædationem hujusmodi ſeu attemptatum fugiendo revertatur ad Marchias aut Terram illius Partis cujus eſt Subditus, licebit illi, contra quem ſic attemptaverit, in recenti, vel infra ſex dies computandos a tempore delicti ſic attemptati ſive commiſſi, auctoritate præſentis Ordinationis, absque aliis Literis de ſalvo Conductu, proſequi illum Malefactorem, & ipſum ſic proſequendo intrare ſalvò & ſecurè Marchias ſive Terram in quam idem Malefactor ſe retraxerit; dummodò, quamcitò hujusmodi Marchiam hac de cauſa intraverit, adeat aliquem Virum bonæ famæ & opinionis illæſæ, habitantem infra Marchiam quam ſic intrat, & eidem declaret cauſam introitûs ſui (videlicet) ad proſequendum deprædationem ſuam, deſcribátque & ſpecificet eidem quibus Bonis, Catallis, vel Rebus fuerit deprædatus, ac inſuper requiret eundem quòd, quamdiu hujusmodi Proſecutionem ſuam fecerit, ſecum eat, ut ſic ſuper factis ſuis, tempore dictæ Proſecutionis, poſſit, cùm requiſitus fuerit ſuper hoc, peshibere Teſtimonium veritatis; vel, ſi ſibi meliùs videbitur, poterit, infra prædictos ſex dies, adire unam de Gardianis alterius Partis, vel ejus Deputatum, pro ſua Juſtitia proſequenda. ANNO 1457.

ET, INSUPER, conſimili modo, appunctuatum, concordatum, & concluſum eſt quòd ſemper & continuè, eisdem Treugis durantibus, fiant & erunt duæ Literæ Patentes ſalvi Conductûs, in bonâ & ſufficiente formâ conceptæ,

UNA (videlicet) ex parte dicti Excellentiſſimi Principis *Angliæ & Franciæ Regis*, ſuo Magno Sigillo ſigillata, continuè manens in aliquo Loco ad hoc congruo infra Marchias Regni Scotiæ, quem Sereniſſimus Princeps *Rex Scotorum* elegerit; virtute cujus valeant quandocúmque, eisdem Treugis durantibus, Subditi *Regis Scotorum* quicúmque, contra easdem gravati, liberè ingredi Regnum Angliæ & proſequi cauſam ſuam, ubiedmque & coram quocúmque competente Judice, infra idem Regnum,

ET ALIA ex parte dicti Sereniſſimi Principis *Scotorum Regis*, ejusdem Magno Sigillo ſigillata, manens continuè in aliquo Loen congruo infra Marchias Angliæ, quem Chriſtianiſſimus Princeps *Angliæ & Franciæ Regis* elegerit; virtute cujus valeant quandocúmque, dictis Treugis durantibus, Subditi ejusdem *Angliæ & Franciæ Regis* ingredi liberè Regnum Scotiæ, & proſequi cauſam ſuam, ubicúmque & coram quocúmque competente Judice, infra idem Regnum Scotiæ:

Judicem verò competentem, in utroque caſu prædicto, reputamus nos, prædicti Commiſſarii, Gardianum illius Marchiæ ubi delinquens fover Larem;

Et ſi is, ſuper quem conqueſtio facta eſt, infra limites alicujus Marchiarum Larem non foveat, aut infra aliquam earumdem, ubi moratur ſeu morari ſolebat, reperiri nequeat, tunc licebit Parti conquesenti Billam ſive Cedulam ſuæ querimoniæ Gardiano Marchiæ cui conqueritur tradere: qui Gardianus, quamcitò commodè poterit, Cedulam hujusmodi queretæ, ſimul cum conquerente, ſi hoc velit ipſe conquerens, transmittet ſeu transmitti faciat, cum Literis ſuis Teſtimonialibus ſalvi Conductûs (quas ſibi tradet liberè & absque alicujus Pecuniæ exactione) Cancellario Regni illius cujus ille de quo conqueſtio facta eſt Subditus exiterit:

Qui quidem Cancellarius citabit Partem, de qua querela ſic facta fuerit, & cum omni celeritate poſſibili Parti conquerenti in illo caſu Juſtitiam miniſtrabit;

Proviſo ſemper quòd, virtute alicujus Literarum ſalvi Conductûs hujusmodi, non plures quàm tres vel quatuor Perſonæ, hujusmodi cauſas proſequi volentes, ex unâ parte vel ex alterâ parte, Regnum alterius, ſimul & unâ vice, ingredi valeant quovismodo.

ITEMQUE, tam Excellentiſſimus & Chriſtianiſſimus Princeps *Angliæ & Franciæ Rex*, quàm Sereniſſimus Princeps *Scotorum Rex* ejus Conſanguineus, benè conſiderant & perpendunt quòd, niſi prædicta omnia benè conſerventur efficacites & votivè, juxta eorum deſideria, per magnam & debitam diligentiam Officiariorum in puniendo Transgreſſores quoslibet pro qualitate delictorum, contingere poterit, infra breve, propter inſolentiam & ineſtrenatam multitudinem delinquentium, prædictas Treugas multipliciter violari, quod abſit; idcirco appunctuatum, concordatum, & concluſum eſt quòd, quandocúmque aliquis Regum prædictorum cenſerit ſe aut ſuos contra formam dictarum Treugarum aggravatum vel aggravatos, in defectu executionis Juſtitiæ ab altera Parte non factæ, Princeps, taliter ſe aut ſuos cenſens læſum vel læſos, per unum Heraldum aut alium Nuncium, aviſabit & informabit alium Regem quòd, per Officiarios ſuos, nullum aut non debitum poterit de ſuis conquerentibus habere Juſtitiæ complementum; in quo caſu ſic informatis, & cui talis conqueſtio facta fit, quamcitò commodè poterit, bis vel ad minus ſemel in anno, mittet tres aut duos de ſuo Conciliо, Juſtitiæ & Pacis amatores, ad aliquem Locum convenientem propè Marchias, obviaturos totidem conſimilibus de Concilio Regis conquerentis, cum Poteſtate ſufficienti oneratos, non tantum ad puniendum delinquentes, ſuper quibus conqueritur, juxta qualitatem delicti, verùm etiam ad inquirendum, examinandum, & ad inveſtigandum ſi Conſervatores dictarum Treugarum, Gardiani, eorum Locatenentes aut Deputati, negligentes fuerint aut remiſſi in executione Juſtitiæ Partibus conquerentibus; quos etiam punire, corrigere, & emen-

ANNO 1457. emendare habeant, ſi per talem inquiſitionem, examinationem, & invelligationem culpabiles inventi fuerint aut reniſi.

SIMILITER, concordatum, concluſum, & proviſum eſt, inter nos præfatos utriuſque Partis Commiſſarios, quòd licebit cuicúmque ſpoliato, deprædato, aut injuriato, contra formam Treugarum præſentium inter præfatos Reges initarum, ſuum ſpolium, rapinam, ſeu injuriam proſequi coram quibuscúmque Judicibus, in aliquo Regnorum prædictorum in ea parte competentibus, quandocúmque ſibi videbitur expedire, & Juſtitiæ complementum optinere.

ITEM, quia nonnunquam Subditi unius Partis, per Mare navigantes, a Navigatione ſuâ plurimùm impediuntur, & alia dampna patiuntur, per hoc quod per Subditos alterius Partis, ſufficienter habentes notitiam per Koketam, ſeu alia evidentia Documenta, quòd ſic alterius Partis Subditi ſint, Vela ſua coguntur ſubtrahere, ſeu in parte vel in toto deponere,

Inter nos Commiſſarios & Ambaſſiatores prædictos appunctuatum & concluſum eſt, quòd nulli Subditorum unius vel alterius Partis liceat de cætero aliquos altérius Partis Subditos navigantes (dummodò per hujusmodi Kniketa ſive Documenta evidenter conſtet eisdem quòd alterius Partis Subditi, Navis, & Bona ſint) cogere Vela ſeu Velum ſuum deponere, ſeu aliquo modo a licita Navigatione impedire; &, ſi eorum aliquis vel aliqui contrafecerit vel contrafecerint, tanquam effractores & violatores Treugarum præſentium, arguantur & punientur.

Item, concordatum eſt & concluſum, inter nos Commiſſarios utriusque Partis antedictos, quòd, durantibus dictis Treugis, non licebit cuiquam Subditorum alicujus Regum memoratorum, aut alicui alteri inhabitantium Regnum, Terras, Dominia, ſeu Loca alterius eorumdem, per ſe, vel alium, quascúmque lanas aut pelles lanutas emere vel alio modo recipere, de uno Regno in aliud ipſorum per Terram vel Mare vehendas, auferendas, vel asportandas; ſed lanæ ipſæ & pelles lanutæ (prout aliàs pro eis ordinatum & diſpoſitum eſt) absque fraude, malóve ingenio quocúmque disponantur, ſecundùm Leges & Conſuetudines alterutrius Regnorum prædictorum.

Item, quòd, ſi, præſentibus Treugis durantibus, nichilominus aliqui Subditorum unius dictorum Regum de facto vadant in auxilium Hoſtium ſive Adverſariorum alterius ipſorum Regum, licebit illi Regi & Subditis ſuis, adverſus quem & in cujus Hoſtium ſeu Advertariorum auxilium ſic tranſierint, ipſos eundo, manendo, ſeu redeundo deprehendere, præſentibus Treugis non obſtantibus.

PRÆTEREA, ut eo fortiùs & inviolabiliùs præſentes Treugæ obſerventur, quo bonis Proviſionibus fuerint roboratæ, ſimili modo, ordinatum & concluſum eſt quòd omnes & ſinguli Gardiani Marchiarum, unius Partis & alterius, præſentes & futuri, ac omnes Viri Notabiles prope dictas Merchias, a Villis de Novo Caſtro & Penreth in Anglia verſus Scotiam ex parte una, & a Villis de Edinburgh & Drumfers verſus Angliam inhabitantes parte ab alterâ, ad Sacroſancta Dei Evangelia, coram eis poſita & corporaliter per eosdem & eorum quemlibet tacta, jurabunt quòd præſentes Treugas, in omnibus & ſingulis Capitulis & Articulis earumdem, bonâ fide, absque dolo, fraude, malóve ingenio quibuscúmque, obſervabunt, & per alios, quantum in eis eſt, obſervari facient, & quòd, nullo unquam tempore durationis earumdem Treugarum, per ſe, vel alios, clàm vel palàm, directè vel indirectè, eas in aliqua ſui parte violabunt, nec violari faciant aut permittant quatinus poterunt quovismodo:

Quod quidem Juramentum omnium & ſingulorum prædictorum fieri debet, publicè & ſolempniter, citra triginta dies proximò ſequentes poſt Datam præſentium continuè numerandos;

Gardianorum verò Merchiarum Angliæ in manibus Excellentiſſimi Principis *Angliæ & Franciæ Regis*, vel Commiſſariorum ſuorum ad hoc ſpecialiter deputandorum,

Et Gardianorum Merchiarum Scotiæ in manibus Illuſtriſſimi Principis *Scotorum Regis*, aut Commiſſariorum ſuorum ad hoc ſpecialiter deputandorum,

Notabilium verò Virorum utriusque Partis prædictæ in manibus Gardianorum Merchiarum eorumdem,

Anglicorum (videlicet) in manibus Gardianorum Merchiarum in Anglia,

Scotorum in manibus Gardianorum Merchiarum Scotiæ:

Nomina autem eorum, qui ſic juraverint, infra menſem poſt præſtationem ejusdem Juramenti, certificabuntur alterutrùm autenticè Gardianis ſingulis Merchiarum prædictarum, ut apud ipſos ſingulos nomina ſic jurantium habere valeant de recordo. ANNO 1457.

Item, ſimili modo, concordatum eſt & concluſum quòd utraque Partium publicari & notificari faciant dictas Treugas Subditis ſuis, infra triginta dies proximò poſt Datam præſentium ſimiliter continuè numerandos.

Conſervatores verò Treugarum, pro dicto Excellentiſſimo & Chriſtianiſſimo Principe *Angliæ & Franciæ Rege*, ejúsque Regnis, Terris, Dominiis, Locis, ac Perſonis quibuscúmque eis ſubditis, tàm per Terram, quàm per Mare, erunt,

Humfridus Dux Bukyngamiæ,
Johannes Dux Norffolciæ,
Ricardus Comes Sarum,
Henricus Comes Northumbriæ,
Johannes Comes Oxoniæ,
Johannes Vicecomes Beaumont,
Henricus Vicecomes Burghchyer,
Thomas Dominus de Clyfford,
Radulphus Dominus de Grayſtok,
Thomas Dominus Fizhen,
Thomas Dominus de Dacre,
Thomas Dominus de Stanley,
Thomas Netwell,
Jacobus Strangwayis,
Henricus Fenwyke,
Robertus Ogle,
Thomas Haryngton,
Thomas Lumley,
Ricardus Musgrave,
Johannes Skelton,
Thomas de la More,
Radulphus Gray,
Johannes Heyron,
Robertus Manars,
Et *omnes Admiralli* Marium, & *Cuſtodes Marchiarum Angliæ verſus Scotiam*,

Pro Illuſtriſſimo Principe *Scotorum Rege* erunt,

Johannes Comes Atholiæ,
Johannes Comes Roſs,
Georgius Comes Anguſiæ,
Alexander Comes de Huntley,
Willielmus Comes Cathaniæ,
Johannes Dominus Somerwell,
Robertus Dominus Maxwell,
Alexander Dominus Montgomery,
Andreas Dominus de Anandailia,
Patricius Dominus de Halys,
Andreas Dominus le Gray,
Alexander Vicecomes Anguſiæ,
Archibaldus Vicecomes de Rexburgh,
Alexander Hume,
Walterus Scot,
Simon Glendynnyng,
Robertus Creichton Vicecomes de Nithisdale,
Willielmus Crauſton,
David Hume,
Milites:
Thomas Cronſton de eodem,
Jacobus Ruyford de eodem,
Johannes Johuſton de eodem,
Andreas Ker de Cesford,
Georgius Ormſton de eodem,
Karolus Murrefe de Kokxole,
Willielmus Karlele de Torthorwald Scutifer,
Et *omnes Admiralli* Marium & *Cuſtodes Marchiarum de Scotia verſus Angliam*;

Qui omnes & ſinguli, ex utraque Parte ſupranominati hinc & indè, habebunt plenam Poteſtatem, ſoli & in ſolidum, ac Gardiani & Admiralli in Locis Cuſtodiæ & Admirallitatis ſuarum, ac reparandum, reformandam, & emendandum, reparari, reformari, & emendari faciendum omnia dampna, & attemptata, exceſſúsque, facta & perpetrata, facienda & perpetranda, contra tenorem dictarum Treugarum, & ad puniendum Maleſactores omnes & ſingulos ſecundùm cauſam & exigentiam delictorum.

Tenor verò Literarum Patentium dicti Excellentiſſimi & Chriſtianiſſimi Principis *Angliæ & Francia Regis* (de quibus ſupra fit mentio) ſequitur, & eſt talis,

ANNO 1457. HENRICUS, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ*, omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd, de avisamento & assensu Concilii nostri, assignavimus, deputavimus, & constituimus dilectum nobis in Christo Religiosum Virum *Johannem Shoterwell* Priorem Ecclesiæ Cathedralis Beatæ Mariæ de Coventre, ac dilectum Clericum nostrum Magistrum *Laurentium Bothe* Custodem Privati Sigilli nostri Archidiaconum Richemondiæ, necnon, dilectos nobis, Magistrum *Johannem Arundell* Capellanum nostrum, & *Philippum Wentworth* Militem unum Dapicidarum nostrorum, & tres eorum, Commissarios nostros speciales,

Ad conveniendum, nomine nostro, cum Ambassiatoribus, Commissariis, sive Nuncis *Jacobi Regis Scotorum* Consanguinei nostri carissimi, sufficientem Potestatem ad hoc habentibus,

Et cum eisdem, de & super Treugis & Guerrarum Abstinentiis, tàm per Terram, quàm per Mare, inter nos & *præfatum Consanguineum nostrum*, pro nobis, & Successoribus nostris, Regnis, Terris, Dominiis, & Subditis nostris, & utriusque nostrûm, sub modis, formâ, & conditionibus, & ad tempus, de quibus inter dictos Ambassiatores, Commissarios, sive Nuncios, ac præfatos nostros Commissarios conveniri ac concordari poterit, communicandum, tractandum, ineundum, concordandum, & finaliter concludendum,

Cæteraque omnia & singula faciendum, expediendum, & excercendum quæ in præmissis & circa ea necessaria fuerint & oportuna, etiam si Mandatum exigant magis speciale;

Promittentes, in verbo Regio, nos ratum, gratum, & firmum habituros totum & quicquid per dictos Commissarios nostros, aut tres eorum, nomine nostro, actum sive gestum fuerit in præmissis, seu aliquo præmissorum.

In cujus rei Testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

Teste meipso apud *Coventro* decimo die Junii, Anno Regni nostri tricesimo quinto.

Tenor etiam Literarum Patentium prædictarum Serenissimi Principis *Scotorum Regis* (de quibus supra fit mentio) sequitur sub hac forma,

JACOBUS, Dei gratiâ, *Rex Scotorum*, universis & singulis, ad quorum notitias præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De fide, legalitate, & circumspectione, dilectorum & fidelium nostrorum, Venerabilis in Christo Patris *Andreæ Abbatis Monasterii de Melros* Confessoris nostri,

Patricii Domini le Grahame Consanguinei nostri prædilecti,

Magistri *Thomæ Vause* Decani Glasguensis nostri Secretarii,

Et *Georgii de Faulan* Mercatoris nostri quamplurimum confisi,

Ex avisamento & maturâ deliberatione deputavimus, assignavimus, & constituimus, ac, præsentium tenore, deputamus, assignamus, & constituimus ipsos, *Andream*, *Patricium*, *Thomam*, & *Georgium* nostros Commissarios, Deputatos, & Nuncios speciales,

Dantes & concedentes eisdem quatuor, tribus, & duobus eorumdem, nostrum plenariam Potestatem, & Mandatum generale & speciale, ad conveniendum, nmmine nostro, cum Serenissimo Principe *Henrico Anglorum Rege* Consanguineo nostro carissimo, suisque Consulibus, aut Commissariis, seu Deputatis ejusdem, consimilem seu sufficientem Potestatem habentibus, apud Civitatem Londoniæ, vel alium Locum de quo convenientiùs concordari poterit,

De & super Treugis specialiter, vel Guerrarum Abstinentiis, capiendis, tàm per Terram, quàm per Mare, inter prætatos carissimum Consanguineum nostrum *Regem Angliæ & nos*, pro nobis, & Successoribus nostris, Regnóque nostro, Terris, & Subditis, Confœderatis, Benevolis, & Amicis nostris, sub modis, formâ, & conditionibus, & ad tempus, de quibus inter dictum carissimum Consanguineum nostrum *Regem Angliæ*, ejúsve Consules, Commissarios, aut Deputatos præfatos, & dictos Commissarios & Deputatos nostros, conveniri & concordari poterit, communicandum, tractandum, ineundum, concordandum, & similiter concludendum,

Cæteráque omnia alia & singula faciendum, gerendum, excereendum, & expediendum, quæ in præmissis & circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna; ANNO

Promittentes, bonâ fide & in verbo Regio, nos ratum, gratum, firmum, & stabile habituros quicquid per dictos, *Andream*, *Patricium*, *Thomam*, & *Georgium*, Commissarios nostros, ipsorumque tres, aut duos eorumdem, nomine nostro actum, gestum, factum, concordatum, appunctuatum, vel concluśum fuerit in præmissis, seu aliquo præmissorum. 1457.

Dat. sub Magno Sigillo nostro, apud *Strivelyng*, vicesimo die mensis Aprilis, Anno Domini milleśimo, quadringentesimo, quinquagesimo septimo, & Regni nostri vicesimo primo.

In quorum omnium & singulorum præmissorum Testimonium atque fidem, huic parti INDENTURÆ, penes præfatum Excellentissimum ac Christianissimum Principem *Regem Angliæ & Francie &c.* remanśuræ, nos præfati *Andreas*, *Patricius*, *Thomas*, & *Georgius*, Ambassiatores & Commissarii dicti Illustrissimi Principis *Regis Scotorum* Domini nostri Metuendissimi superiùs memorati, Sigilla nostra apposuimus, in domo Capitulari infra Monasterium Beatæ Mariæ de Coventre supradictæ, undecimo die mensis Junii, Anno Domini milleśimo, quadringentesimo, quinquagesimo septimo, Regnique dicti Metuendissimi Domini nostri Regis Anno vicesimo primo.

XVI.

Tractatus Treugarum & Commerciorum inter HENRICUM VI. *Regem Angliæ, & Rempublicam* JANUENSIUM *in quadriennium conclusarum. Dat. apud Westmonasterium die* 13. *Februarii Anno* 1460. [RYMER, Fœdera, Conventiones, &c. Tom. XI. pag. 441.] 1460. 13. Febr.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Cùm pridem, Spectabilis utriusque Juris Doctor, Dominus *Johannes de Serra* ad nos pervenerit, Ambassiator & Orator pru *Civitate & Communitate Januæ*, pluráque eoram nobis & Proceribus Regni nostri eleganter peroraverit, & multa pro Communitate prædicta prudenter dixerit, quæ brevitatis causâ silemus, inter cætera, cùm hoc notissimum memoratum fuit, quòd Mercandisarum intercursus commoda Regnorum & Dominiorum valdè juvare dignoscitur, pluribúsque utilitatem, & ipsam vitam Hominibus confert,

Nos, bonum illud considerantes, & Amicitias, quas dudùm *Dux & Communitas Januæ* nobiscum habuerunt, coutenti sumus, ad tempus, eum ipsis Januensibus Treugas inire & habere,

Et propterea, per præsentes, capimus, inimus, & acceptamus firmas Treugas, per Terras, Mare, & Aquas dulces,

Incepturas die Datæ præsentium, & per quatuor Annos duraturas,

Cum *Communitate Januæ*, Præsidentibus, & Repræsentantibus eandem, Hæredibus & Successoribus suis, sub modo, formâ, conditionibus, & terminis prout in Capitulis subscriptis continetur.

IMPRIMIS, quòd, durantibus dictis quatuor Annis, ut mutuus intercursus Mercandisarum locum habeat, ad utilitatem mriusque Partis, licitum sit & erit *Januensibus*, & eorum Subditis, ac Districtualibus, Mercatoribus, Factoribus, Servientibus, & Attornatis suis (dummodò dicti Factores, Servientes, & Attornati fuerint *Januenses*, aut saltem non fuerint Gallici vel alii inimici nostri) cum eorum Mercandisis, Bonis, Jocalibus, Rebus, Hernesiis, Libris, & aliis quibuscúmque, Patronis, Officialibus, Nautis, & Servientibus, cum Navibus eorum, Mercibus, Mercandisis, Bonis, Rebus, Libris, Jocalibus, & aliis quibuscúmque, venire ad quæcúmque Loca Maritima, & Terrestria, Portus, Passagia, Maria, Riparias, Flumina, & Littora nostra, & nobis subjecta aut obedientia, & ibidem exonerare, stare, morari, mercari, perhendinare, noctéque, diéque exinde discedere, reverti, & redire, totiens quotiens voluerint, & tranśire, ac in nostris Regno & Dominiis onerare, & exindè traducere & extrahere Mercandisas & Bona, quæ per specialem prohibitionem extrahi non prohibentur (solvendo tamen & satisfaciendo Custumas, Subsidia, & Deveria debita seu consueta) turè, liberè, & impunè, absque aliquo impedimento, molestatione, perturbatione,

ANNO 1460. tione, vel inquietatione quibuscúmque, durante termino prædicto:

Et, è converso, licitum sit & erit Subditis nostris, & Districtualibus, Mercatoribus, Factoribus, Servientibus, & Attornatis suis (dummodò Factores, Servientes, & Attornati ipsi sint Anglici, seu alii non Inimici Januensium) & aliis quibuscúmque, Patronis, Magistris, Marinariis, Officialibus, Nautis, cum Navibus eorum, Mercanditiis, Bonis, Rebus, Jocalibus, Libris, Herneliis, & aliis quibuscúmque, venire ad & per quæcúmque Loca, Portus, Passagia, & Maria, Riparias, Flumina, & Littora præfatæ *Communitatis Januæ*, & Dominiorum suorum Districtûs sui, eidemque subjecta & obedientia, & ibidem exonerare, stare, suorari, negotiari, mercari, perhendinare, noctu dicque, exindè discedere, reverti, & redire, totiens quotiens & quando voluerint, & transire, ac ibidem onerare, & indè extrahere, cariare, & deducere Mercanditas, Res, & Bona quæcúmque, quæ per specialem prohibitionem extrahi non prohibeantur (solvendo tamen & satisfaciendo Custumas, Subsidia, & Deveria debita seu consuèta) tutè, liberè, & impunè, absque impedimento, molestatione, perturbatione, vel inquietatione quibuscúmque, durante termino prædicto.

Item, quòd non liceat nec licebit dictæ *Communitati Januæ*, Præsidentibus & Repræsentantibus eandem, Successoribus, Hæredibus, Subditis, Vassallis, Ligeis, seu Districtualibus suis, movere, per se, vel alios, nomine suo, vel alieno, durantibus hiis Treugis, Nobis, Successoribus, Regnis, Dominiis, aut Subditis nostris, per Terram, Mare, vel Aquas dulces, Guerram, vel aliquod dampnum, incommodum, gravamen, detrimentum, vel offensam inferre vel inferri facere, vel Guerram nobis aut Subditis nostris moventi aut moventibus auxilium, favorem, vel juvamen concedere, dare, vel exhibere quocúmque modo, vel dato colore, clàm vel palàm, directè vel indirectè, dicto tempore durante; nec dabunt, præstabunt, vel exhibebunt cum eorum Navigiis, Carracis, Galeis, vel Navibus, Armigeris, Balistariis, gente armatâ, vel quocúmque alio modo, palàm vel occultè, auxilium, favorem, succursum, juvamen, vel subsidium *Karolo*, se dicenti *Regem Franciæ*, vel alicui alteri partem ejusdem *Karoli* tenenti, nunc vel in futurum, seu alicui alteri de Regno nostro Franciæ, nobis aut Successoribus nostris Rebelli aut inobedienti, nec *Castellanis*, *Scotis*, aut quibuscúmque aliis notoriis nunc vel in futurum inimicis nostris, contra nos, Hæredes, Successores, Subditos, aut Vassallos nostros, clàm, palàm, directè vel indirectè:

Et, simili modo, *Nos*, Hæredes, Successores, Subditi, Vassalli, & Ligei nostri, non movebimus, durantibus hiis Treugis, per nos, vel per alios, nomine nostro, vel alieno, Guerram dictæ *Communitati Januæ*, Præsidentibus, & Repræsentantibus eandem, Successoribus, Subditis, vel Districtualibus suis, nec inferemus eisdem aliquod dampnum, incommodum, gravamen, detrimentum, vel offensam, nec inferri faciemus, nec Guerram ipsis moventibus auxilium, favorem, juvamen, vel subsidium concedemus, dabimus, vel exhibebimus quoquo modo, clàm vel palàm, directè vel indirectè, nec dabimus cum Navigiis, Armigeris, Balistariis, vel Gente Armorum nostris, vel quocúmque alio modo, palàm vel occultè, auxilium, favorem, vel juvamen *Ferdinando Regi Ciciliæ & Apuliæ*, *Aragonensibus*, seu *Catalanis*, *Exiticiis* seu *Hannitis* dictæ Communitatis Januæ, aut notoriis ejusdem, nunc vel in futurum, inimicis, contra ipsam *Communitatem Januæ*, Præsidentes, & Repræsentantes eandem, dicto tempore durante.

Item, dicta *Communitas Januæ*, Præsidentes, & eandem Repræsentantes, Subditi, Districtuales, Inhabitantes, Incolæ Civitatis Januæ, aut Dominiorum suorum quicúmque, aut Patroni, vel Servientes sui, ducentes Navigia per Mare ad quascúmque Mundi Partes, Carracas, Galeas, aut alias Naves quascúmque, non sociabunt, aut sociabit se cum inimicis nostris ad invadendum Subditos nostros, super Mare vel alibi, aut Naves eorum, vel ad resistendum Capitaneis nostris, & Gentibus Armorum, nomine nostro habentibus Custodiam & defensionem Maris,

Nec cariabunt aut portabunt, in Navigiis eorum supradictis, Bona, aut Mercimonia alicujus inimici nostri seu inimicorum nostrorum; &, casu quo fecerint, petiti & interrogati per nostros, *dicti Januenses* debent (immediatè & sine dilatione, mediante Juramento suo, cui Subditi nostri fidem dabunt) veritatem dicere & fateri, quæ & qualia Bona inimicorum nostrorum vel inimici ducunt in Navibus suis, & illa sine difficultate tradere & deliberare Capitaneis, vel ducentibus Navigia nostra pro custodia Maris, vel aliis Subditis nostris quos obviare contingeret Navibus dictorum Januensium, ubicúmque super Mare, recipiendo pro rata nauli sive affrettamenti hujusmodi Mercium inimicorum, ANNO 1460.

Et, casu quo *dicti Januenses* sic facere recusaverint, vel juvamen aut defensionem præstiterint alicui inimicorum nostrorum, contra Subditos nostros super Mare, licitum erit ipsis nostris Subditis eosdem Januenses invadere, & depugnare eorum Naves, & Bona capere & retinere, Personasque eorumdem Prisonarios accipere & custodire:

Et similiter *nostri Subditi* non portabunt in Navibus suis Bona inimicorum dictorum Januensium, nec juvabunt super Mare inimicos eorumdem Januensium, sed per omnia ita se habebunt erga Januenses, ut Januenses erga Subditos nostros, secundùm formam suprascriptam, & sub paribus & similibus pœnis superiùs specificatis.

Item, *Januenses*, eorum Factores, & Attornati, in hoc Regno nostro residentes, per Literas suas intimare non debent vel notificare ad extra Statum nostrum, aut Regni nostri, vel secreta si quæ perceperint, per quæ præjudicium nobis aut Regno nostro accrescere vel evenire posset; &, si contrarium fecerit, harum Treugarum beneficio non gaudebit.

Item, supradictis addimus, & pro expresso intelligi volumus quòd, si aliqua privata & singularis Persona, privatæ vel singulares Personæ, propriâ temeritate, contra præmissa vel aliquod præmissorum quicquam attemptaverit, vel aliquid attemptari fecerit, attemptaverint, vel attemptari fecerint, per hoc non intelligentur dictæ Treugæ, vel in supradictis Articulis contenta, rupta, aut violata per ipsas Partes, vel aliquam ipsarum; set, ipsis firmis & ratis manentibus, licitum erit unicuique dictarum Partium procedere contra taliter delinquentem, vel delinquentes, per viam Juris, coram Judice competenti, & alia remedia convenientia & oportuna.

INSUPER volumus, per expressum, quòd Subditi & privatæ Personæ utriusque Partis poterint, coram quibuscúmque Judicibus competentibus, intentare & prosequi, per viam Juris, Actiones, & Demanda sua quæcúmque; hiis Treugis in suo robore, virtute, & vigore remanentibus.

In cujus &c. Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo tertio die Februarii.

Per ipsum Regem, & de Data prædicta, auctoritate Parliamenti.

XVII.

Remise de l'Hommage du Neufchâteau, de Chasteney & de Montfort, à JEAN *d'Anjou, Duc de Lorraine, par* LOUIS XI. *Roi de France, au mois d'Octobre* 1465. [Traité Hist. & Crit. sur l'Orig. & la Généal. de la Maison de Lorraine, &c. Aux Preuves, pag. cxci.] 1465. Octob.

LOUIS par la grace de Dieu Roy de France, sçavoir faisons à tous presens & avenir, nous avoir reçû humble supplication de notre tres chet & tres amé Cousin le Duc de Calabre & de Lorraine: Contenant, comme dés l'an mil trois cens, feu Thiebault de Lorraine, fils du Duc de Lorraine, de sa voulanté eust fait Foy & Hommage lige à feu de noble memoire le Roy Philippe, que Dieu absoille, des Villes, Châteaux & Châtellenies de Neufchatel en Lorraine; Châtenoy, Montfort, Frouvart, & de la moitié de la Ville, Terre & Seigneurie de Grant, avec leurs appartenances, que tenoit lors ledit Thiebault par donation à luy faite par ledit Duc de Lorraine son Pere, & depuis à celle cause aucun Duc de Lorraine, Successeur dudit Thiebault, en ayent repris & fait Hommage à nos Predecesseurs Rois de France, & ayent été icelles Terres, Seigneuries, Villes & Châtellenies, & leurs appartenances, Fiefs, & Arriereficfs & Subgestz tenus & reputés être du ressurt du Baillage de Chaumont, & de notre Souveraineté; & semblablement feu notre Cousin Charles de Lorraine, fit Foy & Hommage à feu notre tres cher Seigneur & Ayeul Roy Charles VI. que Dieu absoille, du Chastel & Chastellenie de Passavant en Vosge, combien que originel-

ANNO 1465. ginellement icelles Ville, Château & Châtellenie, & leurs appartenances, fussent dudit Duché de Lorraine, & non de notre Royaulme, du Court de Champagne, ne de Mets dicelx, mais en étoient & avoient toujours été auparavant exemptes de toutes Justices & Jurisdiction: au moyen desquels Hommages, & des possessions que s'en sont ensuivies, notredit Cousin de Calabre diroit que à perpetuité nous & Successeurs voullons tenir & assujettir icelles Terres, Seigneuries & Châtellenies, à nous devoir Foy & Hommage, & au ressort dudit Bailliage de Chaumont & de notre Souveraineté, que seroit grandement en son préjudice, & en diminution des droits & autorité du susdit Duché de Lorraine; en nous humblement requerant, que sans avoir regart ausdites possessions, nous luy veuillions pourvoir & impertir si amplement sur ce notre grace. Pour ce est-il que nous ces choses considerées, & les grans & loüables services que a fait notredit Cousin de Calabre par cy-devant à feu notre tres cher Seigneur & Pere, que Dieu absoille, & que esperons qu'il fait à nous en temps avenir; & aussi pour consideration de ce qu'il s'est curieusement employé à la pacification des differens qui ont été entre nous, & aucuns des Seigneurs de notre Sang; a iceluy notre Cousin, pour ces causes, & pour la proximité de lignage dont il nous attient, & autres causes & considerations à ce nous mouvans, avons de grace especial, plaine puissance & autorité Royale, donné, cedé, quitté & delaissé à toujours, perpetuelement pour luy & ses Successeurs Ducs de Lorraine, tout le droit & actions que nous peut competer & appartenir & que pourrions demander à quelque cause ou moyen que ce soit ausdits Hommages, Services, Ressorts & Souveraineté desdites Terres, Seigneuries & Chastellenies dessus declarées, & leurs apartenances; & avons voulu & declaré, voulons & declarons, que doresnavant & à toujours ils soient exemtes & mises hors de Homage & Souveraineté de la Couronne de France & de notre Court de Champagne, & qu'elles soient tenues mises, unies & consolidées à ladite Duché de Lorraine, sans ce que nous ne nos Successeurs y puissions pretendre ou demander pour le tems avenir aucun droit d'Homage, Souveraineté ne Jurisdiction; & duquel Homage & tout autre droit que y pourrions pretendre & demander, soit par confiscation ou autrement, en quelque maniere que ce soit, nous sommes dessaisis, & en avous saisis & saisissons notredit Cousin par ces presentes, par lesquelles nous mandons à nos amez & feaulx les gens tenans & que tendront notre Parlement à Paris, Gens de nos Comptes & Treſoriers, Bailli de Chaumont, & à tous nos autres Justiciers & Officiers, ou à leurs Lieutenans & à chacun d'eux, ce comme à luy appartendra, que de nos presens don, cession & quittances des susdits déclarez, ils fassent, souffrent & laissent mondit Cousin & ses Successeurs Ducs de Lorraine jouïr & user plainement & paisiblement, sans leur faire, mettre ou donner, ne souffrir être fait, mis ou donné aucun Arrest, destourbier ou empêchement au contraire; aucuns se fait mis ou donné leur étoit, ils l'ostent & mettent à plaine délivrance. Car ainsi nous plaît-il, & voulons être fait, nonobstant que on vouluſt dire que ce fust alienation de notre Domaine ou Souveraineté, & quelconques Ordonnances, Statuts Royaux, & Mandement ou defences à ce contraire. Et afin que ce soit chose ferme & stable à toujours, nous avons fait mettre notre Seel à cesdites presentes, sauf toutes voyes en autres choses, notre droit pour l'autruy en toutes. Donné à Paris on mois d'Octobre, l'an de grace mil quatre cens soixante-cinq, & de notre Regne le cinquiéme. *Ainsi signé sur le reply*: Par le Roy, les Seigneurs de PRECIGNY & de LAUDES, & autres presens, BOURRÉ.

Visa, lecta, publicata & registrata Parisiis, in Parlamento, die decimâ quintâ Novembris Anno millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto. Ainsi signé, CHEVETEAU. *Similiter lecta, publicata & registrata in Camera Computorum Domini nostri Regis, Parisiis, altero Thesaurariorum præsente, die xxi. dicti mensis Novembris, Anno quo supra.*

XVIII.

20. Nov. *Tractatus Ligæ, Confœderationis & Amicitiæ inter* EDUARDUM IV. *Regem Angliæ, &* CHRISTIERNUM I. *Regem Daniæ conclusus. Dat. apud Weſtmonaſterium die* 20. *Novembris* 1465. [RYMER, Fœdera, Conventiones, &c. Tom. XI. pag. 551.] ANNO 1465.

REx omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm nuper transmiſerimus, dilectos & fideles nostros, Magiſtrum *Jacobum Goldwell* Decanum Eccleſiæ Cathedralis Sarum Legum Doctorem, Strenuum Militem Dominum *Johannem Cheyne*, *Henricum Sharp* Legum Doctorem Prothonotarium noſtrum, *Walterum Cony* & *Henricum Bermycham* de Lenn Episcopi Mercatores, ad Regnum Daciæ,

Ac ipſos noſtros veros & indubitatos Ambaſſiatores, Commiſſarios, Procuratores, Deputatos, & Nuncios generales & ſpeciales conſtituerimus, deputaverimus, & ordinaverimus cum Sereniſſimo Principe *Criſtierno Daciæ, Sueciæ, Norwegiæ, Sclavorum, Gothorúmque Rege*, ſeu ejus Ambaſſiatoribus, Commiſſariis, Procuratoribus, Deputatis, & Nunciis conveniendi, tractandi, comunicandi, appunctuandi, & finaliter concludendi de & ſuper perpetuâ & reali Pace atque Concordiâ, tàm per Terram quàm per Mare, necnon Ligis, Amicitiis, & Confœderationibus quibuscúmque,

Inter *Nos* & Succeſſores noſtros, ac Regna, Terras, & Dominia noſtra, Subditos, Amicos, Alligatos, Confœderatos, Faveutes, & Adhærentes noſtros quoscúmque ex parte una, & præfatum *Regem Criſtiernum*, Regna, Terras, Civitates, Opida, Villas, Caſtra, Patrias, & Dominia ſua, Subditos, Amicos, Alligatos, Confœderatos, Faventes, & Adhærentes ſuos quoscúmque ex parte altera, contrahendis, ineundis, & firmandis,

Necnon Pacem & Concordiam, Ligas, Amicitias, & Confœderationes hujusmodi, viis & modis omnibus quibus expedire videretur, vallandi & roborandi,

Et ita eſt quòd dicti Ambaſſiatores noſtri quasdam Pacis & Amicitiarum Confœderationes, Uniones, & Ligas reales, firmas, & perpetuas cum Ambaſſiatoribus præfati Illuſtriſſimi Principis *Regis Daciæ* inierunt, contraxerunt, & concluſerunt,

Ut latiùs in Literis indè confectis continetur, quarum tenor talis eſt,

UNIVERSIS Chriſti Fidelibus, ad quos præſentes Literæ pervenerint, nos, *Jacobus Goldwell* Decanus Eccleſiæ Cathedralis Sarum Legum Doctor, *Johannes Cheyne* Miles, *Henricus Sharp* Legum Doctor Notarius Regius, *Walterus Cony* & *Henricus Bermycham* de Lenn Epiſcopi Mercatores, Illuſtriſſimi ac Chriſtianiſſimi Principis Domini *Edwardi quarti Angliæ & Franciæ Regis* ac *Domini Hiberniæ*, Ambaſſiatores, Commiſſarii, Procuratores, & Nuncii generales & ſpeciales, ad infraſcripta ſpecialiter deputati, Salutem in omnium Salvatore.

Illa conſuetudo rectè Regnantium, ille mos juſtè Principantium ſemper fuit, bonum comune Subditorum quibuscúmque privatis præferre commodis, talibúsque Rempubliesm munire Præſidiis, per quæ poſſet continuè, ſemotis Guerrarum inquietantium & diſpendiorum turbiuibus & incommodis, quieta & ſecura perſiſtere, ac ſub ſuaviſſimæ Pacis ſelicitate letari,

Quod tunc faris utiliter promoveri cùm Chriſtiani Principes & alii ſeculo Potentes, in veram Amicitiam coujuncti, in unam mentis conſonantiam affectuoſè conveniunt, & ſimul indiſſolubilis Amoris Fœdere & modo copulantur.

Hoc ſiquidem, Sereniſſimus ac Invictiſſimus Princeps, & Dominus noſter Metuendiſſimus ſupraſcriptus, interioris conſiderationis ſuæ piæ & Catholicæ revolvens examine, ad renovanda Pacis & Amicitiarum Fœdera, inter inclitæ memoriæ Progenitores ſuos Reges Angliæ, ex unâ, ac ejusdem memoriæ Reges Daciæ, ex alterâ, partibus, nobis conveniendi, tractandi, appunctuandi, concordandi, & finaliter concludendi, de & ſuper perpetua & reali Pace atque Concordiâ, tàm per Mare quàm per Terram, necnon Amicitiarum Fœdere & Ligis, cum Illuſtriſſimo Principe Domino *Criſtierno*, *Duciæ*, *Sueciæ*, *Norwegiæ*, *Sclavorum*, *Gothorúmque Rege*, ſeu ipſius Ambaſſiatoribus & Commiſſariis, ſufficientem ad præmiſſa Poteſtatem habentibus, plenam Facultatem & Poteſtatem commiſit & tribuit per Literas ſuas Parentes in hæc verba,

EDWARDUS, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ*,

ANNO 1465.

cia & Dominus Hiberniæ, omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Inter cætera, quibus Regum & Principum gloriosa fama procuratur & extollitur, ac utilitati & tranquillitati Subditorum consulitur, illud præcipuum fore dinoscitur ut sibi invicem Reges & Principes Amicitiarum & Alligantiarum indissolubili Fœdere conjungantur, quibus mediantibus alter alteri assistat in prosperis, & impendendo fructuosa subsidia nullatenus deficiat in adversis,

Hinc est quòd nos,

De fidelitate, circumspectione, & industriâ, nostrorum fidelium & dilectorum, Magistri *Jacobi Goldwell* Decani Ecclesiæ Cathedralis Sarum Legum Doctoris, strenui Militis Domini *Johannis Cheyne*, *Henrici Sharp* Legum Doctoris Protonotarii nostri, *Walteri Cony* & *Henrici Bermyngham* de Lenn Episcopi Mercatorum, plenariè confidentes;

Ipsos nostros veros & indubitatos Ambassiatores, Commissarios, Procuratores, Deputatos, & Nuncios genetales & speciales constituimus, deputavimus, & ordinavimus, ac, tenore præsentium, constituimus, deputamus, & ordinamus,

Dantes & concedentes eisdem Ambassiatoribus, Deputatis, & Nunciis nostris, *quatuor*, *tribus* aut *duobus* ex illis (quorum præfatum *Jacobum* aut *Henricum Sharp* unum esse volumus) plenam & liberam Potestatem, ac Mandatum generale & speciale, pro nobis & Successoribus nostris, Regnis, Terris, Dominiis, Subditis, Amicis, Alligatis, Confœderatis, Faveuribus, & Adhærentibus nostris quibuscúmque, cum Serenissimo Principe *Cristierno Daciæ*, *Sueciæ*, *Norwegiæ*, *Slavorum*, *Gothorúmque Rege*, seu ejus Ambassiatoribus, Commissariis, Procuratoribus, Deputatis, & Nunciis, sufficientem in ea parte Potestatem habentibus, conveniendi, tractandi, comunicandi, appunctuandi, concordandi, & finaliter concludendi de & super perpetua & reali Pace atque concordiâ, tàm per Mare quam per Terram, necnon Ligis, Amicitiis, & Confœderationibus quibuscúmque,

Inter *Nos*, & Successores nostros, ac Regna, Terras, Dominia nostra, Subditos, Amicos, Alligatos, Confœderatos, Favcures, & Adhærentes uostros quoscúmque, ex parte una, & præfatum *Regem Cristiernum*, Regna, Terras, Civitates, Opida, Villas, Castra, Patrias, & Dominia sua, Subditos, Amicos, Alligatos, Confœderatos, Favcutes, & Adhærentes suos quoscúmque, ex parte altera, contrahendis, ineundis, & firmandis,

Necnon *Pacem* & Concordiam, Ligas, Amicitias, & Confœderationes hujusmodi, viis & modis omnibus quibus expedire Videbitur, vallandi & roborandi,

Et nichilominus, si eisdem Ambassiatoribus, Commissariis, Procuratoribus, Deputatis, & Nunciis nostris expediens visum fuerit, cum *præfato Rege Cristierno*, aut ejus Ambassiatoribus, Commissariis, Procuratoribus, Deputatis, & Nunciis, sufficientem Potestatem habentibus, de & super Treugis, seu Guerrarum Abstinentiis, ac Mercandisarum Intercursu, tàm per Mare quàm per Terram,

Inter Nos & ipsum, ac Regna, Terras, Civitates, Villas, Opida, Castra, Patrias, & Dominia tàm nostra quàm sua quæcumque, ac nostros & suos Subditos, Amicos, Alligatos, Confœderatos, Faventes, & Adhærentes prædictos, capiendis & firmandis.

Conveniendi, tractandi, comunicandi, appunctuandi, concordandi, & finaliter concludendi, sub modis, formâ, & conditionibus de quibus inter dictos nostros Ambassiatores, Commissarios, Procuratores, Deputatos, & Nuncios, per præfatum *Cristiernum Regem*, seu ipsius Ambassiatores, Commissarios, Procuratores, Deputatos, & Nuncios prædictos poterit concordari,

Cæteraque omnia & singula faciendi, exercendi, & expediendi quæ in præmissis seu aliquo præmissorum, seu circa ea aut eorum aliquod, necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, ac quæ qualitas & natura hujusmodi Negotii exigunt & requirunt, & quæ nosmetipsi facere possemus si personaliter interessemus, etiam si talia forent quæ de se Mandatum quantumcúmque exigant speciale:

Promittentes, bonâ fide & in verbo Regio, nos ratam, gratum, & firmum perpetuò habituros totum & quicquid per dictos Ambassiatores, Commissarios, Procuratores, Deputatos, & Nuncios nostros, in formâ prædictâ, actum, gestum, seu procuratum fuerit in præmissis, seu aliquo præmissorum.

In cujus rei Testimonium has Literas nostras fieti fecimus Patentes.

Teste meipso apud *Westmonasterium* undecimo die Junii, Anno Regni nostri quinto.

ANNO 1465.

Igitur, Domini nostri Jesu Christi, qui, cùm Discipulis suis *ultimum* in Terris *Vale* fecerat, ipsis cæterisque fidelibus cunctis Pacem suam dedit Pacémque reliquit, nomine primitus invocato,

Nos, *Jacobus*, *Joannes*, *Henricus*, *Walterus*, & *Henricus*, Ambassiatores suprascripti, vigore & auctoritate Litterarum Patentium prædictarum, eum Reverendo in Christo Patre & Domino Domino *Kanuto*, Dei gratiâ, *Episcopo Wibergensi* in utroque Jure Doctore, ac, Spectabilibus Viris, *Orico Otonis* Magistro Regalis Curiæ Illustrissimi Principis Regis Daciæ, *Edgardo Frille* Capitaneo Castri Huitzegavell, Militibus, *Johanne Tyderici* Canonico Roskyldensi in Artibus Magistro & in Theologia Bacallario prædicti Regis Cancellario Generali, *Iuarco Wikingi* Præpósito Capellæ beatæ Virginis Asloensis Cancellario Regni Norwegiæ, memorati Illustrissimi Domini *Regis Daciæ*, *&c.* Ambassiatoribus, ad infrascripta agenda & perficienda deputatis per suas Literas Patentes, in hæc verba,

CRISTIERNUS, Dei gratiâ, *Regnorum*, *Daciæ*, *Sueciæ*, *Norwegiæ*, *Sclavorum*, *Gothorumque Rex*, *Dux Slesvicensis*, *Comes* Holsatiæ, Stormariæ, Oldenburgi, & Delmenhorst, omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Inter cætera, quibus Regum & Principum gloriosa fama procuratur & extollitur, ac utilitati & tranquillitati Subditorum consulitur illud præcipuum fore dinoscitur, ut sibi invicem Reges & Principes Amicitiarum & Alligantiarum indissolubili Fœdere conjungantur, quibus mediantibus alter alteri assistat in prosperis, & impendendo fructuosa subsidia nullatenus deficiat in adversis,

Hinc est quòd *Nos*,

De fidelitate, circumspectione, & industria, nostrorum fidelium & dilectorum, Reverendi in Christo Patris Domini *Kanuti Episcopi Wibergensis* & in utroque Jure Doctoris, Domini *Erici Ottonis* Magistri Curiæ nostræ Regalis, Domini *Edgardi Frille*, Militum, Domini *Johannis Tyderici* Cancellarii nostri Generalis in Artibus Magistri & in Theologia Bacallarii, & Domini *Iwari Wikingi* Præpositi Capellæ beatæ Virginis Mariæ Asloensis Regni nostri Norwegiæ Cancellarii generalis, Consiliariorum nostrorum, plenariè confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Ambassiatores, Commissarios, Procuratores, Deputatos, & Nuncios generales & speciales constituimus, deputavimus, & ordinavimus, ac tenore præsentium constituimus, deputamus, & ordinamus,

Dantes & concedentes eisdem Ambassiatoribus, Commissariis, Procuratoribus, Deputatis, & Nuncüs nostris plenam & liberam Potestatem ac Mandatum generale & speciale, pro nobis, & Successoribus nostris, Regnis, Terris, Dominiis, Subjectis, Amicis, Alligatis, Confœderatis, Faventibus, & Adhærentibus nostris quibuscúmque, cum Serenissimi Principis *Edwardi Angliæ & Franciæ Regis* & *Domini Hiberniæ* Ambassiatoribus, Commissariis, Procuratoribus, Deputatis, & Nunciis, sufficientem ea parte Potestatem habentibus, conveniendi, & tractandi, commeuicandi, appunctuandi, concordandi, & finaliter concludendi de & super perpetua & reali Pace & Concordia, tàm per Mare quàm per Terram, necnon Ligis, & Amicitiis, & Confœderationibus quibuscúmque.

Inter *Nos*, & Successores nostros, ac Regna, Terras, Dominia nostra, Subditos, Amicos, Alligatos, Confœderatos, & Adhærentes nostros quoscúmque, ex parte una, & præfatum *Regem Edwardum*, Regna, Terras, Civitates, Opida, Villas, Castra, Patrias, & Dominia sua, Subditos, Amicos, Alligatos, Confœderatos, Faventes, & Adhærentes suos quoscúmque, ex parte altera, contrahendis, ineundis, & firmandis,

Necnon Pacem & Concordiam, Ligas, Amicitias, & Confœderationes, viis & modis omnibus quibus expedire videbitur, vallandi & roborandi,

Et nichilominus, si eisdem Ambassiatoribus, Commissariis, Procuratoribus, Deputatis, & Nunciis nostris expediens visum fuerit, cum prafati *Regis Edwardi* Ambassiatoribus, Commissariis, Procuratoribus, Deputatis, & Nunciis, sufficientem Potestatem habentibus, de & super Treugis seu Guerrarum Abstinentiis ac Mercandisarum Intercursu, tàm per Mare quam per Terram,

ANNO 1465. Inter *Nos* & ipſum *Regem Edwardum*, ac Regna, Terras, Civitates, Villas, Opida, Caſtra, Partes, & Dominia tàm noſtra quàm ſua quæcumque, ac noſtros & ſuos Subditos, Amicos, Alligatos, Confœderatos, Faventes, & Adhærentes prædictos, capiendis & firmandis,

Conveniendi, tractandi, communicandi, appunctuandi, concordandi, & finaliter concludendi ſub modis, formâ, & conditionibus, de quibus inter dictos noſtros Ambaſſiatores, Commiſſarios, Procuratores, Deputatos, & Nuncios, per prædicti Regis Ambaſſiatores, & Commiſſarios, Procuratores, Deputatos, & Nuncios poterit concordari,

Cæteraque omnia & ſingula faciendi, excercendi, & expediendi quæ in præmiſſis ſeu aliquo præmiſſorum ſeu circa ea aut eorum aliquod neceſſaria fuerint ſeu quomodolibet oportuna, ac quæ qualitas & natura hujusmodi Negotii exigunt & requirunt, & quæ nosmetipſi facere poſſemus ſi perſonaliter intereſſemus, etiam ſi talia forent quæ de ſe Mandatum quamcúmque exigant ſpeciale,

Promittentes, bonâ fide, & in verbo Regio, nos ratum, gratum, & firmum perpetnò habitutos totum & quicquid per prædictos Ambaſſiatores, Commiſſarios, & Procuratores, Deputatos, & Nuncios noſtros, in forma prædicta, actum, geſtum, ſeu procuratum fuerit in præmiſſis, ſeu aliquo præmiſſorum.

In cujus rei Teſtimonium has Literas noſtras fieri fecimus Patentes, & Secreti noſtri Regalidis appenſione roborari.

Datum in *Caſtro noſtro Segeberge*, Anno Domini milleſimo, quadringentesimo, ſexageſimo quinto, menſis Septembris die decima nona.

Pacis & Amicitiarum Confœderationes, Uniones, & Ligas reales, firmas, & perpetuas, poſt varias per nonnullos dies Communicationes habitas, inivimus, contraximus, & concluſimus, ſicut & tenore præſentium, inimus, contrahimus, & concludimus, & ſuper eisdem convenimus & concordamus ſub hac forma.

Inprimis, concordatum eſt quòd Ligæ, Confœderationes, & Amicitiæ inter præfatos Reges Inclitiſſimos, quoad vixerint, absque violatione omnimoda, perſeverent: Cùm verò eorum alter e vita exceſſerit, nichilominos Ligæ, Confœderationes ipſæ, & Amicitiæ usqua ad biennium, a die Obitûs Regis illius, irrevocabiliter permanebunt; & etiam, poſt biennium ipſum, donec per aliquem de Regnorum illorum Regibus expreſsè ac legitimè fuerint revocatæ.

Item, omnes gentes utriusque Regni viciſſim per Mare, Flumina, Aquas dulces & ſalſas quascúmque navigare, Portus, Regna, Terras, & Dominia intrare, ac in omnibus & omnimodis Portubus, Civitatibus, & Villis Regnorum, Terrarum, & Dominiorum prædictorum, ac eum quibuscúmque Hominibus (cujuscúmque Nationis, ritûs, ſeu conditionis fuerint) mercandiſare poterint; ſolutis Cuſtumis & Theoloniis ſolvi conſuetis.

Item, Sereniſſimus *Rex Angliæ* provideat ne Subditi ſui ad Terram ſeu in Terra Islandiæ, absque ſpeciali licentiâ Domini *Regis Norwigiæ* petitâ & obtentâ, ullatinus navigent, accedant, ſeu intrent, in præjudicium Domini *Regis Norwigiæ*, ſub pœna amiſſionis Vitæ & Bonorum: nec etiam ad Halgalandiam ſeu Fidmarkam, niſi Anglicos illos evideus Maris periculum aut Tempeſtatum impulſus accedere vel intrare coegit; ubi tunc minimè ipſos mercandiſare licebit.

Item, omnes Mercatores & Subditi Domini *Regis Angliæ*, in Regnis, Terris, & Dominiis Domini *Regis Daciæ* & *Norwegiæ*: ac, vice verſâ, Mercatores omnes & Subditi Domini *Regis Daciæ* & *Norwegiæ*, in Regno & Dominiis Domini *Regis Angliæ*, omnibus & ſingulis Privelegiis, Libertatibus, Franchefiis, & liberis Conſuetudinibus uti plenè debeant & gaudere, pront uſi ſunt ante hæc tempora & gaviſi.

Item, neuter dictorum Regum aut Subditorum eorumdem inimicis Partis alterius præſtabit auxilium quovis modo.

Item, ſi futuris temporibus *unus Regum* prædictorum alterius auxilio vel ſuccurſu indigeat, & pro hujusmodi auxilio habendo alium Regem debité ſe requiſierit, Pars requiſita hujusmodi auxilium vel ſuccurſum Parti requirenti (ſi & quatenus, propter occurrentiam *ſibi*, Regnis, Terris, & Dominiis, ac Subditis ſuis pericula, hoc facere poterit) ceſſantibus dolo & fraude ſeu fictione quibuscúmque, facere teneatur; requirentis rationabilibus ſumptibus & expenſis, prout inter dictos Reges vel eorum Deputatos ſeu Concilia poterit concordari; Proviſo ſemper quod requiſitio hujusmodi fiat per ſex menſes antequam executioni demandetur.

ANNO 1565. Item, ſi *unus Regis* gentes in ſuccurſum venerint *alteri Regi*, & in ejus Regno ſeu Dominiis Caſtra, Civitates, aut Terras adquiſierint; Bona immobilia illi *cedant Regi*, in cujus Regno aut Dominiis fuerint adquiſita; Bona verò mobilia, in Regno ipſo aut Dominiis conquiſita, inſuper & Bona tàm mobilia quàm immobilia, in Locis non ad prædictos Reges pertinentibus adquiſita, dividentur ſecundùm Capita Populorum exiſtentium in conflictu; exceptis Bonis captis hoſtiliter ſupra Mare, quarum Pars tertia *Regi* qui fecerit expenſas applicabitur.

Item, *unus Regum* prædictorum, contra *alium* non debet inferre, nec inferri conſentiet nec procurabit ullo tempore *alteri*, Ligiis, ſeu Subditis ſuis, Hominibusque quibuscúmque dampnum aliquod in Perſonis ſeu rebus: Et præſertim quod *unus* non permittat Subditos ſuos, ad vadia vel ſtipendia ſua propria vel alterius, tranſire in obſequium vel auxilium contra *alium*, Regna, Terras, Poſſeſſiones, aut Dominia eorum quæcúmque.

Item, *Neuter ipſorum Regum*, ſi diffidaverit aliquos propter alterum, Treugas cum diffidatis capiat, niſi *alter Rex*, Regna ſua, Terræ, & Dominia ſua comprehendantur.

Item, præſentibus Ligis & Confœderationibus durantibus, *uterque Regum* prædictorum, Hæredes, & Succeſſores, ac eorum Subditi omnes & ſinguli, ab omni & omnimoda proſecutione injuriarum & dampnorum, ſi quæ fuerint, ante datam præſentium illatorum aut perpetratorum, hinc inde penitùs ſuperſedebunt; Ligâ verò ſuitâ, ſeu (quod abſit) quovis modo diſſolutâ, proſecutione prædictorum dampnorum & injuriarum, ſi quæ fuerint ut præmittitur, utrique Parti ſemper ſalvâ.

Item, ſi temporibus futuris, contingerit (quod abſit) quòd aliquid contra præſentes Alligantias, per Subditum vel Subditos *alterius Regum prædictorum*, Hæredumve ſuorum, *contra alium*, per aliquas iucurſiones, invaſiones, depræ dationes, derobationes, Perſonarum, animalium, ſeu rerum captiones ſeu detentiones, vel quovis alio modo, attemptatum fuerit, vel quomodolibet injuriatum, quòd *Rex* ille (cujus Subditi taliter attemptaverint vel injurias fecerint) & Hæredes ſui, pro tempore exiſtentes, teneantur, & quilibet eorum tempore ſuo teneatur, Juſtitiâ mediante, ad ſtatum debitum attemptata hujusmodi reducere, ac delinquentes debitè corrigere & punire cum omni celeritate poſſibili, & ad minus infra Annum, poſtquam ſuper reformatione & punitione hujusmodi fiendis, probatis probandis, debitè fuerint requiſiti, vel eorum aliquis inde fuetit requiſitus, fraude, dolo, dilatione, & malitiâ ceſſantibus quibuscúmque;

Proviſo ſemper quòd præſentes Alligantiæ pro tanto non cenſeantur, ſeu habeantur in aliquo, fractæ, diſſolutæ, ſeu irritæ; ſet ſemper in ſuo robore permaneant & virtute.

Et ulterius, pro conſervatione dictarum Alligantiarum ſortius, ordinatum exiſtit quòd, ſi per aliquem vel aliquos Subditorum dictorum Regum contra aliquem Articulum de prædictis ſeu contra omnes ſimul vel ſeparatim quovis modo attemptari contigerit, nichilominus præſentes Alligantiæ, Confœderationes, & Ligæ in ſuis firmitate & robore permanebunt & durabunt, & ſic attemptata, Juſtitiâ mediante, ut præmiſſum eſt, reparabuntur.

Acta ſunt hæc omnia, prout ſupraſcribuntur, *in Civitate Hamburgenſi*, Anno Domini milleſimo, quadringentesimo, ſexageſimo quinto, die tertia menſis Octobris.

In quorum omnium & ſingulorum evidens Teſtimonium nos, ſupraſcripti *Jacobus*, *Johannes*, *Henricus*, *Walterus*, & *Henricus*, Sigilla noſtra præſentibus appendi fecimus.

Nos autem, Ligas, Confœderationes, & Amicitias prædictas, per præfatos noſtros Ambaſſiatores, Commiſſarios, Procuratores, Deputatos, & Nuncios, in forma prædicta, initas, contractas, & concluſas, pro parte noſtra firmiter obſervari volentes, easdem Ligas, Confœderationes, & Amicitias, ac omnia & ſingula in eisdem contenta, rata habentes & grata, pro *Nobis*, Hæredibus, & Succeſſoribus noſtris, juxta vim, formam, & effectum earumdem, *acceptamus*, *approbamus*, *ratificamus*, &, tenore præſentium, *confirmamus*, easque, pro *nobis*, Ligeis, & Subditis noſtris, tantæ eſſe virtutis & vigoris, ac teneri & obſervari volumus, ac ſi eas in Perſona noſtra feciſſemus, contraxiſſemus, & concluſiſſemus.

In cujus &c. Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium* vicesimo die Novembris.

Per ipſum Regem.

XIX.

ANNO 1466. 6. Août.

XIX.

Tractatus Amicitiæ & Confœderationis perpetuæ inter EDWARDUM IV. *Regem Angliæ &* HENRICUM IV. *Regem Caſtellæ concluſus. Dat. apud Penley die 6. Auguſti Anno* 1466. [RYMER, Fœdera, Conventiones, &c. Tom. XI. pag. 569.]

REX ad perpetuam rei memoriam.

Cùm in hoc turbato ſtatu & graviſſima Tempeſtate Sanctæ Matris Eccleſiæ, quæ indies per furorem & rabiem Infidelium miſeris modis affligitur, usque adeò ut a Chriſtianis Principibus clarâ voce ſuccurſum implorare videatur, nullum remedium aptius aut convenientius eſſe videatur ad diſſipandum fortitudinem Hoſtium fidei, comprimendúmque conatus nephatos & furibundos impetus Infidelium, quàm Chriſtianos Reges & Principes vires ſuas unire, Pacémque & Concordiam componere, atque ſe invicem perpetuo Fœdere Amicitiæ & vinculo connectere caritatis,

Cúmque nichil in rebus humanis deterius aut perniciosius Bello, diſcordiâ, & inimicitiâ, neque quicquam ſalubrius aut utilius Pace, Concordiâ, & Amicitiâ, Regibus & Principibus, ipſorúmque Regnis, Terris, Dominiis, & Subditis, ipſâ rerum experientiâ teſtante, eſſe dinoscatur,

Nos igitur, *Edwardus, Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ*,

Præmiſſa, necnon neceſſitudinem & propinquitatem ſanguinis quæ nobis cum Illuſtriſſimo Principe cariſſimo Conſanguineo noſtro *Henrico Rege Caſtellæ & Legionis* intercedit, aſſiduâ meditatione conſiderantes,

Et, ad hæc, antiqua illa Fœdera & veteres Amicitias, inter, celebris memoriæ, Progenitores noſtros Reges Angliæ atque Reges Caſtellæ & Legionis ab antiquo contracta, quæ jam retroactis temporibus, ex malitia temporum, multipliciter læſa & violata eſſe dicuntur, quantum in nobis eſt, reformare & redintegrare cupientes,

Ad honorem & laudem Dei omnipotentis, defenſionem Eccleſiæ Chriſti, exaltationem Orthodoxæ Fidei & Religionis Chriſtianæ, utilitatemque Regnorum, Terrarum, Dominiorum, & Subditorum noſtrorum.

Quandam Pacem, Amicitiam, Alligantiam, & Confœderationem realem & perpetuam, pro nobis, Hæredibus, & Succeſſoribus, Regnis, Terris, Dominiis, & Subditis noſtris præſentibus & futuris, cum præfato Illuſtriſſimo Principe Domino *Henrico Rege*, & ipſe vná nobiscum, pro ſe, Hæredibus, & Succeſſoribus, Regnisque, Terris, Dominiis, & Subditis ſuis præſentibus & futuris, poſt nonnullos Tractatus, Comunicationes, inter Oratores, Legatos, & Nuncios noſtros in ea parte hinc indè factas, maturáque & diligenti deliberatione præhabitâ, inivimus, fecimus, concordavimus, contraximus, & concluſimus, atque, tenore præſentium, inimus, facimus, contrahimus, & concludimus in hunc qui ſequitur modum,

Inprimis, conventum & concordatum eſt, inter *nos Edwardum & Henricum Reges*, antedictos, pro nobis, Hæredibus, & Succeſſoribus noſtris, Regnisque, Terris, Dominiis, & Locis, necnon Subditis noſtris quibuscúmque, ſub Poteſtate & obedientia noſtra, pro tempore exiſtentibus, quòd inter nos Reges, Regnaque, Terras, Dominia, & Loca, & Subditos noſtros prædictos, erit impoſterùm, pro futuris perpetuis temporibus, ubicúmque Locorum, vera, perpetua, & realis Amicitia, Alligantia, & Confœderatio; ita quod nos *Edwardus Rex*, Hæredes, & Succeſſores noſtri, necnon Subditi noſtri prædicti, erimus præfato Illuſtriſſimo Principi Domino *Henrico Regi*, Hæredibus, & Succeſſoribus ſuis, necnon ipſius Subditis prædictis, veri, perpetui, & fideles Amici, Alligati, & Confœderati,

Ipſisque conſervabimus pro poſſe noſtro honores & Jura quæcúmque quæ ad eos ſciverimus pertinere, dampnúmque ipſorum impediemus fideliter pari modo,

Necnon Hoſtibus, Inimicis, Rebellibus, Perſecutoribus, & Æmulis ſuis quibuscúmque præſentibus & futuris conſilium, auxilium, ſolatium, vel favorem, contra ipſos aut eorum aliquem, ex cauſâ vel occaſione quacúmque præſente vel futura, per nos, vel alium, ſeu alios, publicè vel occultè, directè vel indirectè, quovis quæſito colore, nunquam impoſterùm dabimus neque quomodolibet faciemus,

Neque Hoſtes, Inimicos, Rebelles, Perſecutores, aut Æmulos hujuſmodi, in præjudicium ſeu dampnum dicti Domini *Regis Henrici*, Hæredum, aut Succeſſorum, Regnorúmve, Terrarum, aut Dominiorum ſuorum, ſcienter non receptabimus nec recipiemus, receptave aut recipi faciemus, neque permittemus quovis modo, neque in Regnis, Terris, Dominiis, & Locis noſtris prædictis ſtare ſeu morari ſcienter patiemur, neque aliàs Hoſtes, Inimicos, Rebelles, Perſecutores, & Æmulos hujuſmodi per nos, aut alium, aut alios, publicè vel occultè, directè vel indirectè, quovis quæſito colore, contra ipſum Dominum *Regem Henricum*, Hæredes, aut Succeſſores ſuos, Regna, Terras, Dominia, Loca, & Subditos ſuos antedictos ſuſtinebimus aut juvabimus quovis modo,

ANNO 1466.

Necnon Subditos noſtros, & alios quoscúmque, Regnum Caſtellæ, ſeu Terras, Dominia, aut Loca præfati Domini *Regis Henrici*, per Terram vel Mare, offendere vel juvadere molientes, pro poſſe & viribus noſtris refrænabimus & impediemus, ipſúmque Dominum *Regem Henricum*, Hæredes, & Succeſſores ſuos, ſub modo & formâ ſupradictis, juvabimus,

Et præmiſſa omnia & ſingula, quandocúmque & quotienscúnque dictus Dominus *Rex Henricus*, Hæredes, & Succeſſores ſui, noſtro, Hæredum, aut Succeſſorum noſtrorum auxilio indiguerint, aut eis neceſſe fuerit noſtrum, Hæredum ſeu Succeſſorum noſtrorum auxilium invocare, & ſuper hoc nos, Hæredes, aut Succeſſores noſtros duxerint requirendum, bonâ fide faciemus & adimplebimus,

Ac contra omnes Homines Mundi, qui præfatum Dominum *Regem Henricum*, Hæredes, Succeſſores, ſeu Subditos, Regnum, Terras, Dominia, ſeu Loca ſua ſupradicta, Terrâ Marive offendere, juvadere, impugnare, aut in ipſos Guerram facere ſeu Bellum movere præſumpſeriut, eosdem Dominum *Regem Henricum*, Hæredes & Succeſſores ſuos pro poſſe & viribus juvabimus (ipſorum, videlicet, Domini *Regis Henrici* & Succeſſorum ſuorum ſumptibus & expenſis) ſub modo & formâ infraſcriptis, & in hiis eis dabimus conſilium, auxilium, & favorem, prout melius ſciverimus aut potuerimus quovis modo, bonâ fide, ſine fraude & malo ingenio, & ſicut pro factis & negotiis noſtris faceremus.

Item, conventum & concordatum eſt quòd, ſi contingat præfatum *Dominum Henricum*, Hæredes, aut Succeſſores ſuos, Homiuibus ad Arma, Caſtellanis, Sagittariis, aut aliis, indigere, ac ſubſidium noſtrum in hac parte aliquando forſitan impoſterùm requirere per ſe, Literas, aut Nuncios ſuos, nos *Edwardus Rex*, Hæredésque & Succeſſores noſtri, præfatum Dominum *Henricum*, ipſiúsque Hæredes, & Succeſſores, bonâ fide & absque difficultate aliquâ, juvabimus, ſecundùm modum & formam ſuperiùs annotatos, de Gentibus & Hominibus ad Arma hujusmodi, usque ad numerum quem a nobis commodè poterimus dimittere (neceſſitate noſtrâ propriâ, quæ contingere poterit temporibus ſucceſſivis, conſideratâ) quandocúmque & quotienscúmque ad id fuerimus requiſiti, ſumptibus tamen & expenſis præfati Domini *Regis Henrici*, & Succeſſorum ſuorum, ſecundùm ſtatum Hominum Armorum, Sagittariorum & aliarum Gentium hujusmodi, infra ſpatium duorum menſium a tempore requiſitionis hujusmodi computandorum, ita quòd ſumptus & expenſæ hujusmodi, habito reſpectu ad forum Victualium, quod pro tempore continget in partibus, bonâ fide taxentur ac moderentur per quatuor legales Milites qui ad hoc aſſumeutur (videlicet, duos ex unâ parte, & duos ex alterâ) qui arbitrentur, taxent, & moderentur ſumptus & expenſas hujusmodi ſecundùm temporis & loci vel locorum ubertatis aut ſterilitatis circumſtantias; ſervientque Homines ad Arma & Gentes hujusmodi legaliter & ex fide præfato Domino *Regi Henrico*, Hæredibus, & Succeſſoribus ſuis, in ipſorum Guerris quamdiu eos duxerit retinendos, & eis ſatisfecerit de ſtipendiis ſic ut præmittitur moderandis.

Item, conventum & concordatum eſt quòd, per præſentem Amicitiam, Alligantiam, & Confœderationem, nullum fiat præjudicium aut impedimentum præfato Domino *Henrico Regi*, Hæredibus, aut Succeſſoribus ſuis, quin poterunt omnes & ſingulos Fugitivos, Exules, & exbannitos, præſentes & futuros, ex cauſâ & occaſione quacúmque, a Regno Angliæ prædicto receptare, ſuſtinere, & fovere in Regno, Dominiis, & Terris ſuis antedictis.

Item, conventum & concordatum eſt quòd, a præſenti Amicitiâ, Alligantia, & Confœderatione, Sanctiſſimus in Chriſto Pater *Dominus Papa*, Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Summus Pontifex, Sereniſſimique

ANNO 1466. Principes, *Rex Portugaliæ*, necnon *Fernandus Sicilie*, & *Cristiernus Dacie* Reges, expresiè & nominatim excipiantur; quos nos, tenore præsentium, sic excipimus.

Item, conventum & concordatum est quòd, si aliquid impotle nm (quod Deus avertat) per prætatum Dominum *Regem Henricum*, Hæredes, Successores, aut Subditos suos, contra vim, formam, & effectum præsentis Amicitiæ, Aligantiæ, & Confœderationis, remerè factum aut attemptatum fuerit, quod illud, totiens quotiens id acciderit, salvis infrascriptis, ad requisitionem nostram, seu Hæredum, vel Successorum nostrorum, per debita & oportuna Juris remedia reformentur, & Justitia superindè fiat & debitè ministretur; ita quòd præsens Amicitia, Alligantia, & Confœderatio nullatenus eâ occasione rumpi aut dissolvi censeatur, set nichilominus in suo vigore inviolata permaneat & virtute.

Item, cùm tàm Subditi nostri, quàm Subditi prætati Illustrissimi Principis & Carissimi Consanguinei nostri Domini *Henrici Regis Castellæ & Legionis*, &c. præsertim in Mari seu aliis Locis distantibus, ad præsens constituti, Amicitiam, Alligantiam, & Confœderationem hujusmodi ante ipsius Publicationem probabiliter ignorare possint, sicque ex ignorantia hujusmodi aliquid fortan ex utráque parte seu altera, post tempus datæ præsentium, facere seu attemptare, quod Amicitiæ, Alligantiæ, & Confœderationi, Conventioniique, ac Concordiæ hujusmodi præjudiciale aut contrarium videri poterit, ad removeodum igitur omnem in hac parte dubitationem, conventum & concordatum est quòd præsens Amicitia, Alligantia, & Confœderatin, Conventióque, atque Concordia, quantum ad reparationem & reformationem attempratorum hujusmodi, ab ortu Solis primi dici mensis Maii proximò futuri & non ante incipiat atque vigorem & effectum sortiatur, sicque incipere atque vigorem & effectum sortiri censeatur, quodque interim tàm nos, quàm prætatus Illustrissimus Princeps Dominus *Henricus Rex*, in Regnis, Terris, & Dominiis nostris ipsam Amicitiam, Alligantiam, & Contœdetationem, Conventioemque, atque Concordiam debitè publicari hinc indè faciemus; ita quòd, ab ortu Solis dicti primi dici, postmodum pro futuris temporibus, generaliter in omnibus & per omnia, observetur, atque extunc in posterùm perpetuam roboris obtineat firmitatem.

Item, conventum & concordatum est quòd Mercatores, cæterique Subditi prætati Dominui *Regis Henrici*, liberè & absque impedimento, possint & valeant in Regnis, Terris, & Dominiis nostris quæcúmque Mercimonia atque res emere & vendere, & quòd pertractentur & habeantur, verè & sine aliquâ fictione, quoad hospitationem solutionémque Consuetudinum, Custumarum, & Jurium quorumcúmque, & cætera omnia quæedmque proinde, in omnibus & per omnia, ac si essent Originarii & Subditi nostri proprii & naturales, Juribus, Libertatibus, Privilegiis, & Consuetudinibus, Civitatibus, Oppidis, Villis, Universitatibus, Collegiis, & Societatibus quibuscúmque, retroactis temporibus, eouceffis seu competentibus, in omnibus semper salvis.

Quæ omnia & singula suprascripta nos *Edwardus Rex Angliæ* antedictus, pro parte nostrâ, & quantum ad nos pertinet, facere & adimplere, ipsámque Amicitiam, Alligantiam, & Confœderationem, necnon Conventionem & Concordiam hujusmodi inviolabiliter tenere & observare, sicque teneri & observati facere, quantum in nobis fuerit, bonâ fide & in verbo Regio promittimus per præsentes.

In quorum omnium & singulorum fidem & Testimonium præmissorum has Literas nostras Patentes superindè fieri, atque nostri Sigilli facimus appensione communiri.

Dat. apud *Penley* sexto die Augusti.

Per ipsum Regem, & de Dat. &c.

XX.

1467. 6. Juill. & 10. Sept. *Tractatus Amicitiæ & Confœderationis perpetuæ inter* EDWARDUM IV. *Regem Angliæ &* HENRICUM IV. *Regem Castellæ conclusus. Datum Westmonasterii die 6. Julii Anno 1467. à Rege Castiliæ autem ratificatus in Villa Metina del Campo die 10. Septembris Anni ejusdem.* [RYMER, Fœdera, Conventiones, &c. Tom. XI. pag. 583.]

HENRICUS, Dei gratiâ, *Rex Castellæ & Legionis, Galleciæ, Sibiliæ, Cordubæ, Murciæ, Jahæ, Algarbii, Algesiræ, & Dominus Viscayæ & Molinæ & de Gibraltar*, omnibus ad quos præsentes Litteræ pervenerint, Salutem. ANNO 1467.

Sciatis quod,

Cùm, Venerabiles Patres, *Alfonsus Civitatensis Episcopus*, Consiliarius noster, Procurator & Nuncius noster, & *Guillelmus Ebnensis Episcopus*, Commissarius, Procuratur, & Deputatus per Illustrissimum & Excellentissimum Prineipem Carissimum Consanguineum nostrum Dominum *Edwardum Regem Angliæ & Franciæ & Dominum Hiberniæ*, sufficientem in ea parte Potestatem hinc inde habenter, quandam realem & perpetuam Pacem, Amicitiam, Alliganriam, & Confœderationem, pro nobis, Hæredibus, & Successoribus nostris, iniverunt, fecerunt, concordaverunt, contraxerunt, & concluseruur sub modn, formâ, & Conditionibus in Literis prætati Venerabilis Patris *Alfonsi Civitatensis Episcopi* plenius expressis,

Quarum quidem Literarum tenor sequitur & est talis,

Universis & singulis, præsentes Literas inspecturis, *Alfonsus*, permissione Divinâ, *Civitatensis Episcopus*, Commissariusque Procurator & Deputatus Illustrissimi & Excellentissimi Principis Domini *Henrici*, Dei gratiâ, *Regis Castellæ & Legionis*, ad infrascripta sufficienter & legitimè Deputatus, Salutem in Domino sempiternam.

